PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA SCILICET LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXII.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google



Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ SUB EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, FLORENTINOS ET ANGLICOS, NECNON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, CRITICIS PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA, NOVA SANCTI DOCTORIS VITA ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA,

OPERA ET STUDIO

Monachorum ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri.

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 48 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

:5504

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXII CONTINENTUR.

S. BASILIUS MAGNUS, CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

Liber de Spiritu sancto. col. 67
Epistolæ. 219
APPENDIX HUJUS TOMI. Simeonis Logothetæ Sermones viginti quatuor de moribus, excerpti ex operibus Basilii. 1115

Monendus est Lector nos ad seriem Orientalem emendasse Basilii opuscula nonnulla quæ Syriace nuper prodierunt.

HARVARD COLLEGE LIBRARY

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

IN QUA DE PLURIBUS REBUS AD DOCTRINAM S. BASILII PERTINENTIBUS DISSERITUR.

Hoc volumine continentur præclarissima antiquitatis monumenta, S. Basilii liber *De Spiritu sancto*, ejusque *Epistolæ*. Magna sane cujuslibet operis commendatio, nomen S. Basilii; neque enim quidquam ab illo ingenio profectum, quod medium et tolerabile videri possit. Sed libri *De Spiritu sancto* eo majus pretium, quod eum Basilius et longo usu in hæresibus vincendis exercitatus suscepit, et summo studio, ut in tempore magnis doctrinæ præsidiis indigente, invicta animi fortitudine, ut adversus potentes hæreticos, elucubravit. In *Epistolis* S. Basilii vetus disciplina præclaris institutis et canonibus illustratur, historia ecclesiastica ditatur uberi et copiosa rerum gestarum segete, formantur mores optimis præceptis, et, quod præcepta longe superat, depictis sine arte eximiis S. Basilii virtutibus. Neque etiam spernenda quæ in appendicem conjecta sunt, viginti quatuor orationes a Simeone Logotheta ex S. Basilii verbis et sententiis constructæ, et liber *De virginitate* auctorem habens episcopum S. Basilio æqualem vel certe supparem.

Sed quo pluris fiunt hæc monumenta, eo magis verendum ne longior mora pluribus displicuerit; et quia octo annorum intervallo prodit hoc volumen, minus curæ habuisse publicum commodum videamur. Non tamen negligentia, sed necessariæ causæ moras attulerunt. Nam eruditus sodalis, qui edendorum sancti Basilii operum curam suscepit, jam gravi ægritudine correptus erat, cum secundum volumen in lucem edidit. Defunctum hoc labore cupiditas bene de re ecclesiastica et litteraria merendi incitavit, ut tertium tomum repugnante valetudine pararet. Sed languidos conatus ingravescens morbus abrupit, vixque dimidium interpretationis suæ retractaverat, appositis e Tillemontio historicis notis, quas, abjecto scribendæ *S. Basilii Vitæ* consilio, necessarias ducebat; vix, inquam, hæc navaverat, cum vires penitus defecerunt, ac tandem piam et laudabilem vitam pretiosa in conspectu Domini morte conclusit anno 1725, die 3 Junii. Ad desiderium, quod illius virtutum ornamenta omnium nostrum animis incusserunt, illud accessit molestiæ, ut opus ab eruditis exspectatum, quodque multi ære suo jamdudum emerant, non tamen cito eorum manibus et judiciis committi posset. Jam enim quisque intelligit quantum laboris et operæ impendendum fuerit, non quidem in evolvendis codicibus mss. (collati enim cum editis fuerant diligenti manu, excepto tamen Harlæano, qui cum Medicæo et Coisliniano maximum exstitit præsidium), sed in aliis rebus, quæ ad accuratam editionem necessariæ sunt, præsertim in disponendis ordine chronologico epistolis, in concinnanda *S. Basilii Vita*, ejusque explananda doctrina, id quod jam nobis, misso longiori exordio, aggrediendum est.

§ I.

I. *S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænæ*, ex alia essentia aut hypostasi. II. *Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt.* III. *Novitas unius hypostasis.* IV. *Tres hypostases apud scriptores Nicæna synodo antiquiores.* V. *Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro et S. Athanasio spectatur.* VI. *Occidentalium sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in sæcularibus scholis.*

1. Sanctus Basilius, ut erat acerrimus trium hypostasium defensor, dare noluit adversariis suis, vocem hypostasis eodem sensu ac essentiam a synodo Nicæna usurpatam fuisse. Refellit Basilii interpretationem Petavius (1), eamque hoc argumento impugnat, *quod qui isti synodo interfuere Patres aliqui, aut paulo certe postea floruerunt, tum collecti aliis in synodis, tum seorsim singuli* ὑπόστασιν *pro* οὐσίᾳ *sumpserunt : quod nunquam fecissent, si contrarium apud Nicæam ante fecissent.* Duo continentur hac Petavii sententia, quæ nobis distinguenda sunt, quamvis ipse non distinguat : nam non solum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumptam a Nicænis Patribus hoc loco fuisse, sed etiam unam in tribus personis hypostasim ab hac synodo et ab aliis quos citat Patribus admissam contendit. Examinandum ergo nobis est an Basilius in utroque reprehendendus sit, et quod hypostasim in fide Nicæna idem valere ac essentiam, et quod unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam fuisse negaverit.

Locus ex quo ambigendi nata materia, legitur in fidei formula ab Eustathio, postulante Basilio, subscripta, quæ est epistola 125, olim 78 inter Basilianas. Ibi Sabelliani his synodi verbis abuti dicuntur : Ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ

(1) Lib. IV *De Trin.*, cap. 1.

Digitized by Google

ἀποστολικὴ Ἐκκλησία : *Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit catholica et apostolica Ecclesia.* Deinde additur : Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, τῶν δὲ λεγόντων, οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀμφότερα, ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἀπηγόρευσαν· ἐπεὶ ὅπουγε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· οὐκέτι προσθέντες καὶ τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. *Non enim idem dixerunt illic essentiam et hypostasim. Etenim si una et eadem notio subjecta vocibus, quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tanquam a sententia ecclesiastica alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjicientes illud, ex hypostasi.*

Non facile est statuere quosnam hæreticos Basilius, ob Filii originem ex alia quam Patris hypostasi deductam, a synodo notatos dicat. Videtur vel Valentinianos dicere, ut existimat Petavius, qui ex collatitia velut stipe ab æonibus conflatum esse Jesum asserebant; vel generatim Gnosticos, qui Christum non mundi creatoris, sed ignoti cujusdam dei filium esse fingebant. Legendum putat Combefisius, ut est in uno codice ms., ὅτι ἐξ οὐσίας, *aliis ex essentia illum quidem esse, sed ex alia hypostasi dicentibus.* Sed hæc emendandi ratio nec lucem affert, nec difficultatem minuit. Equidem non invitus concedam Petavio nihil omnino de ejusmodi hæreticis pronuntiasse synodum, nec satis firmo argumento Basilium niti, dum his vocibus, *ex alia essentia aut hypostasi*, duas res significari pertendit. Nihil enim vetat eamdem sententiam diversis verbis confirmari : neque hæc in symbolo Nicæno damnata propositio, *Erat aliquando, quando non erat*, dissimilis est sequenti, *Non erat antequam nasceretur.* Videtur ergo idem evenisse Basilio, quod interdum optimam sententiam tuentibus evenit, ut in iis solvendis quæ adversarii objiciunt, minus commode versentur. Difficile enim est non fateri his verbis, *ex alia hypostasi*, essentiam designari. Sed levissimus hic Basilii nævus est, nec causæ summam attingit, quæ tota vertebatur hoc cardine, utrum synodus Nicæna unam in tribus personis hypostasim admisisset. Etiamsi Basilius unius testimonii explicationem longius repetat, etiamsi concedere adversariis nolit, quod incolumi sua causa concedere poterat; in eo certe synodi mentem accuratissime perspexit, quod tres hypostases ab ea sublatas negaverit. Atque id quidem nobis paulo accuratius examinandum est, ac demonstrandum Nicænam synodum, etsi hypostasim pro essentia hoc loco sumpsit, non idcirco unam in tribus personis hypostasim admisisse : tres autem hypostases semper in Oriente, saltem a Noeti temporibus, summo consensu viguisse. Petavio assentiuntur alii theologi, in primis Thomassinus, qui in libro tertio *De incarnatione Verbi*, cap. 1, contendit, *non nisi senescente quarto Ecclesiæ sæculo hypostasis nomen ab usia seu essentia discriminatum esse*, idque allatis synodi Nicænæ et Athanasii testimoniis efficere conatur.

II. Fucum doctissimis viris fecit hypostasis voci subjecta interdum essentiæ significatio; et quoties vident apud antiquos scriptores hypostasim hoc sensu usurpari, inde concludunt unam his scriptoribus hypostasim placere. At plurimum peccat hæc rationis conclusio. Nam trium hypostasium acerrimus defensor Basilius sæpe hypostasim hoc sensu accipit. Ait in libro *De Spiritu sancto*, cap. 16, p. 33, Spiritum sanctum gratiam suam conferre angelis, Εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν καὶ συμπλήρωσιν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, *In hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia.* Non potest hoc loco ὑπόστασις aliter accipi ac οὐσία. Hinc in eodem capite, p. 32, sanctitas dicitur esse *extra substantiam* angelorum, ἔξωθεν τῆς οὐσίας, quia sanctitatem accipiunt a Spiritu sancto, nec eam a sua ipsorum essentia habent. Similiter lib. v *adversus Eunom.*, p. 321, omnis substantia justorum a Spiritu sanctificari dicitur : Πᾶσα ὑπόστασις δικαίων. . . ἡγίασται. In libro secundo, p. 252, totam Patris naturam ait in Filio imprimi velut in sigillo : aut quemadmodum artium substantia ex docentibus in discipulos tota transit, ὁποία τῶν τεχνῶν ἡ ὑπόστασις ἐκ τῶν διδασκόντων ὅλη τοῖς μαθητευομένοις ἐγγινομένη.

Gregorius Nazianzenus, cujus summa exstitit cum Basilio in tribus hypostasibus defendendis consensio, divinam essentiam hypostasis nomine designat in orat. 34, p. 542, ubi de Deo et de iis quæ circa Deum prædicantur, sic loquitur : Τί γὰρ ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, ὑπάρχει τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἐξίστασθαι, μηδὲ περατοῦσθαι, ἀλλὰ ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν, λείπεται προσφιλοσοφεῖν τε καὶ προσεξετάζειν· *Quid enim secundum naturam et hypostasim exsistenti, conveniat ei nec principium habere, nec a se unquam desciscere, nec fine ullo terminari, sed totum esse complecti, id præterea philosophandum et inquirendum relinquitur.*

Cyrillus Hierosolymitanus, quem cum S. Meletio et aliis trium hypostasium defensoribus conjunctissimum fuisse constat, interdum hypostasis nomine substantiam intelligit. Sic enim loquitur in cat. 6, n. 5 : Ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἡ θεία· *Comprehendi non potest substantia divina;* et cat. 16, de Spiritu loquens ait : Φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν μὴ πολυπραγμόνει· *Naturam aut substantiam ne curiose investiges.*

Sic etiam Epiphanius interdum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumit, velut cum ait hæres. LXXIV, n. 4, Μία

Digitized by Google

θεότης τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως· *Una divinitas, ejusdem virtutis, ejusdem hypostasis.* Idem tamen sentiebat, τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις, ὁμολογεῖν, *necesse esse tres hypostases confiteri*, idque conceptis verbis Basilio scripserat, qui hanc illius doctrinam plurimum laudat in epist. 258. Quare vitio non caret Epiphanii contextus in *Ancorato*, n. 6, ubi sic legitur: Ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἔλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν· ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστι δηλωτικόν. Addendam esse negationem ac legendum οὐ μιᾶς vidit ipse Petavius, qui sic interpretatur: *Usurpando consubstantialis vocabulo Sabellii robur infringis: non enim consubstantialis vox singularem hypostasim significat.*

Ruunt ergo argumenta Petavii, et ex allatis exemplis perspicitur hypostasim interdum pro οὐσίᾳ sumi posse, quamvis tres hypostases admittantur, ac proinde Nicænos Patres, etiamsi hypostasim pro οὐσίᾳ sumpserint, non idcirco unam in tribus personis hypostasim decrevisse. Neque hujus rei longe petenda explicatio. Quamvis enim essentia sit id quod commune est tribus personis, hypostasis vero id quod proprium; sæpe tamen essentiæ nomine hypostasis comprehenditur, ac vicissim ipsa hypostasis essentiam comprehendit. Dum enim essentia sive natura consideratur, quatenus conjuncta est cum personalibus proprietatibus, sive cum hypostasi, tunc eodem sensu usurpatur ac persona sive hypostasis: unde S. Alexander Alexandrinus, cujus verba mox referemus, Patrem et Filium *duas hypostasi naturas vocat.* Sic etiam hypostasis, dum consideratur quatenus cum essentia conjuncta est, interdum pro essentia sumitur. Quemadmodum ergo sancti Patres, etsi interdum essentiam sumunt pro hypostasi, sive persona, non idcirco tres essentias admittunt; ita ex eo quod hypostasim nonnunquam sumant pro essentia, non sequitur unam ab illis hypostasim admitti.

III. Sed jam longius nobis promovenda Basilii defensio: hactenus enim probatum, immerito affingi synodo Nicænæ unam hypostasim: nunc probandum tres hypostases semper in Oriente usurpatas summo consensu fuisse, saltem a Sabellii et Noeti tempore; nec ullos habuisse adversarios, præter Antiochenos nonnullos, quos Latini hac voce ob linguæ suæ inopiam offensi in sententiam suam traxerunt.

Ipsa illa controversia, quæ de hypostasibus exorta est, eximio nobis argumento perpetuam Orientis doctrinam demonstrat. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno tres hypostases, antequam hæc prodiret dissensio, Ecclesiæ Orientalis usu, nemine repugnante, contritas fuisse. Sic enim loquitur S. Gregorius in orat. 21, p. 395: Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας, νοουμένων δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένοις διὰ στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης [*leg.* ἀντεισάγουσι] τὰ πρόσωπα· ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδειχθῶσι, τί γίνεται; Ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· πίστεως ἔδοξε διαφορὰ, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία. *Nam cum essentia una, et tres hypostases a nobis pie dicerentur (quod alterum divinitatis naturam, alterum trium personarum proprietates declaret), atque eodem quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam et verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eoque factum esset, ut ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum inducerent, quid tandem contigit? Res profecto ridicula vel potius miseranda: diversæ fidei speciem præbuit levis illa et jejuna de vocum sono altercatio.*

Habemus ergo totius dissensionis originem, et initium unius hypostasis. Antequam Latinis in interpretanda hypostasis voce molestiam facesseret linguæ inopia, nulla erat apud Græcos ea de re controversia, nulla varietas; ac proinde non solum Nicæni Patres, sed et quotquot hypostasis vocabulo ad efferendum dogma usi sunt, non unam hypostasim, sed tres hypostases dixerunt. Gregorii testimonium confirmat Acacius Beræensis, qui sic loquitur apud Cyrillum Alexandrinum, epist. 13: *Beatus Paulinus*, inquit, *tres hypostases aperte dicere recusabat, quamvis eadem virtute et veritate sentiret ac prædicaret. Secutus est autem piissimos Occidentis episcopos propterea quod angustior est lingua Romana, quam ut secundum Græcam nostram phrasim tres hypostases dicere queat.*

Illud etiam novitatem unius hypostasis demonstrare possit, quod cum epistolæ Sardicensis synodi adjuncta a nonnullis fuisset quædam fidei confessio, in qua una hypostasis, ut apostolica doctrina, tradebatur, hanc fidei confessionem Alexandrina synodus ut spuriam rejecit, ac Antiochenos hortata est (2), ut eam nec legi nec proferri paterentur. Eusebius Vercellensis in subscribendo eam ne proferendam quidem esse pronuntiat.

IV. Sed præcipuum nobis argumentum suppeditant scriptorum ecclesiasticorum testimonia, tum eorum qui ante concilium Nicænum floruerunt, tum eorum qui synodo interfuerunt, aut post eam scripsere. Nullus sane proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim dixerit: quotquot autem in explicando Trinitatis mysterio hypostasis voce usi sunt, tres hypostases summo consensu numerant.

Origenes tom. II *in Joannem*, p. 56, sic contra Sabellianos pronuntiat: Ἡμεῖς μέντοιγε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Nos autem persuasum habemus tres esse hypostases, Patrem et Filium et Spiritum sanctum.* Refellit in libro VIII *contra Cel-*

(2) Athanas. epist. ad Antiochenses.

Digitized by Google

sum, pag. 386, eosdem hæreticos, qui Patrem et Filium duas esse hypostases negabant; ipse vero *duas hypostasi res esse* asseverat, ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα.

S. Basilius in libro *De Spiritu sancto* cap. 29, n. 72, p. 61, citat illud Dionysii Alexandrini : Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι; τρεῖς εἰσι κἂν μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θείαν Τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν· *Si eo quod tres sunt hypostases, divisas esse dicunt, tres sunt etiamsi nolint : aut divinam Triadem prorsus tollant.* Tres ergo hypostases admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, ut perspiciamus quam immerito Dionysium Romanum cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius (3) et Pet. Coustant (4). Uterque enim unam hypostasim asseri contendit a Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanasium, lib. *De Decret. Nic.*, n. 26, p. 231 : Ἐξῆς δ' ἀνεικότως λέγομι καὶ πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς· *Jam vero*, inquit, *æquum fuerit adversus illos disputare, qui augustissimam Dei Ecclesiæ prædicationem monarchiam in tres quasdam virtutes ac separatas hypostases tresque divinitates dividunt, discindunt destruuntque.* Nulla sane inter utrumque Dionysium sententiæ varietas : uterque hypostases divisas vituperat· neque una hypostasis Romano affingi potest, cum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non obscura conclusio est nihil eum reprehensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia fuisset admissa. Nullus ergo scriptor ante Nicænam synodum proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim docuerit.

V. Quid senserint Nicæni Patres ex duobus locupletissimis testibus perspici potest, S. Alexandro Alexandrino et S. Athanasio. Primus sic loquitur in epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum apud. Theodoret. l. I *Hist. eccl.*, c. 4, p. 15 : Οἷόν ἐστι τό· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων, etc. *Cujusmodi est illud : « Ego et Pater unum sumus [1]. » Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas hypostasi naturas* (hoc est, duas hypostases) *unam esse demonstret*, etc. Alibi explicabitur, cur S. Alexander duas hypostasi naturas dicat : nunc satis est monere, eum hac loquendi ratione usum esse, quia naturam, quæ una prorsus est numero, ut conjunctam cum personalibus proprietatibus in unaquaque persona considerabat.

Non discedit ab optimi decessoris et magistri vestigiis Athanasius, qui sub finem libri, quem de verbis Domini scripsit, *Omnia mihi tradita sunt* [2], etc., sic loquitur (pag. 108) : Τὸ γὰρ τρίτον τὰ τίμια ζῶα ταῦτα προσφέρειν τὴν δοξολογίαν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, λέγοντα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τελείας δεικνύντα ἐστίν· *Dum ter veneranda illa animalia glorificationem proferunt, « Sanctus, sanctus, sanctus [3], » tres hypostases perfectas ostendunt.* Et in libro *Περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου* (p. 878) : Μία γὰρ ἡ θεότης καὶ εἷς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· *Una enim deitas et unus Deus in tribus hypostasibus.* Hypostasis eodem sensu sumitur in libro, *Quod unus est Christus.* Postremum hoc opus abjudicant nonnulli Athanasio, de secundo non deest omnino dubitandi locus. At primum a nemine in dubium revocatur; si tamen excipias Tillemontium, qui fatetur se hac una re detineri quominus hoc opus certissime attribuat Athanasio, quod illud de tribus hypostasibus testimonium pugnare videatur cum tribus aliis Athanasii locis, in quibus sanctus Pater hypostasim pro essentia sumit, nempe in *Epistola ad Afros*, in libro *De synodis*, et in quarta *adversus Arianos oratione.* Sed etiamsi demus his in locis, quæ Petavius argumenti loco protulit, hypostasim idem esse ac essentiam; certe non ait Athanasius unam esse in tribus personis hypostasim, sed idem facit quod ab acerrimis trium hypostasium defensoribus factum demonstravimus. Sed tamen si excipias librum *De synodis*, ubi ait Basilium Ancyranum *confiteri ex Patris essentia esse et non ex alia hypostasi Filium*, καὶ μὴ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, in aliis duobus testimoniis ad personam ipsam hypostasis revocari potest. Sic enim loquitur in *Epist. ad Afros* (pag. 894) : Ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν· ὅπερ Ἱερεμίας ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων, *Καὶ οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως.* Ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία, ὕπαρξίς ἐστιν· ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. *Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam hoc ipsum quod est : quod Jeremias vocat* ὕπαρξιν, *seu exsistentiam, dicens : « Et non audierunt vocem exsistentiæ meæ [4]. » Nam hypostasis et substantia, idipsum est quod* ὕπαρξις, *seu exsistentia : est enim et exsistit.* Et in orat. quarta *in Arianos* (pag. 617) : Ὥσπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς Θεὸς, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις, μία ἐστὶν ἡ λέγουσα· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· καὶ οὐ δύο, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί· *Porro quemadmodum unum est principium et proinde unus Deus, ita quæ verissime est essentia et hypostasis, una est quæ dicit : « Ego sum qui sum [5], » non autem duæ, ne scilicet duo sint princi-*

[1] Joan. x, 30. [2] Luc. x, 22. [3] Apoc. IV, 8. [4] Jerem. IX, 10. [5] Exod. III, 14.

(3) Lib. IV *De Trin.*, cap. 1.

(4) *Epist. Rom. Pont.* p. 290.

Digitized by Google

pia. In primo testimonio mirifice consentit Athanasius cum aliis Patribus Græcis, qui hypostasis nomen opposuere hæreticis Verbum et Spiritum sanctum exsistere negantibus, et idcirco tres hypostases defenderunt. In altero Patrem manifeste designat, et deitatis unitatem ex eo probat, quod solus Pater principium sit, a quo duæ aliæ personæ.

Atque etiamsi Athanasius in aliis operibus unam hypostasim admisisset, nihil id detrahere posset de testimonio, quod eruimus ex libro in illud, *Omnia mihi tradita sunt.* Scriptus enim hic libellus ante mortem Eusebii Nicomediensis, id est, ante annum 342. Nondum tunc percrebuerant de hypostasi controversiæ; nec causa suberat ulla, cur Athanasius eam loquendi rationem fugeret, qua non solum Alexander, sed etiam Origenes et Dionysius Alexandrinus usi fuerant. Quamobrem etiamsi Athanasium arcta cum Latinis et Antiochenis conjunctio ad professionem unius hypostasis adduxisset, non idcirco priora illius scripta in dubium venire deberent. Sed tamen asseverare licet nusquam eum unam in tribus personis hypostasim ponere; imo ex quarta illius adversus Arianos oratione duo proferam testimonia, in quibus hypostasim eodem prorsus sensu ac Origenes et S. Alexander, usurpat. Sic igitur loquitur n. 25, p. 676 : Μαίνεται μὲν οὖν Ἄρειος ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν Υἱὸν, καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· μαίνεται δὲ καὶ Σαβέλλιος λέγων τὸν Πατέρα εἶναι Υἱὸν, καὶ ἔμπαλιν τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ὑποστάσει μὲν ἕν, ὀνόματι δὲ δύο· *Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Filium ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset; insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse, et Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos.* Et sub finem ejusdem orationis : Τὸ τοίνυν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ὀρθὸν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς κηρύσσει, οὐ τὴν ὑπόστασιν χωρίζων τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀπὸ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου· *Rectum est igitur quod ait beatus Petrus qui veram Unigeniti prædicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disjungit ab homine ex Maria assumpto.* In hoc postremo testimonio hypostasis multo aptius ad personam quam ad substantiam revocatur. In primo autem contendit Petavius non personam, sed id tantum quod revera exsistit, intelligendum esse. At negare non potest unam hypostasim rejici. Porro tres hypostases non alio consilio sancti Patres defenderunt, nisi ut Filium et Spiritum non efficientias quasdam ac nomine tenus personas esse, sed Filium vere ut Filium, Spiritum sanctum vere ut Spiritum exsistere probarent. In eamdem prorsus sententiam loquitur Athanasius, dum Patrem et Filium hypostasi unum dici non patitur. In quo consentit cum decessore suo, qui duas in Patre et Filio hypostases agnoscit; consentit cum Basilio, qui unum hypostasi Deum a Sabellio prædicari docet, epist. 214, n. 3. Unum addam Athanasii locum, in quo manifeste tres hypostases, ut supra Dionysius uterque, admittit. Οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις, inquit in *Expos. fid.* n. 2, μεμερισμένας κατ' ἑαυτὰς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἔστι λογίσασθαι. *Neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare.*

Post concilium multo uberiorem habemus testium copiam : nam si singulos sæculi quarti scriptores Græcos enumeremus, totidem erunt trium hypostasium defensores, quibus etiam adjungendum est concilium primum CPol., sive œcumenicum secundum. Docet enim hæc synodus in epistola ad Damascum unam esse Patris et Filii et Spiritus sancti essentiam, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις, *in tribus perfectis hypostasibus, sive tribus perfectis personis.* Non utar auctoritate Gelasii Cyziceni, qui in Actis Nicæni concilii Osium inducit (parte II, c. 12) ex mandato ac decreto totius synodi respondentem ac τριάδα ὑποστάσεων prædicantem. Nemo est enim qui multum hujus scriptoris testimonio tribuat. At sequentibus sæculis summum fatetur Petavius consensum exstitisse Græcorum in tribus hypostasibus prædicandis.

VI. Ipsi Occidentales eamdem loquendi rationem libenter ad usus suos asciverunt, postquam subsistentiæ voce inventa difficultas omnis evanuit. Atque id quidem sæculo quinto contigit. Sed tamen longe antea videntur perspexisse tres hypostases percommode Græco sermone usurpari. Id colligitur ex epistola 214 Basilii, n. 4, ubi sic loquitur : Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ὑπόστασις καὶ οὐσία οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ὑπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς Δύσεως ἀδελφοὶ, ἐν οἷς τὸ στενὸν τῆς ἑαυτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν· ἵνα, εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτῇ ἐν τῇ εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων· *Quod autem hypostasis et essentia idem non sunt, id et ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua Græca tradiderunt, ut si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara et minime confusa nominum diversitate.*

Quinetiam ipse Damasus tres hypostases videtur admisisse. Nam in epistola ad Paulinum prædicat *unum Deum in tribus hypostasibus :* Θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Spuria videntur hæc postrema verba doctissimo Epistolarum pontificum Romanorum editori propterea quod desunt in exemplaribus Latinis. Sed tamen confirmari possent Flaviani testimonio, qui Paulinum coram magistro militum sic alloquitur apud Theodoretum l. v, c. 3, p. 201 : Εἰ τὴν Δαμάσου, ὦ φιλότης, κοινωνίαν ἀσπάζῃ, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συγγένειαν. Ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς Τριάδος οὐσίαν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει· σὺ δὲ ἀντικρυς τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖς τὴν Τριάδα. *Si Damasi communionem amplecteris, o amice, doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eamdemque Trinitatis substantiam*

Digitized by Google

conflens, tres hypostases diserte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostaseων. Ex his patet Damasum sui cum Græcis consensus aliquod monumentum edidisse, quod in Oriente notum omnibus et testatum esset. Nam nihil prorsus respondere potuit Paulinus, teste Theodoreto. Nullum autem videtur aptius proferri posse monumentum, in quo id præstiterit Damasus, quam epistola ad Paulinum. Objicit Petavius synodi Romanæ epistolam sub eodem Damaso, in qua una hypostasis et essentia docetur. Sed hypostasis vocem merito deesse in exemplaribus Latinis probavimus, not. ad epist. 93, p. 186.

Videor mihi ex his posse concludere neminem prorsus exstitisse inter Catholicos Orientales, qui unam in tribus personis hypostasim admitteret, præter Paulinum Antiochenum ejusque amicos. Neque etiam dicere verebor tres hypostases immerito a S. Hieronymo, ut loquendi rationem sua sponte non accuratam vituperari. *Tota sæcularium litterarum schola*, inquit in epistola ad Damasum papam, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit: et quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* Etsi abundabat eruditione S. Hieronymus, videntur tamen hac in re opiniones anticipatæ ei illusisse. Nam Budæus et post eum Henricus Stephanus observant sæpe apud antiquos scriptores hypostasim de iis dici quæ vere exsistunt, et iis opponi quæ specie tantum aut cogitandi ratione. Unde Budæus in *Commentariis* profert hunc Aristotelis locum *De mundo*, cap. 4 : Συλλήδδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν · *Ad summam eorum, quæ in aere apparent, alia specie tenus exsistunt, alia habent etiam hypostasim.* Addit etiam illud Themistii in *Phys.* II : Ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωριστὰ, ταῦτα καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι · *Quæ ne ratione quidem separari possunt, ea etiam hypostasi separant.* Cum ergo hypostasis opponatur iis quæ sola ratione aut specie tantum exsistunt, merito sancti Patres, ut Patrem vere esse patrem, Filium vere esse filium, Spiritum vere esse spiritum ostenderent, tres hypostases prædicarunt contra Sabellium et Noetum, qui cum tres quidem personas dicerent, teste Basilio epist. 214, n. 3, sed hoc personæ nomen ad metaphoricos sensus detorquerent; aliquid eis opponi debuit, quod pariter eludere non possent. At nihil ad eam rem aptius, nihil significantius hypostasis voce. Unde Sabellius unum prorsus hypostasi Deum esse contendebat, ut ibidem testatur Basilius.

§ II.

I. *Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio et S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis.* II. *Non tamen discedit a debita animi moderatione. Quo sensu hanc quæstionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem ineundam negavit.*

I. Quamvis S. Basilius in defendendis tribus hypostasibus traditionem Ecclesiæ secutus sit, forte tamen a nonnullis eo nomine accusabitur, quod nimio abreptus studio a temperamentis in synodo Alexandrina præscriptis discesserit. Cum enim audivisset anno 375 Paulinum acceptis Roma perhonorificis litteris vehementer efferri, ejusque amicos cum Ecclesia S. Meletii conjungi velle, ac operam dare ut Terentium in partes suas traherent; statim scripsit ad hunc comitem, ut ejus animum præoccuparet, aut si qua eum opinione adversarii præocupassent, penitus convelleret. In hac autem epistola sic suam de hypostasibus sententiam exponit : Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν δυνάμεθά ποτε ἑαυτοὺς πεῖσαι, ἢ Μελέτιον ἀγνοῆσαι, ἢ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἐπιλαθέσθαι, ἢ τὰ ζητήματα, ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς ἡ διάστασις γέγονε, μικρὰ ἡγήσασθαι, καὶ ὀλίγην ἔχειν διαφορὰν νομίσαι πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπόν. Ἐγὼ γὰρ, οὐχ ὅπως εἰ ἐπιστολήν τις ἀνθρώπων δεξάμενος ἐπ' αὐτῇ μέγα φρονεῖ, τούτου ἕνεκεν ὑποσταλῆναί ποτε καταδέξομαι · ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἦκῃ τῶν οὐρανῶν, μὴ στοιχῇ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίστεως, δύναμαι αὐτὸν κοινωνὸν ἡγήσασθαι τῶν ἁγίων · *Non idcirco tamen mihi ipse unquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut Ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata dissensio, exiles putem, et parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me unquam et subduci patiar : sed neque, si ex ipsis missa sit cœlis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.* Cur autem de hac quæstione et de Paulino sic sentiat, hanc affert rationem, quod Paulinus, dum unam hypostasim, tres personas perfectas admittit, in hoc a Sabellio non discedat, qui pariter unam hypostasim, et tres personas admiserat. Quare contendit Basilius conjunctionem cum ejusmodi hominibus unam hypostasim profitentibus, sine gravissimis incommodis iniri non posse : Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς διαβολῆς ταύτης χαλεπωτέρα, καὶ μᾶλλον δυναμένη τοὺς πολλοὺς διασαλεῦσαι, ἢ εἰ φανείησάν τινες ἐξ ἡμῶν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν ὑπόστασιν λέγοντες · *Quænam autem hac calumnia gravior esse possit, et ad multos commovendos aptior, quam si qui ex nobis videantur Patris et Filii et Spiritus sancti unam hypostasim dicere?* In eamdem sententiam sic alloquitur Epiphanium in epistola 258, n. 3 : Ἱκανῶς δέ μου κἀκεῖνο τὴν ψυχὴν παρεκάλεσε, τὸ προστεθὲν παρὰ τῆς σῆς ἀκριβείας τοῖς λοιποῖς καλῶς καὶ ἀκριβῶς θεολογηθεῖσι· τὸ τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν. Ὥστε τοῦτο καὶ οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ διδασκέσθωσαν παρὰ σοῦ, πάντως δέ που καὶ ἐδιδάχθησαν· οὐ γὰρ ἂν εἴλου δηλονότι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, μὴ τοῦτο αὐτῶν μάλιστα τὸ μέρος ἀσφαλισάμενος · *Valde autem meum illud etiam animum recreavit, quod diligentiæ tua cæteris præclare et accurate tractatis adjecit,*

Digitized by Google

necesse esse tres hypostases confiteri. Quapropter fratres Antiocheni hoc etiam a te edoceantur; profecto autem jam edocti sunt : nam sine dubio eorum amplexus non esses communionem, nisi maxime tibi de hoc capite eautum esset.

Videntur hæc prima specie pugnare cum Gregorii Nazianzeni de hac quæstione judicio, et summa Athanasii in sedanda discordia animi moderatione. Hæc enim controversia videtur Gregorio (or. 21, p. 396) *res prorsus ridicula vel miseranda, ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· levis et jejuna de vocum sono altercatio, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία.* Plenis manibus Athanasium laudat, qui *utraque parte leniter et benigne accita, verborumque sententia diligenter et accurate perpensa, posteaquam concordes reperit, nec, quantum ad doctrinam, ullo modo inter se dissidentes, ita negotium transegit, ut nominum usum concedens rebus eos constringeret.* Num igitur Basilius cum Gregorio et Athanasio pugnat, ac permagni ad pietatem momenti esse censet, quod isti levissimi esse momenti ducebant? Num necessarium confiteri esse statuit, quod cujusque arbitrio relinquebant; et quibus nullam prorsus modestiam volebant exhiberi, eos ad communionem negat admitti oportere?

II. Ut S. Patris sententia perspiciatur, observandum est 1° eum accuratissime servare quod præcipue ab Alexandrina synodo sancitum fuerat, ut neutra pars alteri hæresis aut erroris notam inureret. Hoc maxime ridiculum vel potius miserandum Gregorio videbatur, quod *de fide controversia esse videretur levis et jejuna de vocum sono altercatio:* quod objiceretur *Sabellianismus ob tres personas, et Arianismus ob tres hypostases;* quod eo tandem res adducta esset, *ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis abrumperentur.* Nihil ejusmodi commissum a Basilio, qui in hac ipsa ad Terentium epistola adversarios suos domesticos fidei appellat, eosque simplicitate magis, quam malitia ad Sabellianorum loquendi similitudinem accedere fatetur, et in pluribus aliis locis eorum fidei testimonium tribuit, ut in epist. 156, n. 1, ubi eos, qui Antiochiæ inter se dissident sententia divisos esse negat. Hinc etiam in epist. 258, n. 3, fratres Antiochenos vocat eos qui a Paulini partibus stabant, precatur ut Ecclesiam Antiochenam, quæ in doctrina consentit, aliquando conjunctam videre contingat, nec jam ipsa contra se recta fides scissa sit.

Non erat ergo Basilius ex vehementi illo hominum genere, de quibus Hieronymus in epistola ad Damasum papam sic loquitur: *Interrogemus*, inquit, *quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt : respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant : quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres hypostases, ut tria enypostata, hoc est tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, hæretici judicamur.* Deerat sane ejusmodi hominibus eximia illa virtus, quæ in omnibus Basilii dictis et factis elucebat, lenitas et animi moderatio. Suspicatur tamen Tillemontius (t. XII, p. 46) Hieronymum non sibi constare in his narrandis. Nam cum vehementes illi trium hypostasium defensores, inquit eruditus scriptor, nihil aliud peterent ab Hieronymo, nisi ut tres hypostases confiteretur; quomodo non eos placasset trium hypostasium confessione? Deinde vero postquam tres hypostases confessum se esse narravit, cur statim addit, *Et quia vocabula non ediscimus?* Videntur hæc pugnantia Tillemontio. Sed minus animadvertit doctissimus criticus Hieronymum hoc loco non tres hypostases confiteri, sed medium se esse velle inter utrasque partes. Non enim dicit, Si quis tres hypostases non confitetur, anathema sit: sed is est sensus illius verborum: Si quis tres hypostases confitendo, non ut tres personas subsistentes, sed ut tres substantias confitetur, anathema sit. Id patet ex his quæ sequuntur: *Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est.* Secum ergo non pugnabat Hieronymus, sed neutram loquendi rationem amplectens, quidquid utrique poterat inesse vitii, id prorsus rejiciebat, nec tamen placare poterat morosos illos adversarios.

2° Neque etiam reprehendendus Basilius, quod exortam de hypostasibus controversiam magni esse momenti duxerit, neque in hoc pugnat cum synodo Alexandrina. Etsi enim hæc quæstio tanti esse non debebat, ut inter Catholicos idem sentientes pax dissiliret; erat tamen satis magni momenti, si spectetur hæreticorum ad accusandam Ecclesiam ingenium proclive. Cum enim Catholicis Sabellianismum affingere non desinerent, campum illis ad calumnias aperuisset unius hypostasis ad exemplum Sabellii confessio. Quare cum Epiphanio assentitur, necesse esse tres hypostases confiteri; nequaquam id necessarium esse putat, ut Catholicus aliquis habeatur, sed ut locus Arianorum calumniis non detur, addo etiam, ut servetur accepta a majoribus traditio.

3° Cum tanto animi ardore in id incumbit Basilius, ne unius hypostasis defensores cum Ecclesia Meletii conjungantur, seque adduci posse negat, ut Paulinum communionis sanctorum participem agnoscat; diligenter expendendum quid ei propositum fuerit. Non enim id agebatur, ut schismati Antiocheno finis imponeretur, et ad legitimum pastorem S. Meletium oves redirent. Si tanti commodi spes affulsisset, certo scio Basilium omnia paci et charitati posthabiturum fuisse, ac libenter suscepturum Paulini plebem et clerum, etiamsi unam hypostasin admitterent. Sed Paulini amicorum consilia omnia eo spectabant, ut Paulinus, excluso S. Meletio, solus Antiochiæ præesset. Hinc Basilius in eadem epist. 214, n. 1, adduci se posse negat, *ut aut Meletium ignoret, aut Ecclesiæ cui præest Meletius obliviscatur.* Non immerito ergo

Digitized by Google

communionem cum Paulino ineundam negabat; quippe cum iniri non posset, quin Meletius rejiceretur, qui solus Antiochiæ legitimus erat episcopus. Eadem de causa Basilius (epist. 258, n. 3) leniter reprehendit in Epiphanio initam cum Paulini Ecclesia communionem : non quod unius hypostasis defensores excommunicandos et ab Ecclesia ejiciendos duceret; sed Epiphanii constantiam requirebat, qui cum tres hypostases necesse esse confiteri censeret, cum hominibus unam hypostasim profitentibus communicaverat, spreta et rejecta Meletii communione. Fecit eadem defendendi Meletii necessitas, ut unius hypostasis professio, quæ magno aliquo commodo compensata, levis visa esset, cum maximis in Meletium injuriis conjuncta, permagni esse momenti videretur. Neque etiam ab Arianorum calumniis valde metuendum fuisset, si una hypostasis, veluti nævus quidam tolerabilis et ignoscendus, veniam apud Catholicos habuisset, sed si summum honorem ac celebritatem adepta esset, ac magna Meletii Ecclesia pusillo Paulini conventui fuisset adjuncta, velut si flumen rivulo adjungatur; tunc Arianis patuisset latissimus ad calumniandum campus.

§ III.

I. *Vituperatus a nonnullis S. Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit.* II. *Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret et Ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret.* III. *Neutrum prorsus vituperandum.* IV. *Objecta solvuntur.* V. *Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur.*

I. Nunc aliud reprehensionis genus, longe diversum superiori, propulsandum a S. Basilio. Quod enim interdum de sancto Spiritu sic disserit, ut nomen Dei non tribuat, id et nonnullis olim indignationem movit, nec desunt hodie qui Basilii hac in re fortitudinem animi et constantiam requirant. Prodiit paucis ab hinc annis opusculum quoddam, in quo de Basilii facto disseritur. Basilium reprehendit auctor opusculi, non tamen sine debita tanto doctori reverentia, quod animi moderationem et lenitatem longius produxerit. Existimat illius consilium non modo eos exitus non habuisse, quos sibi proponebat, ut placarentur Pneumatomachi, et reducerentur infirmi, sed etiam locum dedisse occultis hæreticis, qualis erat Eustathius Sebastenus, sese cum Basilio conjungendi; pluribus autem displicuisse non solum monachis, sed etiam episcopis ac ipsi S. Meletio. Negat idem scriptor certo constare an S. Athanasio probata fuerit Basilii agendi ratio : variam ea de re censet fuisse Gregorii Nazianzeni sententiam : ac ipsum etiam Basilium, cum videret se rem præclarissimam non facere, in gratiæ loco hoc petiisse a Spiritu sancto ejusque divinitatis defensoribus; postea autem hoc temperamentum missum fecisse, quo nunquam usus est in defendendo consubstantiali. Nemo fere est qui tot rationum momentis undique exquisitis et comportatis, non prima specie manus dandas esse putet. Sed si singula vestigentur accuratius, aliud prorsus feretur de S. Basilio judicium.

II. Duabus potissimum de causis S. doctor Dei voce interdum in prædicanda S. Spiritus divinitate abstinuit. Prima erat, ut infirmis consuleret : altera ut furentibus hæreticis locum præriperet perturbandæ et vastandæ Cappadociæ.

Cum Tarsensis Ecclesia in Arianorum manus incidisset, catholici presbyteri cum episcopo hæretico communicare nolebant, ac seorsim, ut in pluribus aliis Ecclesiis factum est, plebem suam regebant. Sed inter eos exorta dissensio, ac Cyriaco presbytero, cujus fides in suspicionem venerat, alii presbyteri conditiones nonnullas ferebant, quibus ille assentiri nolebat. Consultus Basilius duas ea de re epistolas scripsit, alteram ad presbyteros Tarsenses, alteram ad ipsum Cyriacum. Demonstrat (epist. 113) presbyteris in eo statu res Ecclesiæ versari, ut nihil antiquius esse debeat, quam membra divulsa conjungere. *Fiet autem conjunctio*, inquit, *si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacutæ, rogamus vos ut, quantum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; et qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemi relinquantur soli, ac vel pudore suffusi ad veritatem redeant, vel, si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus : sed volentibus nobiscum conjungi fratribus fidem Nicænam proponamus : ac, si ei assentiuntur, illud quaque exigamus, Spiritum sanctum creaturam duci non oportere, et eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo.* Ipsum autem Cyriacum hortatur (epist. 114), ut fidem Nicænam profiteatur, nec ullam in ea vocem rejiciat, ac præterea Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt, communicandum esse declaret. Non probabat ergo Basilius hanc legem Cyriaco imponi, ut Dei nomen Spiritui sancto tribueret, modo rem hoc nomine significatam confiteretur

Quod autem observari voluit ad sanandos et reducendos infirmiores, id ipse observavit, ut pravorum hæreticorum insidias Ecclesia Cæsariensis effugeret. Res a S. Gregorio Nazianzeno sic narratur, or. 20, p. 364 : Οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους ἐν καιρῷ, τῶν ἀναγκαίων ἐνόμιζε, τῷ θείῳ Δαβὶδ περὶ τούτου συμβούλῳ χρώμενος, καὶ μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν διαφέρειν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας ἐπιλάβοι καιρός, καὶ δῶ τῇ γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν ἐζήτουν λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος φωνῆς, ὡς εἴη Θεὸς (ὅπερ ὂν ἀληθὲς, ἀσεβὲς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, καὶ τῷ κακῷ προστάτῃ τῆς ἀσεβείας), ἵνα τὸν

Digitized by Google

μὲν τῆς πόλεως μετὰ τῆς θεολόγου γλώσσης ὑπερ- A
φρίπωσιν, αὐτοὶ δὲ κατασχόντες τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ
τῆς ἑαυτῶν κακίας ὁρμητήριον ποιησάμενοι, ἐντεῦ-
θεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἔκ τινος ἀκροπόλεως
καταδράμωσιν. Ὁ δὲ ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφι-
καῖς καὶ μαρτυρίαις ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμέ-
ναις, καὶ ταῖς τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκαις οὕτως
ἦγχε τοὺς ἀντιλέγοντας, ὥστε μὴ ἀντιβαίνειν ἔχειν,
ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς, ἥπερ δὴ καὶ μεγί-
στη λόγου δύναμις καὶ σύνεσις· δηλώσει δὲ καὶ ὁ
λόγος ὃν περὶ τούτου συνέγραψε κινῶν τὴν γραφίδα,
ὡς ἐκ πυξίδος τοῦ Πνεύματος. Τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν
τέως ὑπερετίθετο, παρά τε τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, καὶ
τῶν γνησίων τούτου συναγωνιστῶν χάριν αἰτῶν, τῇ
οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ μιᾶς ἀντεχομένους
φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι δι' ἀπληστίαν, τῷ καιρῷ
παρασυρείσης τῆς εὐσεβείας. Αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδε-
μίαν εἶναι ζημίαν ὑπαλλαττομένων μικρὸν τῶν λέ-
ξεων, καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις· οὐδὲ
γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτηρίαν μᾶλλον ἢ
πράγμασι· μηδὲ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν
ἂν, εἰ τὴν ἠλειμμένου φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς
ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι·
τῷ δὲ κοινῷ μεγίστην ἂν βλάβην γενέσθαι, τῆς Ἐκ-
κλησίας κατασχεθείσης· *Cæterum sermones cum*
judicio disponere, de Davidis consilio et sententia [6],
necessarium esse judicabat, ac belli tempus, et hæ-
reticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad
libertatis tempus successisset linguæque libertatem
ac licentiam attulisset. Illi enim nudam et apertam C
vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere
studebant (quod quidem tametsi verum erat, im-
pium tamen illis atque improbo impietatis antistiti
videbatur), ut eum quidem cum theologica lingua
civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent,
eamque sceleris sui propugnaculum efficerent, atque
hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne, quod
reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem
vocibus e Scriptura petitis, testimoniisque minime
dubiis eamdem vim habentibus, necessariisque argu-
mentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo
repugnare ac contra niti possent : sed, quæ maxima
sermonis virtus et prudentia est, propriis vocibus
constringerentur, quemadmodum is liber, quem hoc
argumento edidit, perspicue ostendet, in quo cala- D
mum quasi ex Spiritus pyxide movet. Sed tamen
propriam vocem interim usurpare differebat, tum ab
ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatori-
bus in gratiæ loco hoc petens, ne hoc suo consilio
offenderentur ; nec committerent, ut dum unam vocu-
lam mordicus retinere conarentur, propter inexple-
bilem cupiditatem omnia perderent, convulsa nimi-
rum turbulento tempore ac distracta pietate. Ipsos
enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos,
si vocabula paulum immutarentur, modo aliis verbis
eadem docerentur (neque enim salutem nostram in

verbis potius quam in rebus consistere : quippe eum
ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tem-
pus pro Christo vocem Uncti sibi concedi postulantes,
in nostrum numerum atque ordinem ascribi velint) :
at reipublicæ non posse majorem perniciem ac pe-
stem afferri, quam si Ecclesia ab hæreticis occupa-
retur. In hac Basilii agendi ratione, sive infirmis consulat, sive hæreticorum furori Ecclesiam suam objicere caveat, haud equidem video quid reprehendi possit.

III. Quod spectat ad lenitatem in infirmos adhibitam : 1° nihil illa catholico dogmati, nihil usitato ad exprimendum dogma sermoni nocebat. Tutum erat dogma cum Nicænæ fidei professione, tum iis quæ huic formulæ Basilius adjicienda du-
B cebat. Quinetiam tota illa accommodatio eo spectabat, ut quamplurimi ad confitendam in Ecclesia divinitatem sancti Spiritus allicerentur : nec sane consentaneum erat (ep. 113), ut cum hæretici libenter in sua communione retinerent eos etiam qui hæretice non sentiebant, Catholici a sua removerent eos qui catholice sentiebant. Neque etiam de catholici sermonis auctoritate quidquam detrahebatur. Etsi enim infirmis concedebatur ut Spiritum sanctum non appellarent Deum, non tamen concedebatur ut hanç vocem damnarent, nec idcirco illam alii Catholici usurpare et prædicare desinebant. Quare spes erat infirmos, dum quotidie in Ecclesia Spiritum sanctum Deum appellari audiunt, atque huic voci aures assuefaciunt, brevi inanem
C illum scrupulum deposituros. Atque hæc maxime spes Basilium fovebat. *Enimvero persuasum mihi est,* inquit (ep. 113), *diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si quid etiam amplius adjiciendum sit explanandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum* [7].

2° Non animadvertunt ii, quibus hæc agendi ratio non placet, magnum esse discrimen inter ea quæ hæreticis ignave et turpiter, et ea quæ infirmis benigna quadam accommodatione conceduntur (5). Hoc tantum petebat a Basilio Modestus imperatoris nomine, ut unam vocem, nempe consubstantiale, e fidei symbolo tolli pateretur. At Basi-
D lius ne unam quidem syllabam sacrorum dogmatum prodi, nihil prorsus addi aut demi, ac ne ipsum quidem formulæ ordinem mutari debere respondit. Idem tamen iis qui, cum catholice sentirent, nondum Nicænam formulam receperant, benignæ excusationis veniam non denegabat, saltem in episcopatus primordiis, ut perspicitur ex epist. 52. Aliud est enim infirmis unam aliquam vocem remittere, aliud hæreticorum artibus aut minis concedere ; ut ea vox e catholici sermonis usu amandetur. Si concessum fuisset hæreticis ut consubstantiale deleretur, triumphum illi egissent

[6] Psal. cxi, 5. [7] Rom. viii, 28.

(5) Nyss. i, Eunom. 314. Theodoret., lib. iv, c, 18.

Digitized by Google

ex Ecclesia, quæ non eos recepisse, sed ab eis recepta videretur; quod quidem nunquam committendum esse merito docet Basilius in epist. 266. At iisdem redeuntibus sine consubstantialis professione, non tamen sine professione fidei hac voce contentæ; numerum filiorum suorum augebat Ecclesia, incolumi prorsus traditionis deposito.

3° Sententiæ suæ magnos ascriptores et imitatores habuit Basilius. Præter Athanasium, qui Basilii factum probavit et defendit, ut modo videbimus, Basilium imitatur Gregorius Nazianzenus in oratione 44, p. 710, ubi sic loquitur: Συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς· γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλαυτοι. Δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ δώσομεν ὑμῖν τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν· ὁμολογήσατε τὴν φύσιν ἐν ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον· καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν, ἔστιν ἃ καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν παρακλέψαντες. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ, αἰσχρὸν καὶ ἱκανῶς ἄλογον, κατὰ ψυχὴν ἐρρωμένους, μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας, ἢ μὴ καὶ τὴν γλῶσσαν ἀγιάσητε δεδοικότας· αἴσχιον δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας, αὐτοὺς μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα. Μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν Τριάδα ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ τὴν Θεὸς φωνὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ὑμῖν αἰτήσομεν. Δώσει γὰρ, εὖ οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δοὺς καὶ τὸ δεύτερον, καὶ μάλιστα, εἰ δειλία τις εἴη πνευματικὴ, ἀλλὰ μὴ ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μαχόμενον. Ἔτι σαφέστερον εἴπω καὶ συντομώτερον, μήτε ὑμεῖς ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς (φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἀναβάσεως), οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν τέως ὑμῖν ἐγκαλέσομεν, ἕως ἂν καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον· οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαρασσόμεθα· *Verum spiritualiter inter nos hanc controversiam transigamus: fraternæ potius charitatis studium, quam nostri amorem præ nobis feramus. Vim divinitatis ac potentiam nobis date, et nos vicissim divinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus tribuitis, confiteamini: ac vos, ut infirmos curabimus, nonnulla vobis grata et jucunda suffurantes. Etenim turpe quidem illud est, turpe, inquam, ac perabsurdum, cum animo optime valeatis, circa vocis sonum jejunos et minutos vos præbere, ac thesaurum occultare, quasi aliis eum invidentes aut metuentes, ne linguam quoque vestram sanctificetis; turpius autem nobis est eodem vitio teneri, quod vobis objicimus, atque, cum animi vestram de minutis rebus contentionem damnemus, litterarum tamen minutias anxie urgere. Trinitatem, o viri, unius deitatis esse fateamini, aut, si magis placet, unius naturæ: atque hanc vocem, Deus, a Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profecto secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si id de quo pugnatur, spirituale quædam timiditas fuerit, ac non diabolica contentio. Atque, ut apertius et compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos, sublimioris vocis ergo, nos in crimen vocetis (nec enim invidia et reprehensione premi debet hujusmodi ascensus), nec nos vicissim eam vocem, cujus modo capaces estis, vobis objiciemus: quandiu alio itinere ad idem hospitium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed ut fratres, quorum separatione distorquemur, ad nos redeant, laboramus.* Hæc Gregorius disserebat Constantinopoli: ejusque animi moderationem paulo post ipsa synodus Constantinopolitana judicii sui auctoritate comprobavit, quæ Dominum appellavit Spiritum sanctum, sed ut iis consuleret, quorum animis scrupulus, subabsurdus ille quidem, sed tamen ignoscendus insidebat, Dei vocem in symbolum inserendam esse non censuit.

Sed forte indulgentia in infirmos ipsa humanitatis specie placebit, at minus considerata, nimiumque remissa videbitur Basilii cum improbis hæreticis agendi ratio. Sed tamen si alterum probetur, alterum improbari non potest. Nam cum Arianis aditum in Cappadociam hoc temperamento intercluderet Basilius, tunc, si unquam alias, plurimis infirmis consulebat, quos persecutio in maximum periculum conjecisset. Deinde vero non indigna res erat charitate Basilii, ne furentibus quidem hæreticis amplius quidquam proponere, quam quod omnino necessarium ad catholicum dogma judicabat?

Illud autem in primis observandum est, nequaquam commisisse Basilium, ut Dei nomen Spiritui sancto in Ecclesia tribui desineret, sed sæpe illi hunc titulum et per se et per alterum seipsum, Gregorium Nazianzenum, tribuisse. Id testatur Gregorius Nazianzenus, qui his, quæ modo retulimus, statim addit (p. 364): Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ᾔδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴ ποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε, σαφέστερον δὲ πεποίηκεν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ λόγοις, πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόῤῥητον ἦν αὐτῷ περὶ τούτων κοινολογουμένῳ, μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο ἀποφηνάμενος, ἀλλ', ὃ μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποίηκεν, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπεσεῖν, εἰ μὴ σέβοι τὸ Πνεῦμα μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. Εἰ δέ μέ τις δέξαιτο κοινωνὸν ἐκείνου κἀν τοῖς τοιούτοις, ἐξαγορεύσω τι καὶ τῶν τοῖς πολλοῖς τέως ἀγνοουμένων, ὅτι τοῦ καιροῦ στενοχωροῦντος ἡμᾶς, ἑαυτῷ μὲν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν, ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν, οὓς οὐδεὶς ἐμελλε κρίνειν, οὐδὲ ἀποβάλλειν τῆς πατρίδος ἀφανείᾳ τετιμημένους, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρὸν εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς Εὐαγγέλιον· *Nam quod alioqui melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnosceret, cum ex eo perspicue constat, quod et hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicavit, et privatim apud eos, a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum vero in suis ad me sermonibus apertius id demonstravit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed, quod antea ipsi perraro accidera-*

Digitized by Google

sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre et Filio Spiritum, ut consubstantialem et honore parem, veneraretur. Quod si quis me in tantis quoque rebus, illius socium admiserit, aliquid, quod plerisque incognitum ante fuit, evulgabo. Nam cum tempus in summas angustias nos redigeret, hanc ipse rationem inibat, ut sibi quidem œconomiam, nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo in judicium adducturus, patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium nostrum firmum et validum erat, utriusque præsidio suffultum.

IV. Jam vero perfacile refelluntur quæ eruditum opusculi auctorem detinuerunt, quominus sancti Basilii agendi rationem probaret. Quod ait consilium illius nec ad reducendos infirmos, nec ad placandos Pneumatomachos profuisse, fateor me nescire ex quibus id fontibus hauserit. Quis enim ei dixit pacem inter presbyteros Tarsenses Basilii opera restitutam non fuisse? quis ei dixit nullum exitum habuisse susceptos ab eo labores, ut, quotquot catholice sentiebant, eos in unam consensionem ac communionem adduceret; cum præsertim in epist. 69, ad sanctum Athanasium, spem hujus consilii ad exitum perducendi præ se ferat : in alia autem ad eumdem Athanasium (ep. 82) aliquanto post scripta declaret, quidquid circa fidem sanum est in Cappadocia et vicinis locis vere ad eorum, qui idem sentiunt, communionem et unitatem propendere? Quod spectat ad Pneumatomachos, semper illi quidem bellum inexpiabile cum Basilio gessere, sed tamen certa et explorata res est, gravissimas eum procellas a Cappadocia propulsasse, non solum magnis præliis sustinendis, sed etiam prudenti secessu, cum hæreticorum insidias anno 371 declinavit. Erant enim in insidiis collocati, ut una voce ex ejus ore arrepta, impetum in Ecclesiam facerent. Quare tot ac tanta prælia non certasset Basilius, nisi cauta et provida consilia præcessissent : non tot fulsissent miracula, non Cappadociam Valens unam ex omnibus provinciis eximiam habuisset, si Basilium non plus movisset Ecclesiarum utilitas, quam calidiorum ingeniorum querelæ.

Non tutiori fundamento nititur quod ait idem scriptor, occultos hæreticos, qualis erat Eustathius, hac Basilii accommodatione et facilitate usos esse, ut sese cum eo conjungerent, ac gravissimis postea illum calumniis vexarent. Jamdudum conjunctissime cum Eustathio et amantissime vixerat Basilius, antequam hæc de Spiritu controversia prodiret. Non multo post exortam hanc controversiam dissiluit eorum amicitia, propterea quod Basilius, etsi in probanda et periclitanda hominum suspectorum fide morosus non erat, ita tamen in constringendo et firmissimis nodis tenendo Eustathio cautus fuit, ut cum iste hæc vincula effugere non posset, odium et iracundiam in Basilium palam et aperte evomuerit. Basilii ergo lenitas in defendenda Spiritus divinitate nequaquam Eustathium cum eo conjunxit, sed potius summa in hoc dogmate tuendo constantia disjunxit.

Formula autem, cui subscripsit Eustathius, non solius Basilii, sed etiam Theodoti et Meletii opus est; et cum temperamento et accommodatione non careat, nec Spiritum sanctum appellet Deum, quis credat cum opusculi auctore, Basilium propterea Theodoto et Meletio in offensionem venisse, quod Dei nomen interdum Spiritui sancto non tribueret? Magnæ profecto exstiterunt Theodoti Nicopolitani in Basilium injuriæ (ep. 99); sed illius morositatis causa, Basilii communio cum Eustathio, non vocis unius prætermissio. Metuit aliquandiu Basilius ne S. Meletio, in iis quæ ad Eustathium spectabant, parum æquo uteretur. Sed statim atque in Armeniam profectus, consilii sui rationem sancto exsuli exposuit, summam illius æquitatem expertus est. Quod autem egerat in defendenda Spiritus divinitate, nunquam id ei aut apud alium episcopum purgandi sui laborem attulit.

Auctor opusculi non solum adversarios affingit Basilio, qui nulli exstitere; sed etiam quos habuit defensores, ab eo avellere conatur, S. Athanasium et S. Gregorium Nazianzenum : ac de altero quidem dubitat, an factum Basilii aliquando probaverit, alterum non semper probasse contendit. Equidem non video quid nobis relictum sit, quo nitamur in rebus criticis, si Basilio patrocinium eripiatur S. Athanasii. Exstant duæ illius epistolæ in Basilium perhonorificæ, altera ad Palladium, altera ad Joannem et Antiochum. In utraque Basilium defendit, accusatum a monachis Cæsariensibus, quod in dogmatis defensione remissius aliquid egisset. Unde Athanasius ait : *Si suspectus esset Basilius in iis quæ ad veritatem spectant, laudabilem fore eorum contentionem.* Declarat eum *magis pro veritate certare, et eos qui doctrina egent edocere.* Hortatur monachos, *ut, respicientes ad propositum veritatis illius et œconomiam, glorificent Dominum*, etc. Quænam illa œconomia, quæ monachis Basilii accusandi materiam dedit? quodnam dogma visus est remissius defendere? Nihil sane reperias præter quæstionem de Spiritu sancto. Huc accedit testimonium Gregorii Nazianzeni, cujus ex epistola 27 discimus Basilium, cum die festo S. Eupsychii Deum non appellasset Spiritum sanctum, monachorum querelas in se concitasse. Res ergo et personæ congruunt. Ipsum etiam congruit tempus. Nam Basilius hac usus est œconomia, ac in has incurrit criminationes, antequam sanctus Athanasius e vita migrasset, nempe anno 371.

Quod spectat ad S. Gregorium Nazianzenum, tempus assignari posse non puto, quo factum amici probare desierit. Hanc enim illius animi moderationem, et vivente ipso et mortuo, laudavit, nec laudavit solum, sed etiam imitatus est. Ubi primum accusatus est in quodam convivio Basilius, exarsit in illius reprehensorem indignatio Gregorii.

Digitized by Google

Postquam venit Constantinopolim Gregorius (6), ut ibi catholicam fidem pene exstinctam exsuscitaret, non solum in refellendis hæreticis acrem se et indefessum præbuit, sed etiam in sanandis exemplo Basilii infirmis lenem et moderatum, ut declarat illius testimonium, quod ex oratione 44 deprompsimus. Reversus Constantinopoli orationem habuit in laudes Basilii, in qua inter alia illius præclare facta prudentem illam molestissimo tempore accommodationem recenset.

Temperamentum a Basilio adhibitum eo etiam nomine minus probatur, quod suum ipse consilium repudiaverit, nec quidquam simile in defendendo consubstantiali commiserit. Utrumque sua pontc refellitur. Nullum inconstantiæ vestigium hac in re neque in operibus Basilii, neque apud Gregorium Nazianzenum, qui non tam multam operam in defendendo amico insumpsisset, si sui illum facti credidisset pœnituisse. Ipsum etiam consubstantiale infirmioribus animis condonavit Basilius, ut supra diximus.

V. Atque ut tota illius in ejusmodi rebus agendi ratio perspiciatur, abs re non erit breviter exponere, quid ab hæreticis redeuntibus aut ab hominibus suspectis pro temporum varietate postulaverit. Sanæ doctrinæ Basilius ab infantia ad extremum usque spiritum retinentissimus fuit : nunquam in ejus cor ulli sermoni a sana doctrina alieno patuit aditus ; nulla illi sententiæ mutatio affingi poterat ; sed tamen accepta a teneris doctrinæ semina fatetur ipse usu crevisse (ep. 204, n. 6, p. 306 ; ep. 223, n. 3, p. 338. In iis autem quæ usu et exercitatione illi accesserunt, numerari potest quædam in dignoscendis hæreticorum cavillationibus prudentia, quæ cum in horas mutari solerent, non uno et eodem modo caveri debuerunt. In ea rerum perturbatione, quam Arianorum de simili et dissimili tricæ induxerunt anno 360, nec simile nec dissimile placebat Basilio, sed identitatem naturæ et consubstantiale profitebatur (ep. 8, p. 82). Postea rebus mutatis, cum jam ab Arianorum perfidia non tanta essent pericula, simile secundum essentiam suscipiebat Basilius, modo illud adderetur, *citra ullam differentiam ;* secus vero hanc vocem suspectam existimabat (ep. 9, n. 3). Atque hæc quidem Basilius non sua causa statuebat (ipse enim consubstantiale profitebatur), sed si qui suspecti essent, satis esse putabat ad eorum fidem purgandam, ut simili secundum essentiam adderent illud *citra ullam differentiam* (*ibid.*). Ex quo illud etiam perspici potest, Basilium nemini necessitatem imposuisse consubstantialis profitendi. Neque id mirum videri debet. Nam cum epistolam nonam scriberet, ex qua hæc desumpsimus, communione et amicitia conjunctus erat cum Silvano Tarsensi et pluribus aliis episcopis, qui, etsi fidem Nicænam acerrime defenderent, nondum tamen consubstantialis vocem palam et aperte receperant. Notum est omnibus quanta lenitate Athanasius et Hilarius cum ejusmodi hominibus agendum censuerint.

Videntur consubstantiale nondum recepisse qui fidei confessionem e Scripturis depromptam (tom. II, p. 223), ἔγγραφον ὁμολογίαν, a Basilio petierunt. Unde Basilius eorum consulens infirmitati promittit se non usurum *nominibus et verbis, quæ ipsis litteris et syllabis non reperiuntur quidem in divina Scriptura, sed tamen insitam Scripturæ sententiam servant.* In fidei confessione, quam ad eos misit, consubstantiale non adhibuit (p. 224) : quod quidem Basilius cum metueret ne reprehenderetur, declarat idem sibi propositum non esse ac in aliis operibus ; aliud enim esse hæreticos refellere, aliud sanam fidem simpliciter exponere (p. 225).

Non deerant initio episcopatus Basilii, qui consubstantiale nondum recepissent. Hos Basilius partim vituperandos, partim venia dignos judicat (ep. 52, n. 1, p. 145). Sed ejusmodi homines perpauci videntur fuisse. Nam post concilium Tyanense plerique consubstantiali manus dederunt, exceptis triginta quatuor Asianis episcopis, quos minime mirum est communi consilio obstitisse (7). Erat enim hæc regio sic emancipata errori, ut gratias Deo habendas existimet Basilius, *si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint.* Sensim itaque evenit, ut ex iis qui catholice sentiebant vix quisquam consubstantiale non admitteret (ep. 331). Postquam autem grassari cœpit hæresis Pneumatomachorum, tum vero non modo nihil amplius detractum est de fide Nicæna, sed etiam aliquid visum est huic formulæ addendum Basilius Cyriacum Tarsensem presbyterum hortatur (ep. 114, p. 207), ut fidem Nicænam recipiat, nec ullam in ea vocem rejiciat ; imo huic fidei addat *Spiritum sanctum dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt communicandum.* Non multo post Basilius, re cum sancto Meletio et Theodoto deliberata, illud etiam Eustathio præscripsit (ep. 125, p. 216), ut Spiritum sanctum itidem ut Patrem et Filium glorificaret : atque hanc glorificationem deinceps, ut rem necessario addendam synodo Nicænæ, proposuit, ut perspici potest ex epistolis 175 et 258, n. 2. Nihil magis incendit Pneumatomachos, quam hæc Spiritus glorificatio cum Patre et Filio. Sed Basilius declarat (*De Spir. S.* c. 29, p. 63) se nec gladii nec ignis metu usitatam constanti traditione glorificationem relicturum. Hoc tantum eis concedit (*ib.* c. 25, p. 54) ut quamvis præpositio *cum* aptior sit ad glorificationem persolvendam, si tamen uti malint conjunctione, etc., ut in baptismo, id eis, nemine repugnante, liceat.

(6) Naz., ep. 27.

(7) Sozom., lib. VI, c. 12.

Digitized by Google

§ IV.

I. *Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur.* II. *Græcorum scriptura magnis incommodis laborat.* III. *Latinorum lectio apte cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione cohæret.* IV. *Latinorum causa codicum mss. auctoritate defenditur.*

I. Exstat initio libri tertii *Adversus Eunomium* insignis locus, qui cum manifestum habeat de Spiritus ex Filio processione testimonium, si sine lituris ac sine additamentis legatur, gravissimæ Græcos inter et Latinos controversiæ materiam dedit. Defendit hoc catholicæ veritatis præsidium R. P. Ludovicus Vallée, emeritus theologiæ professor ac bibliothecæ Sanctæ Genovefæ præfectus, in erudita dissertatione, anno 1721 Parisiis edita apud Delaunay, via Jacobæa. Nihil potius aut melius facere possint, qui rem omnibus vestigiis indagare volunt, quam si eximium illud opus accurate perlegant : quod quidem cum omni argumentorum genere ita cumulatum et illustratum sit, ut nec dubitandi nec addendi locum relinquat, cumque non incommode cum nostris S. Basilii voluminibus compingi possit; libenter sane conticescerem. Sed quia celeberrimus Basilii locus in hac nova editione ita prodiit, ut in codicibus mss. hac in urbe exstantibus legebatur, non ut aliorum codicum longe plurium longeque antiquiorum auctoritas, ac ipsius sententiæ series et junctura postulabant, operæ pretium est huic incommodo mederi, et ex memorata dissertatione in gratiam eorum, quibus ad ipsum fontem adire non vacat, nonnulla derivare.

Ut facilius perspiciatur quid Græci, quid Latini in testimonio Basilii probent aut rejiciant, uncinis includemus quæ a Græcis addita Latini queruntur, asteriscis vero quæ a Latinis propugnata Græci aversantur.

Initio libri tertii proponit Basilius hanc Eunomii blasphemiam ita loquentis : *Cum autem hæc nobis de Unigenito sufficiant, consequens fuerit, ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias secuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes : a quibus cum didicerimus eum dignitate et ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.*

Sic respondet Basilius : *Quod igitur non putet oportere in simplici ac nuda multorum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis rationibus veritatem rursus ad id quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis quæ dixit ostendit. Nam multorum opinione contempta, qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctrinam : at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc eadem faciens quæ, dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse, tertium esse ordine et dignitate Spiritum, a seipso autem credere, natura quoque tertium esse. Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax in inducendis divinorum* A *dogmatum innovationibus? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque tertium esse? Dignitate quidem secundum esse a Filio, * ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis et omnino ex illa causa pendeat* tradit [fortasse] pietatis sermo. At natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex Scripturæ dictis consecutione ulla colligi potest.*

Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus a Patre est, quoniam ab illo est, et dignitate, quia origo ejus et causa est, quatenus est illius Pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem; non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est : ita profecto et Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus est a Filio, [*ut* B *hoc etiam omnino concedamus,*] *tamen non jure sequi ut alienæ sit naturæ, inde patet,* etc.

Tum Basilius, argumento ex angelis petito, quorum diversi ordines et dignitatis gradus, nec tamen diversa natura, sic concludit : *Sic profecto et Spiritus sanctus : etsi dignitate inferior est atque ordine* [*ut aiunt*]; *accepimus enim ipsum,* [*inquit,*] *tertium a Patre et Filio numeratum; cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* (Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti;) *at in quamdam naturam tertiam a Filio et Patre ejectum eum fuisse nusquam didicimus.*

Non difficile est animadvertere illud Græcis maxime molestum esse, quod Spiritus S. a Filio C esse habere dicitur : iisdem autem plurimum placere, quæcunque uncinis inclusa eo spectant, ut Basilius non asseveranter pronuntiare, sed velut hæsitans concedere videatur Spiritum ordine et dignitate minorem Filio esse. Vident enim, si id Basilius asseveret, inde sequi ut Spiritum ex Filio procedere crediderit. Sed hæc scriptura, quam Græci per fas et nefas defenderunt, longe alteri posthabenda, sive interiora quædam indicia spectentur, ut consensus cum Basilii cæterorumque Patrum doctrina, et sententiæ ipsius series et continuatio; sive ex antiquorum codicum mss. numero et auctoritate res dijudicetur. Utrumque argumentum breviter explanabimus, his qui uberiorem D hujus quæstionis cognitionem percipere volent, ad supra dictam dissertationem dimissis.

II. Inest sane magnum hoc vitium lectioni Græcorum, quod Basilium inducat de re omnibus testata, et ab ipso Basilio sæpe confirmata turpiter dubitantem. Quid enim absurdius, quam Filium Patre minorem ordine et dignitate asseverare, Spiritum Filio minorem ordine et dignitate dicere non audere? Hoc profecto non cadebat in Basilium, qui conceptis verbis docet in libro *De Spiritu sancto*, cap. 17, eumdem ordinem intercedere inter Spiritum ac Filium, ac inter Filium et Patrem : *Ut se habet Filius ad Patrem,* inquit, *sic ad Filium Spiritus secundum verbi Dei ordinem in baptismo traditum.* Ridiculam ergo formidinem Basilio affingit

Digitized by Google

illud, *fortasse*, ac illud, *ut hoc etiam omnino concedamus*, et infra, *ut aiunt*. Huic rationi non parum addit momenti quod ait Basilius Eunomium *etiam nunc eadem* facere, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est*. Indicat enim Basilius his verbis initium libri primi, ubi nudat artificia Eunomii, qui cum *piam traditionem, Patrum fidem*, rejecta multitudinis opinione apposuisset, statim de suo impietatem et blasphemiam addebat. Sic ergo illum interrogat Basilius : in hac fide *ubinam scriptum est, Credimus ingenerationem esse essentiam Dei universorum; aut, Credimus Unigenitum essentia dissimilem esse Patri?* Demonstrat eum sic aperte loqui debuisse, non insidias lectoribus struere, *et opinioni suæ velut hamo ad mortem trahenti simplicitatem fidei, ceu escam quamdam circumdare, ut imperiti ad id quod apparet festinantes, incaute impietatis scelere transfigantur*. Cum ergo Eunomium Basilius disputare incipientem de Spiritu, eadem facere dicat, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est;* necesse est ut in utroque loco principia illa, quæ impietati mox efferendæ velut escam hamo prætendebat, nec dubia visa fuerint nec incerta Basilio.

In eo etiam secum aperte pugnat Basilius, si Græcorum scriptura recipiatur, quod postquam ab Eunomio auctores doctrinæ celari dixit, ipsum Eunomium hanc doctrinam ex Christi verbis repetere asserat. *Simulat se servare doctrinam sanctorum; at eos qui illam ipsi tradiderunt tacet.* Et infra : *Accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre et Filio numerari : cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* « *Euntes baptizate* [1], » etc. Licet ergo oculis ipsis cernere perfidas manus, quæ hunc locum corruperunt. Nihil enim magis repugnat, quam ut Eunomium Basilius auctores hujus doctrinæ tacuisse dicat, quem tamen eamdem doctrinam Christi verbis acceptam fateatur retulisse. Delendum ergo illud, *inquit*, ac manifestum est non Eunomium hic loqui, sed Basilium qui Eunomii verba non solet in suam orationem intexere, nisi postquam ea ordine suo retulit. At verba modo citata nusquam refert Basilius ut Eunomii verba, nec profecto referre potuit.

Jam vero, si hæc spuria sunt, sequitur genuina esse quæ in lectione Græcorum desunt de processione Spiritus ex Filio. Eadem enim manu facinus utrumque commissum, nec alio consilio assuta dubitationis indicia, nisi ut minus miraremur Basilium, qui de Filio disserens, accurate explicat, quo sensu minor sit ordine et dignitate, non idem etiam de Spiritu disserentem fecisse. Erat enim hæc explicatio prorsus necessaria asseveranti Spiritum ordine et dignitate minorem esse Filio; dubitanti et hæsitanti minus necessariam Græci existimarunt.

[1] Matth. XXVIII, 19.

Antequam veniam ad propugnatam a Latinis lectionem, libet aliud additamentum animadvertere in his verbis : Τίνες δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεποίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει· *Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest.* Hæc verba, εἰπεῖν οὐκ ἔχει, *dicere non potest*, quæ ex quatuor Regiis mss. eruta sunt, in tribus autem aliis et in antiquis editionibus desunt, manifestum habent perfidiæ et corruptelæ indicium. Quis enim credat Basilium ita in ecclesiastica traditione hospitem et peregrinum fuisse, ut cum ipse Filium ordine et dignitate minorem pronuntiet, illius doctrinæ, quæ de Spiritu idem tradit, auctores nullos ab Eunomio citari posse diceret? Sive Basilii sunt, quæ infra leguntur, *Cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem*, etc., ipsum Dominum agnoscit Basilius hujus doctrinæ auctorem, nedum auctores nullos proferri posse existimet. Sive Eunomio tribuenda hæc verba; non laborat auctorum doctrinæ suæ penuria, qui ipsum Dominum citat auctorem. Mendose ergo in hanc novam editionem irrepserunt hæc verba : sed tamen non parum prosunt ad demonstrandam Græcorum in hoc Basilii contextu adulterando audaciam.

Assentiri enim non possum erudito dissertationis auctori, qui Basilium putat ad impiam Eunomii de tertia substantia sententiam respicere, dum ait : *Simulat se servare sanctorum doctrinam, at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet.* Distinguit enim accurate Basilius ea quæ Eunomius *a sanctis se didicisse* aiebat, nempe, *tertium esse ordine et dignitate Spiritum*, ab iis quæ se *a seipso credere fatebatur*, nempe, *natura quoque tertium esse.* Quod ergo addit Basilius, *Quinam autem sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam ediderе?* id prorsus immerito referretur ad ea quæ se Eunomius *a seipso credere*, non a sanctis accepisse aiebat. Quare cum eum sic interrogat Basilius : *Quinam autem sunt sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam edidere?* non obscure declarat Eunomium callide reticuisse sanctorum testimonia ac præsertim Christi verba, ex quibus Spiritum sanctum ordine tertium esse colligitur, quia, cum hæc verba Spiritus sancti divinitatem evidenter astruant, si ea retulisset Eunomius, manifestior exstitisset eorum, quæ de suo statim addebat, impietas.

III. Scriptura, quam defendunt Latini, non solum apte et commode cum tota Basilii doctrina, sed etiam necessario cum illius ratiocinatione ejusque argumentis cohæret. Spiritum ex Patre et Filio procedere vel hoc unum testimonium demonstrare possit, quod sub finem libri II *in Eunomium* habemus. Nam cum Eunomius impie Filium creaturam Patris, Spiritum creaturam Filii vocaret, Basilius impietatem illius perhorrescit, quod creaturam diceret Spiritum sanctum; ac deinde illum sic arguit,

Digitized by Google

quod Spiritus originem non Patri et Filio, sed soli Filio attribueret. *Illud vero*, inquit (p. 270), *cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam sit in rerum natura, quod ad Filium pertineat, et a Patre alienum sit? « Omnia enim, inquit, mea tua sunt, et tua mea*[a]. » *Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit, et ad ejus accusandam naturam illius creationem usurpat?* Luce clarius est Basilium inter et Eunomium convenisse, Spiritus originem Filio attribuendam, sed in eo controversiam exstitisse, quod Eunomius soli Filio attribueret, Basilius Patri et Filio. Sententiam suam Basilius non perfunctorie probat. Contendit duo fore principia, si Spiritus origo soli Filio tribuatur. Demonstrat eum non dirimendum esse a Patre, cum et Apostolus conjuncte Spiritum Christi et Spiritum Dei Patris appellet; *ac Dominus Spiritum veritatis dicat (est enim ipse* Christus *veritas) et de eo dicat : A Patre procedit*

Neque etiam obscure perspicitur Basilii sententia ex his verbis epist. 52, n. 2 : *Non enim quæ fratrum inter se cognationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant, sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Manifesta est et aperta conclusio, quam theologi ex his verbis deducunt. Nam si ea tantum dici debent consubstantialia, quorum alterum ex altero originem habet, non potuit Spiritus tot locis apud Basilium consubstantialis Filio dici, nisi eum ex Filio originem habere constaret. Equidem hoc testimonium paulo aliter interpretatus sum ac Petavius; sed nihil de argumenti pondere decedit. In ea enim, quam infra afferam, interpretatione negat Basilius ea tantum dicenda consubstantialia, quæ fraterna tenentur cognatione, ut nonnulli existimabant; sed tunc etiam hanc vocem congruere contendit, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.* Ex quo patet Basilium inter et adversarios convenisse, Filium ex Patre, Spiritum ex Patre et Filio exsistentiam habere, ejusdemque esse naturæ, sed isti, quanquam erant Catholici, nec Filium Patri, nec Spiritum Patri et Filio consubstantialem dicere volebant, quia videbatur eis illa vox minus convenire, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.*

In eadem epistola Basilius sanctum et inviolabilem esse contendit ordinem personarum, *quem in Evangelio didicimus a Domino dicente : « Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*[b]. » Idem docet in ep. 125, n. 3. Qualis sit ille ordo personarum, perspicimus ex lib. I *in Eunomium*, ubi sic loquitur : *Nos autem*, inquit (p. 232), *secundum relationem causarum ad ea quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus.* Idem autem de sancto Spiritu dicendum demonstrant hæc verba ex cap. 17 libri *De Spiritu sancto* jam citata : *Ut se habet Filius ad Patrem, sic ad Filium Spiritus*, etc. Atque hæc relatio fusius explicatur in cap. 18 ejusdem libri.

His addi possunt nonnulla ex quinto *in Eunomium* libro, qui liber etiamsi Basilii non sit, ei tamen a Græcis adjudicatur, ac totus ex ejus sententiis compositus est. Ibi (pag. 305) legimus Spiritum esse *Verbum Filii, imaginem Filii, Spiritum Filii, procedere ex Deo per Filium.* Nec omittenda illa quæstio (*ibid.*), *Cur et Spiritus Filius Filii non dicitur?* Quæ quidem perabsurda fuit, si ex Filio Spiritus non procedit.

Quod si unquam Basilius Spiritum a Filio procedere docuit, tum maxime hujus depromendæ doctrinæ necessarium exstitit tempus, cum illum Filio minorem ordine et dignitate esse, in suscepta adversus subtiles hæreticos disputatione pronuntiavit. Nam qui de Filio obiter agens, eum ordine et dignitate minorem Patre non ausus est dicere, nisi statim causam adderet, quia a Patre est, et Pater ejus origo, quanto magis hæc illi cautio adhibenda fuit, cum Spiritum sanctum, de quo data opera disserebat, Filio minorem ordine et dignitate diceret? Quinetiam manca erit vel potius absurda Basilii ratiocinatio, nisi Spiritum Filio minorem esse ordine et dignitate, quia a Filio esse habet, si minus dixerit, saltem cogitaverit et crediderit. Huc enim tota rediret hæc ratiocinatio : Quemadmodum Filius qui a Patre esse habet, ordine et dignitate minor est Patre, non tamen natura; sic Spiritus, qui a Filio esse non habet, ordine et dignitate minor est Filio, non natura. Quo quid absurdius fingi potest? Necesse est ergo ut causa, cur Spiritus ordine et dignitate tertius sit, si minus a Basilio verbis expressa, saltem illius animo obversata sit. Sed hujus causæ, ut jam dixi, conceptis verbis efferendæ necessitatem imponebat Eunomii perfidia, qui hoc principium in alienissimos sensus rapiebat, et Spiritum natura tertium esse inde colligebat. Unde Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 6, Filium negat inferiorem dignitate, ac prorsus æqualem esse contendit.

IV. Ad tot et tanta rationum momenta, quæ etiam sine codicibus mss. valerent, accedit codicum mss. auctoritas, non eorum quidem, qui nunc in bibliothecis nostris exstant, sed eorum quos olim exstitisse certissimis monumentis cognoscimus. Hugo Etherianus, sæculi duodecimi scriptor, qui tres libros ad Latinorum defensionem Alexandro tertio nuncupavit anno 1177, citat in secundo libro, cap. 19, illud Basilii de Spiritu dictum, *a Filio esse habens.* In libro tertio, cap. 12, sensum magis quam verba refert. At in cap. 13 ejusdem libri locum integrum refert sine additamentis dubitationem Basilio affingentibus, non vero sine insigni illa sententia, quæ Spiritum a Filio esse habere declarat.

[a] Joan. XVII, 10. [b] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google

Atque hæc Etherianus laudat, ut minime dubia minimeque controversa. Nec Nicetas Maroniensis, qui Etherianum eodem sæculo oppugnavit, ullam huic testimonio suspicionem falsi injicere conatus est, ut discimus tum ex Bessarione, qui se hoc testimonium in libro Nicetæ vidisse testatur (8); tum maxime ex Leone Allatio, qui hoc testimonium a Niceta, ut integrum, susceptum fuisse asseverat (9). Neque etiam codicibus, quibus sæculo duodecimo utebatur Euthymius Zigabenus, inerant spuria additamenta. Is enim in *Panoplia* testatur Basilium non dubitasse, *an Spiritus sanctus esset ordine et dignitate posterior Filio.*

Sæculo decimo tertio prodire cœperunt nonnulli codices, in quibus deerat testimonium Græcis incommodum, additamenta cum illis facientia non deerant. Sed velim laudatam dissertationem evolvant, qui scire avent, quomodo Beccus, ejusque duo comites et archidiaconi, Constantinus Meliteniotes, et Georgius Metochita hos codices et recentes esse et perpaucos et ab aliis longe antiquioribus ubique terrarum dispersis refelli ostenderint. Eamdem causam strenue defenderunt sæculo decimo quarto duo alii inter Græcos doctissimi scriptores, Demetrius Cydonius et Manuel Calecas. In concilio autem Florentino sex prolatis codicibus, unus tantum papyraceus Græcis favit, quinque alii Latinis; quorum codicum quatuor in membranis scripti erant. Cum autem in eodem concilio Marcus Ephesius dictitasset, se scire libros esse apud Constantinopolim supra mille, in quibus Græcorum lectio contineretur; mendacium illius oculis suis ac manibus comprehendit Bessarion, qui Constantinopolim reversus, ut ipse testatur in epist. ad Alexium Lascarim, omnibus inspectis bibliothecis, lectionem Græcis incommodam nullo prorsus in codice recenti ac post dissensionem scripto reperit; at in aliis non paucioribus ac longe antiquioribus reperit. In primis autem memorabile est quod de duobus codicibus in monasterio Christi Salvatoris Pantepoptæ a se inventis narrat; quorum in altero antiquissimo et membranaceo veritas violata fuerat, spatio vacuo adhuc facinus testante; in altero autem papyreo et ante annos trecentos scripto perfusa erat atramento tota illa pars, quæ Spiritum ex Filio tanquam ex causa docet dependere.

Ejusmodi codices etiamsi in bibliothecis Græcorum nulli jam exstarent, nihil tamen de eorum auctoritate decederet; quippe cum certissimis historiæ monumentis et testimoniis memorentur, quæ nullo prorsus facinore deleri, nullo furto abscondi possunt. Neque etiam ambiguum esse possit, utri codices potiores sint existimandi, antiqui an recentes: scripti ante exortam de Spiritu sancto controversiam, antequam Græcorum interesset quidquam in contextu Basilii attentare, an quos postea iidem Græci in ipso contentionis æstu protulere, cum nihil ad causæ suæ defensionem non auderent. Quare eorum, qui S. Basilii operibus in lucem edendis præfuerunt, videtur in eo requirenda diligentia, quod nulla prorsus editio, si tamen excipias Trapezuntii Latinam interpretationem, eximium de Spiritus sancti processione testimonium in avitam sedem restituerit, ac nævos de industria injectos expunxerit.

§ V.

I. *Utrum S. Basilius ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet.* II. *Utrum mundum temporis momento creatum crediderit.*

I. Jam observavimus argumentum non leve processionis Spiritus sancti ex Filio reperiri in epistola 52 S. Basilii ad canonicas. Sed quia idem ille locus negotium facessit doctissimis theologis, aliquid operæ insumendum in eo explicando. Videtur enim ea sola existimare consubstantialia, quorum unum ab altero originem accepit. Sic autem loquitur pag. 145, n. 2: Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν· ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον, τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ φύσεως, ὁμοούσια λέγεται· *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Basilii verba sic explicat Petavius (10) cum Caleca, Bessarione et Demetrio Cydone, ut illum ea proprie consubstantialia dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur; cætera vero minus proprie, ut Petrus et Paulus. Sed si S. Patris verba expendantur accuratius, non videtur hoc loco id negare, quod ipse conceptis verbis asseverat in epist. 38, homines esse inter se consubstantiales; sed eos tantum refellit, qui consubstantialis notionem rebus inter se fraterna cognatione junctis ita proprie attribuebant, ut divinis aptari non posset.

1° Fatetur Basilius consubstantialis notionem, qualis exponebatur ab adversariis, locum aliquem habere in ære et conflatis ex ære numismatibus. Ibi enim est substantia quædam anterior, quæ in multa dividitur. 2° Examinandum est quinam refellantur his verbis: *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, consubstantialia dicuntur, id quod quidam existimant.* Non eos sane refellit, qui Petrum et Paulum consubstantiale esse dicebant ob naturæ similitudinem, ac inde concludebant Patrem et Filium, utpote lumen et lumen, esse consubstantiales. His tantum adversatur, qui consubstantiale rejiciebant. Sed quid in eis reprehendit? Nihil aliud profecto, nisi quod consubstantiale iis tantum attribuerent, quæ fraternam habent cogna-

(8) Ep. ad Alex. Lascarim.
(9) *Enchirid.*, c. 20.
(10) *De Trinit.* lib. VII, cap. 4.

Digitized by Google

tionem. Hanc enim arripiebant causam, cur a personis divinis, ut fraternam cognationem, ita etiam consubstantiale excluderent. Quare non erat cur Basilius in contrarium vitium curreret, et quod adversarii negabant sine fraterna cognatione posse consistere, id cum ea conciliari non posse diceret. Satis erat ostendere, non ea tantum dici consubstantialia, quæ fraternam habent cognationem : *sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ*, tunc recte dici consubstantialia. 3° Non leviter prætereunda hæc verba, *id quod quidam existimant*. Ex his enim patet non communem a Basilio opinionem refelli, quam ipse alibi profitetur, ut modo observavimus, sed singulare nonnullorum hominum commentum, qui putabant *consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ, et eorum quæ ex substantia, adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis in quæ divisa est.*

II. S. Basilii mentem minus calluerunt, qui eum in opere sex dierum explicando sic versari existimarunt, ut mundum temporis momento cum suo ornatu creatum a Deo doceat. Omnibus certe Moysis vestigiis accuratissime insistit. Quærit homil. 2, n. 1, pag. 22, cur terra dicatur incomposita, idem vero de cœlo non dicatur. Terram ideo incompositam dici statuit, quia nondum plantas, arbores et flores protulerat. At ipsum cœlum incompositum fuisse contendit. *Hæc eadem*, inquit, *et de cœlo dixerimus, nondum illud excultum fuisse, nec proprium recepisse ornatum : utpote quod nondum sole nec luna splendesceret, neque astrorum choris coronaretur. Nondum enim istæc condita erant. Quare a veritate non aberraveris, si cœlum incompositum dicas. Invisibilem autem terram appellavit ob duas causas ; vel quod nondum esset illius spectator homo ; vel quod demersa innatantibus super ipsius superficiem aquis videri non posset. Nondum enim erant aquæ in suas stationes congregatæ, quas postea aggregatas Deus maria appellavit.*

Hæc profecto nihil redolent ex subtili illa opinione, quæ mundum cum suo ornatu temporis puncto prodiisse censet. Idem perspicitur ex num. 3 ejusdem homiliæ, p. 15, et ex homil. 5, n. 5, p. 44. Occurrit in homil. 4, n. 4, huic quæstioni : *Si aqua erat super terram, cava omnia quæ nunc pelagus continent, referta erant. Quo igitur colligendæ erant aquæ, concavis jam occupatis?* Sic respondet : *Ad hæc respondebimus, tunc et receptacula fuisse præparata, cum aquam oportuit in unam secerni congregationem. Neque enim erat illud quod est extra Gades mare*, etc.

His addere non pigebit, quæ Basilius de creatione solis peracute observat. Sic loquitur homil. 4, n. 5, p. 37 : Ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν τὴν γῆν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς τοῦ ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς παρεσκεύασεν· *Ne soli ariditatis terræ causam attribueremus, antiquiorem solis generatione ariditatem terræ opifex effecit.* Et homil. 6, n. 2, p. 51 : *Cœlum et terra præcesserant, post hæc creata lux fuerat, dies et nox discretæ fuerant; item firmamentum, et aridæ detectio. Terra propriis germinibus erat referta, quandoquidem et innumera protulerat herbarum genera, et omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, neque luna : ne lucis auctorem et patrem appellarent solem, neve rerum e terra nascentium opificem qui Deum ignorant existimarent.*

Jam vero perfacile est exponere quo sensu Basilius mundum temporis momento productum dixerit. Testimonium quod objicitur, exstat homil. 1, n. 6, ubi sic loquitur : Ἡ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, » ἐπειδὴ ἀμερές τι καὶ ἀδιάστατον ἡ ἀρχή. Ὡς γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ὁδοῦ οὔπω ὁδός, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς οἰκίας οὐκ οἰκία· οὕτω καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ οὔπω χρόνος, ἀλλ' οὐδὲ μέρος αὐτοῦ τὸ ἐλάχιστον... Ἵνα τοίνυν διδαχθῶμεν ὁμοῦ τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ ἀχρόνως συνυφεστάναι τὸν κόσμον, εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν· » ὅπερ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, σαφέστερον τὸν νοῦν ἐκδιδόντες, εἰρήκασιν, « Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, » τουτέστιν ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ· *Aut fortasse ob factam in momento et citra tempus creationem dictus est, « In principio fecit [10] : » quandoquidem partium et divisionis expers principium. Quemadmodum enim principium viæ nondum est viæ, et domus principium nequaquam domus est : sic et temporis principium nondum tempus est, imo neque pars ipsius minima... Igitur ut mundum voluntate Dei citra ullam temporis moram simul substitisse edoceamur, dictum est : « In principio fecit. » Quod ipsum interpretes alii, sententiam dilucidius reddentes, dixerunt : « In capitulo fecit Deus, » hoc est, subito et brevi.* Sed ex his verbis nihil aliud colligi potest, nisi id quod Christiani omnes semper tenuerunt, omnia temporis momento e nihilo educta, nec quidquam Dei restitisse voluntati. Hinc idem docet Basilius de iis quæ sigillatim ad mundi ornatum prodiere. Sic enim de terræ germinibus loquitur homil. 5, n. 5, pag. 44 : *In minimo etiam temporis puncto a germinatione exorsa terra, ut Conditoris leges servaret, per omnem accretionis speciem progrediens, confestim germina deduxit ad perfectionem.*

§ VI.

1. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium et Pneumatomachos. II. Valde etiam studiosus exstitit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat. III. Cur adversarios ad Scripturam provocat. IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit. V. Quo sensu auditores probare debere quæ a magistris dicuntur.

I. Non interest eorum, qui sectas ab ecclesia

[10] Gen. I, 1.

Digitized by Google

dissidentes defendunt, in his argumentis, quæ ad Ecclesiæ et traditionis ei commissæ auctoritatem spectant, sese venditare. Cum enim eventui unius pugnæ sua omnia committunt, semelque hac in re victis nihil superest ad causæ defensionem; tum vero eo facilius in hoc dogmate quam in aliis vincuntur, quod ne erroris quidem novitate molestiam facessunt, sed omnium hæreticorum, qui unquam exstitere, vestigiis insistunt. Ausus est tamen Scultetus (10*) ad acerrimum traditionis defensorem Basilium provocare, nec timide aut verecunde versatur in illius testimoniis colligendis. Sed ut Sculteti temeritas in promptu omnibus sit, paucis exponenda S. doctoris sententia : quanquam Ecclesiæ traditionem non magis eruditis scriptis, quam rebus fortiter gestis defendit. Non segnis sane et indiligens opera illius in explicandis Scripturis : sed idem acerrimus exstitit traditionis defensor. Probe enim sciebat verbum Dei non solum scripto ab apostolis, sed etiam viva voce traditum Ecclesiæ fuisse; et quod Ecclesia in omnibus sæculis constanter docuit, id non aliunde quam ab apostolis acceptum esse, nec ab eo, quod scripserunt apostoli, divelli posse, nisi aliud scripto apostoli, aliud viva voce docuisse fingantur. Hujus sententiæ præclarum reliquit testimonium in libro primo *adversus Eunomium*, qui cum in doctrina divinitus revelata eamdem ac in rebus philosophicis licentiam peteret, ac in Catholicos jocaretur, quasi *ex multitudine verum a falso secernerent, majori parti tributa palma, ac priorum agmini concessa victoria, aures posterioribus obturarent*, sic a sancto doctore refellitur (p. 210) : *Quid dicis? palmamne demus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum qui nunc sunt, neque eorum qui fuerunt, ex quo prædicatum est Evangelium? Ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cujuscunque generis claruerunt; quibus omnibus inimicam et adversam hanc viam impietatis recens excogitasti; sed clausis prorsus animæ oculis, et sancti cujuslibet viri memoria e mente depulsa, unusquisque cor nostrum otiosum ac purgatum captionibus ac sophismatis tuis subdamus?* Ambigi non potest utrum imitatæ sint recentes sectæ, Basilium an Eunomium : utrum cum Basilio sanctorum Patrum auctoritatem, ac multitudinem Christianorum omnium, tum eorum qui nunc sunt, tum eorum qui ab Ecclesiæ ortu exstiterunt, reveritæ sint; an cum Eunomio tantam auctoritatem tricis et cavillationibus exagitaverint.

Non minoris momenti videntur esse quæ sequuntur. *Magna profecto*, inquit (*ib.*, p. 211), *foret tua potentia, si quæ multiplici suo artificio diabolus consecutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret; si videlicet persuasu ac inductu tuo traditionem, quæ per præteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus.* Ex his perspicimus omnia diaboli artificia in suscitandis hæresibus eo spectasse, ut apostolicam prædicationem, quam Ecclesia veluti sacrum depositum custodit, penitus convelleret; sed ejus conatus irritos fuisse. Qui ergo *traditionem per præteritum omne tempus apud tot sanctos prædicatam* impugnarunt, hi non Spiritum sanctum in Scripturis interpretandis ducem habuerunt, sed diaboli ad evertendam Ecclesiam emissarii fuere. Hinc hæresum originem ex contemptu sanctorum Patrum repetit Basilius in commentario *in Isaiam*. *Nonnulli sunt*, inquit (p. 555), *qui cum Patres et tradita ab eis dogmata fastidiant, ipsi hæresum cupiunt esse auctores.*

Si qua sane dogmata sine traditione defendi possent propter apertissima Scripturæ testimonia, id potissimum de Filii ac Spiritus sancti divinitate statui deberet. Nullo tamen in dogmate acrius defensa traditio. Quam necessarium sit hoc Ecclesiæ præsidium, pluribus locis declarat Basilius. *At ne separes*, inquit in homil. 24 (p. 194), *a Patre et Filio Spiritum sanctum, absterreat te traditio. Sic Dominus docuit, prædicavere apostoli, Patres conservavere, confirmavere martyres.*

Sed præcipue in libro *De Spiritu sancto* omnes ingenii vires in defendenda catholici dogmatis traditione profundit. *Id quod impugnatur fides est*, inquit (cap. 10, pag. 21), *isque scopus est communis omnibus adversariis et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes.* Et cap. 27 (p. 54) : *Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus et prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione apostolorum : quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicet : nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti, aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* Cur ad traditionem confugiendum sit, ut doctrina Ecclesiæ percipiatur, hanc etiam affert rationem (p. 55), quod non solum omnia Scripturis consignata non fuerint, sed etiam ipsa Scriptura obscuritate quadam involvatur. *Est autem silentii species etiam obscuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam idque ad legentium utilitatem* (p. 206).

Speravit Scultetus hæc eludi posse, si hanc partem libri *De Spiritu sancto*, ex qua postremum te-

(10*) *Medul. theol.*, part. IV.

Digitized by Google

stimonium deprompsimus, non Basilii fetum esse, sed manus alienæ facinus; aut saltem Basilium hoc loco non de præcipuis fidei capitibus, sed de rituali-bus traditionibus, *quarum aliæ nullius momenti, aliæ ex hominum memoria in ipsa Ecclesia Romana pridem deletæ*, disserere responderet.

Primum illud commentum, quod perfidæ manus suspiciones in librum *De Spiritu sancto* injicere conatur, sic jam ab omnibus explosum est, ut nova opera non sit refellendum. Quod autem spectat ad alteram Sculteti responsionem, verum illud quidem est Basilium hoc loco nonnulla commemorare quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent : sed non idcirco minus exploratum est ejus principium, nempe utraque eamdem vim ad pietatem habere, et quæ Scripturis prodita sunt, et quæ recepimus ex traditione apostolorum. Nam illa etiam, quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent, par habent momentum, sive Scripturis, sive traditione apostolorum contineantur; pariter enim immutari possent, quemadmodum ritus mergendi in aquam, qui in Scripturis memoratur ac ipsa baptismi voce significatur, quia tamen ad essentiam baptismi non pertinet, immutatus est ab Ecclesia. Frustra ergo S. Basilium exagitat Scultetus, quasi in hoc Basilii loco regula cum exemplis et exempla cum regula pugnent. Non enim id dicit Basilius, Evangelium in præcipuis partibus lædi, et prædicationem ad nudum nomen redigi, si ritus nonnulli immutentur ab Ecclesia : sed ex contemptu traditionis hoc gravissimum incommodum consequi docet, ut nihil prorsus in Ecclesiæ cultu et doctrina supersit integrum, sed ipsa eucharistiæ consecratio, confirmationis sacramentum, ipsa etiam fidei professio in Patrem et Filium et Spiritum sanctum evertantur (pag. 57). Hujus sententiæ veritatem demonstrant exemplo suo recentes sectæ, quæ, traditione semel rejecta, non solum pios Ecclesiæ ritus, sed etiam eucharistiæ consecrationem, qualis a Basilio describitur, ac sacramentum confirmationis sustulerunt, et prædicationem Evangelii ita ad nudum nomen redegerunt, ut tota religio cujusque arbitrio et libidini permissa sit, ac ne ipsa quidem Trinitatis doctrina adversus Unitarios defendi possit.

II. Testis est etiam locuples Basilius, quanto animi ardore defendi debeat usitatus in Ecclesia ad dogma exprimendum sermo. Nam, cum pati non possent Pneumatomachi Spiritum sanctum una cum Patre et Filio glorificari, demonstrat hanc glorificandi rationem et apud antiquos Patres usitatam esse, et in toto Occidente et in Oriente vigere. Deinde sic loquitur (cap. 29, pag. 63) : *Qui fit igitur, ut ego sim innovator, et recentiorum verborum architectus? cum totas nationes, civitates, et consuetudinem omni hominum memoria vetustiorem, insuper et viros Ecclesiæ columnas, omni scientia ac virtute Spiritus claros, duces ac patronos hujus vocis exhibeam? Ob hæc hostilis illa acies adversus nos commota est, omnisque civitas, vicus et omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem : verum quoniam est magna patientiæ merces, toleratas pro fide afflictiones secutura, præter hæc ei gladius splendescat, et securis acuatur, et ignis ardeat Babylonico illo vehementius, et omnia supplicio-rum instrumenta in nos moveantur; quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas Dominus in Spiritum blasphemias jacientibus intentavit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adeo gratam ac familiarem sanctis, insuper et tam diutino usu confirmatam. Nam ex quo tempore est annuntiatum Evangelium usque ad præsens, ostenditur in Ecclesiis usitatam fuisse : et quod est omnium maximum, pium ac religiosum sensum habere demonstratur.*

Non minus enituit Basilii studium et animi ardor in defendenda conciliorum auctoritate. Hinc declarat (epist. 114) *trecentos decem et octo Patres, nec sine Spiritus sancti afflatu locutos esse.* Quamvis ergo ab eo non peteretur, ut a synodi fide et sententia discederet, sed tantum ut unam vocem illius auctoritate consecratam imperatori cederet (11); nec exsilii, nec tormentorum minis, nec, quod sancto episcopo gravius esse debebat, luporum gregi imminentium metu adduci potuit, ut hoc nefas admitteret.

III. Objicit Scultetus illud Basilii ex epist. 189 : *Criminantur*, inquit (p. 277, n. 3), *quod unam bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem dicamus. Neque id extra veritatem : dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudinem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem et normam ducamus. Etenim, si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet et nobis profecto usitatum apud nos morem opponere. Quod si hunc illi rejiciunt, neque nobis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra; et apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omnino veritatis suffragium.* Ex his concludit Scultetus soli Scripturæ judicium a Basilio ac arbitrium attribui controversiarum.

Sæpe alias hunc locum Basilii decantavere Protestantes ; sed tamen quid eis prosit non video. Nam, 1° etiamsi Basilius Pneumatomachis vere et ex animo concessisset controversiæ, quam cum eis habebat, judicium ex sola Scriptura petendum ; quid hoc faceret cum Protestantibus ? Consuetudini Cæsariensi unam in personis divinis bonitatem, unam potentiam prædicanti contrariam Eccle-

(11) Nyss., I, Eunom., p. 314; Theodoret., lib. IV. c. 18.

Digitized by Google

siæ suæ consuetudinem opponebant Pneumatomachi: in hac consuetudinum varietate, quid mirum si ad Scripturam provocat Basilius? At Protestantes, cum novum religionis genus condiderunt, non habuere consuetudinem aut traditionem, quam constanti Ecclesiæ traditioni opponerent. Uti ergo non possunt auctoritate Basilii, qui traditionem non rejicit, sed quia inesse fingebatur in Ecclesiarum consuetudinibus varietas, ad Scripturam confugit.

2° Hæc traditionis varietas merum est commentum Pneumatomachorum. Solebant enim ut novum exagitare, quidquid illorum evertebat hæresim. Hinc consuetudinem glorificandi cum Patre et Filio Spiritus, quam Basilius in omnibus Ecclesiis vigere et semper viguisse demonstrat, (12) novam esse et ab Ecclesia minime probatam dictitabant. Quin etiam in hac ipsa epistola 189, postquam Ecclesiæ suæ consuetudinem objecere, statim vanitatem et mendacium confitentur, ac unam in personis divinis deitatem non improbant, modo ad Spiritum sanctum non extendatur. *Sed apertius*, inquit Basilius (n. 4), *orationis suæ nudant propositum : Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes ; Spiritum vero, qui una cum Patre et Filio numeratur, divinitatis notione minime comprehendi, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni.*

3° Quo tempore Basilius ad Eustathium archiatrum hanc scripsit epistolam, consilium suscepit, Amphilochii rogatu, scribendi adversus Pneumatomachos libri *De Spiritu sancto :* et cum in hoc opere traditionem tam acriter defendat, nemo illam in epistola rejectam suspicari possit. Præterea cum provocat ad Scripturas Basilius, non, ut Protestantes, earum interpretationem cujusque arbitrio permittit. Ne ipsi quidem Pneumatomachi hanc sibi licentiam arrogabant. Quamvis enim sub Valente plurimum possent, quia tamen in Ecclesia dominari et plebem suam facere volebant, cogebantur ut plurimum sese ad usitatas in Ecclesia interpretationes Scripturæ accommodare. Hinc anno 371 cum Basilium malo animo observarent, de Spiritus sancti divinitate disserentem patienter audierunt (13); et cum Spiritum nominatim Deum non appellasset, belli ei inferendi causam arripere non valuerunt. Anno autem 374 hoc tantum in eo reprehenderunt, quod Spiritum cum Patre et Filio glorificaret (14) : cætera non ausi sunt improbare.

IV. Utitur etiam Scultetus regula morali sancti Basilii 26, cap. 1, ubi sic habetur : *Quod verbum omne aut res testimonio divinæ Scripturæ obfirmanda sunt ad integram persuasionem bonorum et ad malorum verecundiam.* Et reg. 80, cap. 22, ubi statuit proprium esse fidelis nihil ex his quæ scripta sunt rejicere audere aut quidquam his addere. *Etenim*, inquit Basilius, *si omne quod non est ex fide peccatum est*, ut ait Apostolus [11], « *fides autem ex auditu est, auditus autem per verbum Dei* [12], » *omne quod est extra divinam Scripturam, cum ex fide non sit, peccatum est.* Idem Scultetus nonnulla alia colligit loca, in quibus similiter sancitur, ne quid addatur aut detrahatur sacræ Scripturæ. Quæ autem non sunt scripta, ea pro liberis habenda concludit ex his verbis (15) : *Quoniam alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa ; de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum quæ vetita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ jussa sunt... de iis vero quæ silentio prætermissa sunt, regulam nobis tradidit apostolus Paulus, cum dixit : « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Nemo quod suum est quærat : sed quod alterius unusquisque. » Quare necesse omnino est aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis propter mandatum illius.*

Inutilis sane Sculteti labor in ejusmodi testimoniis colligendis. In primo Basilius auctor est, ut in adhortando et increpando adhibeantur Scripturæ testimonia ; deinde ait in sequenti capite, *iis etiam quæ in natura aut consuetudine vitæ nota sunt, utendum esse ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.* Quis inde sequi suspicetur, penes Scripturam solam arbitrium esse et normam dirimendarum controversiarum, nec verbi divini, quod ab apostolis viva voce prædicatum tota Ecclesia custodit, habendam esse rationem?

Cum vetat Basilius ne quid addatur Scripturæ aut detrahatur, nequaquam excludit traditionem. Docet enim (16) adhibenda esse in refellendis hæreticis ea nomina et verba, *quæ ipsis quidem litteris et syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, sed tamen eam quam præfert Scriptura sententiam servant. Quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam sensum et peregrinum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina et a pia fide aliena* aversari se declarat. Traditionem ergo Basilius non dissociat a Scriptura, sed quæ traditione nituntur, et a sanctis usurpata sunt, ea negat peregrina et a fide aliena, etiamsi nominatim non legantur in Scripturis. Hinc in testimonio, quod depromptum est ex reg. mor. 80, verbum divinum, sive scriptum sit, sive voce prædicatum, nullo habet discrimine. Probat enim, quid

[11] Rom. xiv, 23. [12] Rom. x, 17.

(12) Lib. *De Spir*, c. 1, n. 3, et c. 27, n. 65, et c. 29, n. 75.
(13) Naz., or. 20, p. 364.
(14) Lib. *De Spir.*, cap. 1, n. 3.
(15) Reg. brev. 1, p. 364.
(16) Tom. II, pag. 224 et 225.

Digitized by Google

quid extra Scripturam est peccatum esse, quia peccatum est quidquid non est ex fide, fides autem ex auditu, verbi videlicet divini, sive prædicati, sive scripti. In libro secundo *adversus Eunomium* (p. 243) idem præceptum inculcat, ne quid addatur aut detrahatur iis quæ a Spiritu sancto tradita sunt; ac nominatim Scripturæ et traditionis meminit. *Proinde oportet*, inquit, *eum, qui Christi judicium ob oculos habet, novitque quam periculosum sit quidpiam subtrahere, aut addere iis, quæ a Spiritu tradita sunt, non conari quidquam a seipso innovare, sed in iis quæ prius a sanctis nuntiata sunt, acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit : id audere, nonne summæ dementiæ est?*

Magnæ indiligentiæ arguitur Scultetus ex testimonio, quod e reg. 1 brev. desumpsit. His enim verbis, *quæ silentio prætermissa sunt*, non ea intelligit Basilius, de quibus nihil in Scriptura legitur, sed de quibus nihil nominatim præscribitur aut vetatur : quales erant cibi simulacris immolati. Perspicua res est ex verbis Pauli, quæ citat Basilius.

V. Non omittendum est aliud testimonium ab eodem Sculteto objectum, ex regula morali 72, cap. 1, ubi hæc leguntur : *Quod debeant auditores qui in Scripturis eruditi sunt, explorare ac probare ea quæ a magistris dicuntur : et quæ quidem consona sunt Scripturis suscipere; quæ vero aliena, rejicere, eosque qui in ejusmodi doctrinis perseverant, vehementius aversari.*

Non imprudens Scultetus hæc verba resecuit, *qui in Scripturis eruditi sunt*, τοὺς πεπαιδευμένους τὰς Γραφάς. Ex his enim manifesta conclusio est Scripturam non omnibus proponi, ut unicam fidei regulam, nec omnibus claram et perspicuam esse in iis quæ ad fidem pertinent. Hinc Basilius in capite sequenti iis, *qui non multum in Scripturis versati sunt*, præcipit ut bonos ac malos pastores a fructibus eorum dignoscant. Quin etiam ne primis quidem concedit, ut Scripturam arbitrio suo interpretentur, et prout quisque sibi videbitur a Spiritu sancto edoctus. Sed eam Scripturæ interpretationem intelligit, quæ Ecclesiæ auctoritate et constanti traditionis consensu nititur. Ipse enim (ep. 204, n. 6) hac potissimum via Arianas novitates evitaverat. Nam, cum edoctus fuisset ab avia Macrina, quæ ei tradebat beatissimi Gregorii verba, quæcunque ad ipsam memoriæ continuatione servata pervenerant; postquam e patria in exteras provincias profectus est, si quos inveniebat secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos et patrum loco habebat, et animæ suæ duces sequebatur. Sic veritatem ab hæresi, pastores a lupis dignoscebat, non propriis suis Scripturæ studiis innitendo, sed ea constanter retinendo, quæ S. Gregorius Neocæsariensis ante exortam hæresim Arianam tota Ecclesia probante et applaudente prædicaverat.

Suppeditat nobis Ecclesia Neocæsariensis argumenta quædam, quæ hic videntur non omittenda. Musonius, qui hanc Ecclesiam rexit difficillimis temporibus, sic solebat admonere, cum concionaretur : *Cavete canes* (ep. 28, p. 108), *cavete operarios malos*. Quomodo autem hos canes arcebat a grege? *Erat ille vir novitatis inimicus, ostendens* (p. 106) *in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos et amplius luminarium instar resplenduerant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat : sed secundum Moysis benedictionem proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, et vetera ante faciem novorum.*

Quanta fuerit talis institutionis utilitas, inde demonstrat Basilius (p. 107), quod soli Neocæsarienses, vel certe cum paucis admodum in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam vitam Musonio gubernante egerint. Non enim eos attigit ventorum hæreticorum æstus, submersiones importans et naufragia animabus facile mutabilibus.

Musonii sedi Atarbius, non fidei ac virtuti successit; cumque hæresim Arianæ contrariam conaretur inducere, Basilius in tanta animarum pernicie silere non potuit, ac Neocæsarienses pluribus litteris admonuit, ut ab hoc sibi magistro caverent. Sic eos compellat in epist. 210 : *Fidei eversio*, inquit (n. 3, p. 314), *apud vos excogitatur inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, et eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri extinctum, conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, somnia in nos fingunt.*

§ VII.

I. S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in eucharistia. II. Requirit ut illud, « Hoc est corpus meum [13], » non minus certo credamus quam illud, « Verbum caro factum est [14]. » III. Insignis locus a Sculteto depravatus explicatur. IV. Basilii sententia confirmatur ex precibus liturgiæ.

I. Sive Basilio ascribantur libri *De baptismo*, sive non, certe sub ejus nomine citari ac laudari possunt, cum toti ex ejus sententiis ac verbis compositi sint. In libro secundo quæritur, cap. 2 : *An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, citra periculum possit sacrificare.* Quæstioni apponitur re-

[13] Matth. xxvi, 26; Marc. xiv, 22; Luc. xxii, 19; I Cor. xi, 24. [14] Joan. i, 14.

Digitized by Google

sponsum, ducta comparatione ex his quæ in sacerdotibus veteris legis requirebantur. Tum de sacerdotibus novæ legis sic statuitur: Ὁ δὲ Κύριος λέγων, *Μεῖζον τοῦ ἱεροῦ ὧδε*, παιδεύει ἡμᾶς ὅτι τοσοῦτον ἀσεβέστερός ἐστιν ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῦ δόντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει κριῶν καὶ ταύρων· οὐκ ἐκ συγκρίσεως, ἀσύγκριτος γὰρ ἡ ὑπεροχή· *Dominus autem cum dicit: « Templo majus hic est* [18], » *nos docet tanto magis impium esse eum, qui audet sacrificare corpus Domini qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem et hostiam in odorem suavitatis* [16], *quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris: quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis enim est excellentia.* Sic etiam in capite tertio ex pœna iis in lege imposita, qui sancta immundi tangere audebant, demonstratur, quantum sit scelus corpore Domini indigne vesci: Ὅσῳ γὰρ πλεῖον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν, τοσούτῳ δεινότερον καὶ φοβερώτερον τὸ ἐν μολυσμῷ ψυχῆς τολμῆσαι ἅψασθαι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, παρὰ τὸ ἅψασθαι κριῶν ἢ ταύρων, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ, etc. : *Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem, tanto gravius est et formidabilius in animæ inquinamento audere tangere corpus Christi; quam arietes aut tauros tangere; cum Apostolus dicat, « Itaque quicunque manducaverit* [17], » etc. Nihil sane in his exstat testimoniis, quod eludi vel detorqueri possit. Sacrificatur et consecratur corpus Christi : Christus præsens adest in altari, « *Templo major hic est.* » Illud discrimen statuitur inter antiquæ et novæ legis sacrificia, quod in primis vituli et tauri occisi fuerint, in nostris corpus Christi offeratur : discrimen sane commentitium, si sacrificium novæ legis corpus absentis Christi repræsentet; quippe cum idem præstiterint sacrificia veteris legis; idque eo aptius et significantius, quo cædes alicujus animalis aptior ad mortem Christi repræsentandam, quam res inanimæ, panis et vinum.

Eadem sententia paucioribus verbis statuitur in *Regulis brevioribus. Si quis autem*, inquit Basilius interrog. 309, *cum in immunditia sit, accedat ad sancta; etiam ex Veteri Testamento terribile illius discimus judicium. Quod si amplius templo hic est, nos utique modo magis formidando docebit Apostolus, qui dixit: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* [18]. »

II. Basilius inter ea, quæ certo credere debemus, etiamsi repugnet natura, eucharistiam numerat. Hanc enim in *Moralium* libro habemus regulam (reg. 8, p. 240): Ὅτι οὐ δεῖ διακρίνεσθαι, καὶ διστάζειν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγομένοις, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι πᾶν ῥῆμα Θεοῦ ἀληθὲς εἶναι καὶ δυνατόν, κἂν ἡ φύσις μάχηται· ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ ἀγὼν τῆς πίστεως· *Quod non oportet ambigere et dubitare de iis quæ a Domino dicuntur: sed persuaderi omne Dei verbum verum esse ac possibile, etsi natura repugnat; hic enim situm est fidei certamen.* Ad hanc regulam comprobandam inter alia refert illud: *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem ad manducandum? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis* [19].

Pluribus in locis pertractat Basilius de optima communicandi ratione, quam in eo positam esse docet, ut cum certo credamus Christum pro nobis crucifixum esse, ejusque carnem et sanguinem nobis apponi, hac illius passionis recordatione ad eum amandum accendamur. Sic in regula breviore 172 hæc instituitur quæstio, Ποταπῷ φόβῳ, ἢ ποίᾳ πληροφορίᾳ, ἢ ποίᾳ διαθέσει μεταλάβωμεν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; *Quali cum timore, aut qua animi persuasione, aut qua affectu participes simus corporis et sanguinis Christi?* Argumento est ejusmodi interrogatio magnum aliquod agi mysterium, quod tremorem incutere debeat, magnamque fidem ac sanctitatem postulet.

Interrogationi hæc subjicitur responsio : Τὸν μὲν φόβον διδάσκει ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, λέγων· *Ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει*· τὴν δὲ πληροφορίαν ἐμποιεῖ ἡ πίστις τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου εἰπόντος· *Τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*, etc. : *Timorem quidem docet nos Apostolus, cum ait: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit* [20] : » *persuasionem autem efficit fides verborum Domini, qui dixit: « Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem* [21]. » *Item ex fide testimonii Joannis, qui memorata prius Verbi gloria, posthac Incarnationis modum induxit, his verbis: « Verbum caro factum est* [22], » etc. *Itidem quoniam Apostolus scripsit: « Qui cum in forma Dei esset* [23], » etc.

Nemo est, qui hæc legens non facile perspiciat, 1° Christi verba, *Hoc est corpus meum*, ut firmissima fide credenda, a Basilio proponi; 2° non minus certo credenda esse, quam sequentia, *Verbum caro factum est*, etc. *Qui cum in forma Dei esset*, etc. Utraque enim testimonia, tum quæ ad eucharistiam, tum quæ ad incarnationem spectant, eodem prorsus modo proponuntur, ut verbis quidem clara et aperta, sed mysterii magnitudine difficilia : ita ut explicatione non indigeant ad lucem verbis afferendam, sed fide ad res credendas. Nec quisquam est profecto, qui, si prima co-

[16] Matth. XII, 6. [16] Ephes. V, 2. [17] I Cor. XI, 27. [18] ibid. 29. [19] Joan. VI, 53, 54. [20] I Cor. XI, 27. [21] Luc. XXII, 19. [22] Joan. I, 14. [23] Philipp. II, 6.

Digitized by Google

netur eludere, secunda non eodem modo prodat eludenda.

Postquam Basilius exposuit quo timore et qua animi persuasione communicandum sit, tertiæ interrogationis parti, quo affectu accedendum sit ad hoc mysterium, sic satisfacit: *Cum igitur animus his et talibus verbis fidem adhibens, gloriæ majestatem didicerit, humilitatisque et obedientiæ magnitudinem admiratus fuerit, quod talis ac tantus ad mortem usque Patri obtemperavit vitæ nostræ causa, eum arbitror ita affici, ut simul Deum et Patrem diligat, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, simul unigenitum ejus Filium, qui obedivit usque ad mortem pro nostra redemptione et salute.* Addit eum, qui sic affectus et præparatus est, adimplere illud Pauli: *Charitas enim Christi urget nos* [24], etc. Sic autem affici et præparari debere concludit, quisquis panis et poculi fit particeps.

Eadem doctrina statuitur in *Regulis moralibus*, et in libro I *De baptismo*. Sic enim in regula 21, cap. 2 (tom. II, p. 253), legimus: *Quod qui accedit ad communionem non considerata hac ratione secundum quam corporis et sanguinis Christi participatio datur, is nullam ex ea utilitatem capiat: et quod qui indigne assumit, condemnatus sit.* Et cap. 3: *Qua ratione manducandum sit corpus Domini et sanguis bibendus in commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem, ut qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [25]. Similiter in libro I *De baptismo*, cap. 3, postquam eadem Scripturæ testimonia retulit, ac in libro *Moralium*, nempe ex cap. VI (vers. 54) Joannis: *Amen, amen dico vobis, Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*, etc., et ex Matthæo [26] et Paulo [27] institutionem eucharistiæ referentibus; tum vero sic concludit: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes et bibentes, semper memores simus ejus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit; sicque discamus necessario servare coram Deo et Christo ipsius traditum ab Apostolo dogma, qui dicit: « Charitas Christi urget nos, judicantes hoc, quod, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est; ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [28]. » Nihil verbis opus est, ut in his locis eamdem prorsus sententiam ac in *Regulis brevioribus* constitui pateat. Res per se clara et manifesta. Quemadmodum enim in *Regulis brevioribus* hic animi affectus ad communionem requiritur, ut ex persuasione, quam animis nostris verba Christi, *Hoc est corpus meum* [29], imprimere debent, item ex verbis Joannis, *Verbum caro factum est* [30], et Pauli, *Qui cum in forma Dei esset* [31], etc., ad eum amandum, qui pro nobis mortuus est, accendamur; ita in libris *Moralium* et *De baptismo* eamdem prorsus communicandi ratio in commemorationem passionis Domini præcipitur.

Perabsurde ergo Scultetus (16*) secum facere putat illud Basilii: *Quid igitur utilitatis habent hæc verba? Ut edentes et bibentes, semper memores ejus simus, qui*, etc. Nam, 1° Modus ille communicandi in commemorationem Domini repetitur, ut jam diximus, ex fide et persuasione, quam in animis nostris efficere debent verba Christi, *Hoc est corpus meum*, et alia testimonia, quibus ejus divinitas et incarnatio ac passio continentur. 2° Non dicit manducationem corporis Domini et potum ejus sanguinis in commemoratione ipsius passionis positam esse; sed illud corpus sic manducari, et sanguinem sic bibi debere, ut commemorationem illius passionis celebremus. 3° Eos etiam qui indigne communicant, corpus et sanguinem Domini sumere in commemorationem passionis illius, sed non in seipsis hanc memoriam exprimere docet: *Qui enim edit et bibit*, inquit, *videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, rationem vero memoriæ obedientiæ Domini usque ad mortem, juxta doctrinam Apostoli non adimplet, qui, ut dictum est, ait, « Charitas Christi urget nos, »* etc., *is nihil capit utilitatis.*

Quæ sequuntur, a Combefisio ut duriora et severiora reprehenduntur. *Præterea sibi ipsi accersit qui ejusmodi est judicium quoque Apostoli dicentis: « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [32]. » *Etenim horrendum judicium est non modo ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne accedit ad sancta, cum enim accedit, reus fit corporis et sanguinis Domini; sed etiam ei qui otiose inutiliterque edit ac bibit.* Hæc prorsus immerito vituperantur. Is enim otiose inutiliterque edere dicitur, qui sine charitate edit; idque patet cum ex superioribus verbis, tum ex ratione, quam addit Basilius, cur ejusmodi hominem horrendum judicium maneat: *Quod*, inquit, *non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, servat quod dictum est: « Charitas Christi urget nos, »* etc.

III. Alio utitur Basilii testimonio Scultetus, quod sic refert: *Carnem et sanguinem totam suam mysticam conversationem in carne et doctrinam Evangelii vocavit Christus.* Unde concludit Scultetus

[24] II Cor. v, 14. [25] ibid. 15. [26] Matth. xxvi, 26 sqq. [27] I Cor. xi, 23 sqq. [28] I Cor. v, 14, 15. [29] Matth. xxvi, 26. [30] Joan. i, 14. [31] Philipp. i, 6. [32] I Cor. xi, 29.

(16*) *Medul. theol.*, part. IV, p. 229.

Digitized by Google

(p. 250) *neminem alium hanc carnem edere, hunc sanguinem bibere, quam qui fideli corde ista omnia sibi applicarit.*

Sed Sculteti in hoc testimonio referendo non laudabilior fides, quam in explicando peritia. Sic enim hunc locum legimus in epist. 8, n. 4, ubi Basilius objecti ab Arianis hujus testimonii, *Ego vivo propter Patrem* [33], solutionem affert: Δύναται δὲ καὶ ζωὴν λέγειν, ἣν ζῇ ὁ Χριστὸς, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσόμεθα. *Καὶ τρώγων με*, φησὶ, *ζήσεται δι' ἐμέ.* Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι, διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἱσθητῆς ζωῆς, τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας· σάρκα γὰρ καὶ αἷμα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι' ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται· *Potest autem et vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbimus.* « *Et qui manducat me, inquit, vivit propter me* [34]. » *Edimus enim ipsius carnem, et bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem et sensibilem vitam, Verbi et sapientiæ. Carnem enim et sanguinem, totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, et doctrinam ex practica et naturali et theologica notione constantem declaravit: per quam et nutritur anima, et ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur.*

Comparat ergo Basilius vitam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, cum vita, quam ex eucharistia ducimus. In utroque autem catholicum dogma mirifice commendat, et dum nos Christi carnem edere et illius sanguinem bibere dicit, et dum vitæ genus, quam ex illius carne et sanguine percipimus, exponit. Illud certe conceptis verbis declarat nos ita carnem Christi edere, ejusque sanguinem bibere, ut simul participes fiamus Verbi et sapientiæ, quia carnis et sanguinis nominibus tota Christi persona, tota illius in carne mystica conversatio, sive mysticus adventus, designatur. Sed si carnem et sanguinem Christi non re, sed sola fide sumeremus, absurdum dictu esset nos per hanc carnem et sanguinem participes fieri Verbi et sapientiæ. Tunc enim et caro et Verbum eodem modo sumerentur, nempe fidei beneficio. Deinde vero cur monet Christi carne et sanguine totum Christi mysticum in carne adventum, sive totam illius personam designari; cur, inquam, id monet, nisi ut nobis non inanimam carnem, non a divinitate separatam apponi demonstret? Sed si hæc caro sola fide percipitur, quis metuendi locus ne inanima sit, aut a divinitate separata? Sic etiam Basilius, ut similitudinem demonstret inter eam vitam, quam ex eucharistia ducimus, et eam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, hanc vitam ad animam pertinere admonet. At inutilis prorsus admonitio, si carnem et sanguinem non ore, sed sola mente percipimus: perabsurda etiam tota comparatio, si cum humanitas Christi cum Verbo hypostatice conjuncta sit, nos sola mente cum illius carne et sanguine conjungimur.

IV. His addi debent quæ in libro *De Spiritu sancto* leguntur, non Basilii solum, sed etiam omnium Christianorum fidem exhibentia: Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; Οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες· *Invocationis verba*, inquit (cap. 27, n. 66), *cum conficitur panis eucharistiæ et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus.* Nemo negaverit indicari a Basilio has preces, quæ in liturgia ipsi attributa leguntur (tom. II, p. 679): Ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου ἐπὶ τὰ προκείμενά σου δῶρα ταῦτα, καὶ ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι ἅγια ἁγίων· καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον, τοῦτον γίνεσθαι εἰς τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσι· τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, τὸ τίμιον αἷμα τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc.: *Ut veniat Spiritus sanctus tuus super nos, servos tuos, et super proposita hæc dona tua, sanctificetque et efficiat ea sancta sanctorum. Et faciat panem quidem istum fieri corpus sanctum ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum et vitam æternam, ex illo participantibus; et calicem hunc, pretiosum sanguinem novi testamenti ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi*, etc. Unde autem ejusmodi preces in omnibus Ecclesiis, nisi ex certissima fide, qua Christiani omnes panem et vinum mutari in corpus et sanguinem Christi credebant? Cui enim id precari in mentem venisset? quis has preces, *tanquam multum habentes momenti ad mysterium* addidisset verbis evangelicis, si Ecclesiæ propositum non erat mutationem impetrare?

[33] Joan. VI, 58. [34] Ibid.

Digitized by Google

§ VIII.

I. S. *Basilii testimonia de peccatorum confessione.* II. *Invidia et alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta.* III. *De peccato originali.* IV. *De Christi gratia.*

I. Longius, quam mihi propositum est, tempus extraherem, si in omnibus colligendis immorarer, quæcunque ex S. Basilii operibus ad dogmata confirmanda erui possunt. Quare hanc finiemus pertractationem appositis de peccatorum confessione, de peccato originali et de Christi gratia testimoniis.

Confessionem peccatorum necessariam esse ad veniam a Deo consequendam docet Basilius in homil. *in psal.* XXXII: *Vult tui misereri judex*, inquit (p. 134), *teque miserationum suarum facere participem; si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, ac ea quæ clam facta sunt evulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam.* In *Regulis brevioribus* hæc instituitur quæstio (quæst. 229): *Utrum oporteat vetitas actiones citra verecundiam omnibus detegere, an aliquibus duntaxat: et quinam hi sint:* sic respondet S. Basilius: *Servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui horum curandorum periti sunt: ita fieri quoque debet peccatorum confessio coram iis qui curare hæc possint, prout scriptum est:* « *Vos qui fortes estis, infirmitates debilium portate* [35], » *hoc est, cura ac diligentia vestra tollite.* Similis est quæstio 288: *Qui vult confiteri peccata sua, debetne confiteri omnibus et quibuslibet, an certis quibusdam?* Sic respondet Basilius: *Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est:* « *Non volo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [36]. » *Quoniam igitur pœnitentiæ modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus signis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam,* « *Facite fructus dignos pœnitentiæ* [37], » *ut ne fructuum penuria locum habeant eæ quæ subsequuntur minæ.* « *Nam, inquit, omnis arbor non faciens fructum bonum, excinditur, et in ignem mittitur* [38]; » *peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est* [39]. *Sic enim et qui olim pœnitentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evangelio quidem* [40], *quod peccata sua Joanni Baptistæ confitebantur; in Actis vero* [41], *apostolis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti.* Vide commentarium *in Isaiam* p. 553.

Negat Scultetus (17) ex his locis specialem peccatorum enumerationem aut confessionis necessitatem erui posse. Sed eludendi locum non relinquit petitum ex corporeis morbis exemplum, tum etiam quod ait Basilius pœnitentiæ imponendæ modum peccato congruere debere. Quomodo enim morbus animi curabitur, si peccatorum numerus et graves circumstantiæ celentur? aut quomodo pœna peccatorum numero et magnitudini congruet, nisi singula peccata et circumstantiæ aperiantur? Illud autem, τῆς ἐπιστροφῆς ὁ τρόπος, reddi debet, *pœnitentiæ imponendæ modus, vel pœnæ modus:* minime vero, *conversionis modus.* Hanc enim in sententiam usurpari solet ea vox in ejusmodi locis: cujus rei multa suppetunt apud Basilium exempla, ut in epist. 73. Frustra ergo Scultetus confitendi necessitatem, de qua in quæst. 288 agitur, in eo positam esse contendit, quod, si quis confiteri velit peccata, quamvis necesse id non sit, is non aliis confiteri debeat, quam iis quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Si confessio cujusque arbitrio permissa esset, nec ulla esset confitendi necessitas; satius multo ac tutius foret apud prudentes ac pietate insignes viros peccata confiteri, quam apud presbyteros, qui non semper prudentia ac pietate excellunt. Quare Basilius, cum ait necesse esse peccata iis confiteri, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, simul et confessionem peccati necessariam esse, et pœnitentiam inter sacramenta numerandam esse demonstrat.

Mitto aliam cavillationem Sculteti, qui memoratas a S. Basilio peccatorum confessiones ante baptismum, nec præscriptas fuisse, nec singulorum peccatorum enumerationem habuisse objicit. At minime probat his exemplis uti non debuisse Basilium, ut ad præscriptam a Christo omnium peccatorum confessionem hortaretur, et a pravo pudore avocaret.

Utitur etiam Scultetus regula breviore 110, in qua præcipitur, ut virgines per præfectam, sive seniorem suam presbytero confiteantur. Sed hoc vitium superiorum editionum in hac novissima emendatum est, nec quidquam aliud præcipit Basilius, nisi ut adsit decori causa præfecta virginum, dum sorores confitentur presbytero. Idem antea præscripserat in reg. 108, ut præfectus, absente præfecta, cum sororibus de rebus ad fidei ædificationem pertinentibus non loquatur. Sed ne peccatorum confessio excipi debere videretur, huic rei occurrendum esse duxit.

Hanc Basilii doctrinam confirmant tres illius epistolæ canonicæ, quæ dum varias peccatorum species et gradus accurate persequuntur, quam arcte servatum fuerit confitendi præceptum demonstrant; quantaque exstiterit episcoporum in peccatis pro merito puniendis diligentia. Mulieres adulteræ (ep.

[35] Rom. XV, 1; Gal. VI, 2. [36] Ezech. XXXIII, 11. [37] Luc. III. 8. [38] ibid. 9. [39] 1 Cor. IV, 1. [40] Matth. III, 6. [41] Act. XIX, 8.

(17) *Medul. theol.*, part. IV, p. 236.

Digitized by Google

200, can. 34), vel sponte confessæ, vel convictæ, non percurrebant varios pœnitentiæ gradus, sed inter consistentes tempus explebant. Cautio enim erat ne in periculum mortis conjicerentur, si peccatum vulgaretur. Sed, si nullum erat confitendi et puniendi peccati præceptum, cur non illa etiam remittebatur inter consistentes pœnitentia, quæ periculo prorsus non carebat? cur furti (ep. 217, can. 61) convictus duplo graviorem pœnam sustinebat, quam sponte confessus? Nemo prorsus ab hac lege confitendorum peccatorum immunis. Presbyteri et diaconi (can. 70), qui se labiis tenus peccasse confitebantur, excidebant gradu suo : ac ne illis quidem communio cum presbyteris aut diaconis relinquebatur, si quid amplius peccasse deprehenderentur.

II. In his canonibus avaritiæ, invidiæ et aliis ejusmodi vitiis nullæ nominatim constituuntur pœnæ. Sed non idcirco putandum est confessionis legi subjecta non fuisse. Nam Basilius in *Regulis brevioribus*, postquam (reg. 288) statuit peccata iis solis confitenda esse, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, hanc quæstionem instituit : Ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἁμαρτήματι, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἐμπεσὼν ἁμάρτημα, τί ποιήσει (reg. 289); *Qui pœnitentiam egit peccati, ac rursus in idem labitur peccatum, quid faciet?* Declarat Basilius ejusmodi homines idcirco relabi, quia radicem peccati non tollunt : ac profert exempli loco invidiam et jurgium, quæ ex radice amoris gloriæ pullulant. Unde sic concludit : *Si quis, igitur, ubi se ipse semel condemnaverit invidiæ aut jurgii, in eadem rursus incidat; noverit se ex primaria invidiæ aut jurgii causa, gloriæ studio in intimis laborare.*

Ejusmodi ergo peccata sacerdotum prudentiæ curanda permittebantur : sed non idcirco confessionis legi subtrahebantur. Atque id confirmare possumus testimonio Gregorii Nysseni, qui cum in epistola canonica queratur, quod de nonnullis peccatis, qualia sunt convicia (p. 119), maledicta (p. 121), usura et alienarum rerum sub negotii prætextu raptus, conditi a Patribus canones non fuerint, nec tantum sibi auctoritatis assumat, ut ejusmodi constituat canones; hæc tamen peccata confessioni subjecta esse manifeste indicat, ac summo studio a sacerdotibus curanda. Sic enim loquitur de illo inter negotiandum alienæ rei raptu : Ὁ δὲ δι' ὑφαιρέσεως λανθανούσης σφετερι:ζόμενος τὸ ἀλλότριον, εἶτα δι' ἐξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα αὐτοῦ τῷ ἱερεῖ φανερώσας, τῆς περὶ τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους σπουδῇ θεραπεύσει τὴν ἁρ́ωστίαν· λέγω δὲ διὰ τοῦ τὰ προσόντα παρέχειν τοῖς πένησιν, ἵνα τῷ προέσθαι ἃ ἔχει, φανερὸς γένηται καθαρεύων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι, μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχοι, κελεύει ὁ Ἀπόστολος, διὰ τοῦ σωματικοῦ κόπου τὸ τοιοῦτον ἐξιλάσασθαι πάθος· *Qui autem latenti ablatione sibi rem alienam usurpat, ac deinde per confessionem peccatum suum sacerdoti aperit, per contrarium vitio studium ægritudinem curabit : dico autem, largiendo, quæ habet, pauperibus, ut dum quæ habet profundit, se ab avaritiæ morbo liberum aperte ostendat : sin autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, jubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi* [63]. Similia habet Basilius de usuris (can. 14, ep. 188), quas qui accepit, eum a sacerdotio non excludit, modo injustum lucrum in pauperes insumat et ab avaritiæ morbo liberum se exhibeat.

III. Peccatum, quod ex primo omnes parente traximus, sic prædicat Basilius, ut facile pateat nihil aliud S. Augustinum contra Pelagianos defendisse, nisi quod perpetua Ecclesiæ prædicatione constabat. *Exsolve*, inquit Basilius homil. *in famem* p. 70, *peccatum primigenium, cibariorum largitione. Quemadmodum enim Adam improbo esu peccatum transmisit : sic nos insidiantem escam abolemus, si fratris necessitatem famemque curamus.* Et *in psal.* XXIX (p. 129) : *Pulcher quidem eram*, inquit, *secundum naturam, sed languidus, propterea quod ex serpentis insidiis peccato mortuus eram.* Alibi (*in psal.* XXXII, p. 132) vocat serpentem peccati auctorem. Ibidem (p. 135) : *Propter condemnationem in nos ob peccatum prolatam terra dicimur, nos qui a Deo audivimus : « Terra es, et in terram ibis. »* Et *in psal.* XXXIII (p. 158) : *Quandoquidem ii, qui ideo creati erant ut Domino servirent, sub inimici servitute detinebantur, illorum animas pretioso suo sanguine redimet.*

Sæpe alias Basilius de peccato primorum parentum loquitur, ut de culpa nequaquam Adami et Evæ propria, sed ad eorum posteros pertinente. *Adamus*, inquit in homil. de eo, *Quod Deus non est auctor malorum* (tom. II, p. 79), *secedendo a Deo mortem conscivit sibi ipsi, juxta id quod scriptum est : « Ecce qui elongant se a te, peribunt* [64]. *»* *Sic non creavit Deus mortem, sed nos nobis ipsis ex prava mente eam accersivimus.* Non omittendum est insigne testimonium ex epist. 261, n. 2, ubi sic loquitur Basilius : *Itaque, si Domini in carne adventus non fuit, non dedit Redemptor pro nobis pretium morti, nec per seipsum mortis regnum resecuit. Si enim aliud esset, quod mortis imperio subjectum erat, aliud quod assumptum a Domino; non desiisset mors ea quæ sua sunt, operari, nec lucrum nostrum factæ fuissent deiferæ carnis passiones : non interemisset peccatum in carne : non Christo vivificati fuissemus, qui eramus in Adamo mortui; non resartum fuisset, quod collapsum erat; non instauratum, quod confractum; non conjunctum Deo, quod serpentis fraude fuerat abalienatum.* In libro I

[63] Ephes. IV, 28. [64] Psal. LXXII, 27.

Digitized by Google

De baptismo hæc leguntur (cap. 2, n. 7) : *Illud igitur, « denuo, » arbitror prioris generationis, quæ in peccatorum sordibus facta est, emendationem ostendere, cum Job dicat : « Nemo purus est a sordibus, ne si unus quidem dies sit vita ejus* [45]*; » et David lugeat, ac dicat : « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* [46]*; » et Apostolus ita contestetur : « Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* [47]*. » Quapropter etiam peccatorum venia datur credentibus, Domino ipso dicente : « Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum* [48] *: » quemadmodum Apostolus rursus testatur, dicens : « Secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus de qua nobis impertivit ubertim* [49]*; » ut quemadmodum statua contrita ac confracta, amissa regis forma eximia, denuo conformatur a sapiente artifice ac bono opifice, gloriam operis sui resarciente, atque pristino splendori restituitur : sic etiam nos ob præcepti transgressionem male affecti, velut scriptum est, « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [50]*, » ad pristinam imaginis Dei gloriam revocemur,

IV. Sic affectum hominem indigere, ut eum Dei gratia præveniat, et novam ei creationem impertiat, mirifice pluribus locis demonstrat Basilius, cujus testimonia nonnulla hic apponemus. *Unde vero facultas mihi,* inquit *in psal.* XXIX (p. 125), *te exaltandi : Quoniam tu me prævenisti susceptisti. Perspicue dixit, « Suscepisti me, » pro « sublevasti me, » et superiorem insurgentibus in me effecisti. Veluti si quis puerum quempiam natandi imperitum manu suscipiens, eum aquis altiorem sustineat. Qui igitur, opitulante Deo, a casu exsurgit, is grati animi significatione per bona opera exaltationem Deo pollicetur. Aut velut si quis debilem quempiam luctatorem suffulciens, ab imminente lapsu liberet, ac colluctante reddat superiorem : illi quidem victoriæ præbet occasionem, huic vero conceptam de lapsu alterius lætitiam adimit.* Vide ejusdem homiliæ n. 3, p. 126 ; et n. 5, p. 129, et aliam homiliam *in psalmum* XLIV, n. 4, et reg. moral. 55, et *in Isaiam*, p. 610. Et in homilia *De humilitate* (p. 159) : *Nihil unde gloriari queas, relictum est tibi, o homo... Quid igitur, dic, quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? « Quid enim habes quod non accepisti? quod si etiam accepisti, quia gloriaris quasi non acceperis* [51]*? » Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam ; sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. « Cum cognoveritis Deum, inquit, qui potius cogniti sitis a Deo* [52]*. » Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus te per suum adventum apprehendit. « Insequor, inquit, si etiam apprehendam, in quo et apprehensus sum a Christo* [53]*. Non vos me elegistis, inquit Dominus* [54]*, sed ego elegi vos. » An quoniam honore affectus es, gloriaris et misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso, velut Saul desertus a Spiritu Dei, velut Israel a radice sancta resectus. « Fide, inquit, stas : noli altum sapere, sed time* [55]*. » Judicium sequitur gratiam ; et quomodo datis usus fueris, expendit judex.* In his quæ sequuntur perseverantiæ donum commendatur : *Quod si ne hoc quidem intelligis, fuisse te gratiam consecutum, aut si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed, quoniam animo elatiore locutus est cum dixit : « Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalizabor* [56]*, » timiditati humanæ traditus est, ceciditque in inficiationem, lapsu erudiendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere et debilibus, quod et suam cognovit infirmitatem, et perspicue intellexit quod quemadmodum cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit. In psal.* XXXIII, n. 2 : *Neque enim in potentia hominis, neque in sapientia, sed in Dei gratia salus est.* Vide homiliam *in psal.* VII, ad hæc verba : *Et diriges justum.* Sic loquitur in homilia *in psal.* XXXII, n. 5 (p. 137) : *Atque etiam multum est discriminis in peccatis ac recte factis : hæc enim lenæ vendita, vi in peccato est, illa vero ab initio heram bonam nacta, in virginitate educata est. Cur hæc affecta beneficio sit, illa vero condemnata : et quid sit unicuique horum a judice retribuendum ; quibus omnibus tibi in mentem venientibus, cogita Dei judicia abyssos esse, nec a quolibet facile comprehendi posse, quod in divinis thesauris conclusa sunt. Sed et credendi data promissio est a Deo, videlicet, « Dabo tibi thesauros absconditos et invisibiles* [57]*. » Postquam igitur ea cognitione, quæ est facie ad faciem, digni habiti fuerimus, etiam eas quæ in Dei thesauris sunt abyssos intuebimur. Quod si ea quæ in Scriptura de utribus dicta sunt, collegeris, propheticæ sententiæ intelligentiam magis assequeris.* Et n. 7 : *Et quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi* [58]*, beatum*

[45] Job XIV, 4, juxta LXX. [46] Psal. L. 7. [47] Rom. III, 23-25. [48] Matth. XXVI, 28. [49] Ephes. I, 5-8. [50] Psal. XLVIII, 13. [51] I Cor. IV, 7. [52] Gal. IV, 9. [53] Philipp. III, 12. [54] Joan. XV, 16. [55] Rom. XI, 20, 17. [56] Matth. XXVI, 33. [57] Isa. XLV, 3. [58] Matth. XXII, 14.

Digitized by Google

dicit non vocatum, sed electum. Beatus namque, quem elegit. Quæ autem beatitudinis causa? Exspectata bonorum æternorum hæreditas... ¡Salvus autem fit non quivis, sed reliquiæ solum secundum electionem gratiæ [58]. Vide homil. *in psal.* CXIV, n. 5, p. 202.

Satis patet ex his quæ attulimus, quantum eniteat divina potentia in humani cordis conversione. Sed præterea in eamdem sententiam nonnulla referenda. *Subjiciamur ergo Deo*, inquit (*in psal.* LXI, n. 2), *quod salutare ab ipso est. Quid autem sit salutare, explicat. Non nuda quædam est operatio, aliquam nobis beneficentiam afferens, qua ab infirmitate liberemur, bonaque corporis habitudine utamur. Sed quid est salutare?* « *Etenim ipse Deus meus, et Salvator meus, susceptor meus, non movebor multum* [59]. » *Filius qui ex Deo est, Deus noster est. Idem etiam Salvator est generis humani, debilitatem nostram fulciens, ac commotionem ex tentationibus animis nostris advenientem corrigens.* Vide homil. *in psal.* XXXII, n. 3, p. 133, et *in psal.* XXXIII, n. 4, p. 146, et *Homil. de fide*, p. 133, reg. moral. 55, cap. 1.

Divinitatem Filii demonstrat Basilius ex summo illius in humanas mentes imperio. *Petra dicitur*, inquit in libro *De Spiritu sancto*, c. 8, p. 15, *eo quod validum sit et inconcussum, et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus.* Et pag. 16 : *Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus : sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem.*

Nullo alio argumento libentius utitur ad divinitatem sancti Spiritus demonstrandam. *Neque enim fieri potest*, inquit (cap. 12, p. 25), *ut Filium quis adoret nisi in sancto Spiritu, aut ut Patrem invocet nisi in adoptionis Spiritu.* Vide cap. 13, et epist. 38, n. 4. Demonstrat in cap. 15 ejusdem libri, Spiritum sanctum a Patre et Filio disjungi non posse (p. 29), si quidem in baptismo *vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam : ac vitam nostram operatur.* Et cap. 19, pag. 41 : *Sive quis creationem accipiat de exstinctorum reviviscentia; an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione, et ad spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnunquam usurpatur juxta Scripturæ consuetudinem, velut cum Paulus dicit,* « *Si qua in Christo nova creatura* [60]), » *renovatio quæ hic fit, et a vita terrestri ac turbulentis affectibus obnoxia ad cœlestem conversationem transmutatio, quæ fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros.* Similiter in epist. 8, n. 11 : *Tria creationis genera in Scriptura nominata invenimus. Unum quidem ac primum, ex nihilo productionem : secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre et Filio operantem.* Sæpe alias cordis conversio vocatur nova creatio, ut *in psal.* XXXII, pag. 138; et in homilia, *Quod Deus non est auctor malorum*, p. 75, et lib. v *adversus Eunomium*, p. 303, et Comment. *in Isaiam*, p. 423.

Quantum fiduciæ in divina gratia poneret Basilius ex his perspici potest, quæ de conciliandis Antiochenæ Ecclesiæ dissensionibus loquitur in epist. 66, p. 160 : *Hæc vero conciliare*, inquit, *et ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui et siccis ossibus, ut ad nervos et carnem denuo redeant, non enarrabili sua potestate largitur. Dominus autem omnino magna per eos, qui se digni sunt, efficit.* Et in epist. 203 (p. 300) : *Non enim ignoratis, nos palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere; eosque dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem,* « *nos,* » *cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gratiam, qui in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum ait propheta ex persona Domini dicens :* « *An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui* [61]? » *Nam omnium infirmissima ac vilissima re, arena, ingens ac grave pelagus constrinxit Omnipotens.* Similia habes in homilia *in psal.* XXXII (p. 138) : *Cum igitur audieris quempiam magna minitantem, jactantemque se tibi omnis generis ærumnas, damna, aut plagas, aut mortem illaturum, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, et populorum cogitationes reprobantem.* Et postea, n. 9 (p. 140) : *Neque igitur rex ex armis sufficiens ad salutem auxilium habet, neque fortis vir sibi ad omnia sufficere potest. Imbecillitas enim et infirmitas sunt omnia simul humana, si cum vera*

[58] Rom. XI, 5. [59] Psal. LXI, 6. [60] II Cor. V 17. [61] Jerem. V, 22.

Digitized by Google

potentia comparentur. Propterea « Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia [61]. *Et, ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum et ultorem* [62]; » *nam divina gratia in infantibus ac rudibus operans, maxime resplenduit.* Præclarissimum est initium epist. 161, ad Amphilochium : *Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus eligit, electionisque secernit vasa, et his utitur ad ministerium sanctorum : qui nunc etiam te, cum fugeres, ut tumet dixisti, non nos, sed-oratationem quam per nos futuram suspicabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit ut homines Domino capias, et ex profundo pertrahas ad lucem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius faciant voluntatem.*

A Agmen claudet insigne testimonium, quod e S. Basilii Liturgia depromptum Petrus Diaconus (18) citat in libro *De incarnatione et gratia* cap. 8 : *Hinc etiam*, inquit, *beatus Basilius Cæsariensis episcopus in oratione sacri altaris, quam pene universus frequentat Oriens, inter cætera :* Dona, *inquit*, Domine, virtutem et tutamentum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva ; omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi : cum enim volueris, salvas, et nullus resistit voluntati tuæ. *Ecce quam breviter, quamque docte doctor egregius olim huic controversiæ finem posuit, docens per hanc precem non a seipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, nec sua virtute, sed divinæ gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare.*

[61] I Cor. I, 27. [62] Psal. VIII, 3; Matth. XXI, 16.

(18) *Biblioth. Patr.*, tom. XI, p. 198.

ELENCHUS

Veterum librorum ad quos exacta et emendata sunt Basilii opera, quæ in hoc volumine continentur.

—

Liber *De spiritu sancto* collatus cum quinque Regiis codicibus et uno Colbertino.

Ad *Epistolas* S. Basilii magno exstitere præsidio tres potissimum codices antiquissimi, Coislinianus n. 237, sæculo circiter undecimo scriptus ; Harlæanus, decimo aut undecimo, et Medicæus, quem manu sua accuratissime cum editis contulit vir inter litteratos celeberrimus Antonius Maria Salvinius. His tribus codicibus, saltem cum inter se consentiunt, plus visum est tribuendum, quam aliis omnibus. Primus complectitur epistolas 351, Harlæanus 249, Medicæus 323.

Huc accessere codex Reg. 2293, olim cardinalis Mazarini, complectens epistolas 272. Hic codex annorum est 500, et primus Regius a nobis vocatur. Codex Reg. 2897, quem secundum vocamus, complectitur epistolas 334. Codex Reg. 2896, continens epistolas 33. Codex Reg. 2502, continens epistolas 29. Codex Reg. 1824, in quo tres epistolæ, nempe 45, 243 et 260. Codex Reg. 1906, in quo epistolæ duæ, nempe 2 et 46. Codex Reg. 1908, in quo reperitur epistola ad Chilonem.

Habuimus etiam varias lectiones ex codicibus Combefisianis, Bigotianis duobus, Claromontano Anglicano, in quo epistolæ 28, Vaticano, in quo epistolæ 327, nec non insignis Ecclesiæ Parisiensis codice, qui idem videtur esse ac Bigotianorum alter. Suppeditavit bibliotheca Coisliniana codicem 288, in quo epistolæ 328, quem Coislinianum secundum vocamus ; et alios nonnullos, in quibus aliquot Basilii epistolæ. Canones Basilii collati fuerunt cum pluribus codicibus ejusdem bibliothecæ, ex quibus codex 209 noni esse sæculi existimatur, et cum Regiis codicibus 2038, 2039, 2043, 2044, 2502, 2505, 2508, 2509, 3027.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ (19) ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΙΚΟΝΙΟΥ.

—

S. P. N. BASILII

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI

LIBER DE SPIRITU SANCTO

AD S. AMPHILOCHIUM ICONII EPISCOPUM (20).

—

1 CAPUT I.

Proœmium in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis theologiæ partibus perscrutationes.

1. Collaudavi in moribus tuis discendi et laborandi studium ; ac supra modum delectatus sum attentione, atque vigilantia elucente in tua illa sententia, qua vocem nullam ex iis quæ in omni sermonis usu de Deo proferuntur, citra examen relinquendam 2 putas, o caput charum, mihique maxime omnium pretiosum, frater Amphilochi. Postquam enim recte audivisti hanc Domini admonitionem : *Quisquis petit, accipit, et qui quærit, invenit*[a], petendi diligentia, vel desidiosissimum mihi videris ad impartiendum excitare posse. Quin et illud in te majorem in modum admiror, quod non tentandi gratia, ut nunc plerique, quæstiones proponis, sed ut quid sit verum investiges. Nam qui curiosis auribus nostra verba captent, quique

[a] Luc. xi, 10.

A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Προοίμιον, ἐν ᾧ ὅτι ἀναγκαῖαι (21) αἱ περὶ τῶν μικροτάτων μερῶν τῆς θεολογίας ἔρευναι.

1. Ἐπῆνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνὴν, τῶν ὅσαι περὶ Θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε. Καλῶς γὰρ ἀκούσας τῆς παραινέσεως τοῦ Κυρίου, ὅτι *Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει*, τῇ περὶ τὸ αἰτεῖν ἐμμελείᾳ, καὶ τὸν ὀκνηρότατόν μοι δοκεῖς ἂν διαναστῆσαι πρὸς τὴν μετάδοσιν. Ἐκεῖνο δέ σου καὶ πλέον ἄγαμαι, ὅτι οὐ πείρας ἕνεκεν κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν τὰς ἐρωτήσεις προτείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐξευρεῖν. Τῶν μὲν γὰρ ὠτακουστούντων νῦν καὶ διερωτώντων ἡμᾶς εὐθηνία πολλή· φιλομαθεῖ δὲ ψυχῇ,

(19) *Πρὸς Ἀμφιλόχιον.* Duo Regii codices et Colbertinus sic habent, Τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου τῆς Λυκαόνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα. *Sancti Basilii ad Amphilochium episcopum Iconii Lycaonum de Spiritu sancto in capitibus triginta.* Titulus in Reg. tertio et Colb. non solum hoc loco occurrit, sed etiam antea summariis totius operis in ordinem digestis præmittitur, his vocibus additis : προσφωνητικῶς προσερωτήσαντος, ubi recte Combefisius monet legendum esse, προσφωνητικός. Designant enim hæ voces præmissam a Basilio perhonorificam salutationem Amphilochii, a quo consultus fuerat. Regius quintus addit κατ' Εὐνομίου. Sed non tam Eunomium quam Pneumatomachos oppugnat Basilius ; quamvis istius quoque impietatem eadem opera subvertat.

(20) Ex interpretatione Erasmi pluribus locis emendata.

(21) *Ὅτι ἀναγκαῖαι.* Sic veteres libri, melius quam in editis ὅτι καί. Paulo post nonnulli codices καὶ νηφαλέῳ. Ibidem utraque editio δι' ὧν, sed codices omnes mss., id est, quinque Regii et Colbertinus, ut in contextu.

Digitized by Google

καὶ πρὸς ἀγωνίας ἔασιν τὴν ἀλήθειαν ἐκζητούσῃ χαλεπώτατον ἐντυχεῖν. Ὡς γὰρ παγὶς θηρατῶν, καὶ πολεμούντων ἐνέδρα, κεκρυμμένον τὸν δόλον (22) καὶ ἐγκατάσκευον ἔχει τὰ τῶν πολλῶν ἐρωτήματα, ἃ προβάλλουσι λόγους, οὐχ ἵνα τι χρήσιμον λάβωσιν ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ συμβαινούσας τῇ ἑαυτῶν ἐπιθυμίᾳ τὰς ἀποκρίσεις εὕρωσι, ταύτην ἀφορμὴν δικαίαν ἔχειν δόξωσι τοῦ πολέμου.

A quæstiones nobis objiciant, horum hoc tempore magna est copia. At in animum discendi avidum, quique ad ignorationis medelam verum inquirat, difficillimum est incidere. Etenim ut venatorum laqueus et hostium insidiæ, ita fraudem occultam et arte instructam habent multorum interrogationes, qui proferunt in medium quæstiones, non ut ex his aliquid capiant utilitatis, sed ut, si minus accommodatas suæ cupiditati responsiones inveniant, hanc belli causam habere justam videantur.

2. Εἰ δὲ τῷ Ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι (23) *σοφία λογισθήσεται*· τὸν συνετὸν ἀκροατὴν, τὸν ὑπὸ τοῦ προφήτου τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ παραζευχθέντα, πόσου ἄξιον λογισόμεθα; Ἦ που δίκαιον πάσης μὲν ἀποδοχῆς ἀξιοῦν, προάγειν δὲ εἰς τὸ πρόσω, συνεφαπτομένους αὐτῷ τῆς σπουδῆς, καὶ πάντα συνεκποιοῦντας, ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν τελείωσιν. Τὸ γὰρ μὴ παέργως ἀκούειν τῶν θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ ἐν ἑκάστῃ (24) συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν· ὅτι πρόκειται ἡμῖν ὁμοιωθῆναι Θεῷ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπου φύσει. Ὁμοίωσις δὲ, οὐκ ἄνευ γνώσεως· ἡ δὲ γνῶσις, οὐκ ἐκτὸς (25) διδαγμάτων. Λόγος δὲ διδασκαλίας ἀρχὴ· λόγου δὲ μέρη συλλαβαὶ καὶ λέξεις. Ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. Οὐ μὴν ὅτι μικρὰ, ὡς ἄν τῳ δόξαι, τὰ ἐρωτήματα, διὰ τοῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια· ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. Εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι, οὕτω καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας (26) ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τὴν γνῶσιν εἰσαγομένοις· ὡς εἴ τις τῶν πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, οὐδέποτε τῶν τελείων τῆς σοφίας ἐφάψεται. Τὸ ναὶ καὶ τὸ οὒ συλλαβαὶ δύο· ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας, τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται. Καὶ τί ταῦτα λέγω; Ἤδη τις καὶ μόνον κατανεύσας τῇ κεφαλῇ ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις, πάσης πληρωτὴς εὐσεβείας ἐκρίθη (27). Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί τῶν θεολογικῶν ῥημάτων οὕτω μικρὸν, ὡς ἢ καλῶς ἢ ἐναντίως ἔχον, μὴ μεγάλην παρέχειν τὴν ῥοπὴν ἑφ' ἑκάτερα; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ παρελεύσεται, πῶς ἂν ἡμῖν ἀσφαλὲς ὑπερβαίνειν καὶ τὰ σμικρότατα; Ἄ γε μὴν αὐτὸς διευκρινηθῆναι παρ' ἡμῶν ἐπεζήτησας, καὶ βραχέα

2. Quod si *Stulto interroganti sapientia imputabitur* [65] : auscultatorem prudentem, quem propheta cum admirabili consiliario copulavit [66], quanti æstimabimus? Æquum est profecto, ut eum approbatione omni complectamur, ac longius provehamus, manum illius studio simul admoventes, et in omnibus cum eo ad perfectionem contendente laborantes. Nam haud perfunctorie voces theologicas audire, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, non est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui vocationis nostræ scopum intelligunt : quandoquidem nobis propositum est, ut similes efficiamur Deo, quatenus humanæ naturæ fas est. Porro similitudo non est absque cognitione : cognitio vero sine documentis non paratur. Doctrinæ autem initium, est oratio, orationis partes syllabæ ac dictiones. Proinde syllabas excutere, non est aberrare a scopo. Nec vero quoniam minutæ, ut alicui forte videbuntur, quæstiones ; idcirco et negligendæ sunt : imo quoniam difficilis est inventu veritas, undique nobis est vestiganda. Etenim si, ut artes, ita et pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augescit ; nihil est contemnendum iis qui ad cognitionem instituuntur : quemadmodum si quis prima elementa ut minuta contemnat, nunquam perfectorum sapientiam assequetur. Næ et Non, syllabæ duæ sunt : attamen bonorum optimum veritas, et extremus pravitatis terminus mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid hæc commemoro, cum jam si quis vel capite annuat, tum cum martyrio pro Christo perfungendum est, totam pietatem explevisse judicetur? Quod si hæc ad hunc habent modum, quid esse possit in verbis, quæ de Deo dicuntur, 3 adeo pusillum, ut vel recte vel secus dictum, non magnum habeat

[65] Prov. xvii, 28. [66] Isa. iii, 3.

(22) *Τὸν δόλον*. Editio Basileensis τὸν λόγον.

(23) *Ἐπερωτήσαντι*. Addunt editi σοφίαν, *interroganti sapientiam sapientia reputabitur*, sed ea vox addita videtur a recentioribus librariis, et cum eam deleverim initio Epistolæ primæ Canonicæ, quia deest in antiquissimis codicibus, delenda etiam hoc loco fuit.

(24) *Ἐν ἑκάστῃ*. Addita præpositio ex quatuor codicibus mss. Mox duo codices Regii, primus et tertius, σκοπὸν τῆς γνώσεως, *scopum nostræ scientiæ*. Hæc scriptura manifestum est erratum, ac sententiæ seriem penitus denormat; sed tamen Combefisio probatur.

(25) *Οὐκ ἐκτός*. Sic duo Regii et Colb. et Regius quintus in margine. Editi γνῶσις ἐκ διδαγμῶν. Duo codices mss. γνῶσις ἐκ διδαγμάτων, *cognitio e doctrina paratur*.

(26) *Εὐσεβείας*. Reg. quartus ἀληθείας. Paulo post editi ποτέ, tres Regii codices οὐδέποτε.

(27) *Ἐκρίθη*. Reg. primus ἐδείχθη, et ad marginem ἐκρίθη.

Digitized by Google

momentum in utramque partem? Nam si ex lege nec unum iota nec apex unus præteribit [67], quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transilire? At quæ tute a nobis enucleari postulasti, eadem exigua sunt et magna : prolationis quidem compendio exigua, atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum significatarum vi magna : ad similitudinem sinapis, quod cum sit minutissimum inter arida semina, si cura debita adhibeatur, in altitudinem satis magnam exsurgit, ubi vis in eo latens sese explicuerit [68]. Quod si quis ridet, nostram videns circa syllabas, ut psalmi verbis utar, fabulationem [69] ; ipse quidem futurum scial, ut infrugiferum sui risus fructum metat : nos vero haudquaquam cedentes hominum conviciis, nec illorum vituperatione victi studium investigandi deseramus. Tantum enim abest, ut me harum rerum tanquam minutarum pudeat, ut si vel minimam dignitatis earum partem attingam, tum mihi gratulaturus sim, ut magna quædam assecuto, tum fratri nobiscum hæc perscrutanti non mediocre lucrum hinc dicturus obvenisse. Itaque, cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe præmii non detrecto laborem : ratus sermonem tum mihi fore utilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cum ipso jam (dicendum enim est) sancto Spiritu ad explanationem accedam. Et si vis ut me in disputationis viam inducam, ad hujus quæstionis originem paulisper divertam.

A ἐστι τα αὐτὰ καὶ μεγάλα· τῷ μὲν συντόμῳ τῆς προφορᾶς βραχέα, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως εὐκαταφρόνητα· τῇ δὲ δυνάμει τῶν σημαινομένων μεγάλα, κατὰ τὴν εἰκονα τοῦ σινάπεως, ὃ μικρότατον ὂν τῶν φρυγανικῶν σπερμάτων, τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιωθὲν, εἰς ὕψος αὔταρκες διανίσταται, τῆς συνεσπαρμένης ἐν αὐτῷ δυνάμεως ἀπλωθείσης. Εἰ δέ τις γελᾷ, βλέπων τὴν περὶ τὰς συλλαβὰς ἡμῶν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀδολεσχίαν, αὐτὸς μὲν (28) ἴστω ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γέλωτος δρεπόμενος· ἡμεῖς δὲ μὴ τοῖς ὀνείδεσι τῶν ἀνθρώπων ἐνδόντες, μήτε τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθέντες, τὴν ἔρευναν καταλίπωμεν. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τούτοις ὡς μικροῖς ἐπαισχύνεσθαι, ὥστε, εἰ καὶ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐφικοίμην, ἐμαυτῷ τε ἂν συνησθείην ὡς μεγάλων ἀξιωθέντι, τῷ τε συνδιερευνῶντι (29) ἡμῖν ἀδελφῷ οὐ μικρὸν ἂν φαίην ἐντεῦθεν ἀπηντηκέναι τὸ κέρδος. Μέγιστον οὖν ὁρῶν ἐν μικροῖς ῥήμασι τὸ ἀγώνισμα, ἐλπίδι τῶν μισθῶν τὸν πόνον οὐκ ἀναδύομαι, ἐμαυτῷ τε ἡγούμενος ἔγκαρπον τὸν λόγον ἔσεσθαι, τοῖς τε ἀκούουσι διαρκῆ τὴν ὠφέλειαν ὑπάρξειν. Διόπερ ἤδη σὺν αὐτῷ γε, φάναι (30), τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐξήγησιν. Καὶ εἰ βούλει ὥστε με εἰς ὁδὸν καταστῆναι τοῦ λόγου, μικρὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ προβλήματος ὑποστρέψω (31).

B

3. Nuper precanti mihi cum populo, et utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu ; quidam ex iis qui aderant, crimen intenderunt, dicentes nos non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tu porro maxime illorum utilitati consulens, aut si prorsus ipsi insanabiles sint, tamen propter eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitatem, postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Jam igitur nobis breviter dicendum est, quantum orationi ratum quoddam et exploratum principium ponentibus fieri potest.

3. Προσευχομένῳ μοι πρώην μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ C ἀμφοτέρως τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, νῦν μὲν μετὰ τοῦ Υἱοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ (32) ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπέσκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζούσαις ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες, καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχούσαις. Σὺ δὲ μάλιστα μὲν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ἕνεκεν ὠφελείας, εἰ δὲ ἀνιάτως ἔχουσι παντελῶς, διὰ τὸ τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς ἀσφαλὲς ἠξίωσάς τινα εὐκρινῆ περὶ τῆς ἐν ταῖς συλλαβαῖς ταύταις δυνάμεως διδασκαλίαν ἐκφωνηθῆναι. Λεκτέον δὴ οὖν ἡμῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε ἀρχήν τινα ὁμολογουμένην τῷ λόγῳ διδόντας (33).

[67] Matth. v, 18. [68] Matth. xiii, 31, 32. [69] Psal. cxviii, 85.

(28) *Αὐτὸς μέν*. Reg. tertius αὐτὸς μὲν ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γελοίου δρεπέσθω. Videtur Erasmus ita legisse ; sic enim interpretatur : *Ipse quidem infrugiferum risus sui fructum metat.*

(29) *Συνδιερευνῶντι*. Hac voce Basilius non adjutorem et socium aliquem operis designat, ut suspicatur Tillemontius, sed lectorem studiosum, idque paulo post declarat apertius.

(30) *Σὺν αὐτῷ γε, φάναι*. Sic reddit Erasmus, *cum ipso, ut ita dicam, Spiritu;* quasi metueret Basilius ne paulo audacior hæc loquendi ratio videretur. Visa est Combefisio *rudis Erasmi expressio*, ac illud φάναι in ejusmodi locis vacare pronuntiat. Sed multo minus mihi probatur Combefisii observatio, quam ipsius interpretatio Erasmi. Non enim otiose positum esse, et quo sensu accipiendum sit illud φάναι perspici potest ex libro secundo *adversus Eunomium*, p. 256, ubi Basilius difficilis Scripturæ testimonii explicationem promittens, hæc D interponit, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω, *quod quidem cum Deo dictum sit.* Quibus verbis significantius monet se non suis viribus, sed Dei auxilio confidere. Si quis autem observet inde natam libri *De Spiritu sancto* scribendi occasionem fuisse, quod Pneumatomachi furiis exarsissent, cum Basilius Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam redderet ; is facile perspiciet non sine causa Basilium illud φάναι addere, sed ut indicet sibi adversariorum minas tanti non esse, ut hanc loquendi rationem, *cum sancto Spiritu*, quam in toto hoc libro defendit, usurpare desinat. Basilianæ ergo sententiæ nervos elidit Combefisius, cum ita reddendum esse pronuntiat, *ipso Spiritu favente beneque propitio.*

(31) *Ὑποστρέψω*. Sic libri veteres. Editi ἐπιστρέψω. Ibidem Reg. quartus προσευχομένῳ μοι πάλαι, *me quondam precante.*

(32) *Ἐν τῷ*. Articulus additus ex mss. codicibus.

(33) *Διδόντας*. Duo codices Regii δοῦσιν, quod

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'. A

Ποίαν ἔσχεν ἀρχὴν ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς τῶν αἱρετικῶν παρατήρησις.

4. Ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς καὶ τὰς λέξεις τῶν ἀνδρῶν τούτων μικρολογία οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ὡς ἄν τῳ δόξαι, οὐδὲ εἰς μικρὸν τοῦ κακοῦ φέρουσα, ἀλλὰ βαθεῖαν ἔχει καὶ συνεσκιασμένην βουλὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας. Φιλονεικοῦσι γὰρ ἀνομοίαν (34) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδεικνύναι τὴν προφοράν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίαν ἔξοντες καὶ τῆς κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν. Ἔστι γάρ τι αὐτοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Ἀετίου τοῦ προστάτου τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐξευρεθὲν, ὃς ἔγραψέ που τῶν ἑαυτοῦ ἐπιστολῶν, λέγων τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοίως προφέρεσθαι· καὶ ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίως προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν φύσιν. B Καὶ εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου τὸν Ἀπόστολον ἐπεστάσατο λέγοντα· *Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα* (35). Ὡς οὖν ἔχουσιν αἱ φωναὶ πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἕξουσι, φησὶ, καὶ αἱ δι' αὐτῶν σημαινόμεναι φύσεις· ἀνόμοιον δὲ τῷ *ἐξ οὗ* τὸ *δι' οὗ*· ἀνόμοιος ἄρα καὶ τῷ (36) Πατρὶ ὁ Υἱός. Ταύτης τοίνυν τῆς νόσου καὶ ἡ περὶ τὰς προκειμένας λέξεις ἀδολεσχία τῶν ἀνδρῶν τούτων ἤρτηται. Ὅθεν τῷ μὲν Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὥσπερ τινὰ κλῆρον ἐξαίρετον, προτνέμουσι τὸ, *ἐξ οὗ*· τῷ δὲ Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀφώρισαν τὸ, *δι' οὗ*· τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ, *ἐν ᾧ*· καί φασι μηδέποτε τὴν χρῆσιν ταύτην τῶν συλλαβῶν ἐπαμείβεσθαι· ἵν', ὅπερ ἔφην, τῷ παρηλλαγμένῳ τῆς ἐκφωνήσεως καὶ ἡ τῆς φύσεως παραλλαγὴ συνεκφαίνηται (37). Ἀλλὰ C γὰρ οὐ λελήθασιν ἐν τῇ περὶ τὰς λέξεις λεπτολογίᾳ τῷ ἀσεβεῖ λόγῳ τὴν ἰσχὺν διασώζοντες. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐξ οὗ*, τὸν δημιουργὸν σημαίνειν βούλονται· τὸ δὲ, *δι' οὗ*, τὸν ὑπουργὸν ἢ τὸ ὄργανον· τὸ δὲ, *ἐν ᾧ*, τὸν χρόνον δηλοῦν ἢ τὸν τόπον· ἵνα μηδὲν μὲν ὀργάνου σεμνότερος ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων νοῆται, μηδὲν δὲ τῆς ἀπὸ τόπου ἢ χρόνου συνεισφορᾶς εἰς τὰ ὄντα τελεῖον φαίνηται (38) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεχόμενον.

CAPUT II. A

Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio.

4. Exilis illa istorum hominum de syllabis ac dictionibus observatio non simplex est, quemadmodum alicui videri possit, neque ad mediocre malum tendit, sed profundum habet atque obtectum adversus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti, tanquam inde facilem habituri ipsius etiam secundum naturam dissimilitudinis probationem. Habent enim isti vetus quoddam commentum, ab Aetio hujus hæreseos principe inventum, qui in epistolis suis alicubi scripsit ea quæ secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri : ac vice versa, quæ dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Atque ad hujus dicti confirmationem traxit Apostolum dicentem, *Unus Deus et Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [70]. Quemadmodum igitur voces se habent inter sese ; ita, inquit, se habebunt et naturæ, quæ per ipsas significantur : sed inter se discrepant *per quem* et *ex quo* : dissimilis igitur Patri Filius. Ex hoc itaque morbo et istorum circa præpositiones nugacitas dependet. Unde Deo quidem et Patri tanquam eximiam quamdam portionem attribuunt illud, *ex quo* ; Filio vero et Deo assignarunt illud, *per quem* ; Spiritui autem sancto, illud, *in quo*; negantque hunc syllabarum usum usquam inverti, ut, quemadmodum dixi, *ex* discrepantia prolationis simul appareat et naturæ discrepantia. Atqui non obscurum est, eos, dum de syllabis subtiliter nugantur, impiæ doctrinæ vim ac robur astruere. Siquidem his syllabis, *ex quo*, conditorem volunt significari ; rursus his, *per quem*, ministrum aut instrumentum ; his denique, *in quo*, tempus aut locum declarari, ut is qui condidit universa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento : Spiritus autem sanctus nihilo plus, quam locus aut tempus, ad res condendas attulisse videatur.

[70] 1 Cor. VIII. 6.

quidem a librariis positum videtur nimio grammaticæ studio. Vulgatæ lectioni favent plurima Basilii loca prorsus similia. Habet unus ex Regiis codicibus ὄντες, Colbertinus ὄντας. Porro Erasmus sic interpretatur : *Jam igitur nobis quam fieri potest brevissime dicendum est.* Posset etiam hic afferri sensus : *Orationi ratum quoddam, quantum fieri potest, et exploratum principium ponentibus.* Sed accuratior videtur interpretandi ratio, quam adhibuimus. Cum statuisset Basilius orationem altius repetere, breviter dicturum se monet, quantum brevitas cum ejusmodi proposito conciliari potest.

(34) *Ἀνομοίαν.* Sic vetusti codices. Editi ἀνόμοιον.

(35) *Τὰ πάντα.* Addunt editiones Basileenses secunda et Paris. Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· *Et unus Spiritus sanctus in quo omnia.* Sed hæc neque in prima editione Basileensi, neque in Regiis quatuor codicibus, neque in Colbertino leguntur.

(36) *Ἄρα καὶ τῷ.* Reg. tertius ἄρα κεῖται τῷ.

(37) *Συνεκφαίνηται.* Duo antiqui codices συνεμφαίνηται.

(38) *Φαίνηται.* Unus cod. ms. φανῆται. Sic autem reddit hunc locum Erasmus : *Spiritus sanctus nihilo plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis.* At non tantum honoris Spiritui sancto habebant impii hæretici, ut ab eo tempus et locum creata dicerent ; sed eum comparabant cum loco et tempore, ut Filium cum instrumento : ac ei appellationem loci imponebant, ut ait Basilius cap. 4 ; cujus cavillationis ansam videntur arripuisse ex usitata apud scriptores ecclesiasticos sententia, qui Spiritum sanctum dicere solent *plenitudinem bonorum Dei* esse, ut ait Didymus lib. 1 *De Spiritu sancto*, ac in eo *cuncta Dei dona consistere.* Ipse Basilius probat, cap. 26 hujus libri, Spiritum sanctum esse veluti locum eorum qui sanctificantur.

Digitized by Google

CAPUT III.

E mundana philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem.

5. Induxit porro ipsos in hunc errorem externorum quoque scriptorum observatio, qui voces, *ex quo* et *per quem*, rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his vocibus, *ex quo*, significari materiam; his vero, *per quem*, instrumentum designari, aut prorsus ministerium. Vel potius (quid enim vetat, tota illorum doctrina repetita, paucis arguere, et quam isti homines dicant a vero dissidentia et quam ipsi non constent sibi?) qui inani philosophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt causæ naturam, eamque in propria significata dividunt, alias aiunt esse causas principales, alias cooperantes, aut concausales, alias autem hanc rationem habere ut sine iis nihil efficiatur. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, ita ut aliter opifex, aliter instrumentum significetur. Nam opifici congruere existimant illud, *a quo*; aiunt enim proprie dici, a fabro factum fuisse scamnum: at instrumento convenire illud, *per quem*; dicunt enim, per securim et terebellum et reliqua. Similiter hanc particulam, *ex quo*, illi faciunt propriam materiæ; siquidem e materia fit opificium. Porro particulam, *juxta quod*, putant significare conceptum animo, vel extrinsecus objectum artifici exemplar. Vel enim prius cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, et sic quod animo concepit, ad opus perducit: vel ad exemplar jam editum respiciens, ad illius similitudinem operationem dirigit. Hanc autem particulam, *propter quod*, volunt competere fini; scamnum enim esse factum ad usum hominum. Denique his verbis, *in quo*, tempus aut locum indicari. Quando enim factum est? in tali tempore. Ubi factum est? in tali loco. Hæc autem tametsi nihil conferunt ad id quod fit, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim et loco et tempore opus est. Has observationes ex inanibus disciplinis ac vana deceptione desumptas cum isti didicerint atque admirati sint, eas etiam ad simplicem et arte omni carentem Spiritus doctrinam transferunt, ut et Deum Verbum diminuant, et Spiritum sanctum rejiciant: qui quidem vocem instrumentis inanimis aut servili ac prorsus humili ministerio a profanis scriptoribus assignatam, loquor de dictione, *per quem*, ad Dominum universorum non veriti sunt transferre; nec pudet Christianos serræ aut mallei vocabulum universæ creaturæ Conditori attribuere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι ἐκ τῆς ἑξωθεν (39) *σοφίας ἡ περὶ τῶν συλλαβῶν τεχνολογία.*

5. Ὑπηγάγετο μέντοι αὐτοὺς πρὸς τὴν ἀπάτην ταύτην καὶ ἡ τῶν ἔξωθεν παρατήρησις, οἱ τὸ, ἐξ οὗ, καὶ τὸ, δι' οὗ, κεχωρισμένοις κατὰ τὴν φύσιν πράγμασι προσδιένειμαν. Ἐκεῖνοι γὰρ οἴονται τὸ μὲν ἐξ οὗ τὴν ὕλην δηλοῦν, τὸ δὲ δι' οὗ τὸ ὄργανον παριστᾷν, ἢ ὅλως τὴν ὑπουργίαν. Μᾶλλον δὲ (τί γὰρ κωλύει, πάντα τὸν ἐκείνων λόγον ἀναλαβόντας, τό τε πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀσυνάρτητον καὶ τὸ πρὸς ἐκείνους αὐτοὺς (40) ἀσύμφωνον τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐν βραχεῖ διελέγξαι;) οἱ περὶ τὴν ματαίαν φιλοσοφίαν ἐσχολακότες, τοῦ αἰτίου τὴν φύσιν πολλαχῶς ἐξηγούμενοι, καὶ τοῦτο εἰς τὰ οἰκεῖα σημαινόμενα διαιροῦντες, τὰ μὲν προκαταρκτικὰ λέγουσι τῶν αἰτίων εἶναι, τὰ δὲ συνεργὰ ἢ συναίτια, τὰ δὲ τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχειν (41). Ἑκάστῳ μέντοι τούτων ἰδιάζουσαν καὶ τὴν ἐκφώνησιν ἀφορίζουσιν· ὥστε ἄλλως τὸν δημιουργὸν σημαίνεσθαι, καὶ τὸ ὄργανον ἄλλως. Τῷ μὲν γὰρ δημιουργῷ πρέπειν οἴονται τὸ ὑφ' οὗ· κυρίως γάρ φασι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ τέκτονος γεγενῆσθαι τὸ βάθρον· τῷ δὲ ὀργάνῳ τὸ δι' οὗ· διὰ γὰρ σκεπάρνου φασὶ, καὶ τερέτρου, καὶ τῶν λοιπῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐξ οὗ τῆς ὕλης ἴδιον τίθενται ἐκεῖνοι· ἐκ ξύλου γὰρ εἶναι τὸ δημιούργημα· τὸ δὲ καθ' ὃ τὸ ἐνθύμιον δηλοῦν, ἢ τὸ ἐκκείμενον ὑπόδειγμα τῷ τεχνίτῃ. Ἡ γὰρ προαναζωγραφήσας τῇ διανοίᾳ (42) τὸ κατασκεύασμα, οὕτως εἰς ἔργον τὴν φαντασίαν ἤγαγεν· ἢ πρὸς ἤδη ἐκκείμενον παράδειγμα ἀποβλέπων, καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὴν ἐνέργειαν (43) κατευθύνει. Τὸ δὲ δι' ὃ τῷ τέλει προσήκειν βούλονται· διὰ γὰρ τὴν χρῆσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι τὸ βάθρον· τὸ δὲ ἐν ᾧ τὸν χρόνον παριστᾷν ἢ τὸν τόπον. Πότε γὰρ γέγονεν; Ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. Καὶ ποῦ; Ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ μηδὲν τῷ γινομένῳ συμβάλλεται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἄνευ τούτων δυνατόν τι γενέσθαι. Χρεία γὰρ καὶ τόπου καὶ χρόνου τοῖς ἐνεργοῦσι. Ταῦτα μαθόντες καὶ θαυμάσαντες (44) οὗτοι τὰ ἐκ τῆς ματαιότητος καὶ κενῆς ἀπάτης παρατηρήματα, καὶ ἐπὶ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτεχνολόγητον τοῦ Πνεύματος διδασκαλίαν μετακομίζουσιν, εἰς ἐλάττωσιν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀθέτησιν δὲ τοῦ ἁγίου (45) Πνεύματος· οἵ γε τὴν ἐπὶ ἀψύχων ὀργάνων, ἢ τῆς ὑποχειρίου καὶ ταπεινῆς παντελῶς ὑπηρεσίας φωνὴν ἀφωρισμένην παρὰ τῶν ἔξωθεν, τὴν δι' οὗ λέγω, ταύτην ἐπὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων οὐκ ὤκνησαν μεταθεῖναι, καὶ οὐκ αἰσχύνονται οἱ Χριστιανοὶ πρίονος ἢ σφύρας τῷ δημιουργῷ τῆς κτίσεως φωνὴν ἀφορίζοντες.

(39) *Ὅτι ἐκ τῆς ἑξωθεν.* Huc transferre coacti sumus hunc titulum a librariis infra ante hæc verba, οἱ περὶ τὴν ματαίαν, vitiose prorsus, ut patet ex parenthesi, quam adjicimus, appositum. Ibidem Reg. tertius συλλαβῶν θεολογία.

(40) *Ἐκείνους αὐτούς.* Sic libri veteres. Editi αὐτοὺς ἐκείνους.

(41) *Ἐπέχειν.* Non male in uno ex Regiis ὑπέχειν. Paulo post articulus ex mss. codd. additus ante τέκτονος.

(42) *Τῇ διανοίᾳ.* Duo codices mss. ἐν τῇ διανοίᾳ.

(43) *Ἐνέργειαν.* Sic codices mss. sex. Editi ἐργασίαν.

(44) *Καὶ θαυμάσαντες.* Hæc desunt in nonnullis codicibus mss. Paulo post editi τὴν τοῦ Πνεύματος, sed primus articulus non invenitur in mss. codd.

(45) *Τοῦ ἁγίου.* Duo antiqui codices τοῦ θείου. Duo alii τοῦ θείου καὶ ἁγίου.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι ἀπαραπήρητος τῇ Γραφῇ τῶν συλλαβῶν τούτων ἡ χρῆσις.

6. Ἡμεῖς δὲ κεχρῆσθαι μὲν πολλαχοῦ ταῖς φωναῖς ταύταις καὶ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁμολογοῦμεν· οὐ μὴν τήν γε τοῦ Πνεύματος ἐλευθερίαν δουλεύειν πάντως φαμὲν τῇ σμικροπρεπείᾳ τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀεὶ προστυγχάνον, οἰκείως ταῖς χρείαις ὑπαλλάττειν τὰς ἐκφωνήσεις. Οὐ γὰρ πάντως τὸ, *ἐξ οὗ*, τὴν ὕλην σημαίνει, καθὼς ἐκείνοις δοκεῖ· ἀλλὰ συνηθέστερον τῇ Γραφῇ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω αἰτίας τὴν φωνὴν ταύτην παραλαμβάνειν. Ὡς ἐπὶ τοῦ, *Εἷς θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα*· καὶ πάλιν· *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Κέχρηται μέντοι καὶ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τῇ λέξει ταύτῃ καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων*· καὶ, *Ποιήσεις τὴν λυχνίαν ἐκ χρυσίου καθαροῦ*· καὶ, *Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός*· καὶ, *Ἐκ πηλοῦ διόρτισαι σὺ ὡς καὶ ἐγώ*. Ἀλλ' οὗτοι, ἵνα, ὡς ἔφαμεν (46), τῆς φύσεως τὸ διάφορον παραστήσωσι, τῷ Πατρὶ μόνῳ προσήκειν τὴν λέξιν ταύτην ἐνομοθέτησαν· τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς παρατηρήσεως λαβόντες παρὰ τῶν ἔξωθεν, οὐ πάντα δὲ ἐκείνοις δι' ἀκριβείας δουλεύσαντες· ἀλλὰ τῷ μὲν Υἱῷ, κατὰ τὴν ἐκείνων νομοθεσίαν, τὴν τοῦ ὀργάνου προσηγορίαν ἐπέθηκαν, τῷ δὲ Πνεύματι τὴν τοῦ τόπου· *Ἐν Πνεύματι* γὰρ λέγουσι· καὶ *διὰ Υἱοῦ* λέγουσι· τῷ δὲ Θεῷ τὴν *ἐξ οὗ* (47), οὐκέτι ἐνταῦθα καταλουθοῦντες τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀποστολικάς, ὡς φασι, μεταβαίνοντες χρήσεις, καθὰ εἴρηται· *Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· καὶ, *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Τί οὖν ἐκ τῆς τεχνολογίας ταύτης τὸ συναγόμενον; Ἄλλη φύσις αἰτίου, καὶ ἄλλη ὀργάνου, καὶ ἄλλη τόπου· ἀλλότριος ἄρα (48) κατὰ τὴν φύσιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄργανον τῷ τεχνίτῃ· ἀλλότριον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, καθόσον κεχώρισται τόπος, ἢ χρόνος, τῆς τῶν ὀργάνων φύσεως, ἢ τῆς τῶν μεταχειριζομένων αὐτά

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι καὶ ἐπὶ Πατρὸς λέγεται τὸ « δι' οὗ » καὶ ἐπὶ Υἱοῦ τὸ « ἐξ οὗ, » καὶ ἐπὶ Πνεύματος.

7. Τὰ μὲν δὴ (49) ἐκείνων τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ δείξομεν ὃ προεθέμεθα, ὅτι οὔτε ὁ Πατὴρ, τὸ *ἐξ οὗ* λαὼν, τῷ Υἱῷ προσέρριψε τὸ *δι' οὗ*, οὔτε ὁ Υἱὸς πάλιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν τούτων νομοθεσίαν εἰς τὴν τοῦ *ἐξ οὗ*, ἢ τὴν *δι' οὗ* κοινωνίαν

A

CAPUT IV.

Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi.

6. Nos porro frequenter his uti vocibus etiam veritatis sermonem confitemur, haud tamen Spiritus libertatem humilibus et abjectis exterorum disciplinis ullo modo servire dicimus : verum habita ratione ejus quod subinde occurrit, enuntiationes congruenter usui convenienterque immutari. Neque enim illud, *ex quo*, prorsus significat materiam, quemadmodum illi putant : sed est Scripturæ familiarius hanc vocem ad supremam causam adhibere. Exempli causa in hoc loco, *Unus* 6 *Deus, ex quo omnia* [71]. Ac rursum : *Omnia autem ex Deo* [72]. Utitur tamen veritatis sermo hac ipsa dictione etiam sæpe de materia, veluti cum ait : *Facies arcam e lignis imputrescibilibus* [73] ; et : *Facies candelabrum ex auro puro* [74] ; et : *Primus homo e terra terrenus* [75] ; et : *E luto compositus es tu æque atque ego* [76]. At isti, ut naturæ, quemadmodum diximus, diversitatem constituant, definierunt hanc vocem soli Patri congruere. Ac principia quidem observationis acceperunt ab externis scriptoribus, non tamen his in omnibus accurate inserviunt : sed Filio quidem, secundum præscriptionem illorum, instrumenti vocabulum imposuerunt, Spiritui vero sancto, loci. Aiunt enim, *in Spiritu* : et aiunt, *per Filium*. At Deo vocem, *ex quo*, attribuerunt, non amplius hic alienos sequentes, sed ad apostolicos, ut ipsi dicunt, usus transeuntes ; secundum quod dictum est : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu* [77] ; et : *Omnia autem ex Deo* [78]. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Alia natura causæ, alia instrumenti, alia loci : alienus ergo secundum naturam Filius a Patre, si quidem et instrumentum ab opifice ; alienus etiam et Spiritus sanctus, quandoquidem separatur locus aut tempus ab instrumentorum aut eorum qui instrumentis utuntur natura.

B

C

CAPUT V.

Et de Patre dici, « per quem, » et de Filio, « ex quo, » et de Spiritu sancto.

7. Ad hunc quidem modum se habent, quæ ab istis afferuntur : nos autem demonstrabimus quod proposuimus, nec Patrem sibi sumentem has voces *ex quo*, ad Filium projecisse has, *per quem*, neque rursus a Filio, sicut isti præscribunt, non recepi

D

[71] I Cor. VIII, 6. [72] I Cor. XI, 12. [73] Gen. VI, 14. [74] Exod. XXV, 31. [75] I Cor. XV, 47. [76] Job XXXIII, 6. [77] I Cor. I, 30. [78] I Cor. XI, 12.

(46) *Ὡς ἔφαμεν.* Unus codex ὡς ἔφημεν.

(47) *Τῷ δὲ Θεῷ τὴν ἐξ οὗ.* S. Ambrosius qui plurima ex Basilio in suos *De Spiritu sancto* libros transtulit, minus commode videtur hoc loco Basilii sententiam accepisse. Nam observat Basilius Pneumatomachos, dum omnia ex Deo tanquam ex causa efficienti esse dicunt, discedere a principiis philosophorum, qui illud, *ex quo*, materiæ proprium attribuunt quia, e materia fit opificium. Contra Ambrosius de Pneumatomachis loquens : *Illi volunt*, inquit lib. II, cap. 9, *ex Deo tanquam ex natura Dei esse materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse faciam, ex lapide statuam : ita ex Deo materiam processisse.*

(48) *Ἀλλότριος ἄρα.* Hæc S. Ambrosius legit cum interrogationis nota. Sic enim interpretatur, lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 : *Nunquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre, qui alienum instrumentum ab operatore proprio vel auctore? aut nunquid alienus Filius a Spiritu, quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?*

(49) *Τὰ μὲν δή.* Sic mss. codices. Editio Paris. Τὰ μὲν δέ, etc. Paulo post legitur in editis τὸ δι' οὗ προσέρριψε τῷ Υἱῷ. Libri veteres ut in contextu.

Digitized by Google

Spiritum sanctum in consortium harum vocum, *ex quo*, aut, *per quem*, quod tamen nova istorum distributio definit. *Unus Deus et Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [79]. Non sunt hæ voces legem ferentis, sed hypostases distinguentis. Non enim ut naturæ induceret diversitatem, sed ut inconfusam Patris et Filii notionem exhiberet, ita locutus Apostolus. Nam quod hæ voces inter se contrariæ non sint, neque velut in prælio separatæ adversus hostilem aciem, ad bellum inter se gerendum excitent naturas ad quas accesserint, inde liquet. Collegit ambas in una et eadem persona beatus 7 Apostolus dicens : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* [80]. Quod autem hæc ad Dominum referat, quivis fatebitur, qui vel tenuiter inspiciat mentem orationis. Cum enim Apostolus prius ex Isaiæ prophetia posuisset illud : *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit ?* subjecit : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum sunt omnia* [81]. Quæ certe de Deo Verbo universorum conditore dicta esse a propheta, ex iis quæ præcedunt, discas licebit. *Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et totam terram pugno ? Quis statuit montes in libra, et colles in statera ? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit* [82] ? Nam hæc dictio, *quis*, hic non prorsus id quod haberi nequit, significat, sed quod est rarum : velut in hoc : *Quis insurget mihi adversus perverse agentes* [83] ? Et : *Quis est homo qui vult vitam* [84] ? Et : *Quis ascendet in montem Domini* [85] ? Similiter et hoc loco dictum : *Quis est qui cognovit sensum Domini, et consilii illius particeps fuit* [86] ? *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [87]. Ilic est qui continet terram, eamque pugno complexus est ; qui cuncta digessit in ordinem, eaque ornavit ; qui et montes æqualiter libravit, et aquis terminos præscripsit, et omnibus quæ in mundo sunt, suum designavit ordinem : qui totum cœlum modica totius suæ potestatis particula comprehendit : quam sermo propheticus figurate palmum appellavit. Unde congruenter Apostolus adjecit : *Ex*

A οὐ παραδέχεται· ὅπερ ἡ καινὴ (50) τούτων κληροδοσία διώρισεν. *Εἷς Θεὸς* (51) *καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα.* Αὗται οὐκ εἰσι νομοθετοῦντος φωναὶ, ἀλλὰ διευκρινουμένου τὰς ὑποστάσεις. Οὐ γὰρ ἵνα τὸ ἀλλότριον τῆς φύσεως εἰσαγάγῃ, ἀλλ' ἵνα ἀσύγχυτον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὴν ἔννοιαν παραστήσῃ, οὕτω προήνεγκεν ὁ Ἀπόστολος. Ἐπεὶ ὅτι γε αἱ φωναὶ ἀλλήλαις οὐκ ἀντιτάσσονται, οὐδ' ὥσπερ ἐν πολέμῳ πρὸς ἀντίπαλον τάξιν ἀποκριθεῖσαι συνεκπολεμοῦσι τὰς φύσεις αἷς προσεχώρησαν, ἐκεῖθεν δῆλον. Συνήγαγεν (52) ἀμφοτέρας ἐπὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ ὑποκειμένου ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών· *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Τοῦτο δὲ προδήλως εἰς τὸν Κύριον φέρειν πᾶς τις ἂν εἴποι ὁ καὶ μικρὸν

B τῷ βουλήματι τῆς λέξεως ἐπιστήσας. Προτάξας γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἐκ τῆς προφητείας τοῦ Ἡσαΐου τὸ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου ; καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ;* ἐπήγαγεν· *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Ἅπερ ὅτι περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τοῦ δημιουργοῦ πάσης κτίσεως εἴρηται τῷ προφήτῃ, ἐκ τῶν κατόπιν (53) ἂν μάθοις. *Τίς ἐμέτρησε τῇ χειρὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δραχί ; Τίς ἔστησε τὰ ὄρη ἐν*

C *σταθμῷ καὶ τὰς νάπας ἐν ζυγῷ ; Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου, καὶ τίς σύμβουλος αὐτοῦ ἐγένετο ;* Τὸ γὰρ, *τίς* ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ ἄπορον παντελῶς, ἀλλὰ τὸ σπάνιον δηλοῖ, ὡς ἐπὶ τοῦ· *Τίς ἀναστήσεταί μοι ἐπὶ πονηρευομένους* (54) ; καὶ, *Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν ;* καὶ, *Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου ;* Οὕτω δὴ οὖν καὶ ἐνταῦθά ἐστι, *Τίς ὁ εἰδὼς τὸν νοῦν τοῦ Κυρίου, καὶ τῆς βουλῆς αὐτοῦ κοινωνός ; Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ.* Οὗτός ἐστιν ὁ συνέχων τὴν γῆν, καὶ περιδεδραγμένος αὐτῆς· ὁ εἰς τάξιν πάντα καὶ διακόσμησιν ἀγαγών· ὁ καὶ ὄρεσιν ἰσορροπίαν, καὶ ὕδασι μέτρα, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ τὴν οἰκείαν τάξιν ἀποκληρώσας (55)· ὁ τὸν οὐρανὸν ὅλον μικρῷ μέρει τῆς ὅλης ἑαυτοῦ δυνάμεως περιέχων, ἢν σπιθαμὴν τροπικῶς ὁ προφητικὸς ὠνόμασε λόγος. Ὅθεν οἰκείως ἐπήγαγεν ὁ Ἀπόστολος τὸ, *Ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν τὰ πάντα.* Ἐξ

[79] I Cor. VIII, 6. [80] Rom. XI, 36. [81] ibid. 34, 36 ; Isa. XL, 13. [82] Isa. XL, 12, 13. [83] Psal. XCII, 16. [84] Psal. XXXIII, 13. [85] Psal. XXIII, 3. [86] Isa. XL, 13. [87] Joan. V, 20.

(50) *Ἡ καινή.* Duo codices mss. et alius prima manu habent ἡ κενή.

(51) *Εἷς Θεός.* Totus hic locus sic legitur in Regio quarto : Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ· καὶ εἷς Κύριος..... καὶ ἡμεῖς εἰς αὐτόν.

(52) *Συνήγαγεν.* Addunt editi γὰρ καί, sed hæ voculæ absunt ab antiquis codicibus. Erasmum carpit Combefisius, quod ἀμφοτέρας interpretatur *ambas*, ac reddendum esse contendit *utrasque tres ipsas.* Venia non careret observatio Combefisii, si illud, εἰς αὐτόν, idem esset ac *in ipso.* Tunc enim merito diceretur Basilius tres illas loquendi rationes, *ex quo, per quem*, et *in quo*, de quibus eum inter et Pneumatomachos erat controversia, ex Paulo collegisse. At illud, εἰς αὐτόν, *in ipsum*, sive *ad ipsum*, non erat materia cavillationum ab hæreticis inventarum. Unde miror S. Ambrosium sic interpretari : *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia*, lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 ; cum præsertim sanctus doctor illud εἰς αὐτόν sic explicet, quasi idem valeat ac omnia in eum intuentur. Ejus verba mox referam.

(53) *Ἐκ τῶν κατόπιν.* Erasmus : *ex his quæ subjiciunt ;* sed, ut sæpe alias, ita hic quoque designantur hac voce, *quæ retro* sive *superius dicta sunt*, ut observat Combefisius. Mox ἐν præpositio bis addita ex duobus libris veteribus.

(54) *Πονηρευομένους.* Codices quinque πονηρευομένοις.

(55) *Ἀποκληρώσας.* Sic utraque editio ; atque hanc lectionem, ut aptiorem et significatiorem retinuimus, quamvis quinque codices mss. habeant ἀποπληρώσας. Quod etiam prima manu exstitit in Colbertino, sed postea inducta mutatio.

Digitized by Google

αὐτοῦ γὰρ τοῖς οὖσιν ἡ αἰτία τοῦ εἶναι κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γίνεται. Δι' αὐτοῦ τοῖς πᾶσιν ἡ διαμονὴ καὶ ἡ σύστασις· τοῦ κτίσαντος τὰ πάντα, καὶ τὰ πρὸς σωτηρίαν ἑκάστῳ τῶν γενομένων ἐπιμετροῦντος. Διὸ δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ἐπέστραπται τὰ σύμπαντα, ἀσχέτῳ (56) τινὶ πόθῳ καὶ ἀῤῥήτῳ στοργῇ τρὸς τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς καὶ χορηγὸν ἀποβλέποντα, κατὰ τὸ γεγραμμένον· *Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι*· καὶ πάλιν· *Πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι*· καὶ, *Ἀνοίγεις σὺ τὴν χεῖρά σου, καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας.*

A *ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* [88]. Ex hoc siquidem iis quæ sunt, causa ut sint manat, juxta voluntatem Dei et Patris. Per ipsum perseverant ac consistunt omnia; universorum conditore unicuique rei creatæ ea etiam quæ ad sui conservationem necessaria sunt dimetiente. Quapropter sane etiam universa sese ad illum convertunt, invincibili atque insedabili quodam desiderio, et arcano affectu ad auctorem et largitorem vitæ respicientia, juxta illud quod scriptum est : *Oculi omnium in te sperant* [89]; et rursum : *Omnia a te exspectant* [90]; et : *Aperis tu manum tuam, et implesomne animal benedictione* [91].

8. Εἰ δὲ πρὸς ταύτην ἡμῶν τὴν ἐκδοχὴν ἐνίστανται, τίς αὐτοὺς ἐξαιρήσεται λόγος τοῦ μὴ οὐχὶ φανερῶς ἑαυτοῖς περιπίπτειν; Εἰ γὰρ μὴ ἐπὶ τοῦ Κυρίου δώσουσι τὰς τρεῖς εἰρῆσθαι φωνὰς, τήν τε *ἐξ αὐτοῦ*, καὶ *δι' αὐτοῦ*, καὶ *εἰς αὐτὸν* (57), ἀνάγκη πᾶσα προσοικειοῦν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. Ἐκ δὲ τούτου προδήλως αὐτοῖς διαπεσεῖται τὸ παρατήρημα. Εὑρίσκεται γὰρ οὐ μόνον τὸ *ἐξ οὗ*, ἀλλὰ καὶ τὸ *δι' οὗ*, τῷ Πατρὶ προσαγόμενον. Ὅπερ εἰ μὲν οὐδὲν ταπεινὸν ἐμφαίνει, τί δήποτε ὡς ὑποδεέστερον ἀφορίζουσι τῷ Υἱῷ; εἰ δὲ πάντως ἐστὶ διακονίας δηλωτικὸν, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν· Ὁ Θεὸς τῆς δόξης καὶ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ τίνος ἐστὶν ἄρχοντος ὑπηρέτης; Ἐκεῖνοι μὲν οὖν οὕτως ὑφ' ἑαυτῶν περιτρέπονται, ἡμῖν δὲ ἑκατέρωθεν τὸ ἰσχυρὸν φυλαχθήσεται. Ἐάν τε γὰρ νικήσῃ περὶ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸν λόγον, εὑρεθήσεται τὸ *ἐξ οὗ* τῷ Υἱῷ προσαρμόζον· ἐάν τέ τις φιλονεικῇ (58) ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναφέρειν τοῦ προφήτου τὴν λέξιν, πάλιν τὴν *δι' οὗ* φωνὴν τῷ Θεῷ πρέπειν δώσει, καὶ τὴν ἴσην ἕξει ἀξίαν ἑκατέρα, τῷ κατὰ τὸν ἴσον λόγον ἐπὶ Θεοῦ παρειλῆφθαι. Καὶ οὕτως γε κἀκείνως ὁμότιμοι ἀλλήλαις ἀναφανήσονται, ἐφ' ἑνὸς προσώπου καὶ τοῦ αὐτοῦ τεταγμέναι. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανέλθωμεν.

8. Quod si adversus hanc nostram expositionem instabunt, quæ illos ratio liberabit, quominus B evidenter in se ipsos incurrant? Etenim si concessuri non sunt de Domino dictas esse has tres voces, *ex ipso*, et *per ipsum*, et *in ipsum* : omnino necessum est, ut Deo et Patri proprie tribuantur. Atque hinc palam conciderit illorum observatio. Reperitur enim non modo, *ex quo*, sed etiam, *per quem*, accommodari ad Patrem. Quæ vox si nihil præ se fert humile, quam tandem ob causam eam velut inferioris dignitatis assignant Filio? Quod si omnino declarat ministerium, respondeant nobis : Deus gloriæ et Pater Christi, cujus principis est minister? Igitur isti quidem 8 ad hunc modum a seipsis undique subvertuntur, nobis autem utrinque quod firmum est servabitur. Etenim sive de Filio C evicerit dictum esse quod recitavimus, comperietur hæc particula, *ex quo*, Filio convenire : sive quis contendat prophetæ verba ad Deum esse referenda, rursus concedet vocem hanc, *per quem*, Deo congruere; et utraque vox parem dignitatem obtinebit, eo quod pari ratione de Deo usurpetur. Atque juxta modum utrumque, perspicuum erit has particulas parem inter se habere dignitatem, quod de una eademque persona usurpatæ sint. Sed ad propositum revertamur.

9. Γράφων ὁ Ἀπόστολος πρὸς Ἐφεσίους, φησίν· *Ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ, αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ Χριστὸς, ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβάζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους* (59) *τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται.* Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Κολασσαεῖς πρὸς τοὺς οὐκ ἔχοντας τοῦ Μονογενοῦς τὴν γνῶσιν εἴρηται, ὅτι *Ὁ κρατῶν τὴν κεφαλὴν*, τουτέστι τὸν Χριστὸν, *ἐξ οὗ πᾶν τὸ*

9. Apostolus scribens Ephesiis, ait : *Veritatem autem loquentes in charitate, crescamus in ipsum per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus dum compingitur et connectitur, per omnem juncturam subministrationis, secundum operationem in* D *mensura uniuscujusque partis incrementum corporis facit* [92]. Et rursus in Epistola ad Colossenses, ad eos qui non habebant Unigeniti notitiam dictum est : *Qui tenet caput*, hoc est, Christum, *ex quo totum corpus, per junctiuras et connexiones subministrationem animis instillatus.*

[88] Rom. xi, 36. [89] Psal. cxliv, 15. [90] Psal. ciii, 27. [91] Psal. cxliv, 16. [92] Ephes. iv, 15, 16.

(56) Ἀσχέτῳ, etc. Sic reddit hunc locum S. Ambrosius, lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 : In ipso, *quid est? Quia omnia admirabili quodam desiderio et inenarrabili amore auctorem vitæ et ministratorem gratiæ suæ ac munerii intuentur, secundum quod scriptum est : « Oculi omnium, »* etc. In Commentario *in Isaiam* cap. v, p. 477, hæc leguntur : *Unigenitus ipsum bonum, quod appetunt omnia, cujus amor naturali et inenarrabili modo omnium ratione*

(57) *Καὶ εἰς αὐτόν*. Addunt editi et Reg. secundus τὰ πάντα. Sed hæc prorsus inutilia, nec in quinque aliis codicibus reperiuntur.

(58) *Φιλονεικῇ*. Sic editiones Basileenses et antiqui codices. Unus cum editione Paris. φιλονεικήσῃ. Aliquanto post veteres aliquot libri Καὶ οὕτω δέ.

(59) *Μέρους*. Consentiunt in hac voce omnes codices mss. Habent tamen editi μέλους.

Digitized by Google

stratum, augescit augmento Dei [93]. Quod enim Christus caput est Ecclesiæ, alio loco didicimus, Apostolo dicente: *Et ipsum dedit caput super omnia Ecclesiæ* [94]. Et: *E plenitudine ejus accepimus nos omnes* [95]. Et ipse Dominus: *De meo accipiet, et annuntiabit vobis* [96]. Et in summa, diligenter legenti varii usus videbuntur illius *ex quo*. Nam et Dominus: *Novi*, inquit, *virtutem ex me exiisse* [97]. Similiter autem et de Spiritu compluribus locis observavimus illud, *ex quo*, positum esse. *Qui enim*, inquit, *seminat in Spiritu, e Spiritu metet vitam æternam* [98]. Item Joannes: *Ex hoc cognoscimus quod in nobis est, e Spiritu quem nobis donavit* [99]. Et angelus: *Quod enim in ea generatum est, e Spiritu sancto est* [1]. Et Dominus ait: *Quod natum est e Spiritu, Spiritus est* [2]. Atque id quidem ad hunc habet modum.

Ἄγγελος· *Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἅγιον.* Καὶ ὁ Κύριός φησι (61)· *Τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Πνεύματος Πνεῦμά ἐστι.* Τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτον.

10. Jam vero demonstrandum est hanc vocem, *ver quem*, pariter et de Patre, et de Filio, et de Spiritu sancto in Scripturis usurpari. Ac de Filio sane supervacaneum fuerit proferre testimonia, tum quia hoc notum est, tum quod hoc ipsum ab adversariis astruitur. Nos porro demonstrabimus hanc particulam, *per quem*, etiam de Patre fuisse positam. *Fidelis*, inquit, *Deus, per quem vocati estis in consortium Filii ipsius* [3]; et: *Paulus apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei* [4]; et rursum: *Itaque non es jam servus, sed filius, et hæres per Deum* [5]. Item illud: *Quemadmodum surrexit Christus a mortuis per gloriam Patris* [6]. Et Isaias: *Væ*, inquit, *qui profunde facitis consilium, et non per Dominum* [7]. Quin et de Spiritu sancto possunt etiam apponi multa hujus vocis testimonia. *Nobis autem*, inquit, *Deus revelavit per Spiritum* [8]. Et alio loco: *Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum* [9]; ac rursus: *Alii quidem per Spiritum datus est sermo sapientiæ* [10].

10. Ὅτι δὲ τὴν δι' οὗ φωνὴν ὁμοίως ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἡ Γραφὴ παραδέχεται, ἤδη δεικτέον. Ἐπὶ μὲν δὴ τοῦ Υἱοῦ παρέλκον ἂν εἴη μαρτυρίας κομίζειν, διά τε τὸ γνώριμον, καὶ διὰ τὸ παρὰ τῶν ἐναντίων αὐτὸ τοῦτο κατασκευάζεσθαι· ἡμεῖς δὲ δείκνυμεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ *δι' οὗ* τέτακται. *Πιστὸς*, φησὶν, *ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε* (62) *εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ*· καὶ, *Παῦλος ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ*· καὶ πάλιν· *Ὥστε οὐκέτι εἶ δοῦλος, ἀλλὰ υἱός· εἰ δὲ υἱὸς, καὶ κληρονόμος διὰ Θεοῦ*· καὶ τό· *Ὥσπερ ἠγέρθη Χριστὸς ἐκ νεκρῶν διὰ τῆς δόξης τοῦ Πατρός*· καὶ ὁ Ἡσαΐας, *Οὐαὶ*, φησὶν, *οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες, καὶ οὐ διὰ Κυρίου.* Πολλὰς δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τῆς φωνῆς ταύτης μαρτυρίας ἔξεστι παραθέσθαι. *Ἡμῖν δὲ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος* (63)· καὶ ἑτέρωθι· *Τὴν καλὴν παραθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος τοῦ ἁγίου*· καὶ πάλιν· *ὯΙ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας.*

11. Eadem vero et de syllaba, *in*, dicere possumus, quod etiam hanc de Deo et Patre Scriptura usurparit, velut in Veteri Testamento: *In Deo*, inquit, *faciamus virtutem* [11]; et: *In te cantatio mea semper* [12]; et rursus: *In nomine tuo exsultabo* [13]; et apud Paulum: *In Deo*, inquit, *qui condidit omnia* [14]; et, *Paulus ac Silvanus et Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre* [15]; et, *Si tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad*

11. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῆς, *ἐν*, συλλαβῆς εἰπεῖν ἔχομεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν χρῆσιν αὐτῆς ἡ Γραφὴ παραδέδεκται, ὡς ἐπὶ μὲν Παλαιᾶς, *Ἐν τῷ Θεῷ*, φησὶ, *ποιήσωμεν* (64) *δύναμιν*· καὶ, *Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός*· καὶ πάλιν· *Ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσομαι.* Παρὰ δὲ Παύλῳ, *Ἐν τῷ Θεῷ*, φησὶ, *τῷ τὰ πάντα κτίσαντι*· καὶ, *Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεσσαλονικέων ἐν Θεῷ Πατρί*· καὶ (65),

[93] Col. II, 19. [94] Ephes. I, 22. [95] Joan. I, 16. [96] Joan. XVI, 14. [97] Luc. VIII, 46. [98] Gal. VI, 8. [99] I Joan. III, 24. [1] Matth. I, 20. [2] Joan. III, 6. [3] I Cor. I, 9. [4] II Cor. IV, 1. [5] Gal. IV, 7. [6] Rom. VI, 4. [7] Isa. XXIX, 15. [8] I Cor. II, 10. [9] II Tim. I, 14. [10] I Cor. XII, 8. [11] Psal. CVII, 14. [12] Psal. LXXI, 6. [13] Psal. LXXXVIII. 17. [14] Ephes. III, 9. [15] II Thess. I, 1.

(60) *Καὶ, Ἐκ τοῦ*, etc. Sic omnes codices mss. Editi vero καὶ ὁ Ἰωάννης, Ἐκ τοῦ, etc.

(61) *Φησί.* Hanc vocem addidimus ex quatuor codicibus mss. Statim editi Τοῦτο μὲν οὖν, aliter quatuor codices mss., quos secuti sumus. Subinde codices tres ἤδη λεκτέον.

(62) *Ἐκλήθητε.* Regius quartus Ἐκλήθημεν.

(63) *Διὰ τοῦ Πνεύματος.* Editi addunt αὐτοῦ, sed ea vox in nullo ex nostris codicibus reperta. Paulo post unus cod. Reg. καλὴν παρακαταθήκην.

(64) *Ποιήσωμεν.* Reg. quartus ποιήσομεν.

(65) *Καὶ εἰ δήποτε.* Editi et veteres aliquot libri καὶ ἤδη ποτέ. Combefisius legendum putat ex textu sacro, Εἴπως ἤδη ποτέ. Secuti sumus scripturam Reg. secundi. Paulo post idem codex καυχᾶσαι. Alii nonnulli καυχᾶσθε. Editi καυχᾶσθαι.

Digitized by Google

Εἰ δήποτε εὐοδωθήσομαι ἐν τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· καὶ, *Καυχᾶσαι*, φησὶν, *ἐν Θεῷ*. Καὶ ὅσα οὐδὲ ἀριθμῆσαι ῥᾴδιον. Ἔστι δὲ ἡμῖν οὐ πλήθους μαρτυριῶν ἐπίδειξις, ὀλλ' ἔλεγχος τοῦ μὴ ὑγιῶς αὐτοῖς (66) τὰς παρατηρήσεις ἔχειν. Τὸ γὰρ περὶ τοῦ Κυρίου ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρειλημμένην τὴν χρῆσιν ταύτην ἐπιδεικνύναι ὡς γνώριμον ὑπερβήσομαι. Ἐκεῖνο δὲ ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ὅτι συνετῷ ἀκροατῇ ἱκανὸς ἔλεγχος τῶν προταθέντων ὁ ἀπὸ τοῦ ἐναντίου. Εἰ γὰρ τὸ διάφορον τῆς ἐκφωνήσεως παρτιλλαγμένην ἐδείκνυ (67) τὴν φύσιν κατὰ τὸν τούτων λόγον, ἡ τῶν φωνῶν ταὐτότης ἀπαράλλακτον νῦν τὴν οὐσίαν αὐτοὺς ὁμολογεῖν δυσωπείτω.

12. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς θεολογίας αἱ χρήσεις τῶν φωνῶν ἐπαλλάττονται, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰ ὑπ' ἀλλήλων σημαινόμενα πολλάκις ἀντιμεθίστανται, ὅταν ἑτέρα τὴν τῆς ἑτέρας σημασίαν ἀντιλαμβάνῃ. Οἷον, *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ*, φησὶν ὁ Ἀδὰμ (68), ἴσον λέγων τῷ, *ἐκ τοῦ Θεοῦ*· καὶ ἑτέρωθι· *Ὅσα ἐνετείλατο Μωϋσῆς τῷ Ἰσραὴλ διὰ τοῦ προστάγματος Κυρίου*· καὶ πάλιν· *Οὐχὶ διὰ τοῦ Θεοῦ ἡ διασάφησις αὐτῶν ἐστιν*; ὁ Ἰωσὴφ, περὶ τῶν ἐνυπνίων τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ διαλεγόμενος, σαφῶς καὶ αὐτὸς, ἀντὶ τοῦ *ἐκ Θεοῦ* εἰπεῖν, *διὰ τοῦ Θεοῦ* εἴρηκε. Καὶ ἀνάπαλιν τῇ ἐξ οὗ προθέσει ἀντὶ τῆς *δι' οὗ* κέχρηται Παῦλος· ὡς ὅταν λέγῃ, *Γενόμενος ἐκ γυναικὸς* ἀντὶ τοῦ *διὰ γυναικός*. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἑτέρωθι σαφῶς διεστείλατο, γυναικὶ μὲν προσήκειν λέγων τὸ ἐκ τοῦ ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι, ἀνδρὶ δὲ τὸ διὰ τῆς γυναικὸς, ἐν οἷς φησιν, ὅτι *Ὥσπερ γυνὴ ἐξ ἀνδρὸς, οὕτως ἀνὴρ διὰ τῆς γυναικός*. Ἀλλ' ὅμως ἐνταῦθα, ὁμοῦ μὲν τὸ διάφορον τῆς χρήσεως ἐνδεικνύμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ τὸ σφάλμα τινῶν ἐν παραδρομῇ διορθούμενος τῶν οἰομένων πνευματικὸν εἶναι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, ἵνα δείξῃ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνθρωπείου φυράματος ἡ θεοφόρος σὰρξ (69) συνεπάγῃ, τὴν ἐμφατικωτέραν (70) φωνὴν προετίμησε (τὸ μὲν γὰρ *διὰ γυναικὸς* παροδικὴν ἔμελλε τὴν ἔννοιαν τῆς γενέσεως ὑποφαίνειν· τὸ δὲ *ἐκ τῆς γυναικὸς* ἱκανῶς παραδηλοῦν τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως τοῦ τικτομένου πρὸς τὴν γεννήσασαν), οὐχ ἑαυτῷ που μαχόμενος, ἀλλὰ δεικνὺς, ὅτι ῥᾳδίως ἀλλήλαις ἀντεπιχωριάζουσιν αἱ φωναί. Ὁπότε τοίνυν καὶ ἐφ' ὧν διωρίσθη τὸ *δι' οὗ* κυρίως λέγεσθαι, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τούτων τὸ *ἐξ οὗ* μετελήφθη, τίνα λόγον ἔχει ἐπὶ συκοφαντίᾳ τῆς εὐσεβείας πάντη ἀλλήλων ἀφορίζειν τὰς λέξεις;

vos [16]; et : *Gloriaris*, inquit, *in Deo* [17]. Et reliqua quæ ne enumerare quidem facile sit. At nobis non est propositum ostentare testimoniorum multitudinem, sed probare observationes ipsorum rectas non esse. Siquidem hanc particulam de Domino ac Spiritu sancto usurpatam esse, tanquam per se notum, demonstrare omittam. Illud tamen necessario dicendum est, prudenti auditori sufficere illam objectorum confutationem, quæ a contrario ducitur. Nam si prolationis diversitas arguit naturam diversam, quemadmodum isti dicunt : jam vocum identitas vel pudore cogit eos fateri essentiam in nullo discrepantem.

12. Neque enim solum cum de Deo fit sermo, harum vocum usus variat ; verum etiam ad mutuos invicem significatus sæpenumero transferuntur, quoties altera alterius recipit significationem, veluti. *Possedi hominem per Deum* [18], inquit Adam, perinde atque si dixisset *ex Deo*. Et alibi : *Quæ præcepit Moyses Israeli per mandatum Domini* [19]. Et rursus : *Nonne per Deum horum manifestatio est* [20]? Joseph de insomniis cum iis qui in carcere erant, disserens et ipse aperte pro *ex Deo* dixit *per Deum*. Et contra, *ex quo*, pro *per quem* usurpavit Paulus, velut cum ait : *Factus ex muliere* [21], pro *per mulierem*. Nam id nobis alibi perspicue distinxit, cum ait feminæ convenire, e viro natam esse, viro autem per feminam : *Quemadmodum mulier ex viro, ita vir per mulierem* [22]. Sed tamen hic Apostolus, simul ostendens diversum harum vocum usum, simul obiter corrigens quorumdam errorem, existimantium Domini corpus esse spirituale ; ut osteuderet carnem Dei gestatricem ex humana massa concretam fuisse, maluit uti verbo significantiore (nam hæ dictiones, *per mulierem*, transitoriæ generationis suspicionem erant daturæ : at hæ, *ex muliere*, abunde declarant communionem, quam natura geniti cum genitrice habet), non quod ille secum pugnet, sed ut ostendat has voces facile sibi vicissim cedere. **10** Quando igitur de quibuscunque definitum est proprie dici, *per quem*, de iisdem etiam vox, *ex quo*, usurpatur ; qua ratione sit, ut ad pietatis calumniam hæ dictiones inter se prorsus separentur?

[16] Rom. I, 10. [17] Rom. II, 17. [18] Gen. IV, 1. [19] Levit. VIII, 21. [20] Gen. XL, 8. [21] Gal. IV, 4. [22] I Cor. XI, 12.

(66) *Αὐτοῖς*. Sic libri veteres, melius quam editi αὐτούς. Aliquanto post in quatuor codicibus mss. ἔλεγχος τῶν προτεθέντων.

(67) *Ἐδείκνυ*. Sic omnes codices mss.; editi vero Ἐνδείκνυται. Non multo post ἤδη τὰ ὑπ' ἀλλήλων in tribus codicibus.

(68) *Ὁ Ἀδάμ*. Non hoc solum loco Basilius hæc verba Adamo ascribit, sed. et lib. II *in Eunom.*, num. 20. In his quæ sequuntur nonnulla mutavimus antiquis codicibus freti. Habebant enim editi διὰ προστάγματος τοῦ Κυρίου. Et paulo post διαλεγόμενός φησι· σαφῶς γὰρ καὶ αὐτὸς..... κέχρηται. Ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος..... ἀνδρὸς γεγεννῆσθαι..... ἡ γυνὴ ἐξ ἀνδρός. Deest etiam φησὶ in editionibus Basileensibus.

(69) *Ἡ θεοφόρος σὰρξ*. Christi caro Deifera vocatur Homil. *in psalmum* XXXIX, et Comment. *in caput* II *Isaiæ*, ut observat Ducæus. Addit idem vir doctissimus, Theodoretum graviter olim hallucinatum fuisse in reprehensione anathematismi quinti, ubi ait Christum a Basilio θεοφόρον ἄνθρωπον, *hominem Deiferum*, vocatum fuisse in libro *De Spiritu sancto* et in Explanatione psalmi quinquagesimi. Non enim parum interest inter hominem Deiferum et carnem Deiferam.

70) *Ἐμφατικωτέραν*. Legitur in duobus codicibus Ἐμφαντικωτέραν.

Digitized by Google

CAPUT VI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'

Occurrit iis qui affirmant Filium non esse cum Patre, sed post Patrem; ubi et de gloriæ æqualitate.

Ἀπάντησις (71) *πρὸς τοὺς ἀποφαινομένους μὴ μετὰ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱόν, ἀλλὰ μετὰ τὸν Πατέρα, ἐν ᾧ τὰ περὶ τῆς ὁμοτίμου δόξης.*

13 Atqui nec ad ignorantiæ excusationem confugere possunt, cum tanto artificio tantaque perversitate dicta nostra excipiant: qui quidem nobis palam indignantur, quod una cum Patre adimpleamus Unigenito glorificationem, quodque Spiritum sanctum a Filio non separemus. Unde novatores nos appellant, novitatisque architectos et verborum inventores, et quibus non aliis probrosissimis nominibus? Quorum convicia tantum abest ut indigne feram, ut nisi nos ipsorum exitium dolore perpetuoque cruciatu afficeret, propemodum dicerem me etiam ipsis pro maledictis habere gratiam, ut qui mihi concilient beatitudinem. *Beati enim*, inquit, *estis, cum probris vos impetiverint propter me*[83]. Hujusmodi autem sunt ea quorum causa indignantur. Non est, inquiunt, cum Patre Filius, sed post Patrem; unde consequitur ut per eum gloria Patri tribuatur, sed cum eo nequaquam. Nam illud, *cum eo*, æqualitatem declarat, *per eum* autem, ministerium significat. Neque etiam cum Patre, inquiunt, et Filio collocandus est sanctus Spiritus, sed sub Filio et Patre, sic ut non una cum illis collocetur, sed subdatur, neque connumeretur, sed subnumeretur. Atque talibus quibusdam verborum versutiis pervertunt fidei sinceritatem simplicitatemque. Proinde quam veniam assequentur imperitiæ prætextu, per quos ob istam curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet?

13. Καὶ μὴν οὐδὲ πρὸς τὴν ἐξ ἀγνοίας συγγνώμην δυνατὸν αὐτοὺς καταφυγεῖν, οὕτω τεχνικῶς καὶ κακοήθως τὸν λόγον ὑπολαμβάνοντας· οἵ γε προδήλως ἡμῖν χαλεπαίνουσιν, ὅτι μετὰ Πατρὸς ἀποπληροῦμεν τῷ Μονογενεῖ τὴν δοξολογίαν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μὴ διϊστῶμεν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ (72). Ὅθεν νεωτεροποιοὺς ἡμᾶς καὶ καινοτόμους καὶ ἐφευρετὰς ῥημάτων, καὶ τί γὰρ οὐχὶ τῶν ἐπονειδίστων ἀποκαλοῦσιν; Ὧν τοσοῦτον ἀπέχω δυσχεραίνειν ταῖς λοιδορίαις, ὥστε, εἰ μὴ λύπην ἡμῖν ἐνεποίει καὶ ἀδιάλειπτον ὀδύνην ἡ κατ' αὐτοὺς ζημία, μικροῦ ἂν εἶπον καὶ χάριν αὐτοῖς τῆς βλασφημίας ἔχειν, ὡς μακαρισμοῦ προξένοις. *Μακάριοι γάρ ἐστε*, φησὶν, *ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς* (73) *ἕνεκεν ἐμοῦ*. Ἔστι δὲ ἐφ' οἷς ἀγανακτοῦσι, ταῦτα. Οὐ μετὰ Πατρὸς, φασὶν, Υἱὸς, ἀλλὰ μετὰ τὸν Πατέρα· διόπερ ἀκόλουθον δι' αὐτοῦ τὴν δόξαν προσάγειν τῷ Πατρὶ, ἀλλ' οὐχὶ μετ' αὐτοῦ. Τὸ μὲν γὰρ *μετ' αὐτοῦ* τὴν ἰσοτιμίαν δηλοῖ· τὸ δὲ *δι' οὗ* τὴν ὑπουργίαν παρίστησιν. Οὔτε μὴν σὺν τῷ Πατρὶ, φασὶ, καὶ τῷ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τακτέον, ἀλλ' ὑπὸ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα, οὐ συντεταγμένον, ἀλλ' ὑποτεταγμένον, οὐδὲ συναριθμούμενον, ἀλλ' ὑπαριθμούμενον. Καὶ τοιαύτας τισὶ τεχνολογίας ῥημάτων τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀκατάσκευον (74) τῆς πίστεως διαστρέφουσιν. Ὥστε τίνος ἂν δι' ἀπειρίαν συγγνώμης τύχοιεν, οἱ μηδὲ τοῖς ἄλλοις ἀπείρως ἔχειν ἐκ τῆς αὐτῶν φιλοπραγμοσύνης (75) ἐπιτρέποντες;

14. Nos vero primum illud ipsos rogemus, quomodo dicant Filium post Patrem? num tempore recentiorem, num ordine, an dignitate? Sed nullus adeo demens est ut dicat conditorem sæculorum, quoquam esse tempore posteriorem, cum nullum sit intervallum, quod naturalem Filii cum Patre conjunctionem dirimat. Neque etiam hominum cogitatione filius patre recentior dici possit, non ob id modo quod simul intelligantur secundum relationem, verum etiam quod ea dicuntur posteriora tempore, quæ a præsenti tempore minus absunt: et rursus illa priora, quæ longius absunt a præsenti tempore. Exempli causa, quæ Noe temporibus acta sunt priora sunt iis quæ narrantur de subversis Sodomis, quod illa longius dissita sint a præ-

14. Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖνο πρῶτον αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, τὸ μετὰ τὸν Πατέρα πῶς τὸν Υἱὸν λέγουσιν; ὡς χρόνῳ νεώτερον, ἢ ὡς τάξει, ἢ ὡς ἀξίᾳ; Ἀλλὰ χρόνῳ μὲν, οὐδεὶς οὕτως ἀνόητος, ὡς δευτερεύειν λέγειν τὸν ποιητὴν τῶν αἰώνων, οὐδενὸς διαστήματος μεσιτεύοντος τῇ φυσικῇ πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ συναφείᾳ. Ἀλλὰ μὴν οὔτε τῇ ἐννοίᾳ τῶν ἀνθρώπων (76) συμβαίνει νεώτερον λέγειν τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, οὐ μόνον τῷ σὺν ἀλλήλοις νοεῖσθαι κατὰ τὴν σχέσιν, ἀλλ' ὅτι ἐκεῖνα λέγεται τῷ χρόνῳ δεύτερα, ὅσα τὴν πρὸς τὸ νῦν ἀπόστασιν ἐλάττονα ἔχει· καὶ πάλιν ἐκεῖνα πρότερα, ὅσα περισσότερον ἀπέχει τοῦ νῦν. Οἷον πρότερα τῶν Σοδομιτικῶν (77) τὰ κατὰ Νῶε, ὅτι τοῦ νῦν ἐπὶ πλέον ἀπῴκισται· καὶ ὕστερα ταῦτα ἐκείνων, ὅτι μᾶλλόν πως δοκεῖ προσεγγίζειν τῷ νῦν. Τῆς δὲ πάντα

[83] Matth. v, 11.

(71) *Ἀπάντησις.* Regius tertius ἡ ἀντίστασις.

(72) *Ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ.* Reg. tertius ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

(73) *Ὑμᾶς.* Addunt editi, repugnantibus omnibus veteribus libris, καὶ διώξωσι, καὶ εἴπωσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ψευδόμενοι. *Et persecuti fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes.*

(74) *Ἀκατάσκευον.* Ita mss. quatuor. Editi ἀκατασκεύαστον. Ibidem duo codices ἐνδιαστρέφουσι. Quibus favet alius, in quo legitur ἐνδιατρίβουσιν.

(75) *Φιλοπραγμοσύνης.* Sic quinque codices mss. Editi πολυπραγμοσύνης. Mox editi ἐρωτησομεν. Plerique codices mss. ut in contextu.

(76) *Τῶν ἀνθρώπων.* Codices quinque τῶν ἀνθρωπίνων, *ex rerum humanarum notione.* At longe potior est vulgata Scriptura. Propositum enim est Basilio, cum antea probaverit Filium non esse tempore posteriorem, nunc aliquid significantius addere, eumque liquet in hoc argumento versari, ut Filium ne cogitatione quidem Patre posteriorem dici posse demonstret. Statim editi συναλλήλους, codices omnes mss. ut in contextu.

(77) *Τῶν Σοδομιτικῶν.* Tres codices τῶν Σοδομιτῶν.

Digitized by Google

χρόνον καὶ πάντας αἰῶνας ὑπερεχούσης ζωῆς τῇ πρὸς τὸ νῦν ἀποστάσει τὸ εἶναι καταμετρεῖν πῶς οὐχὶ πρὸς τῇ ἀσεβείᾳ ἔτι καὶ πᾶσαν ὑπερβολὴν ἀνοίας ἔχει· εἴπερ καθ' ὃν τρόπον τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ πρότερα εἶναι ἀλλήλων λέγεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τῷ Υἱῷ καὶ Θεῷ τῷ ὑπάρχοντι πρὸ τῶν αἰώνων παραμετρούμενος ὑπερέχοι; Ἀλλὰ γὰρ ἡ πρὸς τὸ ἄνω ὑπεροχὴ τοῦ Πατρὸς ἀθεώρητος, τῷ ἁπλῶς μήτε ἐνθύμησιν, μήτε τινὰ ἔννοιαν τὴν τοῦ Κυρίου γέννησιν ὑπεραίρειν, καλῶς τοῦ Ἰωάννου διὰ δύο φωνῶν εἴσω περιγράπτων ὅρων τὴν διάνοιαν ἀποκλείσαντος, ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*. Ἀνέκβατον μὲν γὰρ διανοίαις τὸ *ἦν*· ἀνυπέρβατον δὲ φαντασίαις (78) ἀρχή. Ὅσον γὰρ ἂν ἀναδράμῃς τῇ διανοίᾳ ἐπὶ τὸ ἄνω, οὐκ ἐκβαίνεις τὸ *ἦν*. Καὶ ὅσον ἂν διατεθῇς ἰδεῖν τοῦ Υἱοῦ τὰ ἐπέκεινα, ὑπεράνω γενέσθαι τῆς ἀρχῆς οὐ δυνήσῃ. Εὐσεβὲς οὖν κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἅμα νοεῖν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί.

A senti **11** tempore : et hæc illis posteriora, quod quodammodo appareant præsenti tempori viciniora. At ejus vitæ, quæ omne tempus et omnia sæcula transcendit, exsistentiam metiri distantia a præsenti tempore, an non præter impietatem, omnem etiam dementiam superat; si quemadmodum res generationi corruptionique obnoxiæ, aliis aliæ priores esse dicuntur, eumdem ad modum Deus et Pater, collatus cum Filio et Deo qui est ante sæcula, superat? At enim Patrem esse anteriorem nemo possit animo concipere, eo quod Domini generationem nec ulla prorsus cogitatio, neque ulla notio transcendat: Joanne pulchre duabus vocibus cogitationem intra circumscriptos terminos recludente, cum ait : *In principio erat Verbum*[24]. Nam neque

B ex hac voce, *erat*, cogitatio exitum reperire potest; neque principium imaginatio transcendere. Quantumvis enim cogitatione curras ad anteriora: ex voce, *erat*, exitum non reperis. Et quantumvis institeris videre quæ sint ultra Filium, non poteris tamen superare principium. Itaque pium est juxta hanc rationem Filium simul cum Patre intelligere.

15. Εἰ δ' ὡς ἐν τόπῳ ὑποκειμένῳ ὑπόβασίν τινα τοῦ Υἱοῦ νοοῦσι πρὸς τὸν Πατέρα, ὥστε ὑπεράνω μὲν τὸν Πατέρα καθῆσθαι, πρὸς δὲ τὸ ἐφεξῆς εἰς τὸ κάτω τὸν Υἱὸν ἀπεῶσθαι, ὁμολογείτωσαν τοῦτο, καὶ ἡμεῖς σιωπήσομεν (79), τῆς ἐναργείας (80) αὐτόθεν τὸ ἀπεμφαῖνον ἐχούσης. Οὐδὲ γὰρ τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζουσιν οἱ διὰ πάντων διήκειν τῷ Πατρὶ μὴ διδόντες, τῆς τῶν ὑγιαινόντων ἐννοίας τὰ πάντα τὸν Θεὸν πεπληρωκέναι πιστευούσης· οὐδὲ μέμνηνται τοῦ προφήτου λέγοντος· *Ἐὰν ἀναβῶ εἰς*

15. Quod si velut in loco humiliore Filium Patri subesse imaginantur; ut in sublimi sedeat Pater, ac dein Filius in locum inferiorem detrusus sit; fateantur istud, et nos tacebimus, aperta loquendi ratione per se absurditatem habente. Nam nec in ratiocinando sibi constant, qui non concedunt Patrem ad universa pertingere, cum eorum qui sani sunt, cogitatio credat Deum implesse universa : nec recordantur Prophetæ dicentis : *Si ascendero in*

C *cœlum, tu illic es ; si descendero ad inferos, ades*[25] ; qui supra et infra partiuntur inter Patrem et Filium. At ut nihil dicam ad redarguendam illorum imperitiam, rebus incorporeis locum attribuentium ; quid excusabit eorum impietatem, qua tam impudenter repugnant adversanturque Scripturis? quod genus est illud : *Sede a dextris meis*[26] ; et : *Consedit in dextra majestatis Dei*[27]. Neque enim dextrum significat locum inferiorem quod isti prædicant, sed relationem ad id quod æquale est; quippe cum dextrum non accipiatur corporaliter (sic enim possit etiam esse aliquid sinistrum in Deo) sed honorificis assidendi verbis Filii majestatem honoremque Scriptura ob oculos ponat. Reliquum est igitur, ut hac voce dignitatis inferiorem gradum indicari

[24] Joan. I, 1. [25] Psal. CXXXVIII, 8. [26] Psal. CIX, 1. [27] Hebr. I, 3.

(78) *Διανοίαις... φαντασίαις*. Sic duo libri veteres, quibus favet aliorum trium scriptura διανοίας... φαντασίας. Editi διανοίᾳ... φαντασίᾳ. Aliquanto post editi ἐπὶ τὰ ἄνω, codices mss. ut in contextu.

(79) *Σιωπήσομεν*. Tres codices σιωπήσωμεν.

(80) *Τῆς ἐναργείας*. Sic duo codices mss. Quatuor alii cum editis habent ἐνεργείας. Sed proclive fuit errare librariis, quos pariter in eadem voce sæpe alias offendisse videbimus. Scriptura, quam secuti sumus, hæret et conducit proposito Basilii, qui provocat hæreticos ut aperte dicant Patrem superiore loco sedere, Filium inferiore; tunc enim verbis ad eos refellendos opus non futurum, cum ejusmodi sententia, si palam ac sine dissimulatione enuntietur, manifestam habeat repugnantiam. Non

D diverso sensu, licet diverso verborum ordine, dixit Basilius in epistol. al. 344 : Αὐτόθεν ἔχει τὸ ἐναργὲς ἡ βλασφημία. *Sua sponte manifesta est blasphemia.*

(81) *Προσεδρείας*. Quamvis hæc scriptura in uno tantum exstet codice ms., assentior tamen Combefisio eam vulgatæ προεδρίας, quæ in aliis reperitur mss. codicibus et editis, præferendam esse. Filius cum Patre comparatus non habet προεδρίαν, nec illi Erasmus sine absurdo commento *præsidentiam* (sic enim reddidit hanc vocem) attribuere potuit.

(82) *Λειπόμενον τοίνυν*. Cod. Colbert. Λείπεται τοίνυν. Contendit autem hoc loco Combefisius legendum esse, ut in margine codicis Henriciani, οὐδὲ ἀξίας, et sic reddendum : *Relinquitur igitur illis, ut nec inferiorem dignitatis gradum per hanc vocem*

Digitized by Google

asserant. Discant igitur quod Christus est Dei virtus, et Dei sapientia[28], et imago Dei invisibilis[29], et splendor **12** gloriæ[30], quodque hunc Pater signavit Deus, seque totum in eo expressit. Hæc igitur et quæcunque his similia sunt per universam Scripturam testimonia, utrum dicemus humilitatis habere significationem, an ceu præconia quædam, Unigeniti majestatem, et æqualem cum Patre gloriam ebuccinari? Audiant insuper et ipsum Dominum palam suam gloriam cum Patre æqualem asserentem, cum ait : *Qui videt me, videt et Patrem*[31] Ac rursum : *Cum venerit Filius in gloria Patris*[32]; et : *Ut honorificent Filium, quemadmodum honorificant Patrem*[33]. Item illud : *Vidimus gloriam ejus, gloriam tanquam Unigeniti a Patre*[34]. Rursus : *Unigenitus Deus, qui est in sinu Patris*[35]. Horum dum isti nihil considerant, locum hostibus destinatum attribuunt Filio. Nam sinus paternus sedes est digna Filio; scabelli vero locus iis convenit, quibus opus est subjectione. Nos igitur ad alia properantes, obiter in transcursu testimonia attigimus; tibi vero per otium licet, collectis probationibus, gloriæ sublimitatem, ac virtutis eminentiam in Filio perspicere. Quanquam ne hæc quidem auditori æquo parva videbuntur, nisi quis carnaliter et abjecte intelligat has voces, *dextrum* et *sinum* : ut loco circumscribat Deum, fingatque figuram ac formam situmque corporalem : quæ ab intelligentia rei simplicis et immensæ ac incorporeæ longe semota sunt, præterquam quod illius cogitatio humilis, pariter in Patrem cadit atque in Filium. Quare non dejicit Filii dignitatem, sed adjungit blasphemiæ crimen adversus Deum quisquis talia disserit. Quæcunque enim ausus fuerit evomere in Filium, necesse est ut eadem transferat in Patrem. Nam qui Patri superiorem locum ad præsidendum tribuit, ac Filium dicit humiliore loco sedere, is quæcunque corporeis accidunt, ea omnia habiturus est suum figmentum consequentia. Quod si istæ imaginationes sunt vino delirantium, ac per phrenitidem mente commotorum; quomodo pium fuerit eum, qui natura, gloria dignitateque conjunctus est, non simul cum Patre adorari et glorificari ab his qui ab ipso edocti sunt, eum qui non honorificat Filium, non honorificare Patrem[36]? Quid porro dicemus? quid justæ excu-

τοὺς τὸ τῆς ἀξίας ὑποδεὲς διὰ τῆς φωνῆς ταύτης δηλοῦσθαι λέγειν. Μανθανέτωσαν τοίνυν, ὅτι Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία, καὶ ὅτι εἰκὼν Θεοῦ τοῦ ἀοράτου, καὶ ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ ὅτι τοῦτον ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεὸς, ὅλον αὐτῷ ἑαυτὸν ἐντυπώσας. Ταύτας τοίνυν, καὶ ὅσαι ταύταις συγγενεῖς κατὰ πᾶσάν εἰσι τὴν Γραφὴν μαρτυρίαι, πότερον ταπεινωτικὰς εἶναί φαμεν (83), ἢ ὥσπερ τινὰς ἀναῤῥήσεις, τὸ μεγαλοπρεπὲς τοῦ Μονογενοῦς, καὶ τὸ πρὸς τὸν Πατέρα ἴσον τῆς δόξης ἀνακηρύττειν; Ἀκουέτωσαν δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου σαφῶς ὁμότιμον ἑαυτοῦ τὴν δόξαν τῷ Πατρὶ παριστῶντος, ἐν τῷ λέγειν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα*· καὶ πάλιν· *Ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρός*· καὶ τὸ, *Ἵνα τιμῶσι τὸν Υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν Πατέρα*· καὶ τὸ, *Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός*· καὶ τὸ, *Ὁ μονογενὴς Θεὸς* (84), *ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρός*. Ὧν μηδὲν ὑπολογισάμενοι, τὴν τοῖς ἐχθροῖς ἀφωρισμένην χώραν προστιθέασι τῷ Υἱῷ. Κόλπος μὲν γὰρ πατρικὸς Υἱῷ καθέδρα πρέπουσα· ἡ δὲ τοῦ ὑποποδίου χώρα τοῖς ἐπιδεομένοις (85) τῆς ὑποπτώσεως. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἐφ' ἕτερα τὴν ὁρμὴν ἔχοντες, παρατρεχόντως τῶν μαρτυριῶν ἐφηψάμεθα· ἔξεστι δέ σοι κατὰ σχολὴν, συναγαγόντι τὰς ἀποδείξεις, τὸ τῆς δόξης ὕψος καὶ τὸ τῆς δυνάμεως ὑπερέχον τοῦ Μονογενοῦς κατιδεῖν. Καίτοι εὐγνώμονι ἀκροατῇ οὐδὲ ταῦτα μικρά· εἰ μή τις σαρκικῶς καὶ ταπεινῶς ἐξακούοι τοῦ *δεξιοῦ* καὶ τοῦ *κόλπου*, ὥστε τόπῳ τε τὸν Θεὸν περιγράφειν, καὶ ἀναπλάττειν σχῆμα, καὶ τύπον, καὶ θέσιν σωματικὴν, ἃ παρὰ πολὺ τῆς ἐννοίας τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπείρου καὶ ἀσωμάτου διώρισται· πλήν γε δὴ, ὅτι τὸ τῆς ἐννοίας αὐτοῦ ταπεινὸν ἐπί τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ παραπλήσιον. Ὥστε οὐ καθαιρεῖ τοῦ Υἱοῦ τὴν ἀξίαν, ἀλλὰ προσλαμβάνει τὸ κρίμα τῆς εἰς τὸν Θεὸν βλασφημίας ὁ τὰ τοιαῦτα διεξιών. Ἐν οἷς γὰρ ἂν κατατολμήσῃ τοῦ Υἱοῦ, ταῦτα ἀνάγκη αὐτῷ μετατιθέναι πρὸς τὸν Πατέρα. Ὁ γὰρ τῷ Πατρὶ τὴν ἄνω χώραν εἰς προεδρίαν ἀποδιδοὺς, τὸν δὲ μονογενῆ Υἱὸν ὑποκαθῆσθαι λέγων, πάντα ἀκολουθοῦντα ἕξει τὰ σωματικὰ συμπτώματα τῷ ἑαυτοῦ ἀναπλασμῷ. Εἰ δὲ ταῦτα οἰνοπλήκτων καὶ ἐκ φρενίτιδος παραφόρων τὸν νοῦν τὰ φαντάσματα, πῶς εὐσεβὲς, τὸν τῇ φύσει, τῇ δόξῃ, τῷ ἀξιώματι συνημμένον μὴ μετὰ Πατρὸς προσκυνεῖν καὶ δοξάζειν τοὺς παρ' αὐτοῦ διδαχθέντας, ὅτι Ὁ

[28] I Cor. I, 24. [29] Coloss. I, 15. [30] Hebr. I, 3. [31] Joan. XIV, 9. [32] Marc. VIII, 38. [33] Joan. V, 23. [34] Joan. I, 14. [35] ibid. 18. [36] Joan. V, 23.

dicant significari. Addit vir eruditus : *Quæ plana Basilii littera, abhorrente prorsus quod editis est.* Sed præterquam quod Basilius adversarios nequaquam inducit de Filii æqualitate conlitentes, sed potius eam negantes refellit; certe diligens Combefisius in legendo codice quem citat. Non enim legitur in margine οὐδὲ ἀξίας, sed οὐδὲ ἀξίᾳ. Quod quidem scholium ad Basilii sententiam indicandam appositum est, non ad contextum emendandum. Nam in superiore ejusdem codicis pagina duo alia occurrunt scholia, quorum primum sic habet : Ὅτι οὐ χρόνῳ ὁ Υἱὸς ὕστερος τοῦ Πατρός. *Quod Filius tempore non inferior Patre*; deinde aliquanto post οὐδὲ τάξει, *neque ordine* : denique οὐδὲ ἀξίᾳ, *nec dignitate*; accommodate ad institutam a Basilio divisionem.

(83) *Φαμέν*. Duo codices mss. φῶμεν.

(84) *Ὁ μονογενὴς Θεός*. Hæc desunt in uno codice ms., sed in quinque aliis leguntur. Editi ὁ μονογενὴς Υἱός contra veterum codicum fidem et ipsius Basilii testimonium, qui declarat, cap. 8 hujus libri, Christum a Scriptura vocari unigenitum Deum. Unde patet eum sic legisse uti edidimus. Hoc ipso in loco codices duo ἐν τοῖς κόλποις, alius ἐν τῷ κόλπῳ.

(85) *Ἐπιδεομένοις*. Sic mss. quatuor. Editi ὑποδεομένοις.

Digitized by Google

μὴ τιμῶν τὸν Υἱὸν οὐ τιμᾷ τὸν Πατέρα; Τί γὰρ καὶ φήσομεν; τίνα ἔξομεν δικαίαν ἀπολογίαν ἐπὶ τοῦ φοβεροῦ καὶ κοινοῦ τῆς κτίσεως πάσης δικαστηρίου, εἰ τοῦ Κυρίου σαφῶς ἐπαγγελλομένου ἥξειν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς, καὶ Στεφάνου θεασαμένου Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ Παύλου ἐν Πνεύματι διαμαρτυρομένου (86) περὶ Χριστοῦ, ὅτι ἔστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ· καὶ τοῦ Πατρὸς λέγοντος, *Κάθου ἐκ δεξιῶν μου*· καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μαρτυροῦντος, ὅτι ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ· ἡμεῖς τὸν σύνθρονον καὶ ὁμότιμον ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ ἴσον σχέσεως ἐπὶ τὸ κάτω καταβιβάζοιμεν (87); Οἶμαι γὰρ τὴν μὲν στάσιν καὶ τὴν καθίδρυσιν τὸ πάγιον τῆς φύσεως καὶ πάντη στάσιμον ὑποφαίνειν, καθὸ καὶ ὁ Βαρούχ, τὸ ἀκίνητον καὶ ἀμετάθετον τῆς τοῦ Θεοῦ διεξαγωγῆς ἐνδεικνύμενος, ἔφη τὸ, *Σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι εἰς τὸν αἰῶνα*· τὴν δεξιὰν δὲ χώραν δηλοῦν τὸ τῆς ἀξίας ὁμότιμον. Πῶς οὖν οὐ τολμηρὸν τῆς κατὰ τὴν δοξολογίαν (88) κοινωνίας ἀποστερεῖν ἄξιον·

sationis afferemus in formidabili ac communi totius creaturæ judicio, si posteaquam Dominus aperte denuntiavit se venturum in gloria Patris [37], et Stephanus Jesum vidit stantem a dextris Dei [38], et Paulus Spiritu afflatus testificatus est de Christo, quod est in dextra Dei [39]; atque etiam cum Pater dicat, *Sede a dextris meis* [40], et Spiritus sanctus testimonium perhibeat, quod consederit ad dextram majestatis Dei [41]; nos throni consortem, et honoris ejusdem participem, ab æqualitatis statu ad inferiorem dejiciamus locum? Siquidem arbitror stationem et consessu naturæ, firmitatem ac stabilitatem omnimodam significari; juxta quem tropum et Baruch Deum immobilem et immutabilem semper **13** esse ostendens, ait: *Tu sedes in æternum, et nos perimus in æternum* [42]: dextro autem loco indicari dignitatis æqualitatem. An non igitur audax facinus fuerit, Filium glorificationis consortio privare, veluti qui mereatur in loco minus honorato collocari? τὸν Υἱὸν, ὡς ἐν ἐλάττονι χώρᾳ τιμῆς τετάχθαι,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἁρμόζειν ἐπὶ Υἱοῦ λέγεσθαι τὸ « μεθ' οὗ » ἀλλὰ τὸ « δι' οὗ. »

16. Ἀλλὰ τὸ *μετ' αὐτοῦ* λέγειν, φασὶν, ἀπεξενωμένον παντελῶς καὶ ἀσύνηθες· τὸ δὲ *δι' αὐτοῦ* τῷ τε λόγῳ τῆς Γραφῆς οἰκειότατον καὶ ἐν τῇ χρήσει τῆς ἀδελφότητος τετριμμένον. Τί οὖν ἡμεῖς πρὸς ταῦτα; Ὅτι μακάρια τὰ ὦτα τὰ μὴ ἀκούσαντα ὑμῶν, καὶ καρδίαι ὅσαι ἄτρωτοι ἀπὸ τῶν (89) ὑμετέρων λόγων διεφυλάχθησαν. Ἀλλ' ὑμῖν λέγω τοῖς φιλοχρίστοις, ὅτι ἀμφοτέρας οἶδεν ἡ Ἐκκλησία τὰς χρήσεις, καὶ οὐδετέραν αὐτῶν παραιτεῖται ὡς ἀναιρετικὴν τῆς ἑτέρας. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ μεγαλεῖον τῆς φύσεως τοῦ Μονογενοῦς καὶ τὴν τῆς ἀξίας ὑπεροχὴν θεωρῶμεν, μετὰ Πατρὸς εἶναι αὐτῷ μαρτυροῦμεν τὴν δόξαν· ὅταν δὲ τὴν εἰς ἡμᾶς χορηγίαν τῶν ἀγαθῶν ἐννοήσωμεν, ἢ τὴν ἡμῶν αὐτῶν προσαγωγὴν καὶ οἰκείωσιν πρὸς τὸν Θεὸν (90), *δι' αὐτοῦ* καὶ *ἐν αὐτῷ* ἐνεργεῖσθαι ὑμῖν τὴν χάριν ταύτην ὁμολογοῦμεν. Ὥστε ἡ μὲν ἰδία τῶν δοξολογούντων ἐστὶν, ἡ *μεθ' οὗ*· ἡ δὲ *δι' οὗ* τῶν εὐχαριστούντων ἐξαίρετος. Ψεῦδος δὲ κἀκεῖνο, ὅτι ἡ *μεθ' οὗ* φωνὴ τῆς τῶν εὐλαβῶν χρήσεως ἀπεξένωται. Ὅσοι γὰρ δι' εὐστάθειαν τρόπων τὸ τῆς ἀρχαιότητος σεμνὸν τοῦ καινοπρεποῦς προετίμησαν, καὶ ἀπαραποίητον τῶν πατέρων διεφύλαξαν τὴν παράδοσιν, κατά τε χώραν καὶ πόλιν ταύτῃ κέχρηνται τῇ φωνῇ. Οἱ δὲ διακορεῖς τῶν συνήθων καὶ τῶν παλαιῶν ὡς ἐώλων κατεπαιρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὰς νεωτεροποιίας παραδεχόμε-

CAPUT VII.

Adversus eos qui dicunt non congruenter de Filio dici, « cum quo, » sed, « per quem. »

16. Sed hoc loquendi genus, *cum ipso*, aiunt, omnino peregrinum est et inusitatum: contra, istud, *per ipsum*, tum sermoni Scripturæ familiarissimum tum fratrum usu tritum esse. Quid igitur nos ad ista? Nimirum beatas esse aures quæ non audierunt vos, et beata corda, quæ a vestris sermonibus servata sunt illæsa. Vobis porro qui Christum diligitis, dico Ecclesiam utrumque harum vocum usum agnoscere, neutrumque rejicere, quasi alter alterum destruat. Cum enim in Unigenito naturæ majestatem ac dignitatis excellentiam contemplamur, ei cum Patre gloriam esse testamur. Rursus cum cogitamus quæ bona nobis suppeditarit, aut quomodo nos ad Deum adduxerit ac Deo asseruerit, confitemur hanc gratiam, *per ipsum* et *in ipso* nobis effici. Quare altera particula, *cum quo*, propria est glorificantium; altera, *per quem*, propria est gratias agentium. Quin et illud mendacium est hanc vocem, *cum quo*, ab usu piorum alienam esse. Quotquot enim morum constantia, antiquitatis majestatem speciosis novitatibus prætulerunt, ac majorum traditionem citra mutationem conservarunt, tum ruri, tum in civitatibus hac voce utuntur. Cæterum qui consueta fastidiunt, et in vetera tanquam in obsoleta insurgunt, ii sunt qui novitates suscipiunt, quemadmodum in vesti-

[37] Matth. xvi, 27. [38] Act. vii, 55. [39] Rom. viii, 34. [40] Psal. cix, 1. [41] Hebr. viii, 1. [42] Baruch iii, 3.

(86) *Διαμαρτυρομένου*. Sic tres codices; alii et editi διαμαρτυρομένου.

(87) *Καταβιβάζοιμεν*. Sic tres codices; melius quam in aliis et in editis καταβιβάζομεν.

(88) *Δοξολογίαν*. Reg. quartus ἀξιολογίαν. Has voces, τὸν Υἱόν, quæ mox sequuntur, e Reg. secundo addidimus.

(89) *Ἀπὸ τῶν*. Deest præpositio in nonnullis codicibus. Paulo post duo codices mss. τὸ τέλειον τῆς φύσεως.

(90) *Πρὸς τὸν Θεόν*. Additus ex veteribus libris articulus; moxque iisdem auctoribus mutatum quod legebatur in editis, ἐνεργεῖσθαι ἐν ἡμῖν.

Digitized by Google

mento, qui ornatum amant, novum semper præferunt communi. Videas itaque etiamnum rusticanæ plebis in hac voce morem antiquum : istorum autem artificum, et in verborum pugnis contritorum signata novæ sapientiæ cauterio verba. Proinde quod a majoribus nostris dictum est, et nos dicimus, gloriam videlicet communem esse Patri ac Filio, quapropter cum Filio glorificationem Patri persolvimus. Quanquam hoc nobis non est satis, sic a Patribus esse traditum ; nam et illi Scripturæ secuti sunt sententiam, ex testimoniis, quæ paulo ante vobis e Scriptura citavimus, principia sumentes. Splendor enim cum gloria intelligitur, et imago cum archetypo, et Filius omnino cum Patre, cum nec nominum consequentia, nedum rerum natura, separationem admittat.

A νοι, ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἐσθῆτος οἱ φιλόκοσμοι τὴν ἐξηλαγμένην ἀεὶ τῆς κοινῆς προτιμῶντες. Ἴδοις ἂν οὖν τῶν μὲν ἀγροϊκων ἔτι καὶ νῦν ἀρχαιότροπον τὴν φωνήν· τῶν δὲ ἐντέχνων τούτων, καὶ ταῖς λογομαχίαις ἐντετριμμένων, ἐκ τῆς νέας σοφίας κεκαυτηριασμένα τὰ ῥήματα. Ὅπερ ἔλεγον (91) τοίνυν οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς λέγομεν, ὅτι ἡ δόξα κοινὴ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, διὸ μετὰ τοῦ Υἱοῦ τὴν δοξολογίαν προσάγομεν τῷ Πατρί. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἡμῖν ἐξαρκεῖ, ὅτι τῶν πατέρων ἡ παράδοσις· κἀκεῖνοι γὰρ τῷ βουλήματι τῆς Γραφῆς ἠκολούθησαν, ἐκ τῶν μαρτυριῶν, ἃς μικρῷ πρόσθεν ὑμῖν ἐκ τῆς Γραφῆς παρεθέμεθα, τὰς ἀρχὰς λαβόντες. Τὸ γὰρ ἀπαύγασμα μετὰ τῆς δόξης νοεῖται· καὶ ἡ εἰκὼν μετὰ τοῦ ἀρχετύπου· καὶ ὁ Υἱὸς (92) πάντως σὺν τῷ B Πατρί· οὐδὲ τῆς τῶν ὀνομάτων ἀκολουθίας, μή τέ γε τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως, τὸν χωρισμὸν δεχομένης.

14 CAPUT VIII.

Quot modis intelligatur hæc particula, « per quem, » et in quo sensu congruentius dicitur, « cum quo : » ubi etiam exponitur, quomodo mandatum accipit Filius, et quomodo mittitur.

17. Itaque cum Apostolus gratias agit Deo per Jesum Christum [43], ac rursus cum ait sese per illum accepisse gratiam et apostolatum ad obedientiam fidei in omnibus gentibus [44], aut cum dicit nos per eum accessum habere ad gratiam hanc in qua stamus et gloriamur [45], illius erga nos beneficia declarat, nunc quidem ut a Patre gratiam bonorum in nos transfundentis, nunc rursum ut per se ipsum conciliantis nos Patri. Siquidem cum ait, *Per quem accepimus gratiam et apostolatum* [46], significat bonorum largitionem ab illo proficisci. Rursum cum ait : *Per quem accessum habemus* [47], assumi nos, ac Deo per Christum conjungi ostendit. Num igitur gratiæ quam in nobis operatur confessio diminuit illius gloriam ? an potius dictu verius fuerit, enarrationem beneficiorum decens esse glorificandi argumentum ? Hanc ob causam comperimus Scripturam non uno nomine nobis significare Dominum, nec his tantum quæ divinitatem ac magnitudinem ejus declarant, sed interdum quidem uti vocibus naturam exprimentibus ; novit enim nomen Filii, quod est super omne nomen [48], et Filium verum dicere, et Unigenitum Deum, et virtutem Dei, et sapientiam, et Verbum. Et rursus, ob multiplicem in nos beneficentiam, quam ob divitias bonitatis pro varia sua sapientia egentibus præstat, aliis innumeris appellationibus eumdem designat, dum aliquando vocat illum pastorem,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ποσαχῶς τὸ « δι' οὗ » καὶ ἐπὶ ποίας (93) ἐννοίας ἁρμοδιώτερον τὸ « μεθ' οὗ· » ἐν ᾧ καὶ ἐξήγησις, πῶς ἐντολὴν λαμβάνει ὁ Υἱὸς, καὶ πῶς ἀποστέλλεται.

17. Ὅταν οὖν ὁ Ἀπόστολος εὐχαριστῇ τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ λέγῃ τὴν χάριν εἰληφέναι καὶ τὴν ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἢ καὶ δι' αὐτοῦ τὴν προσαγωγὴν ἐσχηκέναι εἰς τὴν χάριν ταύτην ἐν ᾗ ἑστήκαμεν καὶ καυχώμεθα, τὰς εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίας αὐτοῦ παρίστησι, νῦν μὲν ἀπὸ Πατρὸς εἰς ἡμᾶς τῶν ἀγαθῶν C τὴν χάριν διαβιβάζοντος, νῦν δὲ ἡμᾶς δι' ἑαυτοῦ προσάγοντος τῷ Πατρί. Ἐν μὲν γὰρ τῷ λέγειν, *Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολήν*, τὴν ἐκεῖθεν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν ἐμφαίνει· ἐν δὲ τῷ λέγειν, *Δι' οὗ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν*, τὴν ἡμετέραν πρόσληψιν καὶ οἰκείωσιν διὰ Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν γινομένην παρίστησιν. Ἆρ' οὖν ἡ ὁμολογία τῆς ἐνεργουμένης παρ' αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς χάριτος ὑφαίρεσίς ἐστι τῆς δόξης; ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον, ὅτι πρέπουσα δοξολογίας ὑπόθεσις ἡ τῶν εὐεργετημάτων διήγησις; Διὰ τοῦτο (94) εὑρομεν τὴν Γραφὴν οὐκ ἐξ ἑνὸς ὀνόματος τὸν Κύριον ἡμῖν παραδιδοῦσαν, οὐδὲ ἐκ τῶν ὅσα τῆς θεότητός ἐστιν αὐτοῦ μόνον καὶ τοῦ μεγέθους δηλωτικὰ, ἀλλὰ νῦν μὲν τοῖς τῆς φύ- D σεως (95) χαρακτηριστικοῖς κεχρημένην· οἶδε γὰρ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα τοῦ Υἱοῦ καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν λέγειν, καὶ μονογενῆ Θεὸν, καὶ δύναμιν Θεοῦ, καὶ σοφίαν, καὶ Λόγον. Καὶ πάλιν μέντοι διὰ τὸ πολύτροπον τῆς εἰς ἡμᾶς χάριτος, ἣν διὰ τὸν τῆς ἀγαθότητος κατὰ τὴν πολυποίκιλον αὐτοῦ σοφίαν τοῖς δεομένοις παρέχεται, μυρίαις αὐτὸν ἑτέραις προσ-

[43] Rom. I, 8. [44] ibid. 5. [45] Rom. V, 2. [46] Rom. I, 5. [47] Rom. V, 2. [48] Philipp. II, 9.

(91) *Ὅπερ ἔλεγον*. Deest ὅπερ in duobus codicibus. Legitur in tribus aliis ἃ ἔλεγον. Statim editi διὸ καὶ μετά, sed deest conjunctio in codicibus mss.

(92) *Ὁ Υἱός*. Sic codices mss. Deest articulus in editis.

(93) *Ἐπὶ ποίας ἐννοίας*. Colbert. ἐπὶ ποίαις ἐννοίας. Unus ex Regiis ἐπὶ ποίαν ἔννοιαν.

(94) *Διὰ τοῦτο*. Hic incipit caput octavum in Reg. tertio et Colbert.

(95) *Τῆς φύσεως*. Erasmus perabsurde reddidit, *naturam assumptam* ; quod erratum non impune tulit a Combefisio. Mox editio Paris. λέγει. Libri antiqui et edit. Basil. λέγειν.

Digitized by Google

ηγορίαις ἀποσημαίνει· ποτὲ μὲν ποιμένα λέγουσα, ποτὲ δὲ βασιλέα, καὶ πάλιν ἰατρὸν, καὶ τὸν αὐτὸν νυμφίον, καὶ ὁδὸν, καὶ θύραν, καὶ πηγὴν, καὶ ἄρτον, καὶ ἀξίνην, καὶ πέτραν. Ταῦτα γὰρ οὐ τὴν φύσιν παρίστησιν, ἀλλ', ὅπερ ἔφην, τὸ τῆς ἐνεργείας παντοδαπὸν, ἣν ἐκ τῆς περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα εὐσπλαγχνίας κατὰ τὸ τῆς χρείας ἰδίωμα τοῖς δεομένοις παρέχεται. Τοὺς μὲν γὰρ προσπεφευγότας (96) τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐμετάδοτον (97) δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας, πρόβατα λέγει, καὶ ποιμὴν εἶναι τῶν τοιούτων ὁμολογεῖ, τῶν κατακουόντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ μὴ προσεχόντων διδαχαῖς ξενιζούσαις. *Τὰ γὰρ ἐμὰ πρόβατα*, φησὶ, *τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει*· βασιλεὺς δὲ τῶν ὑπεραναβεβηκότων ἤδη, καὶ τῆς ἐννόμου δεομένων ἐπιστασίας (98)· καὶ θύρα δὲ, τῷ ἐπὶ τὰς σπουδαίας πράξεις διὰ τῆς ὀρθότητος τῶν προσταγμάτων ἐξάγειν, καὶ πάλιν ἀσφαλῶς αὐλίζειν τοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀγαθὸν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καταφεύγοντας. Ὅθεν, Δι' *ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.* Πέτρα δὲ, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἄσειστον καὶ παντὸς ἐρύματος ἀρραγέστερον εἶναι φυλακτήριον τοῖς πιστοῖς. Ἐν τούτοις τὸ, *δι' αὐτοῦ*, ἁρμοδιωτάτην τὴν χρῆσιν καὶ εὔσημον ἀποδίδωσιν, ὅταν ὡς θύρα (99) καὶ ὡς ὁδὸς λέγηται. Ὡς μέντοι Θεὸς καὶ Υἱὸς, μετὰ Πατρὸς καὶ σὺν Πατρὶ τὴν δόξαν ἔχει· *Ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.* Διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς, τῇ μὲν τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἀξίαν, τῇ δὲ τὴν χάριν τὴν πρὸς ἡμᾶς διαγγέλλοντες.

A alias regem, et rursus medicum, denique sponsum, viam, ostium, fontem, panem, securim ac petram. Hæc enim non naturam indicant, sed, quod aiebam, operationis varietatem: quam ex affectu, quem gerit erga suum figmentum, indigentibus, ut cuique opus est, impartit. Eos enim qui ad ejus regimen confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præstiterunt, oves appellat; seque talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis. *Oves enim meæ*, inquit, *vocem meam audiunt* [50]. Rex autem vocatur eorum, qui jam altius 15 assurrexerunt, ac legitimo imperio, et gubernatione opus habent. Quin et ostium dicitur, eo quod per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones: et B rursus tuto perducit ad caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Unde, *Per me si quis introierit, et ingredietur, et egredietur, ac pascua inveniet* [50]. Petra dicitur [51], eo quod validum sit et inconcussum et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus. In his hæc vox, *per ipsum*, aptissimum ac clarum usum habet, quoties velut ostium et velut via dicitur. At vero ut Deus et Filius, cum Patre communem habet gloriam: *Quoniam in nomine Jesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria sit Dei Patris* [52]. Quam ob rem ambabus vocibus utimur, altera propriam illius dignitatem, altera ejus erga nos munificentiam prædicantes.

18. Δι' αὐτοῦ γὰρ πᾶσα βοήθεια τῶν ψυχῶν, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιμελείας ἰδιάζουσά τις προσηγορία ἐπινενόηται. Ὅταν μὲν γὰρ τὴν ἀμωμον ψυχὴν, τὴν μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ὡς ἀγνὴν παρθένον ἑαυτῷ παραστήσηται, νυμφίος προσαγορεύεται· ὅταν δὲ κεκακωμένην ὑπὸ τῶν πονηρῶν πληγῶν τοῦ διαβόλου λάβῃ, βαρέως ἐνασθενοῦσαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτὴν ἐξιώμενος, ἰατρὸς ὀνομάζεται. Ἆρ' οὖν αἱ τοιαῦται ἡμῶν ἐπιμέλειαι εἰς τὸ ταπεινὸν τοὺς λο-

C 18. Omne enim animarum auxilium per ipsum est, atque juxta singula curandi ac providendi genera excogitata est peculiaris quædam appellatio. Cum enim animam incontaminatam, non habentem maculam aut rugam, quasi puram virginem sibi adjungit, sponsus appellatur; cum vero eam pravis diaboli plagis afflictatam recipit, ac peccatis graviter laborantem sanat, medicus vocatur. Utrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogita-

[50] Joan. x, 27. [50] Joan. x, 9. [51] I Cor. x, 4. [52] Philip. II, 10, 11.

(96) *Προσπεφευγότας*. Codices nonnulli προσφεύγοντας.

(97) *Τὸ εὐμετάδοτον*. Vitii suspicione aliqua laborat hic locus. Etsi enim justos appellari oves observat Basilius *in psalm.* XXVIII, p. 121. διὰ τὸ ἥμερον καὶ μεταδοτικὸν ὧν ἔχει, *ob lenitatem et rerum suarum communicationem*; hic tamen non considerat in ovibus communicandi facilitatem, sed constantiam in sequendo pastore et peregrinis doctrinis rejiciendis. Regius secundus habet τὸ εὐμετάβολον, quæ scriptura etsi vulnus augere videtur (pugnat enim animus facile mutabilis cum constantia in sequendo pastore), ad illud tamen sanandum magno usui esse potest. Nam si legamus levi facta immutatione τὸ ἀμετάβολον, *qui per patientiam animum immutabilem præbuerunt*, plana erit et apta sententia. Usitatæ apud antiquos ejusmodi rationes loquendi, quamvis justos gratiæ resistere et justitiæ statu excidere posse non dubitarent. Sic D Cyprianus coram proconsule aiebat: *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest: Act. mart.*, p. 216. Sic etiam S. Felicitas Publio Urbis præfecto dicebat: *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi.* Et Felix illius filiorum natu secundus: *Immineant verbera, stent cruenta consilia; fides nostra nec vinci potest nec mutari.* Basilius *in psalm.* VII, p. 103, gratiæ acceptum refert rectum justi propositum et mentis immutabilitatem. Reg. 39 *Moral.*, p. 263.

(98) *Ἐπιστασίας*. Reg. tertius βασιλείας. Mox e veteribus libris conjunctio καί addita ante θύρα, eademque auctoritate verbum φησί sublatum post vocem ἐμοῦ.

(99) *Ὡς θύρα*. Editi addunt καὶ ὡς ποιμήν, sed assentior Combefisio has voces rejiciendas esse; nec leguntur in tribus codicibus. Paulo post codices mss. δόξαν. Editi δοξολογίαν.

Digitized by Google

tiones nostras eo deduceret, ut humilius de eo sentiamus? an potius e diverso efficiet, ut Servatoris et ingentem potentiam et humanitatem erga nos admiremur, quod et compati nostris infirmitatibus sustinuit, et se ad nostram infirmitatem potuit demittere? Neque enim cœlum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis vel in terris degentia, nec plantæ, nec astra, nec aer, nec anni tempora, nec multiplex universi ornatus, excellentiam potentiæ illius perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem citra noxam cum morte conflictari, ut nobis sua ipsius passione largiretur immortalitatem, quod si Apostolus ait: *In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos* [53]: nequaquam hac voce humile quoddam ministerium indicat, sed auxilium potius, quod per imperium suæ potentiæ operatur in nobis. Siquidem ipsum alligavit fortem, diripuitque vasa illius [54], videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus; fecitque vasa utilia Domino, apparatos ad omne opus bonum [55], per liberi arbitrii nostri præparationem. Hoc pacto accessum ad Patrem habuimus per ipsum, translati de potestate tenebrarum in partem sortis sanctorum in lumine [56]. Ne igitur dispensationem Filii coactum ex servili humilitate ministerium existimemus: sed voluntariam sollicitudinem ex bonitate ac misericordia, juxta voluntatem Dei et Patris, erga suum figmentum exhibitam. Sic enim servabimus pietatem, si in omnibus rebus ab eo peractis et **16** perfectam illi potentiam testimonio nostro tribuerimus, nec usquam illum a paterna voluntate separaverimus. Quemadmodum utique cum Dominus appellatur via [57], ad sublimiorem intelligentiam potius, quam ad vulgarem ac communem animo ferimus. Audientes enim viam, profectum eum, qui serie atque ordine per justitiæ opera et scientiæ illuminationem ad perfectionem tendit, intelligimus, semper id quod anterius est appetentes, et ad ea quæ restant nosmetipsos extendentes [58], donec perveniamus ad beatum finem, quæ est Dei cognitio, quam Dominus per sese in ipsum credentibus largitur. Revera enim bona est via, exorbitationis errorisque nescia, Dominus noster, ad Patrem, qui verum bonum est, perducens. *Nemo enim*, inquit, *venit ad Patrem nisi per me* [59]. Talis est igitur noster ad Deum ascensus per Filium.

19. Rursus autem qualis sit etiam Patris erga nos per eumdem bonorum suppeditatio, consequens jam fuerit disserere. Nimirum cum omnis natura creata, tum hæc visibilis, tum intelligibilis, ad hoc

γισμοὺς κατάγουσιν; ἢ τὸ ἐναντίον ἐκπληξιν τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίας τοῦ σώζοντος ἐμποιοῦσιν, ὅτι καὶ ἠνέσχετο συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ ἐδυνήθη πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς καταβῆναι; Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελαγῶν, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν, τὸν ἀχώρητον, ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. Κἂν λέγῃ δὲ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς*, οὐχὶ ταπεινήν τινα ὑπηρεσίαν ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὑποβάλλει, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος ἐνεργουμένην βρήθειαν. Αὐτὸς γὰρ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, διήρπασεν αὐτοῦ τὰ σκεύη, ἡμᾶς, οἷς εἰς πᾶσαν ἐνέργειαν πονηρὰν κατεκέχρητο· καὶ ἐποίησε σκεύη εὔχρηστα τῷ Δεσπότῃ, τοὺς κατηρτισμένους εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐκ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ ἐφ' ὑμῖν. Οὕτω τὴν δι' αὐτοῦ προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν πρὸς τὸν Πατέρα, μεταστάντες ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. Μὴ τοίνυν ἐκ δουλικῆς ταπεινότητος ἠναγκασμένην ὑπηρεσίαν νοῶμεν, τὴν διὰ Υἱοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὴν ἑκούσιον ἐπιμέλειαν, ἀγαθότητι καὶ εὐσπλαγχνίᾳ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα ἐνεργουμένην. Οὕτω γὰρ (1) εὐσεβήσομεν, ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις καὶ τελείαν αὐτῷ μαρτυροῦντες τὴν δύναμιν, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρικοῦ διϊστῶντες. Ὥσπερ οὖν καὶ ὅταν ὁδὸς ὁ Κύριος λέγηται, πρὸς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ προχείρου λαμβανομένην ὑποφερόμεθα. Τὴν γὰρ εἰρμῷ καὶ τάξει διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν ὁδὸν ἐξακούομεν, ἀεὶ τοῦ πρόσω ἐπορεγόμενοι (2), καὶ τοῖς λειπομένοις ἑαυτοὺς ἐπεκτείνοντες, ἕως ἂν φθάσωμεν ἐπὶ τὸ μακάριον τέλος, τὴν Θεοῦ κατανόησιν, ἣν ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίζεται (3). Ἀγαθὴ γὰρ ὄντως ὁδὸς, ἀπαρεξόδευτος καὶ ἀπλανὴς, ὁ Κύριος ἡμῶν, πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν, τὸν Πατέρα, φέρων. *Οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται*, φησὶ, *πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ*. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ ἡμετέρα πρὸς Θεὸν ἄνοδος διὰ τοῦ Υἱοῦ.

19. Ὁποία δὲ πάλιν καὶ ἡ παρὰ τοῦ Πατρὸς (4) εἰς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ χορηγία τῶν ἀγαθῶν, ἐξῆς ἂν εἴη λέγειν. Ὅτι, πάσης τῆς φύσεως, τῆς ἐν τῇ κτίσει, τῇ τε ὁρωμένῃ ταύτῃ καὶ τῇ νοουμένῃ, ἐπιμελείας

[53] Rom. VIII, 37. [54] Matth. XII, 21. [55] II Tim. II, 29. [56] Coloss. I, 12, 13. [57] Joan. XIV, 6. [58] Philipp. III, 13. [59] Joan. XIV, 6.

(1) *Οὕτω γάρ*, etc. Editi contra codicum mss. fidem habebant: ἐνεργουμένην ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις. Οὕτω γὰρ εὐσεβήσομεν.

(2) *Ἐπορεγόμενοι*. Quidam codices ὀρεγόμενοι.

(3) *Χαρίζεται*. Sic codices mss.: non ut editi χαρίσεται. Mox in editis ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς πρὸς τὸν, etc. Veteres libri ut in contextu.

(4) *Παρὰ τοῦ Πατρός*. Περὶ in omnibus fere codicibus mss. Ibidem male in editis καὶ δι' αὐτοῦ. Conjunctio deest in mss.

Digitized by Google

ἐκ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ συνέχεσθαι δεομένης, ὁ δημιουργὸς Λόγος, ὁ μονογενὴς Θεὸς, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου χρείας, τὴν βοήθειαν ἐπινέμων, ποικίλας μὲν καὶ παντοδαπὰς διὰ τὸ τῶν εὐεργετουμένων πολυειδὲς, συμμέτρους γε μὴν ἑκάστῳ, κατὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον, τὰς χορηγίας ἐπιμετρεῖ. Τοὺς ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει· διὰ τοῦτο φῶς τὸ ἀληθινόν. Κρίνει (5), κατὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν ἀντιμετρῶν τὴν ἀντίδοσιν· διὰ τοῦτο κριτὴς δίκαιος. *Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Ἀνίστησιν ἐκ τοῦ πτώματος τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ζωῆς πρὸς ἁμαρτίαν ὑπολισθήσαντας· διὰ τοῦτο ἀνάστασις. Πάντα δὲ ποιεῖ τῇ ἐπαφῇ τῆς δυνάμεως, καὶ τῷ βουλήματι ἀγαθότητος ἐνεργῶν. Ποιμαίνει, φωτίζει, τρέφει, ὁδηγεῖ, ἰατρεύει, ἀνίστησιν. Οὐσιοῖ τὰ μὴ ὄντα, τὰ κτισθέντα συνέχει. Οὕτω τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται, πλείονι τάχει τὰ καθ' ἕκαστον ἐνεργοῦντος ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξίκοιτο. Οὔτε γὰρ ἀστραπαὶ, οὔτε φωτὸς ἐν ἀέρι οὕτω ταχεῖα διαδρομή· οὐκ ὀφθαλμῶν ὀξεῖαι ῥιπαί (6)· οὐκ αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοήματος αἱ κινήσεις· ἀλλὰ πλέον τούτων ἕκαστον τῆς θείας ἐνεργείας κατὰ τὸ τάχος λείπεται, ἢ καθόσον τὰ νωθρότατα τῶν παρ' ἡμῖν ζώων, οὐκ ἂν εἴποιμι, πτηνῶν, οὐδὲ ἀνέμων, ἢ τῆς τῶν οὐρανίων φορᾶς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοῦ, κατὰ τὴν κίνησιν ὑστερεῖ. Τίνος γὰρ ἂν καὶ παρατάσεως δέοιτο χρονικῆς ὁ φέρων τὰ σύμπαντα (7) τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ μὴ σωματικῶς ἐνεργῶν, μηδὲ χειρουργίας εἰς τὴν δημιουργίαν ἐπιδεόμενος, ἀλλὰ βουλήματι ἀδιάστῳ, ἀκολουθοῦσαν ἔχων τὴν φύσιν τῶν γινομένων; Ὡς ἡ Ἰουδὶθ, *Ἐνόησας*, φησὶ, *καὶ παρέστησάν σοι πάντα ὅσα ἐνόησας.* Ὅμως μέντοι, ἵνα μή ποτε ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν ἐνεργουμένων περισπασθῶμεν εἰς τὸ φαντασθῆναι ἄναρχον εἶναι τὸν Κύριον, τί φησιν ἡ αὐτοζωή; *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα·* καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν·* καὶ ἡ αὐτοτελὴς σοφία· *Ἐντολὴν ἔλαβον, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω·* διὰ πάντων τούτων πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς σύνεσιν ὁδηγῶν, καὶ τὸ θαῦμα τῶν γινομένων ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρων, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα γνῶμεν. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς τῶν ἔργων διαφορᾶς ὁ Πατὴρ θεωρεῖται, τῷ διάζουσαν καὶ κατακεχωρισμένην ἐνέργειαν ἐπιδείκνυσθαι (ὅσα γὰρ βλέπει (8) τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ), ἀλλ' ἐκ τῆς προσαγομένης αὐτῷ παρὰ τοῦ Μονογενοῦς δόξης τὸ θαῦμα τῶν γινομένων καρποῦται, πρὸς τῷ μεγέθει τῶν ποιημάτων καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἀγαλλόμενος καὶ ὑψούμενος παρὰ τῶν ἐπιγινωσκόντων αὐτὸν Πατέρα

ut consistat, Dei cura egeat; opifex Verbum, unigenitus Deus opem, quantum cuique opus est, distribuens, varia quidem et omnis generis auxilia, ob varietatem eorum qui beneficio juvantur, sed tamen unicuique congruentia juxta necessitatis modum dimetitur. Eos qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur. Judicat, juxta operum meritum remetiens præmium; ob id judex justus dicitur. *Pater enim neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio* [60]. Erigit e ruina, qui e sublimitate vitæ ad peccatum delapsi sunt; ob id vocatur resurrectio [61]. Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit, ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis, per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus: sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat qui portat omnia verbo virtutis suæ [62], quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem? Sicuti Judith: *Cogitasti*, inquit, *et præsto fuerunt tibi omnia quæ cogitasti* [63]. Attamen ne forte ex magnitudine eorum quæ fiunt rapiamur in imaginationem, ut putemus Dominum principio carere, quid sit is qui per se vita est? **17** *Ego vivo propter Patrem* [64]. Et Dei virtus: *Non potest Filius a se facere quidquam* [65]. Rursus, is qui ex se perfecta est sapientia: *Mandatum accepi, quid dicam, et quid loquar* [66]: per hæc omnia ducens nos ad Patris cognitionem, et admirationem eorum quæ gerebat, ad illum referens, ut per ipsum cognoscamus Patrem. Non enim ex operum differentia Pater conspicitur, quasi peculiarem atque separatam actionem exhibeat (quæcunque enim videt Patrem facientem, hæc et Filius similiter facit [67]), verum ex gloria, quæ ei ab Unigenito defertur, operum miraculum carpit, dum præter operum magnitudinem, de ipso etiam auctore operum gloriatur, et exaltatur ab iis qui agnoscunt eum Patrem Domini nostri Jesu Christi: *Per quem omnia, et propter quem omnia* [68]. Ideo dicit Dominus: *Om-*

[60] Joan. v, 22. [61] Joan. xi, 25. [62] Hebr. i, 3. [63] Judith ix, 4. [64] Joan. vi, 58. [65] Joan. v, 19. [66] Joan. xii, 49. [67] Joan. v, 19. [68] Hebr. ii, 10.

(5) *Κρίνει.* Plerique codices mss. κρινεῖ, *judicabit.* Sed tamen nihil videtur mutandum.

(6) *Ῥιπαί.* Sic editio Paris. ac Reg. secundus. Quinque alii et editio Basil. ῥοπαί.

(7) *Τὰ σύμπαντα.* Sic codices sex, et paulo post χειρουργίας. Editi τὰ πάντα et χειρῶν ἐργασίας.

(8) *Βλέπει.* Sic antiqui codices: editi βλέπῃ. Non multo post sic habet Reg. secundus δι' οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα.

Digitized by Google

nia mea tua sunt, ut ad ipsum originem rerum conditarum referens : *Et tua mea* [69] ; ut inde principia creandi accipiens ; non quod auxiliis utatur ad operandum, neque quod ei particularibus mandatis uniuscujusque operis ministerium concredatur : nam istud quidem servile, et a divina dignitate immenso semotum intervallo : sed quod Verbum paternis bonis plenum, resplendens a Patre, omnia facit ad similitudinem ejus qui ipsum genuit. Nam si juxta essentiam nihil differt a Patre, nec potentia etiam a Patre differet. Porro quorum æqualis est potentia, horum omnino æqualis est et operatio. Christus siquidem Dei virtus est, et Dei sapientia [70]. Et sic omnia per ipsum facta sunt [71], omniaque per ipsum et in ipsum condita sunt [72], non quod instrumentali quodam ac servili ministerio fungatur : sed quod tanquam conditor paternam impleat voluntatem.

A τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' ὃν τὰ πάντα*. Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος· *Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν*· ὡς ἐπ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης· *Καὶ τὰ σὰ ἐμά*· ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ (9) τῆς αἰτίας τοῦ δημιουργεῖν καθηκούσης, οὐ βοηθείαις χρωμένῳ πρὸς τὴν ἐνέργειαν, οὐδὲ ταῖς κατὰ μέρος ἐπιτροπαῖς· τὴν ἑκάστου ἔργου διακονίαν πιστευομένῳ· λειτουργικὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ τῆς θείας ἀξίας παμπληθὲς ἀποδέον· ἀλλὰ γὰρ πλήρης (10) ὁ Λόγος τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν, τοῦ Πατρὸς ἀπολάμψας, πάντα ποιεῖ κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος ὁμοιότητα. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀπαραλλάκτως ἔχει, ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. Ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, ἴση που πάντως καὶ ἡ ἐνέργεια. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, B καὶ Θεοῦ σοφία. Καὶ οὕτω πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται, οὐκ ὀργανικήν τινα οὐδὲ δουλικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντος, ἀλλὰ δημιουργικῶς τὸ πατρικὸν ἐπιτελοῦντος θέλημα.

20. Itaque cum ait : *Ego ex me ipso locutus non sum* [73] ; et rursum : *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor* [74] ; et : *Sermo quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me* [75] ; et alibi : *Quemadmodum mandavit mihi Pater, sic facio* [76] : non quod careat libero arbitrio ac voluntatis motu, neque quod ex datis signis veniam ac licentiam agendi exspectet, ideo talibus utitur verbis : sed ut declaret propriam voluntatem conjuncte atque inseparabiliter Patri adhærentem. Proinde quod dicitur mandatum, ne sermonem imperiosum per vocalia organa prolatum C intelligamus, Filio velut subdito præscribentem quid facere debeat : sed juxta sensum Deo dignum, intelligamus voluntatis communicationem, veluti formæ cujuspiam in speculo imaginem, a Patre in Filium sine tempore demanantem. *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [77]. Itaque quæcunque habet Pater, Filii sunt ; non quod hæc illi paulatim accrescant, sed adsunt semel universa. Non enim inter homines qui artem perdidicit, ac diutina exercitatione firmum artis in animo fixumque habitum gerit, deinceps potest juxta scientiæ rationes, quas in mente tenet, per sese operari, Dei vero sapientia, architectus universæ creaturæ, semper perfectus, citra doctorem sapiens, Dei virtus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et D scientiæ occulti [78], eget speciali **18** mandato, quo ei modus ac mensura operationum præfiniatur. Scilicet tu quidem etiam pædagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, et hunc quidem facies

20 Ὅταν οὖν λέγῃ· *Ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα*· καὶ πάλιν· *Καθὼς εἰρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ*· καὶ, *Ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με*· καὶ ἐτέρωθι· *Καθὼς* (11) *ἐνετείλατό μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω ποιῶ*· οὐκ ἀπροαίρετος ὢν, οὐδὲ ἀνόμητος, οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν συνθημάτων ἐνδόσιμον ἀναμένων, ταῖς τοιαύταις χρῆται φωναῖς· ἀλλὰ δηλῶν τὴν οἰκείαν γνώμην ἡνωμένως καὶ ἀδιαστάτως τοῦ Πατρὸς ἐχομένην. Ἄρα οὖν καὶ τὴν λεγομένην ἐντολὴν μὴ λόγον προστακτικὸν διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἐξαγγελλόμενον C ἐκδεχώμεθα (12), περὶ τῶν ποιητέων τῷ Υἱῷ, ὡς ὑπηκόῳ, νομοθετοῦντα· ἀλλὰ θεοπρεπῶς νοῶμεν θελήματος διάδοσιν οἷόν τινος μορφῆς ἔμφασιν (13) ἐν κατόπτρῳ, ἐκ Πατρὸς εἰς Υἱὸν ἀχρόνως διϊκνουμένην. *Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ*. Ὥστε πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, οὐ κατὰ μικρὸν προσγινόμενα, ἀλλ' ἀθρόως παρόντα. Οὐ γὰρ δήπου ἐν μὲν ἀνθρώποις ὁ τὴν τέχνην ἐκδιδαχθεὶς καὶ παγίαν αὐτῆς διὰ τῆς χρονίας μελέτης ἔχων τὴν ἕξιν ἐνιδρυμένην δύναται λοιπὸν κατὰ τοὺς ἐναποκειμένους αὐτῷ τῆς ἐπιστήμης λόγους καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὁ δημιουργὸς πάσης (14) κτίσεως, ὁ ἀεὶ τέλειος, ὁ ἀδιδάκτως σοφὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐν ᾧ D πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, τῆς κατὰ μέρος ἐπιστασίας προσδεῖται, τὸν τρόπον αὐτῷ καὶ τὸ μέτρον τῶν ἐνεργειῶν ὁριζούσης. Ἧπου σύ γε καὶ παιδαγωγεῖον ἀνοίξεις ἐν τῇ ματαιότητί σου τῶν λογισμῶν, καὶ τὸν μὲν προ-

[69] Joan. XVII, 10. [70] I Cor. I, 24. [71] Joan. I, 3. [72] Coloss. I, 16. [73] Joan. XII, 49. [74] ibid. 50. [75] Joan. XIV, 24. [76] ibid. 31. [77] Joan. V, 20. [78] Coloss. II, 3

(9) Αὐτῷ. Sic plerique codices mss., melius multo quam in editione Paris. et secunda Basileensi αὐτοῦ.

(10) Ἀλλὰ γὰρ πλήρης. Quamvis codices mss. habeant ἀλλὰ πλήρης γάρ, præferenda tamen videtur vulgata scriptura.

(11) Καθώς. Male in editis ante hanc vocem additur conjunctio καί quæ abest a mss. Aliquanto post duo codices κέχρηται φωναῖς.

(12) Ἐκδεχώμεθα. Unus codex ἐπιδεχώμεθα. Alius ἐπιδεχόμεθα. Duo alii ἐκδεχόμεθα.

(13) Ἔμφασιν. Tres codices ἔνδοσιν.

(14) Πάσης. Tres mss. ἀπάσης.

Digitized by Google

καθῆσθαι ποιήσεις ἐν διδασκάλου τάξει, τὸν δὲ παρεστάναι ἐν μαθητοῦ ἀπειρίᾳ· εἶτα ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τῶν διδαγμάτων ἐκμανθάνοντα τὴν σοφίαν, καὶ προβιβαζόμενον εἰς τὸ τέλειον. Ἐκ δὲ τούτου, ἐὰν ἄρα εἰδῇς τὸ ἐν λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζειν, εὑρήσεις ἀεὶ μὲν τὸν Υἱὸν διδασκόμενον, οὐδέποτε δὲ φθάσαι πρὸς τὸ τέλειον (15) δυνάμενον, διὰ τὸ ἄπειρον μὲν εἶναι τοῦ Πατρὸς τὴν σοφίαν, ἀπείρου δὲ τέλος καταληφθῆναι μὴ δύνασθαι. Ὥστε ὁ μὴ διδοὺς πάντα ἔχειν ἐξ ἀρχῆς τὸν Υἱὸν οὐδέποτε δώσει πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν. Ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνομαι τὸ ταπεινὸν τῆς ἐννοίας, εἰς ἣν ἐκ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας ὑπῆχθην (16). Ἐπὶ οὖν τὰ ὑψηλὰ τοῦ λόγου πάλιν ἐπανέλθωμεν.

A præsidentem loco doctoris, illum vero astantem cum discipuli imperitia : dein paulatim additis præceptionibus discentem sapientiam, et ad perfectionem procedentem. At ex hoc, si modo noveris consequentiam, quæ est in ratiocinationibus, observare, invenies Filium semper quidem discere, nec unquam ad perfectionem pervenire posse, eo quod infinita sit Patris sapientia, nec infinitæ rei finis possit apprehendi. Itaque qui non concesserit Filium ab initio habere omnia, nunquam concessurus est illum ad perfectionem perventurum. Sed pudet me istius humilis cogitationis, in quam e sermonis serie deductus sum. Igitur ad ea quæ sunt in oratione sublimia iterum revertamur.

21. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· οὐ τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τὴν μορφήν· καθαρὰ γὰρ συνθέσεως ἡ θεία φύσις· ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θελήματος, ὅπερ, σύνδρομον ὂν τῇ οὐσίᾳ, ὅμοιον καὶ ἴσον, μᾶλλον δὲ ταὐτὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ θεωρεῖται. Τί οὖν τὸ, *Γενόμενος ὑπήκοος* (17); καὶ τὸ, *Ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν;* Ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνεργῆσαι κατ' ἀγαθότητα (18). Σὺ δὲ κἀκείνων ἄκουε· ὅτι *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου*· καὶ ὅτι *Ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε*. Πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς καὶ ταῖς φωναῖς τοῦ Κυρίου, ὅτι, ὅταν ἡμᾶς περὶ τοῦ Πατρὸς (19) ἐκπαιδεύσῃ, οἷδε ταῖς αὐθεντικαῖς καὶ δεσποτικαῖς κεχρῆσθαι φωναῖς, λέγων· *Θέλω, καθαρίσθητι*· καὶ, *Σιώπα, πεφίμωσο*· καὶ, *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν*· καὶ τὸ, *Ἄλαλον καὶ κωφὸν δαιμόνιον, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω*· καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἵνα διὰ τούτων μὲν τὸν Δεσπότην ἡμῶν καὶ ποιητὴν γνωρίσωμεν, δι' ἐκείνων δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ ποιητοῦ διδαχθῶμεν. Οὕτω πανταχόθεν ὁ λόγος ἀληθὴς ἐπιδείκνυται, ὅτι τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν Πατέρα οὔτε ἀτελῆ τοῦ Πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν, οὔτε ἄτονον τοῦ Υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀλλὰ τὸ ἡνωμένον τοῦ θελήματος παριστᾷ (20). Ὥστε ἡ, δι' οὗ, φωνὴ ὁμολογίαν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται.

21. *Qui vidit me, vidit Patrem*[79] : non figuram, B non formam : pura enim est a compositione divina natura; sed bonitatem voluntatis, quæ cum essentia concurrens, similis et æqualis, imo potius eadem in Patre et Filio intelligitur. Quid igitur sibi vult illud, *Factus obediens*[80]? item illud : *Pro nobis omnibus tradidit eum*[81]? Significatur videlicet Filium a Patre hoc habuisse, ut pro sua bonitate operaretur pro hominibus. Tu vero et illa audito : *Christus nos redemit a maledicto legis*[82]; item : *Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est*[83]. Diligenter autem attende etiam verba Domini, quod postquam nos de Patre erudivit, authenticis et herilibus vocibus uti solet, dicens : *Volo, mundare*[84]; et, *Tace, obmutesce*[85]; et, *Ego autem dico vobis*[86]; et illud, *Mutum et surdum dæmonium, ego tibi præcipio*[87] : et quæcunque alia id genus : ut ex his quidem Dominum et conditorem C nostrum cognosceremus, per illa vero Patrem Domini et conditoris nostri disceremus. Ita doctrina undelibet vera monstratur, scilicet ex eo quod Pater per Filium creet, neque propterea Patris vim creandi imperfectam argui, neque Filii operationem ostendi infirmam; sed voluntatis unitatem conjunctionemque declarari. Itaque hæc vox, *per quem*, confessionem habet causæ principalis; non autem sumitur ad insectationem ac reprehensionem causæ efficientis.

[79] Joan. XIV, 9. [80] Philipp. II, 8. [81] Rom. VIII, 32. [82] Galat. III, 13. [83] Rom. V, 8, 9. [84] Matth. VIII, 3. [85] Marc. IV, 39. [86] Matth. V, 22 seqq. [87] Marc. IX, 24.

(15) *Πρὸς τὸ τέλειον*. Sic Regii primus et tertius cum Colbert., quæ scriptura paulo post confirmatur his verbis, πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν. Editi πρὸς τὸ τέλος in primo loco.

(16) *Ὑπήχθην*. Sic codices mss. Editi vero ὑπηνέχθην. Nec multo post veteres quatuor libri ἀνέλθωμεν. Subinde editi ante hæc verba, ἑώρακε τὸν Πατέρα, addunt φησί, quod abest a codicibus mss. et prima Basileensi editione.

(17) *Ὑπήκοος*. Editi addunt μέχρι θανάτου, sed præter codicum mss. fidem. Ibidem editi et nonnulli codices παρέδωκεν ἑαυτόν. Sed cum sensus postulet, ut Filius a Patre traditus dicatur, sequi malumus duos Regios codices, qui cum Colbertino habent αὐτόν. Præterea manifestum est caput D octavum Epistolæ ad Romanos citari, non quintum Epistolæ ad Ephesios, ubi non legitur *pro omnibus*.

(18) *Κατ' ἀγαθότητα*. Reg. secundus κατὰ υἱότητα, *secundum filiationem*.

(19) *Περὶ τοῦ Πατρός*. Legendum contendit Combefisius, οὐ περὶ τοῦ Πατρός, sicque reddendum : *cum de Patre non erudiret. Sic meo periculo emendes*, inquit, *quidquid decoquat Erasmus, et antiquo errore repræsentent codices*. Sed doctissimi viri emendationem explodit codicum mss. auctoritas, ac ipsius etiam contextus clara et perspicua sententia, si sic interpretemur, *Postquam nos de Patre erudivit*; non ut Erasmus, *cum nos de Patre erudiret*.

(20) *Παριστᾷ*. Duo codices παρίστησιν.

Digitized by Google

19 CAPUT IX.

Propriæ ac distinctæ de Spiritu notiones, doctrinæ Scripturarum congruentes.

22. Jam vero etiam de Spiritu communes nostræ notiones cujusmodi sint expendamus, tum eas quæ nobis de illo e Scripturis collectæ sunt, tum eas quas Patrum traditione non scripta accepimus. Primum igitur, quis, auditis Spiritus appellationibus, animo non erigitur, et ad supremam naturam cogitationem non attollit? Nam Spiritus Dei dictus est, et Spiritus veritatis, qui ex Patre procedit [88]: Spiritus rectus, Spiritus principalis [89]. Spiritus sanctus, propria est illius ac peculiaris appellatio: quod sane nomen omnium maxime rem incorpoream et ab omni materia puram et incompositam declarat. Quapropter et Dominus cum eam, quæ Deum in loco adorari existimabat, edoceret, rem incorpoream comprehendi non posse, *Spiritus*, inquit, *est Deus* [90]. Proinde fieri non potest, ut qui audit Spiritum, naturam loco circumscriptam, aut mutationibus et alterationibus obnoxiam, aut omnino creaturæ similem sibi animo fingat: sed ad id quod summum est cogitatione progrediens, intelligentem substantiam cogitet necesse est, virtute infinitam, magnitudine incircumscriptam, nec temporum nec sæculorum dimensionem recipientem, ea quæ habet bona large impartientem. Ad quem omnia convertuntur quæ egent sanctificatione: quem omnia appetunt juxta virtutem viventia, cujus afflatu velut irrigantur et adjuvantur, ut perveniant ad proprium suum naturalemque finem. Qui perficit cætera, ipse vero in nullo deficit: qui non vivit per instaurationem, sed vitam suppeditat; nec accessionibus augescit, sed statim plenus est: qui in seipso firmatur, et nusquam non adest. Origo sanctificationis, lux intelligibilis: universæ potentiæ rationali ad veritatis investigationem velut illustrationem quamdam ex sese præbens. Natura inaccessus, sed qui capi possit ob benignitatem; omnia quidem implens virtute, sed solis iis qui digni sunt communicabilis, quibus sese non eadem impertit mensura, sed juxta proportionem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἀφοριστικαὶ ἔννοιαι περὶ τοῦ Πνεύματος, τῇ τῶν Γραφῶν ἀκολουθοῦσαι διδασκαλίᾳ (21).

22. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τὰς κοινὰς ἡμῶν ἐννοίας ὁποῖαί τινές εἰσιν ἐξετάσωμεν, τάς τε ἐκ τῶν Γραφῶν περὶ αὐτοῦ συναχθείσας ἡμῖν, καὶ ἃς ἐκ τῆς ἀγράφου παραδόσεως τῶν Πατέρων διεδεξάμεθα. Πρῶτον μὲν οὖν, τίς, ἀκούσας τῶν προσηγοριῶν τοῦ Πνεύματος, οὐ διανίσταται τῇ ψυχῇ, καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φύσιν τὴν ἔννοιαν ὑπεραίρει; Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ εἴρηται, καὶ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· Πνεῦμα εὐθὲς, Πνεῦμα ἡγεμονικόν (22). Πνεῦμα ἅγιον ἡ κυρία αὐτοῦ καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις· ὅπερ δὴ μάλιστα παντὸς (23) τοῦ ἀσωμάτου, καὶ καθαρῶς ἀΰλου τε καὶ ἀμεροῦς ὄνομά ἐστι. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, τὴν ἐν τόπῳ προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἡγουμένην (24) διδάσκων, ὅτι ἀπερίληπτον τὸ ἀσώματον, *Πνεῦμα*, φησὶν, *ὁ Θεός*. Οὐ τοίνυν δυνατὸν, Πνεῦμα ἀκούσαντα, περιγεγραμμένην φύσιν ἐντυπῶσαι τῇ διανοίᾳ, ἢ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑποκειμένην, ἢ ὅλως ὁμοίαν τῇ κτίσει· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνωτάτω ταῖς ἐννοίαις χωροῦντα, νοερὰν οὐσίαν ἐπάναγκες ἐννοεῖν, ἄπειρον κατὰ δύναμιν, μεγέθει ἀπεριόριστον, χρόνοις ἢ αἰῶσιν ἀμέτρητον, ἄφθονον ὧν ἔχει καλῶν. Πρὸς ὃ πάντα ἐπέστραπται τὰ ἁγιασμοῦ προσδεόμενα· οὗ πάντα ἐφίεται τὰ κατ' ἀρετὴν ζῶντα, οἷον ἐπαρδόμενα τῇ ἐπιπνοίᾳ καὶ βοηθούμενα πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῖς καὶ κατὰ φύσιν τέλος. Τελειωτικὸν τῶν ἄλλων, αὐτὸ δὲ οὐδαμοῦ ἐλλεῖπον· οὐκ ἐπισκευαστῶς (25) ζῶν, ἀλλὰ ζωῆς χορηγόν· οὐ προσθήκαις αὐξανόμενον, ἀλλὰ πλῆρες εὐθὺς (26), ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, καὶ πανταχοῦ ὄν. Ἁγιασμοῦ γένεσις, φῶς νοητὸν, πάσῃ δυνάμει λογικῇ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν οἷόν τινα καταφάνειαν δι' ἑαυτοῦ παρεχόμενον. Ἀπρόσιτον τῇ φύσει· χωρητὸν δι' ἀγαθότητα· πάντα μὲν πληροῦν τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ὂν μεθεκτὸν τοῖς ἀξίοις, οὐχ ἑνὶ μέτρῳ μετεχόμενον, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως διαιροῦν τὴν ἐνέργειαν. Ἁπλοῦν τῇ οὐσίᾳ, ποικίλον ταῖς δυνάμεσιν· ὅλον ἑκάστῳ παρὸν, καὶ ὅλον ἁπανταχοῦ ὄν. Ἀπαθῶς μεριζόμενον, καὶ ὁλοσχερῶς μετεχόμενον (27)· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖ-

[88] Joan. xv, 26. [89] Psal. l, 12, 13. [90] Joan. iv, 24.

(21) *Διδασκαλίᾳ*. Addunt editi, καὶ ὅτι δεσπότης τὸ Πνεῦμα, sed hæc absunt a quinque codicibus mss. Statim editi περὶ ἁγίου Πνεύματος. Sed vox ἁγίου non reperitur in mss.

(22) *Πνεῦμα ἡγεμονικόν*. Sic repetunt hanc vocem libri veteres.

(23) *Παντός*. Sic codices mss. et editio prima Basil. In aliis editionibus legitur πάντων.

(24) *Ἡγουμένην*. Male in editis additum fuerat ψυχήν, quæ vox nec in mss. codicibus legitur, et sententiæ nitorem perturbat. Similis locus infra occurrit de eadem muliere Samaritana cap. 26, n. 4, ubi pariter non legitur ψυχήν.

(25) *Ἐπισκευαστῶς*. Sic omnes codices mss. Editi ἐπισκευαστικῶς.

(26) *Πλῆρες εὐθύς*. Sic omnes codices mss. Male in editis πλῆρες, εὐθές.

(27) *Ὁλοσχερῶς μετεχόμενον*. Immerito vituperat interpretationem Erasmi Combefisius, ac vertendum esse pronuntiat: *qui integre, in totum plane participetur*. Nam Basilius, qui probat hoc loco immensitatem Spiritus sancti, num dicere potuit eum a rebus creatis *plene et in totum* percipi? At Spiritum ita dividi et communicari, ut totus et integer maneat, sententia est Basilio digna et sanctis Patribus notissima. Unum ex omnibus proferam Ambrosium, qui Basilium imitatur et illustrat: *Non enim totum effudit*, inquit lib. I *De Spiritu sancto*, cap. 8, *sed quod effudit, omnibus abundavit. Quod igitur nobis satis esse judicavit, effudit: et quod effusum est, non separatum est nec incisum: sed unitatem habet, quo aciem nostri cordis illuminet pro nostræ possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostræ mentis acquirit. Inseparabilis est enim plenitudo gratiæ spiritalis, sed nobis pro nostræ participatur facultate*

Digitized by Google

νος, ης ἡ χάρις, τῷ ἀπολαύοντι ὡς μόνῳ παροῦσα, καὶ γῆν ἐπιλάμπει καὶ θάλασσαν, καὶ τῷ ἀέρι ἐγκέχραται. Οὕτω δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα ἑκάστῳ τῶν δεκτικῶν, ὡς μόνῳ παρὸν, διαρκῆ τοῖς πᾶσι τὴν χάριν ἀλλήλοις ἐπαφίησιν· οὗ ἀπολαύει τὰ μετέχοντα, ὅσον αὐτὰ πέφυκεν (28), οὐχ ὅσον ἐκεῖνο δύναται.

A

ndei dispertitur vim suam. Simplex essentia, varius potentiis; qui singulis totus adest, et totus ubique est. Qui sic dividitur ut ipse nihil patiatur; cujus sic omnes participes sunt, ut ipse maneat integer, radii solaris in morem, cujus beneficium fruenti tanquam uni adest, et tamen terram ac mare illustrat, misceturque aeri. Sic et Spiritus sanctus, unicuique capacium **20** cum adsit quasi soli, sufficientem omnibus gratiam ac integram infundit: quo fruuntur quæcunque de illo participant, quantum ipsis fas est natura, non quantum ille potest.

23. Οἰκείωσις δὲ Πνεύματος πρὸς ψυχὴν οὐχ ὁ διὰ τόπου προσεγγισμὸς (πῶς γὰρ ἂν πλησιάσαις τῷ ἀσωμάτῳ σωματικῶς;), ἀλλ' ὁ χωρισμὸς τῶν παθῶν, ἅπερ, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν σάρκα φιλίας ὕστερον ἐπιγνόμενα τῇ ψυχῇ, τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκειότητος ἐμπρίωσε. Καθαρθέντα δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ αἴσχους, ὃ ἀνεμάξατο διὰ τῆς κακίας, καὶ πρὸς τὸ ἐκ φύσεως κάλλος ἐπανελθόντα, καὶ οἷον εἰκόνι βασιλικῇ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν διὰ καθαρότητος ἀποδόντα, οὕτως ἐστὶ μόνως προσεγγίσαι τῷ Παρακλήτῳ. Ὁ δ', ὥσπερ ἥλιος, κεκαθαρμένον ὄμμα παραλαβών, δείξει σοι ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου. Ἐν δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς εἰκόνος θεάματι τὸ ἄῤῥητον ὄψει τοῦ ἀρχετύπου κάλλος. Διὰ τούτου καρδιῶν ἀνάβασις (29), χειραγωγία τῶν ἀσθενούντων, τῶν προκοπτόντων τελείωσις. Τοῦτο, τοῖς ἀπὸ πάσης κηλίδος κεκαθαρμένοις ἐλλάμπον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίᾳ πνευματικοὺς ἀποδείκνυσι. Καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων, ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης (30), αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ, καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει· οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαί, ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ Πνεύματος, αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ, καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. Ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαὶ, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος (31) εὐφροσύνη, ἡ ἐν Θεῷ διαμονὴ, ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν, θεὸν γενέσθαι. Αἱ μὲν οὖν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔννοιαι ἡμῶν, ἃς περὶ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῶν ἐνεργημάτων ὑπ' αὐτῶν τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος φρονεῖν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν παραθέσθαι, τοιαῦται. Ἤδη δὲ (32) πρὸς ἀντιλογικοὺς χωρητέον, πειρωμένους ἐλέγχειν τὰς ἀντιθέσεις, τὰς ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἡμῖν προβαλλομένας.

B

C

D

23. Spiritus autem cum anima conjunctio non fit loci propinquitate (nam qui fiat ut ad incorporeum corporaliter accedas?), sed a cupiditatibus recessu, quæ post accesserunt animæ propter amicitiam erga carnem, et a Dei consortio alienarunt. Itaque, si quis ab eo, quod vitii labe contraxerat, probro purgetur, atque ad nativam pulchritudinem reversus velut regiæ imagini formam veterem per puritatem reddat, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille autem, veluti sol, purum nactus oculum, ostendet tibi in seipso imaginem illius qui videri non potest. In beata autem hujus imaginis contemplatione videbis ineffabilem archetypi pulchritudinem. Per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis qui ab omni sorde purgati sunt illucescens, per communionem quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora nitida, pellucidaque, contacta radio, fiunt et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt, ita animæ quæ Spiritum ferunt, illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsæ spirituales, et in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præscientia, mysteriorum intelligentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, cœlestis conversatio, cum angelis chorea: hinc gaudium nunquam finiendum, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expeti potest, hinc est ut deus fias. Communes igitur nostræ notiones de sancto Spiritu, quas de magnitudine dignitateque illius, deque operationibus, ab ipsis Spiritus eloquiis sentire didicimus, ut e multis pauca afferamus, sic habent Nunc autem ad contradicendi cupidos veniendum est conabimurque illorum objectiones refellere quas e falso nominis scientia nobis proponunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ χρῆναι συντάσσειν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

24. Οὐ χρὴ, φασὶ, Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντετάχθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀλλότριον, καὶ

CAPUT X.

Adversus eos qui dicunt non oportere Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum.

24. Non oportet, inquiunt, Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum: partim eo quod sit alienæ

naturæ. Vide Basilii homiliam *De fide* pag. 155. Paulo post editi τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Mss. ut in contextu.

(28) *Πέφυκεν*. Mendose in editis additur δύνασθαι, quod a nostris codicibus mss. abest. Videtur Erasmus legisse οὐχ ὅσον αὐτὰ πέφυκεν, ἀλλ' ὅσον ἐκεῖνο δύναται. Sic enim reddit: *non quantum ipsa natura sua possunt capere, sed quantum potest ille.* Foedissimam vocat hanc interpretationem Combefisius; sed tamen hic Erasmi videtur esse sensus, Spiritus sancti gratiam non ex hominum infirmitate, sed ex illius omnipotentia pendere.

(29) *Ἀναβάσις*. Sic quinque codices: alius cum editis ἀναβάσεις. Ibidem χειραγωγίαι in uno codice.

(30) *Ἐμπεσούσης*. Duo codices ἐπιπεσούσης.

(31) *Ἀτελεύτητος*. Duo Regii codices ἀτέλεστος. Ibidem antiqui tres libri ἡ ἔνθεος διανομή.

(32) *Ἤδη δέ*. Hic incipit caput decimum in quibusque veteribus libris.

Digitized by Google

naturæ, partim quod dignitate sit inferior. Quibus æquum est ut apostolorum verbis respondeamus : *Deo oportet obedire magis quam hominibus* [91]. Nam si Dominus aperte in tradendo salutifero baptismate præcepit discipulis, ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [92], haud dedignatus cum illo consortium : contra isti dicunt, non oportere Spiritum Patri Filioque **21** conjungere; an non Dei præcepto palam adversantur? Etenim, si dicunt hujusmodi conjunctione non declarari ullam communionem aut consortium; dicant quidnam conveniat hoc existimare, et quam aliam efferant magis peculiarem consortii rationem? Et quidem si Dominus sibi et Patri non adjunxit Spiritum in baptismo, neque etiam nobis vitio vertant quod eos conjungimus. Nihil enim nos diversum neque sentimus, neque loquimur. Sin autem illic conjunctus est Patri et Filio Spiritus, nec quisquam est adeo impudens, ut aliud quidquam dicat, ne sic quidem nos in jus vocent, si Scripturas sequimur.

25. Sed belli adversum nos apparatus instructus est, omnisque cogitatio intenta est in nos, et linguæ maledicorum hic vehementius jaculantur quam ii, qui Christum occiderant, olim lapidibus impetierunt Stephanum. Verum ne consequantur, ut lateat nos quidem esse belli occasionem, sed quæ aguntur revera ad excelsum spectare. Itaque in nos quidem machinas et insidias instruunt, seque mutuo exhortantur ad ferendas suppetias, ut quisque peritia aut robore valet. Cæterum id quod oppugnantur, fides est, isque scopus communis est omnibus adversariis, et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut solent qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes. At de tuenda veritate nihil remittemus, neque ignavia a ferendis illi auxiliis desistemus. Etenim si Dominus nobis, ut necessarium ac salutare dogma, Spiritus cum Patre conjunctionem tradidit; his autem non ita videtur, sed dividere ac distrahere Spiritum et ad servilem naturam detrudere : an non verum est, apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quam Domini præ-

τὸ τῆς ἀξίας καταδεές. Πρὸς οὓς δίκαιον τὴν τῶν ἀποστόλων φωνὴν ἀποκρίνασθαι (33), ὅτι *Πειθαρχεῖν Θεῷ δεῖ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις*. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος σαφῶς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος προσέταξε τοῖς μαθηταῖς βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἀπαξιῶν τὴν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν, οὗτοι δὲ μὴ χρῆναι αὐτὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντάσσειν λέγουσι· πῶς οὐχὶ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ προδήλως ἀνθίστανται; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ εἶναί φασι τὴν τοιαύτην σύνταξιν κοινωνίας τινὸς καὶ συναφείας δηλωτικήν, εἰπάτωσαν, τί μὲν νομίζειν τοῦτο προσήκει; τίνα δὲ ἕτερον συναφείας τρόπον οἰκειότερον ἔχουσι; Καίτοιγε εἰ μὴ συνῆψεν ὁ Κύριος ἑαυτῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸ βάπτισμα, μηδὲ ἡμῖν (34) τὴν συνάφειαν ἐγκαλείτωσαν. Οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς ἀλλοιότερον οὔτε φρονοῦμεν, οὔτε φθεγγόμεθα. Εἰ δὲ συνῆπται ἐκεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀναιδὴς ὥστε ἄλλο τι φῆσαι, μηδ' οὕτως ἡμῖν ἐγκαλείτωσαν, εἰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν.

25. Ἀλλ' ἡ μὲν παρασκευὴ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου ἐξήρτυται (35), καὶ πᾶσα διάνοια πρὸς ἡμᾶς τέταται, καὶ γλῶσσαι βλασφήμων ὧδε τοξεύουσι σφοδρότερον βάλλουσαι ἢ τὸν Στέφανον τότε τοῖς λίθοις οἱ χριστοφόνοι· μὴ λανθανέτωσαν δὲ, ὅτι πρόσχημα μὲν ἡμᾶς ὁ πόλεμος ἔχει, ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν γινομένων πρὸς τὸ ὕψος βλέπει. Ὥστε ἐφ' ἡμᾶς μὲν δῆθεν τὰς μηχανὰς καὶ τὰς ἐνέδρας διασκευάζονται, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύονται ἐπιβοηθεῖν, ὡς ἕκαστος ἔχει ἐμπειρίας ἢ ῥώμης. Πίστις δέ ἐστι τὸ πολεμούμενον, καὶ κοινὸς σκοπὸς ἅπασι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατασεῖσαι, ἐκ τοῦ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐδαφισθεῖσαν ἀφανισθῆναι. Διὰ τοῦτο, ὡς τῶν χρεωφειλετῶν οἱ δῆθεν εὐγνώμονες (36), τὰς ἐκ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεις ἐπιβοῶνται, τὴν ἄγραφον τῶν Πατέρων μαρτυρίαν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν ἀποπερπόμενοι. Ἀλλ' οὐ γὰρ ὑφησόμεθα τῆς ἀληθείας, οὐδὲ δειλίᾳ τὴν συμμαχίαν προδώσομεν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος ὡς ἀναγκαῖον καὶ σωτήριον δόγμα τὴν μετὰ Πατρὸς σύνταξιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παραδέδωκε, τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ, ἀλλὰ διαιρεῖν καὶ διασπᾶν καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λειτουργικὴν μετοικίζειν (37)· πῶς οὐκ ἀληθὲς, ὅτι τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν κυριωτέραν ποιοῦνται τῆς τοῦ Δεσπότου νομοθεσίας; Φέρε

[91] Act. v, 29. [92] Matth. xxviii, 19.

(33) Ἀποκρίνασθαι. Codices nonnulli ἀποκρίνεσθαι.

(34) *Μηδὲ ἡμῖν*. Hæc scriptura, quam Erasmus in interpretando sequitur, bilem movit Combefisio; ac legendum esse contendit, ut in quatuor mss. reperimus, τότε ἡμῖν, *Tunc nobis vitio vertant, quod eos conjungimus*. Sed prorsus immerito Erasmum vellicat, qui multo melius sententiæ seriem perspexit. Fert enim conditionem adversariis Basilius, eosque undique constrictos tenet, ut his verbis, *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, vel Spiritum cum Patre et Filio conjungi negent, vel fateantur. Si conjungi negent, neque etiam se conjunctionis nomine incusari ab illis debere, cum nihil dicat neque sentiat ab hoc testimonio diversum, nec magis ex suis quam ex Christi verbis conjunctio sequatur. Si vero fateantur, immerito litem sibi ab illis impingi, quod Scripturam sequatur. Hanc esse Basilii sententiam perspiciet, quisquis leget attentius. Quamobrem retinenda fuit vulgata scriptura, quamvis altera in pluribus exstet codicibus.

(35) Ἐξήρτυται. Sic Colbertinus et duo codices a Combefisio citati. Reg. secundus ἔπηρται. Edit. ἐξήρτηται.

(36) *Οἱ δῆθεν εὐγνώμονες*. Recte observavit Billius illud, *bonæ fidei debitores*, non sine ironia dictum fuisse.

(37) Μετοικίζειν. Nonnulli codices μεταχομίζειν

ἡ οὖν, πᾶσαν φιλονεικίαν καταβαλόντες, οὕτω περὶ A scriptum? Agedum igitur omni contentione depo-
τῶν ἐν χερσὶ πρὸς ἀλλήλους διασκεψώμεθα. sita, ita de iis quæ in manibus sunt, inter nos dis-
ceptemus.

26. Χριστιανοὶ πόθεν ἡμεῖς; Διὰ τῆς πίστεως, πᾶς τις ἂν εἴποι. Σωζόμεθα δὲ τίνα τρόπον; Ἀναγεννηθέντες δηλονότι διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Εἶτα τὴν σωτηρίαν ταύτην διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βεβαιουμένην γνωρίσαντες, ὃν παρελάβομεν τύπον διδαχῆς προτιθέμεθα; Ἢ μεγάλων ἂν εἴη στεναγμῶν ἄξιον, εἴπερ εὑρισκόμεθα νῦν μακρυνόμενοι μᾶλλον ἀπὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· εἴπερ ἃ (38) τότε προσελαβόμεθα, νῦν ἀπαρνούμεθα. Ἴση ἐστὶν ἡ ζημία ἢ ἀμοιρόν τινα τοῦ βαπτίσματος ἀπελθεῖν, ἢ ἕν τι τῶν ἐκ τῆς παραδόσεως ἐλλεῖπον δέξασθαι. Τήν τε ὁμολογίαν, ἣν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰσαγωγῆς κατεθέμεθα, B ὅτε, ῥυσθέντες ἀπὸ τῶν εἰδώλων, προσήλθομεν Θεῷ ζῶντι, ὁ μὴ ἐπὶ παντὸς φυλάσσων καιροῦ, καὶ διὰ πάσης ἑαυτοῦ τῆς ζωῆς ὡς ἀσφαλοῦς φυλακτηρίου περιεχόμενος, ξένον ἑαυτὸν καθίστησι τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ, τῷ ἰδίῳ χειρογράφῳ μαχόμενος, ὃ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας κατέθετο. Εἰ γὰρ ἐμοί ἐστι ζωῆς τὸ βάπτισμα, καὶ πρώτη ἡμερῶν ἐκείνη ἡ τῆς παλιγγενεσίας ἡμέρα, δῆλον, ὅτι καὶ φωνὴ τιμιωτάτη (39) πασῶν ἡ ἐν τῇ χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἐκφωνηθεῖσα. Τὴν οὖν εἰσάγουσάν με εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν (40) Θεοῦ μοι χαρισαμένην παράδοσιν, δι' ἧς τέκνον ἀπεδείχθην Θεοῦ, ὁ τέως διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐχθρὸς, ταύτην προδῶ, ταῖς τούτων πιθανολογίαις παρατραπείς; Ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ συνεύχομαι μετὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀπελθεῖν πρὸς τὸν C Κύριον, καὶ αὐτοῖς παραινῶ, ἄσυλον διατηρῆσαι τὴν πίστιν, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, καὶ ἀχώριστον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φυλάξαι τὸ Πνεῦμα (41), τὴν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος διδασκαλίαν ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως διατηροῦντας καὶ ἐν τῇ τῆς δόξης ἀποπληρώσει.

26. Christiani unde nos? Per fidem, dicet quilibet. Salvi autem fimus, quo modo? Nimirum regenerati per gratiam quæ confertur in baptismo. Nam unde alioqui? Ergone postquam hanc salutem per Patrem et Filium et Spiritum sanctum ratam ac firmatam noverimus, traditam nobis doctrinæ formam abjiciemus? Id profecto multis dignum suspiriis fuerit, si comperiamur nunc longius abesse a salute nostra, quam tum cum credidimus; si quæ tunc recepimus, nunc abnegamus. Par et æquale damnum est, **22** sive quis baptismatis expers decedat de vita sive recipiat baptisma, cui unum aliquod eorum quæ tradita sunt desit. Et quisquis professionem, quam in prima institutione deposuimus, cum liberati a simulacris accessimus ad Deum vivum, in omni tempore non servat, nec eam quasi tutissimum præsidium per totam suam vitam complectitur, seipsum alienum reddit a promissis Dei, suo ipsius chirographo repugnans, quod in professione fidei deposuit. Nam si mihi vitæ initium est baptismus, ad dierum omnium primus est dies regenerationis; perspicuum est et vocem illam omnium pretiosissimam esse, quæ in adoptionis gratia prolata est. Itane igitur traditionem, quæ me adducit ad lucem, quæ Dei cognitionem largita est, per quam factus sum filius Dei, qui prius propter peccatum eram hostis, deseram, seductus istorum speciosis sermonibus? Quin potius et illud mihi precor, ut cum hac professione contingat hinc decedere ad Dominum: et ipsos hortor, ut inviolatam servent fidem usque ad diem Christi, et indivulsum a Patre et Filio custodiant Spiritum: doctrinam baptismatis tum in fidei professione, tum in gloriæ persolutione servantes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι παραβάται οἱ τὸ Πνεῦμα ἀρνούμενοι.

27. Τίνι οὐαί; τίνι θλῖψις; τίνι ἀπορία καὶ σκότος; τίνι αἰωνία κατάκρισις; Οὐ τοῖς παραβάταις; οὐ τοῖς τὴν πίστιν ἀρνησαμένοις; Τίς δὲ τῆς ἀρνήσεως ἔλεγχος; Οὐχ ὅτι τὰς οἰκείας ὁμολογίας ἠθέτησαν; Ὡμολόγησαν δὲ τί, ἢ πότε; Πιστεύειν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτε, ἀποταξάμενοι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τὴν σωτήριον ἐκείνην ἀφῆκαν φωνήν. Τίς οὖν πρέπουσα τούτοις προσηγορία παρὰ τῶν τέκνων τοῦ φωτὸς ἐξευρέθη; Οὐχὶ παραβάται προσαγορεύονται, ὡς εἰς τὰς τῆς σωτηρίας (42) αὐ-

CAPUT XI.

Prævaricatores esse illos qui negant Spiritum.

27. Cui væ? cui afflictio? cui angustia ac tenebræ? cui sempiterna condemnatio? Nonne prævaricatoribus? nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed unde probantur abnegasse? Nonne hinc, quod suas ipsi professiones irritas fecerunt? Quid autem professi sunt, aut quando? Professi sunt credere se in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tum cum renuntiantes diabolo et angelis ejus salutiferam illam vocem ediderunt. Quod igitur istis dignum vocabulum excogitatum est a filiis lucis? Nonne

(38) *Εἴπερ ἃ.* Sic nostri codices, non ut editi εἰ γὰρ ἃ. Paulo post particulam ἢ addidimus ante has voces ἕν τι τῶν, quæ quidem voculæ variis modis leguntur. Habet enim editio Basileensis ἢ τι τὸ τῆς, nonnulli codices ἢ ἓν τῶν, alii ut in textu. Unde suspicio est aliquid esse corrupti. Legerem libenter ἢ ἕν τινι τῶν. etc., cui scripturæ gemella prorsus est interpretatio Erasmi.

(39) *Τιμιωτάτη.* Editi addunt μοί, sed hæc vocula abest a codicibus mss.

(40) *Εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν.* Sic veteres libri. Male in editis φῶς καὶ γνῶσιν. Paulo post iidem editi præter codicum mss. fidem ὁ πρὸ ὀλίγου τέως.

(41) *Τὸ Πνεῦμα.* Editi addunt τὸ ἅγιον, sed repugnant codices mss. Ibidem corrupte in editione Parisiensi κρατῆσαι διδασκαλίαν. Veteres libri et editio Basileensis ut in contextu.

(42) *Τῆς σωτηρίας.* Sic mss. codices. Editi σωτηρίους. Reg. secundus ibidem habet ἑαυτῶν.

Digitized by Google

perfugæ ac prævaricatores appellantur, ut qui salutis suæ pacta violarint? Quo igitur nomine eum qui Deum abnegavit, quo eum qui Christum abnegavit, appellem? Quonam alio, quam prævaricatoris ac desertoris? At ei qui negavit Spiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem, quippe qui pactum cum Deo initum violarit? Ergo cum et fidei in Spiritum professio beatitudinem pietatis nobis conciliet, et abnegatio crimini abnegati Dei faciat obnoxios: an non horrendum est ipsum nunc rejicere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusque istorum, qui Spiritui rebelles sunt, deceptos? Testificor omni homini Christum profitenti, et Deum neganti, quod Christus nihil illi proderit; aut Deum invocanti, Filium vero spernenti, quod inanis est fides illius. Item ei qui Spiritum rejicit, testificor quod fides ejus qua profitetur Patrem et Filium, inanis erit: **23** quam nec habere potest nisi simul adsit Spiritus. Non enim credit in Filium, qui non credit Spiritui; nec credit in Patrem, qui non credit Filio. *Nec enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*[93]; et, *Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, hic nobis enarravit*[94]. Insuper talis expers est veræ adorationis. Neque enim fieri potest, ut quis Filium adoret, nisi in Spiritu sancto, aut ut Patrem invocet, nisi in adoptionis Spiritu.

A τῶν συνθήκας παρασπονδήσαντες; Τί οὖν εἴπω τὸν ἀρνησίθεον; τί δὲ τὸν ἀρνησίχριστον; Τί ἄλλο γε ἢ παραβάτην; Τῷ δὲ τὸ Πνεῦμα ἀρνησαμένῳ τίνα με βούλει προσηγορίαν θέσθαι; Οὐ τὴν αὐτὴν ταύτην, ὡς τὰς πρὸς Θεὸν παραβάντι συνθήκας; Οὐκοῦν ὁπότε καὶ ἡ ὁμολογία τῆς εἰς αὐτὸ (43) πίστεως τὸν τῆς εὐσεβείας μακαρισμὸν προξενεῖ, καὶ ἡ ἄρνησις τῇ κατακρίσει τῆς ἀθεότητος ὑποβάλλει, πῶς οὐ φοβερὸν τοῦτο (44) νῦν ἀθετῆσαι, οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ σταυρὸν, οὐ μάστιγας, οὐ τροχὸν, οὐ στρέβλωτήρια φοβηθέντας, ἀλλὰ σοφίσμασι μόνοις καὶ παραγωγαῖς τῶν πνευματομάχων παρακρουσθέντας; Μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ ὁμολογοῦντι Χριστὸν, καὶ τὸν Θεὸν ἀρνουμένῳ, ὅτι Χριστὸς αὐτὸν οὐδὲν ὠφελήσει· ἢ Θεὸν ἐπικαλουμένῳ, τὸν δὲ Υἱὸν (45) ἀθετοῦντι, ὅτι B ματαία ἐστὶν ἡ πίστις αὐτοῦ· καὶ τῷ τὸ Πνεῦμα παραιτουμένῳ, ὅτι ἡ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστις αὐτῷ εἰς κενὸν ἀποβήσεται, ἣν οὐδὲ ἔχειν δύναται, μὴ συμπαρόντος τοῦ Πνεύματος. Οὐ πιστεύει μὲν γὰρ εἰς Υἱὸν ὁ μὴ πιστεύων τῷ Πνεύματι· οὐ πιστεύει δὲ εἰς Πατέρα ὁ μὴ πιστεύσας (46) τῷ Υἱῷ. *Οὔτε γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ* καὶ, *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἀλλ' ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, οὗτος ἡμῖν* (47) *ἐξηγήσατο.* Ἀμοιρός ἐστι καὶ τῆς ἀληθινῆς προσκυνήσεως ὁ τοιοῦτος. Οὔτε γὰρ Υἱὸν προσκυνῆσαι δυνατὸν εἰ μὴ (48) ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὔτε ἐπικαλέσασθαι δυνατὸν τὸν Πατέρα εἰ μὴ ἐν τῷ τῆς υἱοθεσίας Πνεύματι.

CAPUT XII.

Adversus eos qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini.

28. Neminem vero in fraudem inducat illud Apostoli, quod Patris et Spiritus sancti nomen in baptizatis commemoratione frequenter omittit: neque ideo putet indifferentem esse nominum invocationem. *Quicunque*, inquit, *in Christum baptizati estis, Christum induistis*[95]; et rursus, *Quicunque in Christo baptizati estis, in mortem illius baptizati estis*[96]. Nam Christi appellatio, totius est professio: declarat siquidem et Deum qui unxit, et Filium qui unctus est, et Spiritum sanctum qui est unctio: quemadmodum a Petro in Actis didicimus, *Jesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto*[97]. Item in Isaia, *Spiritus Domini super me, eo quod unxit*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας ἐξαρκεῖν καὶ μόνον τὸ εἰς τὸν Κύριον βάπτισμα.

sit qui glorificetur? Et magna quidem est gloria justi juxta Psalmorum cantorem [56]. At gloria Spiritus juxta tuam opinionem nulla est. Annon igitur evidens periculum est ne talibus dictis inevitabile crimen in nosmetipsos accersamus? Si homo qui salvus fit ex operibus justitiæ, etiam timentes Dominum glorificat, multo minus Spiritum debita gloria fraudabit. Sit, inquiunt, glorificandus, sed non cum Patre et Filio. Et qui consentaneum est rationi, alium locum imaginatione designare Spiritui, eo relicto, quem statuit Dominus; et gloriæ consortio spoliare eum qui ubique conjunctus est divinitati, in professione fidei, in baptismate redemptionis, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in beneficiis in subditos conferendis? Neque enim est ullum omnino donum absque sancto Spiritu ad creaturam perveniens; quando ne simplex quidem verbum in defensionibus pro Christo quis possit dicere, nisi adjuvante Spiritu, quemadmodum in Evangeliis a Domino et Servatore nostro didicimus [57]. Porro ut his omnibus neglectis, atque ea communione, quam in omnibus habet, oblivioni tradita, a Patre et Filio ipsum avellamus, nescio an quisquam sancti Spiritus particeps assensurus sit. In quo igitur ordine illum collocabimus? creaturarum? At universa creatura servit: Spiritus **48** autem liberum reddit: *Ubi enim Spiritus Domini, ibi libertas* [58]. Atque cum multa sint quæ possim hic commemorare, quam non conveniat Spiritum sanctum annumerare rebus creatis, de his dicere nunc supersedebo. Nam si incipiam pro argumenti dignitate, et quæ pro nobis faciunt, probationes adducere, et quæ ab adversariis objiciuntur, diluere, prolixo sermone erit opus, loquacitateque voluminis deterrebimus lectores. Idcirco, hoc alteri proprio tractatui reservato, propositis adhæreamus.

56. Consideremus igitur singulatim. Natura bonus est, ut bonus Pater, et bonus Filius. Creatura vero per electionem ejus quod bonum est, particeps est bonitatis. Profunda Dei novit: sed creatura per Spiritum accipit arcanorum reserationem. Vivificat cum Deo qui vivificat omnia, cum Filio qui dat vitam. *Qui enim excitavit*, inquit, *Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra, per ipsius Spiritum qui inhabitat in vobis* [59]; atque

A καίου, κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν· δόξα δὲ τοῦ Πνεύματος, κατὰ σὲ, οὐδεμία. Πῶς οὖν οὐ πρόδηλος ὁ κίνδυνος ἐκ τῶν τοιούτων λόγων τὴν ἄφυκτον ἁμαρτίαν ἐφ' ἑαυτοὺς ἐπισπᾶσθαι; Εἰ ὁ (12) σωζόμενος ἐκ τῶν τῆς δικαιοσύνης ἔργων ἄνθρωπος, καὶ τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει, τοσούτου ἂν δέοι τὸ Πνεῦμα τῆς ὀφειλομένης δόξης ἀποστερεῖν. Ἔστω, φησὶ (13), δοξαστὸν, ἀλλ' οὐχὶ μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Καὶ τίνα ἔχει λόγον ἑτέραν χώραν ἐπινοεῖν τῷ Πνεύματι, τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου τεταγμένην καταλιπόντας, καὶ τῆς κατὰ τὴν δόξαν κοινωνίας ἀποστερεῖν τὸ πανταχοῦ συναναληφθὲν (14) τῇ θεότητι, ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως, ἐν τῷ βαπτίσματι τῆς ἀπολυτρώσεως, ἐν τῇ ἐνεργείᾳ τῶν δυνάμεων, ἐν τῇ ἐνοικήσει τῶν ἁγίων, ἐν ταῖς εἰς τὸ ὑπήκοον χάB ρισιν; Οὐδὲ γάρ ἐστιν ὅλως δωρεά τις ἄνευ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τὴν κτίσιν ἀφικνουμένη· ὅπου γε οὐδὲ ῥῆμα ψιλὸν ἐν ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀπολογίαις δυνατὸν λαλῆσαι μὴ συνεργουμένους παρὰ τοῦ Πνεύματος, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν μεμαθήκαμεν. Ἅπαντα δὲ ταῦτα παριδόντας, καὶ τῆς ἐν πᾶσι κοινωνίας ἐπιλαθομένους, ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διασπᾶν, οὐκ οἶδα εἴ τις μέτοχος Πνεύματος ἁγίου συνθήσεται. Ποῦ τοίνυν φέροντες αὐτὸ τάξομεν; μετὰ τῆς κτίσεως; Ἀλλ' ἡ κτίσις πᾶσα δουλεύει· τὸ δὲ Πνεῦμα ἐλευθεροῖ. *Οὗ γὰρ τὸ Πνεῦμα Κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία.* Καὶ πολλῶν ἐνόντων εἰπεῖν, ὅπως οὐ προσήκει τῇ κτιστῇ φύσει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συγκαταριC θμεῖν, τὸν περὶ τούτων νῦν (15) ὑπερθήσομαι λόγον. Εἰ γὰρ μέλλοιμεν πρὸς ἀξίαν τοῦ προβλήματος τάς τε παρ' ἑαυτῶν κατασκευὰς ἐπάγειν, καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐναντίων προβαλλόμενα διαλύειν, πολλῶν ἡμῖν δεήσει λόγων, καὶ ἀποκναίσαιμεν (16) τῇ πολυφωνίᾳ τῆς βίβλου τοὺς ἐντυγχάνοντας. Διόπερ ἰδίᾳ πραγματείᾳ ἐκεῖνο ταμιευσάμενοι, τῶν προκειμένων ἐχώμεθα.

56. Σκεψώμεθα οὖν τὰ καθέκαστον. Φύσει ἐστὶν ἀγαθὸν, ὡς ἀγαθὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ἀγαθὸς ὁ Υἱός. Ἡ κτίσις δὲ ἐν τῇ ἐκλογῇ τοῦ ἀγαθοῦ μέτοχός ἐστι τῆς ἀγαθότητος. Οἶδε τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ (17)· ἡ κτίσις δὲ λαμβάνει τὴν φανέρωσιν τῶν ἀπορρήτων διὰ τοῦ Πνεύματος. Ζωοποιεῖ μετὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα ζωογονοῦντος, μετὰ (18) τοῦ Υἱοῦ τοῦ διδόD τος ζωήν. *Ὁ γὰρ ἐγείρας Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ζωοποιήσει*, φησὶ, *καὶ τὰ θνητὰ ὑμῶν* (19) *σώματα*

[56] Psal. xx, 6. [57] Matth. x, 19. [58] II Cor. iii, 17. [59] Rom. viii, 11.

Κατὰ τὸν Ψαλμῳδόν, addunt editi: *Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· καὶ πάλιν· Τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει. Magna est gloria ejus in salutari tuo*; et rursus: *Timentes autem Dominumglom rificat.*

(12) *Εἰ ὁ.* Hæc desunt in quinque mss., at leguntur in Reg. secundo. Editi ὡς ὅ γε. Paulo post conjunctio addita ex sex mss. ante τοὺς φοβουμένους.

(13) *Φησί.* Regius secundus φασί.

(14) *Συναναληφθέν.* Sic mss. quinque. Legitur συμπαραληφθέν in editione Parisiensi. Aliæ cum mss. consentiunt.

(15) *Τούτων νῦν.* Vocula addita ex Reg. secundo.

(16) *Ἀποκναίσαιμεν.* Ita cod. Colbert. et editio Basil. Legitur in Paris. editione ἀποκναίσομεν. Paulo post iidem editi ἐκεῖνα. Libri veteres ἐκεῖνο.

(17) *Τοῦ Θεοῦ.* Editio Paris. addit τὸ Πνεῦμα, quod deest in quinque mss. et edit. Basil.

(18) *Ζωογονοῦντος, μετά.* Ita sex mss. Editi ζωοποιοῦντος καὶ μετά. Paulo post editi addunt Ἰησοῦν post Χριστόν. Sed deest ea vox in omnibus mss.

(19) *Θνητὰ ὑμῶν.* Reg. secundus θνητὰ σώματα ἡμῶν. Paulo post editi ἀκούουσι, quod auctoritate plurium mss. mutavimus.

Digitized by Google

διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν· καὶ πάλιν· Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα, φησὶ, ζωοποιεῖ. Καὶ πάλιν· Τὸ δὲ Πνεῦμα, φησὶ, ζωὴ διὰ δικαιοσύνην (20). Καὶ ὁ Κύριος μαρτυρεῖ τὸ Πνεῦμα εἶναι τὸ ζωοποιοῦν· Ἡ σὰρξ οὐκ ὠφελεῖ οὐδέν. Πῶς οὖν, τῆς ζωοποιοῦ δυνάμεως ἀποξενώσαντες τὸ Πνεῦμα, τῇ ἐπιδεομένῃ τῆς ζωῆς φύσει προσοικειώσομεν; Τίς οὕτω δύσερις, τίς οὕτω δωρεᾶς ἐπουρανίου ἀμέτοχος, καὶ τῶν καλῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων ἄγευστος, τίς οὕτως ἐλπίδων αἰωνίων (21) ἄμοιρος, ὡς τῇ κτίσει συντάξαι τὸ Πνεῦμα, τῆς Θεότητος ἀποστήσας;

A iterum : *Oves meæ vocem meam audiunt, et ego vitam æternam do illis* [60]. Sed Spiritus quoque vivificat, inquit [61]. Ac rursum : *Spiritus autem*, inquit, *vita propter justitiam* [62]. Quin et Dominus testatur Spiritum esse qui vivificat. *Caro non prodest quidquam* [63]. Quomodo igitur Spiritum a vivificandi potestate submoventes eum naturæ conjungemus, quæ ipsa vita egeat ? Quis adeo contentiosus, quis adeo exsors doni cœlestis, et absque gustu bonorum Dei verborum, quis adeo spei æternæ expers, ut Spiritum a Deitate distractum creaturæ copulet?

57. Ἐν ἡμῖν, φησὶ, τὸ Πνεῦμα, ὡς δῶρόν ἐστι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Οὐ δήπου δὲ τὸ δῶρον ταῖς ἴσαις τιμαῖς τῷ δεδωκότι σεμνύνεται. Δῶρον μὲν οὖν Θεοῦ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ δῶρον ζωῆς. Ὁ γὰρ νόμος, φησὶ, τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς (22). Καὶ δῶρον δυνάμεως· Λήψεσθε γὰρ δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο εὐκαταφρόνητον; ἢ οὐχὶ καὶ τὸν Υἱὸν ἐχαρίσατο τοῖς ἀνθρώποις; Ὅς γε, φησὶ, τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, πῶς οὐχὶ καὶ σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσεται; Καὶ ἑτέρωθι· Ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν· περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐνανθρωπήσεως λέγων. Ὥστε πῶς οἱ ταῦτα λέγοντες οὐχὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀγνωμοσύνην παρελήλυθασι, τὴν ὑπερβολὴν τῆς χρηστότητος ἐφόδιον εἰς βλασφημίαν (23) λαμβάνοντες; Ἐγκαλοῦσι γὰρ τῷ Πνεύματι, ὅτι παῤῥησίαν ἡμῖν δίδωσι καλεῖν πατέρα ἑαυτῶν τὸν Θεόν. Ἐξαπέστειλε γὰρ ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν, κράζον, Ἀββᾶ ὁ Πατὴρ, ἵνα ἡ ἐκείνου φωνὴ τῶν δεξαμένων ἰδία γένηται.

57. In nobis, inquiunt, Spiritus est tanquam donum a Deo. At donum nequaquam iisdem honoribus afficitur, quibus is qui dedit. Donum quidem Dei Spiritus est, sed donum vitæ. *Lex enim*, inquit, *Spiritus vitæ liberavit nos* [64]. Et donum potentiæ : *Accipietis enim virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos* [65]. Num igitur ob id contemnendus est? Annon et Filium dedit hominibus? *Qui*, inquit, *proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non una cum eo omnia nobis donabit* [66]? Et alibi : *Ut sciamus quæ a Deo nobis donata sunt* [67], de mysterio assumpti hominis loquens. Itaque qui ista loquuntur, annon Judæorum ingratum animum amentiamque superant, qui scilicet excellentiam divinæ bonitatis vertant in occasionem blasphemiæ? Accusant enim Spiritum, quod nobis dat fiduciam Deum appellandi patrem nostrum. *Emisit enim Deus Spiritum Filii sui in corda nostra clamantem, Abba, Pater* [68], ut illius vox propria fiat eorum qui ipsum acceperunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅτι τῇ « ἐν » συλλαβῇ ἀντὶ τῆς « σὺν (24) » ἡ Γραφὴ κέχρηται· ἐν ᾧ καὶ ὅτι ἡ « καὶ » ἰσοδυναμεῖ τῇ « σύν. »

49 CAPUT XXV.

Quod Scriptura hac syllaba « in » pro « cum » utatur : ubi etiam probatur « et » idem pollere quod « cum. »

58. Πῶς οὖν, φησὶν, ἡ Γραφὴ οὐδαμοῦ συνδοξαζόμενον Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα παρέδωκεν, ἀλλὰ πεφυλαγμένως ἐξέκλινε τὸ, σὺν τῷ Πνεύματι, εἰπεῖν; πανταχοῦ δὲ τὸ ἐν αὐτῷ δοξάζειν ὡς ἁρμοδιώτερον προετίμησεν; Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν αὐτὸς φαίην ἀτιμοτέρας εἶναι διανοίας παραστατικὴν τὴν ἐν συλλαβήν, ἀλλ' ὑγιῶς ἐκλαμβανομένην πρὸς τὸ μέγιστον ὕψος ἀνάγειν τὰς διανοίας· ὅπου γε καὶ ἀντὶ τῆς σὺν πολλαχοῦ κειμένην αὐτὴν τετηρήκαμεν. Ὡς τὸ, *Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου ἐν ὁλο-*

58. Qui fit igitur, inquiunt, ut Scriptura nusquam tradat Spiritum glorificari cum Patre et Filio, sed studiose vitet ne dicat, *cum Spiritu*, ac ubique malit glorificare in ipso, quasi hoc congruentius judicet? At ego nequaquam dixerim hanc syllabam *in* exhibere sensum minus honorificum, imo potius, si sane accipiatur, ad maximam celsitudinem erigere mentem, quandoquidem observavimus hanc frequenter usurpari pro *cum*. Quod genus est illud, *Ingrediar domum tuam in holocau-*

[60] Joan. x, 27. [61] Joan. vi, 64. [62] Rom. viii, 10. [63] Joan. vi, 64. [64] Rom. viii, 2. [65] Act. i, 8. [66] Rom. viii, 32. [67] I Cor. ii, 12. [68] Galat. iv, 6.

(20) Δικαιοσύνην. Regius quartus δικαιοσύνης, *per justitiam*.

(21) Αἰωνίων. Sic mss. quinque. Editi οὐρανίων. Paulo post tres mss. ἐν ἡμῖν, φασί.

(22) Ἠλευθέρωσεν ἡμᾶς. Ita mss. quatuor. Habent alii duo ὑμᾶς. Editio Paris. ἠλευθέρωσέ με, Basil. ἠλευθέρωσέ σε. Ibidem editi Λήψεσθε γὰρ, φησί. Sed postrema vox deest in mss. Paulo post Regius tertius et Colb. χαρίζεται.

(23) Εἰς βλασφημίαν. Reg. tertius et Colbert. τῆς βλασφημίας.

(24) Ἀντὶ τῆς σύν. Quatuor codices ἀντὶ τῆς καί. Sed eos sequi hac in re non possumus, quia Basilius præpositionem *in*, idem valere probat ac, *cum*. Ibidem editi, ἐν ᾧ ὅτι, καί, ἰσοδυναμεῖ. Quatuor mss. ut in textu.

Digitized by Google

tomatibus [69] : pro his vocibus, *cum holocautomatibus. Et eduxit eos in argento et auro* [70], hoc est, *cum argento et auro*. Item illud, *Non egredieris in virtutibus nostris* [71], pro, *cum virtutibus nostris*, aliaque hujus generis innumerabilia. Omnino lubens ab ista nova sapientia didicero, qualem glorificationem Apostolus absolverit per hanc dictionem *in*, juxta formam quam isti nunc tanquam e Scriptura proferunt. Nusquam enim inveni dictum : Tibi Patri honor et gloria per unigenitum Filium tuum in Spiritu sancto : qui sermo nunc istis usitatior est ipsa, ut ita loquar, respiratione. Horum quidem singula separatim invenire licet, conjunctim vero posita in hac constructione nusquam poterunt ostendere. Itaque si exacte urgent ea quæ in Scripturis habentur, ostendant unde ista dicant. Quod si concedunt consuetudini, neque nos ab ea excludant.

59. Nos enim ambas dictiones in fidelium usu deprehendentes, ambabus utimur : gloriam quidem Spiritui ex æquo per utramque persolvi rati, eis vero qui depravant veritatem, credimus magis os obturari per eam præpositionem, quæ cum sensum in Scripturis similem habeat, non ita facile ab adversariis expugnari potest (est autem ipsa illa cui nunc ab istis contradicitur) utpote quæ pro *et* conjunctione sumatur. Nam idem est dicere, *Paulus et Silvanus, et Timotheus* [72], atque, Paulus cum Timotheo et Silvano. Nominum enim connexio, utraque pronuntiatione similiter servatur. Itaque si cum Dominus dixerit Patrem et Filium et sanctum Spiritum, ipse dicam, Patrem et Filium cum Spiritu sancto; aliudne, quod ad sententiæ vim attinet, dixero? Porro per conjunctionem *et* connecti nomina, multis testimoniis probari potest. *Gratia enim*, inquit, *Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communio Spiritus sancti* [73]; ac rursus, *Obsecro autem vos per Dominum nostrum Jesum Christum, et per charitatem Spiritus* [74]. Itaque si **50** pro conjunctione *et* voluerimus uti præpositione *cum*, quid fecerimus diversi? Ego sane non video, nisi quis ob frigidas grammaticæ regulas conjunctionem tanquam copulativam, ac majorem unionem facientem præferens, præpositionem rejiciat, quasi non obtineat parem vim. Sed si de his a nobis ratio exposceretur, forte multis verbis non opus esset nobis ad respondendum.

καυτώμασιν· ἀντὶ τοῦ, *μετὰ ὁλοκαυτωμάτων. Καὶ ἐξήγαγεν αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ*, τουτέστι, *μετὰ ἀργυρίου καὶ χρυσίου*· καὶ τὸ, *Οὐκ ἐξελεύσῃ* (25) *ἐν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν*, ἀντὶ τοῦ, *σὺν ταῖς δυνάμεσιν ἡμῶν*, καὶ μυρία τοιαῦτα. Ὅλως δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ τῆς νέας σοφίας, ποίαν δοξολογίαν ὁ Ἀπόστολος διὰ τοῦ, *ἐν*, ῥήματος ἀπεπλήρωσε, κατὰ τὸν τύπον ὃν οὗτοι νῦν ὡς ἐκ τῆς Γραφῆς ἀναφέρουσιν. Οὐδαμοῦ γὰρ εὗρον λεγόμενον τὸ, Σοὶ τῷ Πατρὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· ὅπερ τούτοις ἐστὶ νῦν καὶ αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, τῆς ἀναπνοῆς συνηθέστερον. Διεσπασμένως μὲν γὰρ τούτων ἕκαστον ἔστιν εὑρεῖν· συνημμένως δὲ ἐν τῇ συντάξει (26) ταύτῃ οὐδαμοῦ δεικνύειν ἔξουσιν. Ὥστε εἰ μὲν ἀκριβολογοῦνται περὶ τὰ ἔγγραφα, δειξάτωσαν πόθεν λέγουσιν· εἰ δὲ συγχωροῦσι τῇ συνηθείᾳ, μηδὲ ἡμᾶς ἐξειργέτωσαν.

59. Ἡμεῖς γὰρ, ἀμφοτέρας ἐν τῇ τῶν πιστῶν χρήσει καταλαμβάνοντες (27) τὰς ῥήσεις, ἀμφοτέραις κεχρήμεθα· τὴν μὲν δόξαν τῷ Πνεύματι ὁμοίως ἀφ' ἑκατέρας πληροῦσθαι πεπιστευκότες, τοὺς δὲ κακουργοῦντας τὴν ἀλήθειαν ἐπιστομίζεσθαι μᾶλλον διὰ τῆς προκειμένης λέξεως, ἥτις, τὴν δύναμιν τῶν Γραφῶν παραπλησίαν ἔχουσα, οὐκέτι ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις εὐεπιχείρητος (ἔστι δὲ αὕτη ἡ ἀντιλεγομένη νῦν παρὰ τούτων) ἀντὶ τοῦ *καὶ* συνδέσμου παρειλημμένη. Ἴσον γάρ ἐστιν εἰπεῖν· *Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος*, καὶ, Παῦλος σὺν Τιμοθέῳ καὶ Σιλουανῷ. Ἡ γὰρ συμπλοκὴ τῶν ὀνομάτων δι' ἑκατέρας ὁμοίως τῆς ἐκφωνήσεως σώζεται. Εἰ τοίνυν, τοῦ Κυρίου εἰπόντος Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, αὐτὸς εἴποιμι Πατέρα καὶ Υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, ἄλλο τι (28) εἰρηκὼς κατὰ τὴν δύναμιν ἔσομαι; Τῆς δὲ διὰ τοῦ *καὶ* συνδέσμου συμπλοκῆς τῶν ὀνομάτων πολλὰ τὰ μαρτύρια. *Ἡ χάρις γὰρ*, φησὶ, *τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος*· καὶ πάλιν· *Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς* (29) *διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος*. Εἰ τοίνυν ἀντὶ τῆς *καὶ* τῇ *σὺν* ἐθελήσαιμεν χρήσασθαι, τί διάφορον πεποιηκότες ἐσόμεθα; Ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ, πλὴν εἰ μὴ ψυχραῖς γραμματικαῖς τις τὸν μὲν σύνδεσμον ὡς συμπλεκτικὸν καὶ πλείονα ποιοῦντα τὴν ἕνωσιν προτιμῶν, τὴν δὲ πρόθεσιν, ὡς οὐκ ἔχουσαν τὴν ἴσην δύναμιν, ἀποπέμποιτο. Ἀλλ' εἴ γε περὶ τούτων τὰς εὐθύνας ὑπείχομεν, ἴσως οὐκ ἂν (30) πολλοῦ λόγου πρὸς τὴν

[69] Psal. LXV, 13. [70] Psal. CIV, 37. [71] Psal. XLIII, 10 [72] I Thess. I, 1. [73] II Cor. XIII, 13. [74] Rom. XV, 30.

(25) *Ἐξελεύσῃ*. Editi addunt ὁ Θεός, sed hæc nullo in veteri libro reperiuntur. Ibidem illud, ἀντὶ τοῦ... ἡμῶν, addidimus ex tribus libris antiquis.

(26) *Συντάξει*. Ita libri veteres. Editi τάξει.

(27) *Καταλαμβάνοντες*. Ita mss. quinque. Editi καταλαβόντες. Mox iidem editi ἐφ' ἑκατέρας. Sed mss. ut in textu. Non multo post Reg. secundus ὅτι τὴν δύναμιν.

(28) *Ἄλλο τι*. Editi οὐκ ἄλλο τι. Negatio deest in sex mss. et a typographis videtur addita, eo quod non adverterent interrogationis notam, quam hoc loco agnoscunt veteres libri.

(29) *Ὑμᾶς*. Editi addunt ἀδελφοί, quod in nostris mss. non reperitur. Paulo post editi ἐθελήσοιμεν. Mss. ut in textu. Subinde editio Paris. ψυχρὸς γραμματικός τις τὸν μὲν καὶ... τὴν δὲ σύν. Summo consensu vetusti codices et edit. Basil. utraque ut edendum curavimus, nisi quod in secunda legitur ψυχρὸς γραμματικός, unde error in Parisiensem, ut sæpe alias, fluxit.

(30) *Ἴσως οὐκ ἄν*. Sic ope quinque mss. emendavimus quod prave in editis legebatur τέως, οὐκ ἄν.

Digitized by Google

ἀπολογίαν ἐπεδεήθημεν. Νῦν δὲ οὐ περὶ συλλαβῶν, οὐδὲ περὶ τοιοῦδε ἢ τοιοῦδε φωνῆς ἦχου ὁ λόγος αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ πραγμάτων ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ μεγίστην ἐχόντων διαφοράν. Ὧν ἕνεκεν, ἀπαρατηρήτου τῆς χρήσεως τῶν συλλαβῶν οὔσης, οὗτοι τὰς μὲν ἐγγράφειν, τὰς δὲ ἀποδιώκειν τῆς Ἐκκλησίας ἐπιχειροῦσιν. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ ἐκ τῆς πρώτης ἀκοῆς ἐναργὲς ἔχει τὸ χρήσιμον, ἀλλ' οὖν καὶ τὸν (31) λόγον παρέξομαι καθ' ὃν οἱ πατέρες ἡμῶν οὐκ ἀργῶς συμπαρέλαβον τὴν χρῆσιν τῆς προθέσεως ταύτης. Πρὸς γὰρ τῷ τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν ἰσοσθενῶς τῇ *καὶ* συλλαβῇ διελέγχειν, καὶ παραπλησίως ἐκείνῃ τὸ τῶν ὑποστάσεων ἴδιον παριστᾷν, ὡς τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα*· καὶ τό· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*· ἐξαίρετον ἔχει τῆς ἀϊδίου κοινωνίας καὶ ἀπαύστου (32) συναφείας τὸ μαρτύριον. Ὁ γὰρ εἰπὼν σὺν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν εἶναι ὁμοῦ τήν τε τῶν ὑποστάσεων ἰδιότητα καὶ τὸ ἀχώριστον τῆς κοινωνίας ἔδειξεν. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἔστιν ἰδεῖν (33)· ὁ μὲν *καὶ* σύνδεσμος τὸ κοινὸν τῆς ἐνεργείας παρίστησιν· ἡ δὲ *σὺν* πρόθεσις τὴν κοινωνίαν πως συνενδείκνυται. Οἷον, Ἔπλευσαν εἰς Μακεδονίαν Παῦλος καὶ Τιμόθεος· ἀλλὰ καὶ Τυχικὸς καὶ Ὀνήσιμος ἀπεστάλησαν Κολοσσαεῦσιν· ἐκ τούτων, ὅτι μὲν ταυτὸν ἐνήργησαν, μεμαθήκαμεν· ἐὰν δὲ ἀκούσωμεν, ὅτι συνέπλευσαν καὶ συναπεστάλησαν, ὅτι καὶ μετ' ἀλλήλων τὴν πρᾶξιν ἐπλήρωσαν προσεδιδάχθημεν. Οὕτω τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν, ὡς οὐδεμία τῶν ἄλλων φωνῶν καταλύουσα, προστίθησιν ἐκείνοις (34) καὶ τοὺς κατὰ διάμετρον ἀσεβοῦντας. Λέγω δὴ τούτους οἱ χρονικοῖς διαστήμασι τοῦ μὲν Πατρὸς τὸν Υἱὸν, τοῦ δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διαιροῦσι.

A Nunc vero neque de syllabis, neque hoc aut illo dictionis sono disputant, sed de rebus juxta vim ac veritatem maximo inter se discrimine dissidentibus. Qua de causa, cum indifferens sit syllabarum usus, isti has quidem admittere, illas vero ab Ecclesia submovere moliuntur. Ego vero etsi primo statim auditu præpositio evidentem utilitatem habet, attamen etiam rationem reddam, juxta quam patres nostri non otiose illius quoque usum amplexi sint. Nam præterquam quod hæc idem valet quod *et*, ad refellendam Sabellii malitiam, similiterque atque illa conjunctio hypostaseon proprietatem declarat, velut, *Ego et Pater veniemus*[75], et: *Ego et Pater unum sumus*[76]; præterea eximium habet sempiternæ com-
B munionis ac perpetuæ conjunctionis testimonium. Nam qui dixit, cum Patre Filium esse, simul et hypostaseon proprietatem et inseparabile consortium expressit. Quod idem etiam in rebus humanis videre est, in quibus *et* conjunctio declarat communem operationem: et præpositio *cum* quodammodo etiam significat communionem. Quod genus est, Navigarunt in Macedoniam Paulus et Timotheus, sed et Tychicus et Onesimus missi sunt Colossensibus: ex his discimus illos rem eamdem fecisse. Sed si audierimus, connavigarunt, et simul missi sunt, etiam illud addiscimus, alterum cum altero actionem absolvisse. Ita Sabellii errorem destruens hæc vox ut non alia æque, addit illis et eos qui directe op-
C posito impietatis genere insaniunt. De his loquor, qui temporalibus intervallis Filium a Patre, et Spiritum sanctum a Filio distrahunt.

60. Πρὸς δὲ τὴν *ἐν* συλλαβὴν ἐκεῖνο μάλιστα τὸ διάφορον ἔχει, ὅτι ἡ μὲν *σὺν* τὴν πρὸς ἀλλήλους συνάφειαν τῶν κοινωνούντων παρίστησιν, οἷον τῶν συμπλεόντων, ἢ συνοικούντων, ἢ ὁτιοῦν τῶν πάντων κοινῶς ἐκτελούντων· ἡ δὲ *ἐν* τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὸ ἐν ᾧ τυγχάνουσιν ἐνεργοῦντες δηλοῖ. *Ἐμπλέουσι* γὰρ καὶ *ἐνοικοῦσιν* ἀκούσαντες, τὸ σκάφος καὶ τὴν οἰκίαν εὐθὺς ἐννοήσαμεν. Κατὰ μὲν οὖν τὴν κοινὴν χρῆσιν, ἡ πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν διαφορὰ τοιαύτη, καὶ ἐπὶ πλεῖον ἂν (35) εὑρεθείη παρὰ τῶν φιλοπόνων. Οὐ γὰρ ἐμοὶ σχολὴ τὰ περὶ τῶν συλλαβῶν ἐξετάζειν. Ἐπεὶ οὖν δέδεικται ἡ *σὺν* εὐσημότατα ἀποδιδοῦσα
D τῆς συναφείας τὴν ἔννοιαν, γενέσθω ὑμῖν ἔνσπονδος, εἰ δοκεῖ, καὶ παύσασθε τοῦ χαλεποῦ πρὸς αὐτὴν καὶ ἀκηρύκτου πολέμου. Ὅμως μέντοι οὕτως εὐσήμου (36)

60. Cæterum a syllaba *in* eo maxime differt, quod præpositio *cum* mutuam conjunctionem eorum qui communiter aliquid agunt exhibet, velut connavigantium, aut cohabitantium, aut quidvis aliud communiter perficientium: at præpositio *in* declarat relationem ad id in quo sunt operantes. Siquidem cum audimus, *innavigant*, aut *inhabitant*; protinus cogitamus scapham aut domum. Itaque juxta communem usum, harum syllabarum talis est inter ipsas differentia, majorque inveniri poterit a studiosis. Neque enim mihi vacat de ratione syllabarum exquirere. Quoniam igitur demonstratum est præpositionem *cum* significantissime reddere conjunctionis intelligentiam, inducias a vobis, si videtur, impetret,

[75] Joan. xiv, 23. [76] Joan. x 30.

(31) Ἀλλ' *οὖν καὶ τόν*. Ita Reg. secundus. Editi ὅμως καὶ τόν. Quatuor mss. minus accurate χρήσιμον, καὶ τόν.

(32) Ἀπαύστου. Sic dudum monuit Ducæus legendum esse ex uno veteri codice. Eadem scriptura in quatuor aliis mss. reperta. Editi ἀπ' αὐτοῦ.

(33) Ἔστιν ἰδεῖν. Hæ voces additæ ex Reg. secundo.

(34) Ἐκείνοις. Sic mss. codices et prima Basileensis editio, pro eo quod erat in edit. Paris. et Basil. secunda ἐκείνῳ.

(35) Ἐπὶ πλεῖον ἄν. Ita mss. tres. Alius ἔτι πλέον. Editi εἴ τι πλέον εὑρεθείη.

(36) Εὐσήμου. Quamvis hæc scriptura ex uno tantum eruta sit codice ms., eam tamen prætulimus vulgatæ εὐφήμου, *boni ominis*, ut vertit Erasmus. Non hic agitur quam boni ominis sit illa vox, sed quam apta ad significandum. Hinc paulo ante dicebat Basilius eam *significantissime reddere conjunctionis intelligentiam*. Ibidem male in duobus mss. τῆς, ἐν, φωνῆς. Non enim de præpositione *in*, loquitur Basilius, sed de præpositione *cum*.

Digitized by Google

ac desistite atrox et implacabile bellum cum illa gerere. Sed tamen quamvis hæc vox tam **51** apta sit ad significandum, si cui cordi fuerit in glorificationibus per syllabam *et* nomina connectere et glorificare, quemadmodum in Evangeliis, ubi de baptismate, didicimus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum ; etiam ita fiat, nemo contradicturus est. Hac conditione, si videtur, inter nos consentiamus. Sed isti citius abjecerint linguas, quam hanc vocem recipiant. Hoc igitur est, quod nobis acerrimum ac irreconciliabile bellum excitat. In Spiritu sancto, inquiunt, danda est gloria Deo, non autem et Spiritui : atque acerrime huic voci tanquam Spiritum deprimenti adhærescunt. De qua non inutile fuerit prolixius dicere. Quæ cum audierint isti, demirabor, si non eam ut proditricem et ad Spiritus gloriam ultro transfugam repudiabunt.

A τῆς φωνῆς ὑπαρχούσης, εἴτῳ φίλον ἐν δοξολογίαις (37) τῇ *καὶ* συλλαβῇ συνδεῖν τὰ ὀνόματα καὶ δοξάζειν, ὡς ἐν Εὐαγγελίοις ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος μεμαθήκαμεν, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ οὕτω γινέσθω, οὐδεὶς ἀντερεῖ. Ἐπὶ τούτοις, εἰ δοκεῖ, καταθώμεθα. Ἀλλὰ τὰς γλώσσας ἂν πρόοιντο μᾶλλον, ἢ τὴν φωνὴν ταύτην δέξαιντο. Τοῦτο μὲν οὖν ἐστιν, ὃ τὸν ἀκήρυκτον ἡμῖν καὶ ἄσπονδον πόλεμον ἐπεγείρει. Ἐν τῷ Πνεύματι, φησὶ, τῷ ἁγίῳ τὴν δοξολογίαν ἀποδοτέον τῷ Θεῷ, οὐχὶ δὲ καὶ τῷ Πνεύματι· καὶ ἐκθυμότατα τῆς φωνῆς ταύτης ὡς ταπεινωτικῆς (38) τοῦ Πνεύματος περιέχονται. Περὶ ἧς οὐκ ἄχρηστον καὶ διὰ μακροτέρων εἰπεῖν. Ὧν ἀκούσαντες οὗτοι, θαυμάσαιμεν ἄν, εἰ μὴ ὡς προδότιν αὐτὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος δόξαν αὐτομολοῦσαν ἀποκηρύ-

B ξωσιν.

CAPUT XXVI.

Quot modis dicitur « in, » totidem modis de Spiritu accipi.

61. Mihi igitur consideranti videtur, etsi simplex ac brevis est hujus syllabæ pronuntiatio, multa et varia per eam significari. Quot enim modis dicitur *in*, totidem modis invenimus eam syllabam conceptibus de Spiritu subservire. Nam forma dicitur esse in materia, et potentia in eo quod ejus capax est, et habitus in eo qui secundum illum affectus est, aliaque hujus generis multa. Itaque quatenus Spiritus sanctus vim C habet perficiendi creaturam rationalem, absolvens illius fastigium, formæ rationem obtinet. Nam qui jam non vivit secundum carnem, sed Spiritu Dei agitur, ac Filius Dei nominatur, et conformis imagini Filii Dei factus est, spiritualis dicitur. Et sicut cernendi vis est in oculo sano, sic operatio Spiritus in anima purgata. Eoque Paulus optat Ephesiis, ut oculos habeant illuminatos in Spiritu sapientiæ[77]. Et quemadmodum ars est in eo qui illam adeptus est, ita gratia Spiritus in eo qui recepit eam, semper quidem præsens, at non perpetuo operans. Nam et ars potentia quidem est in artifice ; actu vero tum, cum secundum illam operatur : itidem Spiritus semper quidem adest dignis, sed operatur prout D opus est, aut in prophetiis, aut in sanationibus, aut in aliis miraculorum operationibus. Præterea sicut in corporibus est sanitas, aut calor, aut in genere affectiones facile mobiles ; sic et in anima frequenter est Spiritus, in iis qui propter mentis tabilitatem facile gratiam acceptam expellunt,

[77] Ephes. I, 17, 18.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Ὅτι ὁσαχῶς λέγεται τὸ « ἐν, » τοσαυταχῶς καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος λαμβάνεται.

61. Ἐμοὶ τοίνυν σκοπουμένῳ δοκεῖ, ἁπλῆς καὶ συντόμου τῆς ἐκφωνήσεως οὔσης, πολλὰ καὶ ποικίλα εἶναι τὰ δι' αὐτῆς σημαινόμενα. Ὁσαχῶς γὰρ λέγεται τὸ ἐν, τοσαυταχῶς εὑρίσκομεν ταῖς περὶ τοῦ Πνεύματος ἐννοίαις ὑπηρετούμενον. Λέγεται μὲν οὖν τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι, καὶ ἡ δύναμις ἐν τῷ δεκτικῷ, καὶ ἡ ἕξις ἐν τῷ κατ' αὐτὴν διακειμένῳ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Οὐκοῦν, καθὸ μὲν τελειωτικὸν τὸ ἅγιον Πνεῦμα τῶν λογικῶν, ἀπαρτίζον αὐτῶν τὴν ἀκρότητα, τὸν τοῦ εἴδους λόγον ἐπέχει. Ὁ γὰρ μηκέτι κατὰ σάρκα ζῶν, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ἀγόμενος, καὶ υἱὸς Θεοῦ χρηματίζων, καὶ σύμμορφος τῆς εἰκόνος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γενόμενος, πνευματικὸς ὀνομάζεται. Καὶ ὡς ἡ δύναμις τοῦ ὁρᾶν ἐν τῷ ὑγιαίνοντι ὀφθαλμῷ, οὕτως ἡ ἐνέργεια τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ κεκαθαρμένῃ ψυχῇ. Διὸ καὶ Παῦλος εὔχεται Ἐφεσίοις, πεφωτισμένους ὀφθαλμοὺς αὐτῶν εἶναι ἐν τῷ Πνεύματι τῆς σοφίας. Καὶ ὡς ἡ τέχνη ἐν τῷ ἀναλαβόντι αὐτὴν, οὕτως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ ὑποδεξαμένῳ, ἀεὶ μὲν συμπαροῦσα, οὐχὶ δὲ καὶ ἐνεργοῦσα διηνεκῶς. Ἐπεὶ καὶ ἡ τέχνη δυνάμει μὲν ἐν τῷ τεχνίτῃ ἐστίν· ἐνεργείᾳ δὲ τότε, ὅταν κατ' αὐτὴν ἐνεργῇ. Οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἀεὶ μὲν συμπάρεστι τοῖς ἀξίοις, ἐνεργεῖ δὲ κατὰ τὴν χρείαν, ἢ ἐν προφητείαις, ἢ ἐν ἰάμασιν, ἢ ἐν ἄλλοις τισὶ δυνάμεων ἐνεργήμασιν. Ἔτι ὡς ἐν σώμασιν ὑγίεια, ἢ θερμότης, ἢ ὅλως αἱ εὐκίνητοι διαθέσεις· οὕτω καὶ ἐν ψυχῇ πολλάκις ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τοῖς διὰ τὸ τῆς γνώμης ἀνίδρυτον εὐκόλως, ἣν ἐδέξαντο χάριν ἀπωθουμένοις, μὴ παραμένον (39), οἷος ἦν ὁ Σαοὺλ, καὶ

(37) *Ἐν δοξολογίαις*. Sic ope veterum codicum emendavimus quod prave in editis legebatur ἐνδοξολογῆσαι. Non multo post Regius secundus τὴν δόξαν ἀποδοτέον.

(38) *Ταπεινωτικῆς*. Sic veteres libri pro eo quod erat in editis ταπεινῆς. Mox edîti θαυμάσαιμ' ἄν. Reg. secundus ut in textu.

(39) *Μὴ παραμένον*. Hæc addidimus ex Regio secundo, ac prorsus necessaria sunt ad Basilii sensum.

Digitized by Google

ἃ ἑβδομήκοντα πρεσβυτεροι τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, πλὴν τοῦ Ἐλδὰδ καὶ Μωδὰδ (τούτοις γὰρ μόνοις ἐκ πάντων φαίνεται παραμεῖναν τὸ Πνεῦμα), καὶ ὅλως εἴ τις τούτοις τὴν προαίρεσιν παραπλήσιος. Καὶ ὡς ὁ λόγος δὲ ἐν ψυχῇ, ποτὲ μὲν ὡς τὸ ἐγκάρδιον (40) νόημα, ποτὲ δὲ ὡς ὁ προφερόμενος διὰ γλώσσης, οὕτω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· νῦν μὲν ὅταν συμμαρτυρῇ τῷ Πνεύματι, καὶ ὅταν κράζῃ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· *Ἀββᾶ ὁ Πατήρ*· νῦν δὲ ὅταν λαλῇ ὑπὲρ ἡμῶν, κατὰ τὸ εἰρημένον, ὅτι *Οὐχ ὑμεῖς ἐστε οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν*. Ἤδη δὲ καὶ ὡς ὅλον ἐν μέρεσι, νοεῖται τὸ Πνεῦμα κατὰ τὴν τῶν χαρισμάτων διανομήν. Πάντες γὰρ ἀλλήλων ἐσμὲν μέλη, ἔχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν διάφορα. Διὰ τοῦτο *Οὐ δύναται ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρί, Χρείαν σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσί, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω*. Ἀλλὰ πάντα μὲν ὁμοῦ συμπληροῖ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ ἑνότητι τοῦ Πνεύματος· ἀλλήλοις δὲ ἀναγκαίαν τὴν ἐκ τῶν χαρισμάτων ἀντιδίδωσιν ὠφέλειαν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ἔθετο τὰ μέλη ἐν τῷ σώματι, ἓν ἕκαστον αὐτῶν καθὼς ἠθέλησε. Τὰ μέντοι μέλη τὸ αὐτὸ μεριμνῶσιν ὑπὲρ ἀλλήλων, κατὰ τὴν πνευματικὴν κοινωνίαν τῆς συμπαθείας αὐτοῖς ὑπαρχούσης. Διόπερ *Εἴτε πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη· εἴτε δοξάζεται ἓν μέλος, συγχαίρει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ ὡς μέρη ὅλου, οἱ καθ' ἕνα ἐσμὲν ἐν τῷ Πνεύματι· ὅτι οἱ πάντες ἐν ἑνὶ σώματι, εἰς ἓν Πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν.

A nequaquam permanens : qualis erat Saul, et septuaginta seniores filiorum Israel, præter Eldad et Modad [78] (nam apud hos solos ex omnibus Spiritum mansisse apparet), et in genere, si quis est istis animi proposito consimilis. Item quemadmodum verbum est in animo, interdum ut in corde cogitatum, interdum ut lingua prolatum : sic et Spiritus sanctus, vel **52** cum testimonium præbet spiritui nostro, et clamat in cordibus nostris, *Abba, Pater* [79], vel cum loquitur pro nobis, juxta id quod dictum est, *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris, qui loquitur in vobis* [80]. Jam vero et ut totum in partibus, Spiritus intelligitur juxta donorum distributionem. B Omnes enim invicem sumus membra, sed habentes dona secundum Dei gratiam nobis datam diversa. Ea propter *Non potest dicere oculus manui : Non opus habeo te; aut rursus caput pedibus : Non est mihi vobis opus* [81]. Sed omnia quidem simul complent corpus Christi in unitate Spiritus; necessariam autem utilitatem sibi invicem reddunt ex donis. Deus enim posuit membra in corpore, unumquodque illorum ut voluit. Membra autem eamdem habent pro se mutuo sollicitudinem, juxta spiritualem mutuæ affectionis ipsis insitæ communionem. Eoque *Sive patitur unum membrum, una cum eo patiuntur omnia membra : sive glorificatur unum membrum, simul gaudent omnia membra* [82]. Rursus quemadmodum partes sunt in toto, ita singuli sumus in C Spiritu, eo quod omnes in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus.

62. Ὁ δὲ παράδοξον μὲν εἰπεῖν, ἀληθὲς δὲ οὐδενὸς ἧττον (41), ὅτι καὶ ὡς χώρα τῶν ἁγιαζομένων πολλάκις τὸ Πνεῦμα λέγεται. Καὶ φανήσεται οὐδὲ οὗτος ὁ τρόπος (42) κατασμικρύνων τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ μᾶλλον δοξάζων. Τὰ γάρ τοι σωματικὰ τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπὶ τὰς πνευματικὰς ἐννοίας ἐναργείας ἕνεκεν πολλάκις ὁ λόγος μετακομίζει. Τετηρήκαμεν οὖν καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὸν Ψαλμῳδὸν λέγοντα· *Γενοῦ μοι εἰς Θεὸν ὑπερασπιστήν, καὶ εἰς τόπον ὀχυρὸν τοῦ σῶσαί με*. Περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος, *Ἰδοὺ τόπος, φησὶ, παρ' ἐμοὶ, καὶ στῆθι ἐπὶ τῆς πέτρας*· τί ἄλλο λέγων τὸν τόπον ἢ τὴν ἐν Πνεύματι θεωρίαν, ἐν ᾗ γενόμενος, ἐδύνατο ἰδεῖν γνωστῶς ἐμφανιζόμενον αὐτῷ τὸν Θεὸν ὁ Μωϋσῆς; Οὗτός ἐστιν ὁ τόπος ὁ τῆς ἀληθινῆς λατρείας ἴδιος (43). *Πρόσεχε γὰρ, φησὶ, μὴ ἀνενέγκῃς τὰ ὁλοκαυτώματά σου ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τῷ τόπῳ, ᾧ ἂν ἐκλέξηται Κύριος ὁ Θεός σου*. Ποῖον οὖν ἐστιν ὁλοκαύτωμα πνευματικόν; Ἡ θυσία τῆς αἰνέσεως. Ἐν ποίῳ δὲ

62. Porro quod mirum dictu videbitur, nihilo tamen minus verum est; etiam veluti locus eorum qui sanctificantur, sæpenumero dicitur Spiritus. Et constabit ne hoc quidem loquendi genere diminui Spiritum, sed glorificari potius. Nam nomina corporalia etiam ad spirituales intelligentias, evidentiæ gratia, frequenter Scriptura transfert. Observavimus igitur et Psalmodum de Deo loquentem, *Esto mihi in Deum protectorem, et in locum munitum, ut salvum me facias* [83]. De Spiritu vero, *Ecce locus*, inquit, *apud me, et sta super petram* [84] : quid aliud appellans locum, nisi visionem in Spiritu, in qua cum esset Moyses, potuit videre Deum evidenter ipsi apparentem? Hic est locus veræ adorationis proprius. *Attende enim*, inquit, *ne offeras holocaustomata tua in quovis loco, sed in loco quemcunque elegerit Dominus Deus tuus* [85]. Quod igitur est holocaustoma spirituale? Sacrificium laudis [86].

D

[78] Num. xi, 25, 26. [79] Rom. viii, 16, 15. [80] Matth. x, 20. [81] I Cor. xii, 21. [82] ibid. 26. [83] Psal. xxx, 3. [84] Exod. xxxiii, 21. [85] Deut. xii, 13. [86] Psal. xlix, 14.

(40) *Ἐγκάρδιον*. Ita mss. codices. Editi ἐν καρδίᾳ. Mox editi addunt ἡμῶν post Πνεύματι, quæ vox deest in omnibus nostris mss. nec necessaria videtur, cum paulo post repetatur.

(41) *Οὐδενὸς ἧττον*. Duo codices οὐδὲν ἧττον.

(42) *Ὁ τρόπος*. Sic mss. sex. Editi ὁ λόγος. Mox editi τὰ μέντοι, et paulo post ἐνεργείας ἕνεκεν. Mss. ut in textu.

(43) *Ἴδιος*. Editio Basileensis ἀΐδιος, quod recte emendatum in Parisiensi. Mox editi μὴ ἐνέγκῃς τὸ ὁλοκαύτωμα, et ἐν τῷ τόπῳ, τῷ ἐάν. Codices mss. ut in textu.

Digitized by Google

Quo in loco hoc offeremus, nisi in Spiritu sancto? Ubi hoc didicimus? Ab ipso Domino dicente, *Veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu et veritate* [87]. Hunc locum cum vidisset Jacob dixit: *Dominus est in loco hoc* [88]. Itaque Spiritus vere locus est sanctorum. Sanctus itidem, locus est Spiritui proprius, ac præbet seipsum ut inhabitet cum Deo, ac templum illius vocatur. Sicut enim in Christo loquitur Paulus, *Coram Deo*, inquit, *in Christo loquimur* [89]: et Christus in Paulo, velut ipse ait, *An experimentum quæritis qui loquitur in me Christi* [90]? sic et in Spiritu loquitur mysteria, ac Spiritus rursum loquitur in eo.

63. In rebus ergo conditis ad hunc modum multifariam variisque rationibus dicitur Spiritus **53** inesse: verum magis pium est dicere, eum esse cum Patre et Filio, quam illis inesse. Nam gratia ab eo manans, habitante in iis qui digni sunt, ac suas operationes in illis exercente, recte dicitur inesse iis qui sunt illius capaces. At illius subsistentia quæ fuit ante sæcula, ac perpetuitas nunquam desitura cum Filio et Patre considerata, sempiternæ conjunctionis requirit appellationes. Nam *coesse* proprie ac vere dicitur de iis, quæ sibi invicem inseparabiliter adsunt. Nam calorem ferro quidem ignito inesse dicimus: at una simul cum ipso igne esse. Item corpori sanitatem inesse dicimus, vitam autem simul cum anima esse. Quare ubi propria et connaturalis atque inseparabilis communio est, hæc vox *cum* significantior est, ut quæ inseparabilis conjunctionis cogitationem suggerat intellectui. Ubi autem gratia ab ipso proficiscens, accedere ac rursus decedere potest, proprie et vere inesse dicitur; etiamsi illius gratia in iis qui receperunt, sæpenumero propter affectus in bono perseverantiam perpetua permaneat. Proinde quoties propriam Spiritus dignitatem intelligimus, cum Patre et Filio ipsum contemplamur: ubi vero gratiam in eos, qui illius sunt participes, operantem reputamus, in nobis esse Spiritum dicimus. Et quæ a nobis defertur glorificatio in Spiritu, non habet professionem dignitatis illius, sed nostræ ipsorum imbecillitatis confessionem, dum ostendimus nos ex nobis ipsis ad glorificandum sufficientes non esse, sed sufficientiam nostram esse in Spiritu sancto, in quo corroborati, pro beneficiis acceptis Deo nostro gratias absolvimus: juxta quod a malitia purgati sumus; quippe alius alio plus aut minus, auxilio Spiritus adjuti ad offerendum

A τόπῳ ταύτην προσφέρομεν, ἢ (44) ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ; Ποῦ τοῦτο μεμαθήκαμεν; Παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος, ὅτι *Οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνήσουσι τῷ Πατρί.* Τοῦτον τὸν τόπον ἰδὼν ὁ Ἰακὼβ, ἔφη, ὅτι *Κύριος ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.* Ὥστε τὸ Πνεῦμα τόπος ἀληθῶς τῶν ἁγίων. Καὶ ὁ ἅγιος τόπος οἰκεῖος (45) τῷ Πνεύματι ἐμπαρέχων ἑαυτὸν πρὸς ἐνοίκησιν τὴν μετὰ Θεοῦ, καὶ ναὸς αὐτοῦ χρηματίζων. Ὡς γὰρ ἐν Χριστῷ λαλεῖ Παῦλος· *Κατενώπιον γὰρ*, φησὶ, *Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν·* καὶ Χριστὸς ἐν Παύλῳ, ὡς αὐτὸς λέγει· *Ἢ δοκιμὴν* (46) *ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ;* οὕτω καὶ ἐν Πνεύματι λαλεῖ τὰ μυστήρια, καὶ τὸ Πνεῦμα πάλιν λαλεῖ ἐν αὐτῷ.

63. Ἐν μὲν οὖν τοῖς γεννητοῖς (47) οὕτω πολυμερῶς B καὶ πολυτρόπως ἐνεῖναι λέγεται τὸ Πνεῦμα· Πατρὶ δὲ καὶ Υἱῷ οὐχὶ ἐνεῖναι μᾶλλον, ἀλλὰ συνεῖναι εἰπεῖν εὐσεβέστερον. Ἡ μὲν γὰρ παρ' αὐτοῦ χάρις οἰκοῦντος ἐν τοῖς ἀξίοις, καὶ ἐνεργοῦντος τὰ ἑαυτοῦ, καλῶς ἐνυπάρχειν τοῖς δεκτικοῖς αὐτοῦ λέγεται· ἡ δὲ προαιώνιος ὕπαρξις, καὶ ἄπαυστος διαμονὴ, μεθ' Υἱοῦ καὶ Πατρὸς θεωρουμένη, τὰς τῆς ἀϊδίου συναφείας (48) προσηγορίας ἐπιζητεῖ. Τὸ γὰρ κυρίως καὶ ἀληθῶς *συνυπάρχειν* ἐπὶ τῶν ἀχωρίστως ἀλλήλοις συνόντων λέγεται. Τὴν γὰρ θερμότητα τῷ μὲν πυρακτωθέντι σιδήρῳ ἐνυπάρχειν φαμὲν· αὐτῷ δὲ τῷ πυρὶ συνυπάρχειν. Καὶ τὴν μὲν ὑγίειαν τῷ σώματι ἐνυπάρχειν, τὴν δὲ ζωὴν τῇ ψυχῇ συνυπάρχειν. Ὥστε ὅπου μὲν οἰκεία καὶ συμφυὴς καὶ ἀχώριστος ἡ C κοινωνία, σημαντικωτέρα φωνὴ ἡ *σὺν* (49), τῆς ἀχωρίστου κοινωνίας τὴν διάνοιαν ὑποβάλλουσα· ὅπου δὲ προσγίνεσθαι ἡ ἀπ' αὐτοῦ χάρις καὶ πάλιν ἀπογίνεσθαι πέφυκεν, οἰκείως καὶ ἀληθῶς τὸ ἐνυπάρχειν λέγεται, κἂν τοῖς δεξαμένοις πολλάκις διὰ τὸ ἑδραῖον τῆς περὶ τὸ καλὸν διαθέσεως ἡ ἀπ' αὐτοῦ χάρις διαρκὴς παραμένῃ. Ὥστε ὅταν μὲν τὴν οἰκείαν ἀξίαν τοῦ Πνεύματος ἐννοῶμεν, μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ αὐτὸ θεωροῦμεν· ὅταν δὲ τὴν εἰς τοὺς μετόχους ἐνεργουμένην χάριν ἐνθυμηθῶμεν, ἐν ἡμῖν εἶναι τὸ Πνεῦμα λέγομεν. Καὶ ἡ γε προσαγομένη δοξολογία παρ' ἡμῶν ἐν τῷ Πνεύματι οὐχὶ τῆς ἐκείνου ἀξίας ὁμολογίαν ἔχει, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἀσθενείας ἐξομολόγησιν· δεικνύντων, ὅτι οὔτε δοξάσαι ἀφ' ἑαυτῶν ἱκανοί ἐσμεν, ἀλλ' ἡ ἱκανότης ἡμῶν ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἐν ᾧ δυναμωθέντες, τὴν ὑπὲρ ὧν εὐηργε- D τήθημεν, τῷ Θεῷ ἡμῶν εὐχαριστίαν ἀποπληροῦμεν· κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀπὸ κακίας καθαρότητος, ἕτερος ἑτέρου (50) πλέον ἢ ἔλαττον τῆς ἐκ τοῦ Πνεύματος βοηθείας μεταλαμβάνοντες, εἰς τὸ προσφέρειν τὰς θυσίας τῆς αἰνέσεως τῷ Θεῷ. Καθ' ἕνα μὲν οὖν τρό-

[87] Joan. IV, 23. [88] Gen. XXVIII, 16. [89] II Cor. II, 17. [90] II Cor. XIII, 3.

(44) *Προσφέρομεν ἢ.* Vocula addita ex quatuor mss.

(45) *Τόπος οἰκεῖος.* Pro his vocibus, quæ in nostris sex codicibus leguntur, habebant editi καὶ οἶκος.

(46) *Ἢ δοκιμήν.* Ita mss. quinque. Editi εἰ δοκιμήν.

(47) *Γεννητοῖς.* Sic mss. codices. Editi γενητοῖς. Sed discrimen illud parvi momenti.

(48) *Ἀϊδίου συναφείας.* Editi ἀϊδίου δυνάμεως καὶ συναφείας. Quod erratum ope veterum codicum sustulimus.

(49) *Φωνὴ ἡ σύν.* Postrema vocula ex Regio secundo addita.

(50) *Ἕτερος ἑτέρου.* Editi Ἕτερος γὰρ ἑτέρου... μεταλαμβάνομεν, quod auctoritate veterum codicum freti mutavimus.

Digitized by Google

σαν οὕτως εὐσεβῶς ἐν Πνεύματι τὴν εὐχαριστίαν ἀποπληροῦμεν. Καίτοι καὶ τοῦτο οὐκ ἀβαρὲς, αὐτόν τινα ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἐν ἐμοὶ, καὶ διὰ τῆς ἀπ' αὐτοῦ χάριτος σοφισθεὶς ἀναφέρω τὴν δόξαν. Παύλῳ γὰρ πρέπουσα ἡ φωνή· *Δοκῶ γὰρ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν*· καὶ πάλιν· *Τὴν καλὴν παραταθήκην φύλαξον διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν*· καὶ περὶ τοῦ Δανιὴλ· ὅτι Πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν αὐτῷ· καὶ εἴ τις ἐκείνοις τὴν ἀοσὴν παραπλήσιος. A

64. Δεύτερος δὲ νοῦς, οὐδὲ αὐτὸς ἀπόβλητος· ὅτι ὥσπερ ἐν τῷ Υἱῷ ὁρᾶται ὁ Πατὴρ, οὕτως ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πνεύματι. Ἡ τοίνυν ἐν τῷ Πνεύματι προσκύνησις τὴν ὡς ἐν φωτὶ γινομένην τῆς διανοίας ἡμῶν ἐνέργειαν ὑποβάλλει, ὡς ἐκ τῶν πρὸς τὴν Σαμαρεῖτιν εἰρημένων ἂν μάθοις. Ἐν τόπῳ γὰρ εἶναι τὴν προσκύνησιν ἐκ τῆς ἐγχωρίου συνηθείας ἡπατημένην ὁ Κύριος ἡμῶν μεταδιδάσκων, ἐν Πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ χρῆναι προσκυνεῖν ἔφησεν, ἑαυτὸν λέγων δηλαδὴ τὴν ἀλήθειαν. Ὥσπερ οὖν ἐν τῷ Υἱῷ προσκύνησιν λέγομεν, τὴν ὡς ἐν εἰκόνι τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, οὕτω καὶ ἐν τῷ Πνεύματι, ὡς ἐν ἑαυτῷ δεικνύντι τὴν τοῦ Κυρίου θεότητα. Διὸ καὶ ἐν τῇ προσκυνήσει ἀχώριστον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἔξω μὲν γὰρ ὑπάρχων αὐτοῦ, οὐδὲ προσκυνήσεις τὸ παράπαν· ἐν αὐτῷ δὲ γενόμενος οὐδενὶ τρόπῳ (51) ἀποχωρίσεις ἀπὸ Θεοῦ· οὐ μᾶλλόν γε, ἢ τῶν ὁρατῶν ἀποστήσεις τὸ φῶς· ἀδύνατον γὰρ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τοῦ θεοῦ τοῦ ἀοράτου, μὴ ἐν τῷ φωτισμῷ τοῦ Πνεύματος. Καὶ τὸν ἐνατενίζοντα τῇ εἰκόνι ἀμήχανον τῆς εἰκόνος ἀποχωρίσαι τὸ φῶς. Τὸ γὰρ τοῦ ὁρᾶν αἴτιον ἐξ ἀνάγκης συγκαθορᾶται τοῖς ὁρατοῖς. Ὥστε οἰκείως καὶ ἀκολούθως διὰ μὲν τοῦ φωτισμοῦ τοῦ Πνεύματος τὸ ἀπαύγασμα τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ καθορῶμεν· διὰ δὲ τοῦ χαρακτῆρος ἐπὶ τὴν οὗ ἐστιν ὁ χαρακτὴρ καὶ ἡ ἰσότυπος σφραγὶς ἀναγόμεθα. B C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Πόθεν ἡ « σὺν » ἥρξατο συλλαβὴ, καὶ ποίαν δύναμιν ἔχει, ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀγράφων τῆς Ἐκκλησίας νομίμων.]

65. Τίνος οὖν ἕνεκεν, φασὶν, ἰδίως προσηκούσης τῷ Πνεύματι τῆς *ἐν* συλλαβῆς, καὶ εἰς πᾶσαν ἡμῖν τὴν περὶ αὐτοῦ ἔννοιαν ἐξαρκούσης, τὴν καινὴν ταύτην ὑμεῖς συλλαβὴν ἐπεισηγάγετε, *σὺν τῷ* (52) *Πνεύματι* λέγοντες, καὶ οὐκ, *ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ*, οὔτε ἄλλως ἀναγκαῖα, οὔτε νενομισμένα ταῖς Ἐκκλησίαις φθεγγόμενοι; Ὡς μὲν οὖν οὐχὶ ἀποκληρωτικῶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ *ἐν* συλλαβὴ διενήνοχεν, ἀλλὰ κοινὴ Πατρός ἐστι καὶ Υἱοῦ, ἐν τοῖς κατόπιν εἴρηται. Οἶμαι δὲ κἀκεῖνο ἀρκούντως εἰρῆσθαι, ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἀφαιρεῖταί τι τῆς ἀξίας τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ μέγιστον ὕψος τῶν μὴ πάντη D

CAPUT XXVII.

Unde initium habet syllaba, «cum,» et quam vim habeat, ubi et de Ecclesiæ legibus nulla scripto proditis.

65. Quam igitur ob causam, inquiunt, cum proprie conveniat hæc syllaba, *in*, Spiritui, ac nobis ad exprimendum quemvis de Spiritu intellectum sufficiat, vos novam istam syllabam induxistis, qui dicitis, *Cum Spiritu*, non, *In Spiritu sancto;* alioquin nec necessariis, nec ab Ecclesia probatis vocibus utentes? Quod igitur hæc syllaba, *in*, Spiritui sancto non in sortem proprie cessit, sed Patris Filiique communis est, in superioribus dictum est. Arbitror autem et illud satis demonstratum, quod *in* non solum nihil detrahit dignitati Spiritus, verum etiam ad summam celsitudinem erigit cogita-

[91] I Cor. VII. 40. [92] II Tim. I, 14. [93] Dan. V. 11. [94] Joan. IV, 24.

(51) *Οὐδενὶ τροπῳ... ἢ τῶν.* Sic mss. sex. Editi οὐδενὶ τόπῳ...

(52) *Σὺν τῷ.* Editi οἱ σὺν τῷ. Sed primus illo articulus abest a veteribus libris.

Digitized by Google

tiones eorum, qui non prorsus mente corrupti sunt. Superest autem disserere de syllaba *cum*, unde cœperit, et quam vim habeat, et quomodo Scripturæ concordet.

66. Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus et prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita; alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione apostolorum : quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicet : nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus. Verbi gratia, ut ejus quod primum est et vulgatissimum primo loco commemorem : ut signo crucis eos qui spem collocant in Christo signemus, quis scripto docuit? Ut ad Orientem versi precemur, quæ nos docuit Scriptura? Invocationis verba cum conficitur panis **55** Eucharistiæ et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque et ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus. Benedicimus autem et aquam baptismatis, et oleum unctionis, imo ipsum etiam qui baptismum accipit. Ex quibus scriptis? Nonne a tacita secretaque traditione? Ipsam vero olei unctionem, quis sermo scripto proditus docuit? Jam ter immergi hominem, unde haustum? Reliqua autem quæ fiunt in baptismo, veluti renuntiare Satanæ et angelis ejus, ex qua scriptura habemus? Nonne ex minime publicata et arcana hac doctrina, quam patres nostri silentio quieto minimeque curioso servarunt? Quippe illud probe didicerant, mysteriorum reve-

ἐνδιαστρόφων τοὺς λογισμοὺς ἐπανάγει. Λειπόμενον δέ ἐστι περὶ τῆς *σύν*, ὁπόθεν ἤρξατο, καὶ τίνα δύναμιν ἔχει, καὶ ὅπως (55) σύμφωνός ἐστι τῇ Γραφῇ, διηγήσασθαι.

66. Τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα· ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, οὐκοῦν (54) ὅστις γε κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. Εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν ὡς μὴ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ Εὐαγγέλιον· μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιιστῶντες τὸ κήρυγμα. Οἷον [ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ (55)] τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; Τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχὴν ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει (56) τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; Οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες. Εὐλογοῦμεν δὲ τό τε ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως, καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον. Ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; Οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; Τί δέ; αὐτὴν (57) τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένο· ἐδίδαξε· Τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον πόθεν, Ἄλλα δε ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; Οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ (58) σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύ-

(53) *Καὶ ὅπως*. Ita mss. Editi καὶ πῶς.

(54) *Οὐκοῦν*. Hoc additum est pluribus mss. Editi ὅστις γε κἄν. Ibidem nonnulli codices habent θεσμῶν Ἐκκλησίας.

(55) *Μνησθῶ*. Unus codex μνησθῶμεν. Ibidem duo codices τοῦ τύπῳ.

(56) *Ἐπὶ τῇ ἀναδείξει*. Non respicit Basilius ad ritum ostensionis Eucharistiæ, ut multi existimarunt, sed potius ad verba, Liturgiæ ipsi ascriptæ, cum petit sacerdos, ut veniat Spiritus sanctus ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου. Hæc autem verba, ἐπὶ τῇ ἀναδείξει, sic reddit Erasmus, *cum ostenditur*. Vituperat eum Ducæus, sicque ipse vertit, *cum conficitur*, atque hanc interpretationem multis exemplis confirmat. Videtur tamen nihil prorsus vitii habitura hæc interpretatio, *Invocationis verba cum ostenditur panis Eucharistiæ*, id est cum panis non jam panis est, sed panis Eucharistiæ, sive corpus Christi ostenditur; et in liturgia, *Ut sanctificet et ostendat hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus Domini*. Nam 1° Cur eam vocem reformidemus, qua Latini uti non dubitant, ubi de Eucharistia loquuntur? quale est illud Cypriani in epistola 63 ad Cæcilium : *Vino Christi sanguis ostenditur*. Sic etiam Tertullianus, 1 *Marc.*, c. 14 : *Panem quo ipsum corpus suum repræsentat*. 2° Ut Græce, ἀναδεῖξαι, ἀποφαίνειν, ita etiam Latine, *ostendere*, corpus Christi præsens in Eucharistia significatione quodam modo exprimit. Hoc enim verbum non solum panem fieri corpus Domini significat, sed etiam fidem nostram excitat, ut illud corpus sub specie panis videndum, tegendum, adorandum ostendi credamus. Quemadmodum Irenæus, cum ait lib. IV, cap. 33 : *Accipiens panem suum corpus esse confitebatur, et temperamentum calicis suum sanguinem confirmavit*, non solum mutationem panis et vini in corpus et sanguinem Christi exprimit, sed ipsam etiam Christi asseverationem, quæ hanc nobis mutationem persuadet : sic qui corpus Christi in Eucharistia ostendi et repræsentari dicunt, non modo jejune et exiliter loqui non videntur, sed etiam acriores Christi præsentis adorandi stimulos subjicere. Poterat ergo retineri interpretatio Erasmi; sed quia viris eruditis displicuit, satius visum est quid sentirem in hac nota exponere. — Vide Addenda.

(57) *Τί δέ; αὐτήν*. Reg. secundus Τίς δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου τὴν κρίσιν λόγος, etc. Duo mss. τὴν χρῆσιν, *olei usum*. Mox unus codex ἄλλα τε ὅσα.

(58) *Ἀπεριεργάστῳ*. Duo mss. ἀπεριέργῳ. Mox editi ἐκεῖνοι. Quatuor mss. ut in textu.

Digitized by Google

ωξαν, καλῶς ἐκεῖνο δεδιδαγμένοι, τῶν μυστηρίων τὸ σεμνὸν (59) σιωπῇ διασώζεσθαι; Ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν ἐκθριαμβεύειν ἐν γράμμασιν; ἢ τίνα βουλόμενος ὁ μέγας Μωϋσῆς, οὐ πᾶσι βάσιμα εἶναι τὰ τοῦ ἱεροῦ πάντα πεποίηκεν; ἀλλ' ἔξω μὲν ἁγίων ἔστησε περιβόλων τοὺς βεβήλους, τὰς δὲ πρώτας αὐλὰς τοῖς καθαρωτέροις ἀνεῖς, τοὺς Λευΐτας μόνους ἀξίους ἔκρινε τοῦ θείου θεραπευτάς· σφάγια δέ, καὶ ὁλοκαυτώσεις, καὶ τὴν λοιπὴν ἱερουργίαν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρώσας, ἕνα τῶν πάντων ἔκκριτον (60) εἰς τὰ ἄδυτα παραδέχεται· καὶ οὐδὲ τοῦτον διὰ παντὸς, ἀλλὰ κατὰ μίαν μόνην τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραν, καὶ ταύτης ὥραν τακτὴν εἰσιτητὸν αὐτῷ κατασήσας, ὥστε διὰ τὸ ἀπεξενωμένον καὶ ἄηθες θαμβούμενον ἐποπτεύειν τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· εὖ εἰδὼς ὑπὸ σοφίας τῷ μὲν πεπατημένῳ καὶ αὐτόθεν ληπτῷ πρόχειρον οὖσαν τὴν καταφρόνησιν, τῷ δὲ ἀνακεχωρηκότι καὶ σπανίῳ φυσικῶς πως παρεζευγμένον τὸ περισπούδαστον. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ τὰ περὶ τὰς Ἐκκλησίας (61) ἐξαρχῆς διαθεσμοθετήσαντες ἀπόστολοι καὶ Πατέρες ἐν τῷ κεκρυμμένῳ καὶ ἀφθέγκτῳ τὸ σεμνὸν τοῖς μυστηρίοις ἐφύλασσον. Οὐδὲ γὰρ ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἔκφορον. Οὗτος ὁ λόγος τῆς τῶν ἀγράφων παραδόσεως, ὡς μὴ καταμεληθεῖσαν (62) τῶν δογμάτων τὴν γνῶσιν εὐκαταφρόνητον τοῖς πολλοῖς γενέσθαι διὰ συνήθειαν. Ἄλλο γὰρ δόγμα, καὶ ἄλλο κήρυγμα. Τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται (63), τὰ δὲ κηρύγματα (64) δημοσιεύεται. Σιωπῆς δὲ εἶδος καὶ ἡ ἀσάφεια, ᾗ κέχρηται ἡ Γραφή, δυσθεώρητον κατασκευάζουσα τῶν δογμάτων τὸν νοῦν πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων λυσιτελές. Τούτου χάριν πάντες μὲν ὁρῶμεν κατ' ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν· ὀλίγοι δὲ ἴσμεν, ὅτι τὴν

(65) *Κατειλημμένον*. Nonnulli codices συγκατειλημμένον, alii συγκατειργμένον, unus a Combefisio citatus κατειργασμένον. Sic etiam nonnulli habent ὁμόζυγι, alii ὁμοζυγίᾳ.

(66) *Ἐν τῇ κτήσει*, etc. Sic mss. sex; nisi quod in duobus legitur μέριμναι, et παίδων ἐπιθυμίαι. Editi ἐν παίδων κτήσει περὶ τροφῆς φροντίς.

(67) *Παραλαμβάνουσαι*. Hæc scriptura, quæ est codicum Coisl. primi, Vaticani et duorum quos citat Combefisius, visa est præferenda vulgatæ παραλαβοῦσαι. Mox legitur in codicibus Harl., Med. et duobus Regiis ὁ δρασμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. Vulgata lectio apposita ad marginem codicis Mediceæ manu recentiore.

(68) *Προκαταλεάναντα*. Ita septem mss. codices. Editi καταλεάναντα. Paulo post in codice Medicæo ἐρημία χαρίζεται. Sic etiam in ora Coisl. primi.

(69) *Καταψηχθέντα*. Tres codices a Combefisio citati καταψυχθέντα. Sic etiam Harlæanus secunda manu. Coisl. primus καταψησθέντα, sed pariter secunda manu.

(70) *Διὰ τῆς ἡσυχίας*. Codex Remigianus δ. ἐκ τῆς συνηθείας, et sic legit auctor interpretationis, quæ est in editionibus Græcis et Latinis.

(71) *Ὡς ὑπὸ μηδενός*. Sic mss. codices plerique. Editi ὡς μὴ ὑπὸ μηδενός.

(72) *Εὐθὺς μέν*. Sic mss. codices septem. Editi εὐθὺ μέν. Ibidem unus ex Regiis codicibus ἀγγέλων πολιτείαν. Mox ibidem editi καὶ ὕμνοις. Vocula *καὶ* perincommode positam sustulimus auctoritate trium mss.

Digitized by Google

sole jam clare dilucescente, ad opera conversum, comitante ubique oratione, hymnis etiam opera tanquam sale condire? Siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acromata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facetorum ac ridiculorum verba: id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit; atque decore illo illustrata ipsius etiam naturæ obliviscitur, nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adispiscenda transfert; quomodo colat temperantiam atque fortitudinem, quomodo justitiam, ac prudentiam, ac reliquas virtutes, quæ, sub hæc genera distributæ, singula decenter in vita peragenda viro probo suggerunt.

A ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος, ἐπ' ἔργα τρεπόμενον, πανταχοῦ αὐτῷ (73) τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; Τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης ἐν ἀκροάμασι (74) μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ὃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε. Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος (75), ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτόν· δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν B περὶ Θεοῦ ἔννοιαν (76) ἀναβαίνει· κἀκείνῳ τῷ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει· μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος, ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηίνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ (77) σπουδὴν ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι· πῶς μὲν κατορθωθῇ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρία· πῶς δὲ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ, ὅσαι ταῖς γενικαῖς ταύταις ὑποδιαιρούμεναι, καθηκόντως ἕκαστα (78) ἐπιτελεῖν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποβάλλουσι τῷ σπουδαίῳ.

3. Maxima autem via ad officii investigationem est et Scripturarum divinitus inspiratarum meditatio. In his enim et rerum agendarum præcepta reperiuntur, et beatorum hominum res gestæ litteris traditæ, veluti animata quædam vitæ secundum Deum institutæ simulacra, ad bonorum operum imitationem proponuntur. Ac proinde quacunque **73** in re quisque mendose sese ipse habere senserit; in illam imitationem assidue incumbens, tanquam ex communi quadam medicinæ officina, appositum suæ infirmitati medicamentum invenit. Ac castitatis quidem amator historiam Josephi assidua lectione evolvit, atque ab eo actiones temperantiæ plenas ediscit, non solum a voluptatibus continentem illum repericns, sed etiam habitu in virtute firmum. Fortitudinem vero discit a Jobo, qui, rebus suis retro sublapsis, ac egens ex divite, orbus ex pulchræ prolis parente temporis momento factus, non solum idem permansit, infractos animi sensus ubique retinens; sed ne amicis quidem, qui ad consolandum venerant, insultantibus et dolores conjunctim intendentibus, ira commotus est.

3. Μεγίστη δὲ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν. Ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτοι C παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται. Καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος (79) ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκείνῳ προσδιατρίβων, οἷον ἀπό τινος κοινοῦ ἰατρείου, τὸ πρόσφορον εὑρίσκει τῷ ἀῤῥωστήματι φάρμακον. Καὶ ὁ μὲν ἐραστὴς τῆς σωφροσύνης τὴν περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἱστορίαν συνεχῶς ἀνελίσσει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκεται πράξεις, εὑρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἐκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον· ἀνδρίαν δὲ παιδεύεται παρὰ τοῦ (80) Ἰώβ, ὃς οὐ μόνον, πρὸς τὰ ἐναντία του βίου μεταπεστόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλουσίου καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γενόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, ἀταπείνωτον παντὸς D τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα διασώζων· ἀλλ' οὔτε τῶν φίλων τῶν εἰς παραμυθίαν ἡκόντων, ἐπεμβαινόντων αὐτῷ (81) καὶ συνεπιτεινόντων τὰ ἀλγεινὰ, παρωξύνθη. Πάλιν σκοπῶν (82) τις πῶς ἂν πρᾶος ἐν

(73) *Αὐτῷ*. Ita Harl., Med., Cois. primus, Vat., et alii plures. Editi αὐτοῦ.

(74) *Ἐν ἀκροάμασι*. Sic iidem mss. codices. Editi ἐν ἀκροάσει. Ibidem unus ex Regiis ἐν ῥήμασιν.

(75) *Διαχεόμενος*. Duo mss. διαφορούμενος.

(76) *Τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν*. Sic mss. octo. Editi τὴν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν. Mox editi περιλαμπόμενός τε καὶ ἐλλαμπόμενος. Emendavimus ope unius ex Combefisianis codicibus, et codicis Harlæani, qui prima manu habuit, ut edendum curavimus.

(77) *Ἑαυτοῦ*. Ita Harl., Coisl. primus et plures alii. Editi αὐτοῦ.

(78) *Ἕκαστα*. Duo mss. ἕκαστον.

(79) *Ἕκαστος*. Editio Parisiensis addit ἡμῶν, quod deest in vetustis editionibus et omnibus nostris mss.

(80) *Παρὰ τοῦ*. Editi παρὰ τῷ, repugnantibus mss. plerisque omnibus.

(81) *Αὐτῷ*. Vitiose in editis ἑαυτῷ contra omnium mss. fidem.

(82) *Σκοπῶν τις*. Deest vocula in codicibus Medicæo, Harl. et aliis nonnullis; non tamen in Coisliniano primo.

Digitized by Google

παντᾳ καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὥστε τῷ μὲν θυμῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας κεχρῆσθαι, τῇ δὲ πραότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εὑρήσει (83) τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾶον δὲ καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀντιδόσεσι. Τοιοῦτος (84) καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν τῷ θυμῷ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πραείᾳ δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων. Καὶ παντχοῦ, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνας γράφωσι (85), πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι (86) τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα (87) καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

4. Εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι νεαροτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς Θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν. Εὐχὴ δὲ καλὴ ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ (88). Καὶ τοῦτό ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἐνιδρυμένον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα (89) αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

5. Καὶ πρῶτόν γε πάντων σπουδάζειν προτήκει περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾶν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ καὶ ἀφιλοτίμως (90), μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν τι χρήσιμον λέγῃ, μηδὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὁρίζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ· μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως· καὶ εἴ τι παρ' ἑτέρου δεδίδακται, μὴ ἐπικρύπτειν (91) ὥσπερ αἱ φῶλαι τῶν γυναικῶν, αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι· ἀλλὰ κηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου. Τόνος δὲ φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως. Προεξετάσαντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥηθησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον. Εὐπροσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκὺν

A Rursus quis reputans quomodo clemens simul et magnanimus esse possit, ita ut animo in peccatum, clementia erga homines utatur; inveniet Davidem generosum quidem in bellicis facinoribus, clementem vero et placidum in inimicis ulciscendis. Talis et Moses, ingenti quidem ille animo in eos insurgens, qui in Deum peccaverant, sed leniter inflictas sibi calumnias perferens. Ac omnino, ut pictores, cum imagines ex imaginibus pingunt, crebro ad exemplar respicientes, inde formam in suum opus transferre conantur: sic etiam qui sese omnibus virtutis partibus absolutum perficere studet, ad sanctorum vitas, velut ad simulacra quædam viva et actuosa, respicere debet, et quod illis inest boni

B suum imitando facere.

4. Preces rursus lectionibus succedentes vegetiorem ac fortiorem animam amore in Deum concitatam excipiunt. Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficimur templum; cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur intellectus; sed omnia fugiens Dei cultor ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus immoratur.

C

5. Atque illud quidem imprimis studio esse debet, sermone non inscite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione; non interpellare disserentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interserendi; modum tenere loquendi et audiendi; discere etiam sine verecundia, docere liberaliter, nec occultare si 74 quid ab alio didiceris; velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocris præferendus est, ut nec exilior auditum præterfugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum et vulgandum.

D Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in col-

(83) *Εὑρήσει.* Ita mss. summo consensu. Editi εὑρίσκει.

(84) *Τοιοῦτος.* Editi addunt ἦν, quod deest in codicibus Harl., Med., Vat. et quatuor Regiis. Legitur tamen in Coisl. primo.

(85) *Εἰκόνας γράφωσι.* Ita Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editio Parisiensis εἰκόνα γράφουσι. Basileensis prima et Hagenoensis γράφωσι. Legitur in nonnullis mss. εἰκόνος εἰκόνα.

(86) *Ἀπεργάσασθαι.* Sic mss. summo consensu. Editi ἀπεργάσεσθαι.

(87) *Ἀγάλματά τινα κινούμενα.* Sic editiones antiquæ cum omnibus mss. Editio Parisiensis ἀγάλματα κοινούμενα.

(88) *Τῇ ψυχῇ.* Editi ἐν τῇ ψυχῇ. Præpositio in nostris octo mss. deest et in editione Hagan. Paulo post editi ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν αὐτῷ. Codices mss. summo consensu ut in textu.

(89) *Τὰ προσκαλούμενα*, etc. Secuti sumus hoc loco Coislinianum primum, Harl. et duos Regios. Habet etiam Medicæus τὰ προσκαλούμενα αὐτόν. Vaticanus et alii nonnulli τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς κακίαν. Editi τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη.

(90) *Ἀφιλοτίμως.* Sic veteres editiones et mss. Editio Paris. φιλοτίμως. Paulo post addidimus τι ex septem mss.

(91) *Μὴ ἐπικρύπτειν.* Coisl. primus et Med. cum duobus Regiis μὴ ἐπικρυπτόμενον.

Digitized by Google

loquiis suavem; nec voluptatem facetis sermonibus aucupari; sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiamsi objurgandum sit, rejicienda. Si enim prior te ipse per humilitatem abjeceris, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus eris. Plerumque vero utilis nobis et illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens, ipsum proprii judicem peccati constituit; ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti.

6. Consentaneus autem humili ac demisso sensui tristis oculus atque deorsum vergens, habitus neglectus, squalida coma, vestis sordida; adeo ut quæ lugentes data opera faciunt, ea sua sponte nobis inesse videantur. Tunica cingulo ad corpus astricta sit: cinctus neque ilia exsuperet, id enim muliebre; neque laxus ita ut tunica diffluat; id enim molle. Incessus esto nec segnis, nec animum dissolutum arguat; nec rursus vehemens ac superbus, ne stolidos animi impetus indicet. Unus vestimenti scopus, ut idoneum sit carnis ad hiemem et æstatem operimentum. Neque vero in colore floridum exquiratur, neque in opere tenue ac molle. Etenim in veste pigmentorum lautitias consectari, non absimile est venustatis studio, quo mulieres ducuntur, dum genas et crines alieno flore inficiunt. Sed et eo usque crassa tunica sit, ut socia opus non habeat, ad eum qui induitur calefaciendum. Calcearium autem pretio quidem vili, sed cui nihil desit ad usum explendum. Et ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste necessarium præcipue sectandum: ita in cibo panis explebit necessitatem, aqua sedabit sitim recte valenti; quibus accedent quæcunque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet non belluantium speciem præbentes, sed ubique modestiam et mansuetudinem atque in voluptatibus continentiam retinentes, ne tum quidem animam a Dei cogitatione habentes otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, et corporis ea suscipientis structura, divinarum laudum materiam ducentes, quod varia ciborum genera qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint. Preces ante cibum fiant, quæ donis **75** Dei dignæ sint, tum quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit. Preces etiam post cibum, quæ et gratiarum actionem pro acceptis

A ἐν ταῖς ὁμιλίαις· οὐ διὰ τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηνὲς ἔχοντα. Πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῆσαι δέῃ (92), ἀπωθούμενον. Προκαταβαλὼν (93) γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως εὐπαράδεκτος ἔσῃ τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας. Πολλάκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπλήξεως, ὃς τῷ Δαβὶδ ἁμαρτόντι οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὅρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον (94) τοῦ ἰδίου δικαστὴν ἐκάθισεν ἁμαρτήματος· ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενεγκόντα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἔτι μέμψασθαι τὸν ἐλέγξαντα.

B 6. Ἕπεται δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι ὄμμα στυγνὸν καὶ εἰς γῆν συννενευκὸς (95), σχῆμα ἠμελημένον, κόμη αὐχμηρὰ, ἐσθὴς ῥυπῶσα· ὥστε ἃ ποιοῦσιν οἱ πενθοῦντες κατ' ἐπιτήδευσιν, ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι. Χιτὼν διὰ ζώνης προσεσταλμένος (96) τῷ σώματι· τὸ μέντοι ζῶσμα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γάρ· μήτε χαῦνον, ὥστε διαῤῥεῖν τὸν χιτῶνα· βλακικὸν γάρ· καὶ τὸ βάδισμα μήτε νωθρὸν, ὡς ἐκλυσιν τῆς ψυχῆς κατηγορεῖν· μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ὑποφαίνειν. Σκοπὸς ἐσθῆτος εἷς, κάλυμμα εἶναι σαρκὸς πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος αὐταρκες. Μήτε δὲ ἐν χρώματι (97) τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. Τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἄνθει C παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ παχύτητος οὕτως ἔχειν ὁ χιτὼν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τὸν ἐνδυόμενον. Ὑπόδημα δὲ τὸ εὐτελὲς μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνενδεῶς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληροῦν. Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὡς ἐν τῷ ἐνδύματι ἠγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων παροψήματα πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δύναται διασώσασθαι. Ἐσθίειν δὲ μὴ λυσσώδη γαστριμαργίαν ἐμφαίνοντα (98), ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθὲς καὶ πρᾶον καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὲς διασώζοντα· μηδὲ τότε τὸν νοῦν ἀργὸν ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχοντα, ἀλλ' αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν, ἀφορμὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας· πῶς ποικίλα εἴδη τροφῶν τῇ ἰδιότητι τῶν σωμάτων ἁρμόζοντα παρὰ τοῦ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινενόηται. Εὐχαὶ πρὸ τῆς τροφῆς ἀξίως γινέσθωσαν τῶν τοῦ Θεοῦ παροχῶν, ὧν τε νῦν δίδωσι, καὶ ὧν πρὸς τὸ

(92) *Ἐπιτιμῆσαι δέῃ.* Ita Harl., Coisl. primus et Regii tres. Legitur δέοι in editis.

(93) *Προκαταβαλών.* Ita mss. septem. Editi προκαταλαβών.

(94) *Ἐκεῖνον.* Hanc vocem, quæ deest in editis, habent magno consensu codices mss. Ibidem editi κριτήν. Mss. ut in textu. Eadem de Nathan verba legimus in Commentario *in Isaiam* p. 479, n. 143. Paulo post editi μέμφεσθαι. Antiquissimi quique codices ut in textu.

(95) *Συννενευκός.* Quatuor mss. non tamen vetustissimi νενευκός.

(96) *Προσεσταλμένος.* Unus ex codicibus Combefisianis περιεσταλμένος. Duo alii προεσταλμένος.

(97) *Ἐν χρώματι.* Unus ex Combefisianis codicibus ἐν χρώμασι.

(98) *Ἐμφαίνοντα.* Unus ex codicibus Combefisianis ὑποφαίνοντα. Duo alii ἐπιφαίνοντα.

Digitized by Google

μέλλον ἐταμιεύσατο. Εὐχαὶ μετὰ τροφὴν (99) εὐχαριστίαν τῶν δεδομένων ἔχουσαι καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων. Ὥρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη, ἡ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἀπαντῶσα· ὡς ἐκ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν τοῦ ἡμερονυκτίου μίαν (1) εἶναι μόλις ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ ἀπασχολεῖσθαι τὸν ἀσκητήν. Ὕπνοι δὲ κοῦφοι καὶ εὐαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῷ λεπτῷ (2) τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῦ (3) τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις (4) φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. Ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς εὐσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων, ἀλλὰ μόνου (5) καθ' ἑαυτὸν τοῦ νοῦ τῷ Θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος (6).

A bonis et promissorum petitionem habeant. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens; adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix illa una ad curandum corpus insumatur: reliquas asceta in animi exercitatione transigat. Somni leves sint, ejusque modi, qui excuti facile possint, naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habentes: imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auri- B bus quidquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente per peccatorum recordationem et regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'

EPISTOLA III[a].

Laudat Basilius Candidiani in honorum perfunctione moderationem animi et litterarum studium: ejus præsidium implorat adversus violentiam agrestis cujusdam, qui ipsius ædes invaserat et expilaverat.

Καρδιαρῷ.

1. Ὅτε εἰς χεῖρας ἔλαβον τὴν ἐπιστολήν σου, ἔπαθόν τι ἀκοῆς ἄξιον. Εὐλαβήθην αὐτὴν, ὡς τι δημόσιον προσαγγέλλουσαν, καὶ παρ' ὃν ἐξέλυον καιρὸν τὸν κηρὸν, ἐφοβούμην προσβλέπων (7), ὡς οὐδεὶς ἐν αἰτίαις ὢν Σπαρτιάτης Λακωνικὴν σκυτάλην. Ἐπεὶ δὲ ἔλυσα, καὶ ἕκαστα ἐπεξῆλθον, γελάσαι μοι ἐπῆλθε· τοῦτο μὲν ὑφ' ἡδονῆς, τοῦ μηδὲν ἀκοῦσαι νεώτερον, τοῦτο δὲ πρὸς τὰ Δημοσθένους τὰ σὰ κρίνοντι. Ὅτι ὁ μὲν, ἐπειδὴ ὀλίγοις τισὶ χορευταῖς καὶ αὐληταῖς ἐχορήγει, οὐκέτι ἦξίου Δημοσθένης, ἀλλὰ χορηγὸς ὀνομάζεσθαι· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ χορηγῶν καὶ μή· χορηγῶν μέντοι (8) πλείοσι μυ-

Candidiano.

1. Cum in manus sumpsi epistolam tuam, contigit mihi quiddam auditu dignum. Reveritus sum C illam quasi publicum quidpiam annuntiantem; dumque ceram resolverem, intuens extimui, quantum nullus Spartiata reus Laconicam scytalem. Sed postquam solvi ac singula perlegi, subiit mihi ridere, partim quidem præ gaudio, quod nihil audirem novi; partim vero quod cum Demosthenis rebus tuas compararem. Nimirum posteaquam ille paucis quibusdam saltatoribus tibicinibusque suppeditasset, non amplius Demosthenes, sed chorægus vocari voluit: tu vero idem ipse es, sive suppedites,

(99) *Μετὰ τροφήν.* Nonnulli codices mss. μετὰ τροφάς.

(1) *Μίαν.* Hanc vocem addidimus ex septem mss. Paulo post legitur ἐνεργείᾳ in Harl., Med., Coisl. primo et duobus aliis. Editi ἐργασίᾳ. Ibidem editi ἀπασχολεῖσθαι. Harl. et Vat., et alii nonnulli ἀπασχολεῖσθαι. Legitur in Coisl. primo et Med. ἀπασχολεῖν. In alio ἀποπληροῦν.

(2) *Τῷ λεπτῷ.* Ita Harl., Med. et plures alii. Editi τῷ συμμέτρῳ. Statim Remigianus μερίμναις διαβοσκόμενοι. Unde interpres *pascantur*.

(3) *Αὐτοῦ.* Deest in uno ex Regiis, nec incommode expungeretur. Legitur αὐτῷ in nonnullis mss.

(4) *Ἀλόγοις.* Ita Harl., Med., Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ἀτόποις.

(5) *Μόνου.* Editi μόνον, et paulo post ἑαυτοῦ, repugnantibus vetustissimis quibusque codicibus.

(6) In codice Cæsareo num. LXXVI insignito (*a*) est ea epistola aliquanto auctior desinitque hoc modo...: ἐπιρρητοῦντος. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὦ σῶν κεφαλὴ, ἀδελφικῆς ἀγάπης διηγήματα. Αὐτὸς δὲ ἡμᾶς ταῖς ὁσίαις σου εὐχαῖς ἀμείβεσθαι καταξίωσον, ὅπως ῥυσθείημεν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ καὶ ἀπὸ τῶν ἀτόπων ἀνθρώπων, καὶ ἀπαλλα-

γέντες πάσης ἁμαρτίας, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ καὶ ἐπιβούλου τῆς ζωῆς ἡμῶν χωρισθέντες, καθαρᾷ τῇ καρδίᾳ τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ἐν ἐπιγνώσει ὀψόμεθα διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. D Ἀμήν. *Hæc tibi a nobis, o dulce caput, fraternæ charitatis narratio. Tu autem pro nobis tua vice sanctas preces tuas offerre dignare, ut liberemur ex hoc corrupto præsenti sæculo, et ex malis hominibus; tunc ab omni peccato expediti, præsertimque ab hoste et insidiatore vitæ nostræ separati, corde puro Deum omnium manifesto videbimus, gratia Domini nostri Jesu Christi cui gloria et potentia in sæcula sæculorum. Amen.*

(7) *Προσβλέπων.* Coisl. uterque et Reg. secundus, προβλέπων. Paulo post editi τὰ τοῦ Δημοσθένους, sed deest alter articulus in veteribus libris. Ibidem in tribus codicibus recentioribus legitur κρίνοντι.

(8) *Μέντοι.* Sic codices mss. Editi μὲν τοῖς. Ibidem tres vetustissimi codices Harl., Coisl. primus et Medicæus cum Vaticano et Regio primo habent πλείονα μυριάσι.

[a] Alias CLXXIII. Scripta in secessu.

(*a*) Lambecius, *Commentar. de bibliotheca Vindobonensi* ed. Kollar. tom. II, p. 372.

Digitized by Google

sive non (suppeditas autem pluribus militum denis millibus, quam quot ille hominibus necessaria subministrabat), qui quidem nobis non pro dignitate[1] scribis, sed consueto more, nec quidquam remittis de litterarum studio ; sed, ut ait Plato, in ipsa tempestate ac æstu negotiorum, veluti sub murum quemdam validum abscedens, nullo prorsus tumultu mentę turbaris : imo nec alios, quantum in te est, perturbari sinis. Ac res quidem tuæ tales, magnæ profecto et admirandæ his qui perspicere possunt ; **76** rursus autem minime admirandæ, si quis eas cum toto vitæ instituto comparet. Jam vero nostras audi, quæ et mirabiles sunt, et merito nobis acciderunt.

2. Agrestis quidam ex iis qui nobiscum Annesis commorantur, mortuo famulo meo, non se negotii quidquam cum illo habuisse dixit, non ad me accessit, non conquestus est, non rogavit ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum, nisi acciperet ; sed subito cum nonnullis ipsi temeritate similibus domum nostram invasit, mulieresque quæ eam custodiebant verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Itaque, ne extremus nos infirmitatis terminus simus, videamurque omnibus ad injurias idonei ; quod studium omnibus nostris in rebus ostendisti, hoc idem nunc ut impendas exorari te sine. Hac enim una re tranquillitas nobis servetur, si strenuo tuo præsidio instructi simus. Erimus autem multa hac contenti, si a pagi præposito comprehensus, brevi tempore in carcere includatur. Etenim non ob ea solum quæ perpessi sumus, indignamur : sed in posterum etiam securitate indigemus.

ριάσι στρατιωτῶν, ἢ ὅσοις ἀνδράσιν ἐκεῖνος παρέσχε τὰ ἐπιτήδεια· ὃς γε οὐθ' ἡμῖν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἐπιστέλλεις, ἀλλὰ τὸν εἰωθότα τρόπον· καὶ τῆς περὶ λόγους σπουδῆς οὐδὲν ὑφίεσαι· ἀλλὰ τὸ τοῦ Πλάτωνος, ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ (9) πραγμάτων, οἷον ὑπὸ τείχει τινὶ καρτερῷ ἀποστάς, οὐδενὸς θορύβου τὴν ψυχὴν ἀναπίμπλασαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἑτέρους ἐᾷς, τό γε σαυτοῦ μέρος. Καὶ τὰ μὲν σὰ τοιαῦτα, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τοῖς συνορᾶν δυναμένοις, καὶ πάλιν οὐ θαυμαστὰ τῷ πρὸς τὴν ὅλην (10) προαίρεσιν τοῦ βίου κρίνοντι. Ἄκουε δὴ καὶ τὰ ἡμέτερα, παράδοξά τε ὄντα, καὶ ἀκολούθως ἡμῖν ἅπαντῶντα.

2. Ἀνήρ τις ἄγροικος τῶν συνοικούντων ἡμῖν ἐν Ἀννήσοις (11), οἰκέτου μου τελευτήσαντος, οὐ συμβόλαιόν τι (12) πρὸς αὐτὸν εἰπὼν ἐσχηκέναι, ὡ προσελθών μοι, οὐκ ἐπαιτιασάμενος, οὐ παρ' ἑκόντος ἀξιώσας λαβεῖν, οὐκ ἀπειλήσας εἰ μὴ λάβοι βιάσασθαι, ἀθρόον μετά τινων ὁμοίων αὐτῷ τὴν ἀπόνοιαν ἐπιθέμενος ἡμῶν τῇ οἰκίᾳ, τά τε γύναια τὰ φυλάττοντα συνέτριψε τύπτων, καὶ καταῤῥήξας τὰς θύρας, ἐξεφόρησεν ἅπαντα, τὰ μὲν αὐτὸς λαβών, τὰ δὲ εἰς διαρπαγὴν τοῖς βουλομένοις προθείς. Ἵν' οὖν μὴ ὁ ἔσχατος ὅρος ἡμεῖς τῆς ἀσθενείας ὦμεν, καὶ παντὶ δόξωμεν ἐπιτήδειοι πρὸς ἐπιχείρησιν, ἣν ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασιν ἡμῶν σπουδὴν ἐπιδέδειξαι, καὶ νῦν εἰσενέγκασθαι παρακλήθητι. Μόνως γὰρ ἂν ἡμῖν οὕτω τὸ ἄπραγμον σώζοιτο, εἰ τῷ σῷ δραστηρίῳ (13) συντεταγμένοι εἴημεν. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν ἀρχοῦσα δίκη, εἰ, διὰ τοῦ παγάρχου (14) συλληφθεὶς, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ βραχὺν κατακλεισθείη χρόνον. Καὶ γὰρ οὐχ ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν ἀγανακτοῦμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τὸ λοιπὸν ἀσφαλείας δεόμεθα.

EPISTOLA IV.

Olympio, qui dona miserat, perurbane gratias agit Basilius, incusans quod contubernalem suam pauperiem expulerit.

Olympio.

Ecquid agis, o præclare, qui amicam nobis pauperiem et philosophiæ nutricem solitudine expellis? Arbitror enim fore, ut ipsa tibi judicium intenderet unde vi, si qua ei loquendi facultas

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

Ὀλυμπίῳ.

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν, καὶ φιλοσοφίας τροφὸν, τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων; Οἶμαι γὰρ ἄν σε καὶ ἐξούλης γραφὴν ὑπ' αὐτῆς φεύγειν (15), εἴ τις αὐτῇ προσγένοιτο λόγος· ὅτι

[1] Alias CLXIX. Scripta in secessu.

(9) *Καὶ ζάλῃ.* Vat. et Reg. primus καὶ χαλάζῃ. Ibidem Vat., Coisl. secundus et Reg. uterque ὑπὸ τεῖχός τι καρτερόν. Paulo post iidem codices οὕτω μεγάλα, excepto tamen Vaticano.

(10) *Ὅλην.* Hanc vocem addidimus ex Coisl. utroque, Med. et utroque Regio.

(11) *Ἐν Ἀννήσοις.* Codex perantiquus Coisl. ἐν Ἀνήσοις· alius ex eadem bibliotheca et unus ex Regiis ἐν Ἀννίσοις.

(12) *Οὐ συμβόλαιόν τι.* Deest negatio in editis et in pluribus mss. codicibus. Legitur in duobus aliis et secunda manu in Harlæano ; ac prorsus necessaria videtur ad orationis seriem ; quippe cum agrestis ille ante facinus ediderit, quam ullam consilii sui significationem dedisset. Ibidem deest εἰπών in tribus vetustissimis codicibus.

(13) *Δραστηρίῳ.* Sic Harlæanus cum Regio utroque et Coisl. secundo. Editi δικαστηρίῳ. Sed hæc posterior scriptura minus probabilis ; non enim judicium a Candidiano petit Basilius, sed patrocinium apud præpositum pagi. Confirmatur nostra interpretatio ex his verbis Gregorii Naz. Orat. 25, p. 441 : Οἶδα τίνι ἀπεταξάμην καὶ τίνι συνεταξάμην. *Scio cui renuntiavi et cui me adjunxi.* Vide Addenda.

(14) *Παγάρχου.* Sic septem mss. codices. Editi admodum mendose πυράρχου. Hi autem pagorum præpositi suas administrandæ militaris annonæ partes sustinebant, ut patet ex cod. Theod. lib. VII, tit. 4, leg. 1, et lib. XII, tit. 6, leg. 8. Unde non mirum si Basilius ad Candidianum, cujus magna apud pagi præpositum erat auctoritas, confugit.

(15) *Φεύγειν.* Miror Combefisium censuisse legendum οὐ φεύγειν, cum notum sit et pervulgatum φεύγειν γραφὴν idem sonare ac accusari. Paulo post in quatuor mss. ὅτι Τούτῳ μέν.

Digitized by Google

Τούτῳ συνοικεῖν εἱλόμην ἐγὼ, νῦν μὲν τὸν Ζήνωνα ἐπαινοῦντι, ὃς, ναυαγίῳ πάντα ἀποβαλὼν, οὐδὲν ἀγεννὲς ἐφθέγξατο· ἀλλ', Εὖγε, εἶπεν, ὦ τύχη, συνελαύνεις (16) ἡμᾶς εἰς τὸ τριβώνιον· νῦν δὲ τὸν Κλεάνθην, μισθῷ ὕδωρ τοῦ φρέατος ἀπαντλοῦντα, ὅθεν αὐτός τε διέζη, καὶ τοῖς διδασκάλοις μισθοὺς ὑπετέλει. Τὸν δὲ Διογένην οὐδὲ ἐπαύσατό ποτε θαυμάζων, τοῖς παρὰ τῆς φύσεως μόνοις ἀρκεῖσθαι φιλοτιμούμενον· ὡς καὶ τὸ κισσύβιον ἀπορρῖψαι (17), ἐπειδήπερ παρὰ παιδὸς ἐδιδάχθη κοίλαις ταῖς χερσὶν ἐπικύπτων πίνειν. Ταῦτα ἄν σοι καὶ τὰ τοιαῦτα ἡ σύνοικος ἡμῶν (18) πενία μέμψαιτο, ταῖς μεγαλοδωρεαῖς ἐξοικισθεῖσα νῦν. Προσθείη δὲ καὶ ἀπειλήν τινα· ὅτι, Εἴ σε ἐνταῦθα πάλιν λάβοιμι, Σικελικὴν ἢ Ἰταλιῶτιν τρυφὴν ἀποδείξω τὰ πρότερα· οὕτω σε ἀκριβῶς τοῖς παρ' ἐμαυτῆς ἀμυνοῦμαι. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα. Ἤσθην δὲ ἀκούσας ἤρχθαί σε τῆς θεραπείας ἤδη· καὶ εὔχομαί σε (19) δυνασθαι αὐτῆς. Πρέποι δ' ἂν τῇ ἱερᾷ σου ψυχῇ ἄλυπος ὑπηρεσία σώματος.

A accederet : Volui ego cum hoc homine una degere, nunc quidem Zenonem laudante, qui amissis naufragio omnibus nihil non virile locutus est, sed, Euge, dixit, o fortuna, redigis nos ad detritum pallium : nunc vero Cleanthem mercede aquam ex puteo haurientem, unde et ipse victitabat, et magistris æra persolvebat. Quin et Diogenem nunquam intermisit admirari, id sibi laudi habentem, ut solis naturæ rebus contentus esset; adeo ut poculum etiam projecerit, postquam a puero didicit cavis manibus inclinans bibere. His te et talibus contubernalis nostra incusaret, nunc magnificis donis expulsa. Adjiceret autem et aliquid minarum : Si hic te iterum deprehendero, Siculas aut Italicas delicias priora exstitisse ostendam : B ita te accurate copiis meis ulciscar. Sed de his hactenus. Gavisus autem sum, cum audivi te jam remedia aggressum esse ; teque his juvari precor. Sacræ **77** autem tuæ animæ convenerit sollicitudinum et molestiarum expers corporis curatio.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

EPISTOLA V.

Consolatur Nectarium Basilius unici filii morte afflictum.

Νεκταρίῳ παραμυθητική (20).

Οὔπω εἶχον τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν πληγεὶς ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τοῦ ἀφορήτου πάθους, καὶ ἔτι ἀμφίβολος ὤν, διὰ τὸ μηδὲ σαφῶς δύνηθῆναι ἡμῖν τῶν ἀνιαρῶν τὸν μηνυτὴν τὸ συμβὰν διηγήσασθαι, καὶ τῷ (21) ἀπεύχεσθαι ἀληθῆ εἶναι, δυσπαραδέκτως ἔχων τρὸς τὰ θρυλλούμενα, ἐδεξάμην γράμμα τοῦ ἐπισκόπου ἀκριβῶς σημαῖνον τὴν ἀπευκτὴν ἀγγελίαν. Ἐφ' ᾧ ὅσον μὲν ἐστέναξα, καὶ ὅσον ἀφῆκα δάκρυον, τί χρὴ καὶ λέγειν; Καὶ γὰρ τίς οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ἢ ἔξω παντελῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥστε ἀπαθῶς ἐνεγκεῖν τὸ συμβὰν, ἢ μετρίῳ πάθει (22) τὴν ψυχὴν καταληφθῆναι; Οἶκου λαμπροῦ διαδοχὴ, ἔρεισμα γένους, πατρίδος ἐλπὶς, γονέων εὐσεβῶν βλάστημα ὑπὸ μυρίαις εὐχαῖς ἐντραφὲν, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ὄν, ἐκ μέσων (23) τῶν πατρικῶν χειρῶν ἀναρπασθὲν οἴχεται. Ταῦτα ποίαν ἀδάμαντος φύσιν οὐχ ἱκανὰ ἐκλῦσαι, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν; Ὥστε οὐδὲν μέγα, εἰ καὶ ἡμῶν διὰ βάθους ἥψατο τὸ κακὸν, ὁλοκλήρως ἐξ ἀρχῆς προσπεφυκότων ὑμῖν, καὶ τάς τε εὐφροσύνας ὑμῶν καὶ τὰς λύπας ἰδίας ἑαυτῶν ποιουμένων. Καίτοιγε ἐδόκει, τόν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνου (24), ὀλίγα εἶναι τὰ λυποῦντα ὑμᾶς, ἐν τοῖς

Ad Nectarium consolatoria.

1. Nondum tertium aut quartum diem traduxeram intolerabilis casus auditione perculsus ; et cum adhuc ambigerem, quia ne clare quidem potuerat nobis molestæ rei nuntius id quod acciderat enarrare ; cumque rumorem vix reciperem C quia falsum esse optabam ; accepi litteras episcopi, quibus accurate infausta res significabatur. In quo quidem quantum ingemuerim, quantumque effuderim lacrymarum, quid attinet vel dicere? Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in ejusmodi eventu nihil patiatur, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, et ad commiserationem adducere? Quare nihil est magni, si et nos penitus hoc infortunium perculit, qui vobis prorsus sumus ab initio addicti ; et gaudia D vestra et molestias nostra facimus. Atque hactenus quidem pauca esse videbantur quæ vobis molestiam afferrent, imo pleraque ex sententia

(16) *Συνελαύνεις*. Ante hanc vocem legitur ὅτι in duobus mss.

(17) *Ἀποῤῥῖψαι*. Editio Parisiensis addit ποτέ, quæ vox deest in aliis editionibus et omnibus mss. Paulo post ἐπικύπτων legitur in tribus antiquissimis codicibus. Harl., Med. et Coisl. Editi ἐγκύπτων.

(18) *Ἡμῶν*. Sic Anglicanus codex cum Harl. et Med. Editi ἡμῖν. Πενία elegantius deest in Anglicano, nec invitus hanc vocem delerem.

(19) *Εὔχομαί σε*. Sic septem antiqui codices. Editi εὔχομαί σοι.

(20) *Παραμυθητική*. Sic Coisl. antiquior et editi. Addit Harl. ἐπὶ τῷ υἱῷ. Quatuor alii codices sic habent : Πρὸς Νεκτάριον τὸν υἱὸν ἀποβαλόντα, *Ad Nectarium qui filium amiserat*.

(21) *Καὶ τῷ*. Sic duo mss. et Harl. secunda manu.

(22) *Μετρίῳ πάθει*. Nonnulli codices μετριοπαθῆ... καταλειφθῆναι.

(23) *Ὤν, ἐκ μέσου*. Editi ὢν, κἀκ μέσου. Codices omnes mss. ut in textu, nisi quod in quatuor legitur ὤν.

(24) *Τόν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνον*. Ita Coisl. primus, Harl. et unus ex Regiis. Codex Vat. habet ἐδόκει μέχρι τοῦ, etc. Quidam alii τὰ μέχρι τοῦ, etc. Editi τό γε... χρόνου.

* Alias CLXXXVIII. Scripta in secessu.

Digitized by Google

vobis fluere, sed subito dæmonis invidia evanuit tota illa domus felicitas et animarum hilaritas ; ac hominibus tristis historia facti sumus. Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, et lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet ; nec si homines omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt : imo etiamsi fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere.

2. Sed si velimus Dei donum, quod cordibus nostris indidit, nunc promere, rationem dico sobriam, quæ et in rebus secundis modum novit animabus nostris præstituere, et in tristioribus casibus res humanas in memoriam revocare, nosque admonere eorum, quæ et vidimus et audivimus, vitam videlicet infortuniis hujusmodi esse refertam, ac multa calamitatum humanarum esse exempla, et præter hæc omnia mandatum Dei esse, ut qui in Christum credunt, non lugeant mortuorum causa, ob spem resurrectionis ; ac patientiæ magnæ magnas esse apud certaminum judicem coronas gloriæ repositas : si igitur rationi permiserimus ut hæc nobis occinat, licebit fortasse modicum aliquod mali lenimen **78** invenire. Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obtendaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo : persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent ; at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiamsi molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, et quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre : memores magnæ illius et celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit : *Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino visum, ita et factum est*[31]. Admirabilem illam vocem nostram faciamus : par merces a justo judice paria præclare facta designantibus. Non sumus filio orbati : sed restituimus ei qui mutuo dederat : neque exstincta est filius vita, sed in melius transmutata : nec humus dilectum nostrum obtexit, sed cœlum suscepit. Paulisper exspectemus, et una cum eo quem desideramus, erimus. Neque longum est tempus se-

πλείστοις δὲ κατὰ ῥοῦν ὑμῖν τὰ πράγματα φέρεσθαι· ἀλλ' ἀθρόως βασκανίᾳ δαίμονος πᾶσα ἐκείνη τοῦ οἴκου (25) ἡ εὐθηνία καὶ τῶν ψυχῶν ἡ φαιδρότης ἠφάνισται, καὶ ἐγενόμεθα τῷ βίῳ διήγημα σκυθρωπόν. Ἐὰν μὲν οὖν ποτνιᾶσθαι ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι καὶ δακρύειν βουλώμεθα, οὐκ ἐξαρκέσει ἡμῖν ὁ χρόνος τοῦ βίου· πάντες δὲ ἄνθρωποι, μεθ' ἡμῶν στένοντες, παρισῶσαι τῷ πάθει τὸν ὀδυρμὸν οὐ δυνήσονται· ἀλλὰ κἂν τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα (26) δάκρυον γένηται, ἐκπληρῶσαι τῶν συμβάντων τὸν θρῆνον οὐκ ἐξαρκέσει.

2. Ἐὰν μέντοι θελήσωμεν τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον ὃ ἐναπέθετο ταῖς καρδίαις (27) ἡμῶν προενεγκεῖν νῦν· τὸν λογισμὸν λέγω τὸν σώφρονα, ὃς καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις μέτρα οἶδε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὁρίζειν, καὶ ἐν ταῖς κατηφεστέραις περιστάσεσιν εἰς ὑπόμνησιν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὑποβάλλειν ἡμῖν, ἃ τε εἴδομεν, ἃ τε ἠκούσαμεν, ὅτι γέμει ὁ βίος τῶν τοιούτων παθῶν, καὶ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν ἐστι τὰ ὑποδείγματα· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὅτι πρόσταγμα Θεοῦ ἐστι τὸ μὴ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τοὺς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότας διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως· καὶ ὅτι τῆς μεγάλης ὑπομονῆς μεγάλοι παρὰ τῷ ἀθλοθέτῃ στέφανοι δόξης ἀπόκεινται· ἐὰν ἐπιτρέψωμεν τῷ λογισμῷ ταῦτα ἡμῖν κατεπάδειν, τάχα ἂν εὕροιμέν τινα μετρίαν τοῦ κακοῦ λύσιν. Διὸ παρακαλῶ σε, ὡς γενναῖον ἀγωνιστήν, στῆναι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πληγῆς, καὶ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ βάρει τῆς λύπης, μηδὲ καταποθῆναι τὴν ψυχήν· ἐκεῖνο πεπεισμένον, ὅτι, κἂν οἱ λόγοι τῶν παρὰ Θεοῦ οἰκονομουμένων διαφεύγωσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως γε τὸ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαπῶντος ἡμᾶς οἰκονομηθὲν ἀπόδεκτόν ἐστι, κἂν ἐπίπονον ᾖ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε πῶς ἑκάστῳ διατίθησι τὸ συμφέρον, καὶ διὰ τί ἄνισα τίθησιν (28) ἡμῖν τοῦ βίου τὰ πέρατα. Ἔστι γάρ τις αἰτία ἀνθρώποις ἀκατάληπτος, δι' ἣν οἱ μὲν θᾶττον ἐντεῦθεν ἀπάγονται, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον προσταλαιπωρεῖν τῷ ὀδυνηρῷ τούτῳ βίῳ καταλιμπάνονται. Ὥστε ἐπὶ πᾶσι προσκυνεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ὀφείλομεν, καὶ μὴ δυσχεραίνειν· μεμνημένοι τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ ἀοιδίμου φωνῆς, ἣν ὁ μέγας ἀθλητὴς Ἰὼβ ἀνεφθέγξατο, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης ἰδὼν δέκα παῖδας ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ συντριβέντας· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο.* Ἡμέτερον ποιησώμεθα τὸ θαῦμα τοῦτο· ἴσος ὁ μισθὸς παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς τὰ ἴσα ἐπιδεικνυμένοις ἀνδραγαθήματα. Οὐκ ἀπεστερήθημεν τοῦ παιδός, ἀλλ' ἀπεδώκαμεν τῷ χρήσαντι· οὐδὲ ἠφανίσθη αὐτοῦ ἡ ζωή, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον διημείφθη· οὐ γῆ κατέκρυψε τὸν ἀγαπητὸν ἡμῶν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο. Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ

[31] Job I, 21.

(25) *Ἐκείνη τοῦ οἴκου.* Sic tres antiquissimi codices pro eo quod erat in editis τοῦ οἴκου ἐκείνου. In iisdem codicibus legitur καὶ τῶν ψυχῶν, quod in editis deerat.

(26) *Τὰ... ῥεύματα.* Sex codices habent τὸ... ῥεῦμα. Sed cum vulgata lectio exstet in tribus aliis vetustissimis, nihil mutandum censuimus.

(27) *Ταῖς καρδίαις.* Editi addunt ἐν, quod deest in mss.

(28) *Τίθησιν.* Deest hoc verbum in tribus codicibus, nec necessarium est.

Digitized by Google

συνεκμεθα τῷ ποθουμένῳ. Οὐδὲ πολὺς ὁ χρόνος τῆς διαστάσεως (29), πάντων ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῷ βίῳ τούτῳ πρὸς τὸ αὐτὸ καταγώγιον ἐπειγομένων· ἐν ᾧ ὁ μὲν προκατέλυσεν, ὁ δὲ ἐπῆλθεν, ὁ δὲ ἐπείγεται, πάντας ἂν ἐν ὑποδέξεται τέλος. Εἰ γὰρ καὶ θᾶττον τὴν ὁδὸν προκατέλυσεν, ἀλλὰ πάντες τὴν αὐτὴν (30) πορευσόμεθα· καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἀναμένει κατάλυμα. Μόνον γένοιτο ἡμᾶς δι' ἀρετῆς τῇ καθαρότητι ἐκείνου ὁμοωθῆναι· ἵνα διὰ τὸ ἄδολον τοῦ ἤθους τῆς αὐτῆς τὰς ἐν Χριστῷ νηπίοις ἀναπαύσεως ἐπιτύχωμεν (31). A junctionis, cum omnes in hac vita tanquam in via ad idem diversorium contendant : in quod hic jam advenit, ille supervenit, alter festinat : finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eamdem omnes ingrediemur, omnesque idem manet diversorium. Tantum nobis contingat illius puritati per virtutem assimilari, ut moribus doli expertibus eamdem, ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequamur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ϛ'.

EPISTOLA VI'.

Basilius Nectarii uxorem similiter consolatur.

Πρὸς τὴν ὁμόζυγον (32) *Νεκταρίου παραμυθητική.*

Nectarii conjugi consolatoria.

B

1. Ἔμελλον ἀποσιωπᾷν πρὸς τὴν κοσμιότητά σου, λογιζόμενος, ὅτι, ὥσπερ ὀφθαλμῷ φλεγμαίνοντι καὶ τὸ ἁπαλώτατον τῶν παρηγορημάτων ἀνίαν (33) ἐμποιεῖ, οὕτω καὶ ψυχῇ ὑπὸ θλίψεως βαρείας κεκακωμένῃ, κἂν πολλὴν παράκλησιν φέρῃ ὁ λόγος, ὀχληρός πως εἶναι δοκεῖ, ἐν τῇ περιωδυνίᾳ προσφερόμενος. Ἐπεὶ δέ με (34) εἰσῆλθεν, ὅτι πρὸς Χριστιανήν μοι ὁ λόγος ἔσται, πάλαι πεπαιδευμένην τὰ θεῖα, καὶ ἐμπαράσκευον οὖσαν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον μοι. Οἶδα ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγχνα· καὶ ὅταν ἰδίως τὸ σὸν περὶ πάντας χρηστὸν καὶ ἥμερον ἐνθυμηθῶ, λογίζομαι πόσην εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι τὴν ἀλγηδόνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα C μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ηὔξαντο τοὺς ἑαυτῶν τοιούτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς γῇ κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ ἐγένετο πατρίδων δύο (35), τῆς τε ἡμετέρας καὶ τῆς Κιλίκων. Ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὥσπερ ἐρείσματος ἀφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὦ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἴσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὦ γῆ, τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἔφριξε τάχα καὶ ὁ ἥλιος, εἴ τις αἴσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει;

1. Nolebam alloqui dignitatem tuam, considerans, ut oculo inflammato lenimentum vel tenerrimum dolorem affert, ita animæ gravi mœrore afflictæ, etiamsi multum solatii ferat oratio, molestam tamen quodammodo videri, in ipso doloris articulo adhibitam. At ubi mihi in mentem venit, sermonem mihi cum Christiana futurum, jampridem in rebus divinis instituta, nec ad humanos casus imparata; non existimavi æquum esse ut officio meo deessem. Novi qualia sint matrum viscera; cumque peculiariter considero tuam in omnes benignitatem atque mansuetudinem, conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti **79**, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant : mortuum vere perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contexisset. Illius mors plaga exstitit provinciarum duarum, et nostræ, et Cilicum. Cum illo magnum et illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum. O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit?

2. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει ἄνευ θελήματος τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Ὥστε, εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ Κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα (36) τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ D

2. Verum nostra non fiunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri [a]. Quare si quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, neque id quod factum

[a] Matth. x, 29.

(29) *Οὐδὲ πολὺς... ὑποδέξεται τέλος.* Deest tota hæc verborum complexio in Vat. et Coisl. recentiore, et in duobus Regiis. Huic autem et sequenti epistolæ multa insunt indicia hominis a rhetorum exercitationibus recentis. Nonnulla etiam, quæ Basilius apte ad religionem Christianam accommodat, in Plutarchi libro *De consolatione* leguntur. Is enim docet vitam mutuo datam esse hominibus, nec mirum videri debere, si reddenda sit : hanc vitam esse veluti viam, qua omnes ad idem diversorium tendimus : non lugendos esse, quos brevi sequemur.

(30) *Τὴν αὐτήν.* Editi addunt αὐτῷ, quod deest in septem veteribus libris.

(31) *Ἐπιτύχωμεν.* Ita tres vetustissimi codices. Editi τύχωμεν.

(32) *Ὁμόζυγον.* Sic Harl., Vat. et quinque alii. Coislinianus primus et editi ὁμόζυγα.

(33) *Ἀνίαν.* Sic Harl., Coisl. primus et quinque alii, melius quam in editis ἀνιᾷν.

(34) *Ἐπεί δέ με.* Sic codices antiqui septem, duo alii Ἐπεὶ δέ μοι. Editi ἐπειδή μοι. Statim Bigot. καὶ εὐπαράσκευον.

(35) *Δύο.* Sic mss. septem. Editi δυοῖν.

(36) *Καταδεξώμεθα.* Editi addunt γοῦν, sed hæc vocula deest in septem mss. codicibus.

[1] Alias CLXXXIX. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei judicium. Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius judicia exploremus. Tunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit ; sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi. Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines [33]. Afflictio magna, fateor et ego : sed et magna a Domino præmia patientibus reposita. Mater cum effecta es, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo; plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum : nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas; et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cœlum; et illud ipsum aliquando dissolvetur; ad solem, ne ille quidem permanebit. Stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogitatio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris, ita enim tibi videbitur intolerabilis sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo : parce marito; alter alteri solamen estote; ne facias ei graviorem calamitatem, dolore te ipsa conficiens. Omnino autem arbitror sermonem solatio imparem esse : sed precibus in re præsenti opus esse censeo. Precor itaque ipsum Dominum, ut sua non enarrabili potentia tangens cor tuum, cogitationibus bonis animum tuum illustret, ut in teipsa consolationis habeas argumenta.

A γενόμενον διορθούμεθα, καὶ ἑαυτοὺς προσαπόλλυμεν. Μὴ κατηγορήσωμεν τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀμαθεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰ ἄῤῥητα αὐτοῦ κρίματα δοκιμάζειν. Νῦν σου λαμβάνει τὴν δοκιμὴν ὁ Κύριος τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης. Νῦν σοι πάρεστι καιρὸς διὰ τῆς ὑπομονῆς τὴν μερίδα τῶν μαρτύρων λαβεῖν. Ἡ τῶν Μακκαβαίων μήτηρ ἑπτὰ παίδων εἶδε θάνατον, καὶ οὐκ ἐστέναξεν, οὐδὲ ἀφῆκεν ἀγεννὲς δάκρυον· ἀλλ' εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, ὅτι ἔβλεπεν αὐτοὺς πυρὶ καὶ σιδήρῳ, καὶ ταῖς χαλεπωτάταις αἰκίαις, τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς λυομένους, εὐδόκιμος μὲν παρὰ Θεῷ, ἀοίδιμος δὲ παρὰ ἀνθρώποις ἐκρίθη. Μέγα τὸ πάθος, φημὶ κἀγώ· ἀλλὰ μεγάλοι καὶ οἱ παρὰ τοῦ Κυρίου μισθοὶ τοῖς ὑπομένουσιν ἀποκείμενοι. Ὅτε ἐγένου μήτηρ, καὶ εἶδες τὸν παῖδα, καὶ B ηὐχαρίστησας τῷ Θεῷ, ᾔδεις πάντως, ὅτι θνητὴ οὖσα θνητὸν ἐγέννησας. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Ἀλλὰ λυπεῖ ἡμᾶς τὸ παρὰ καιρόν. Ἄδηλον, εἰ μὴ εὔκαιρον τοῦτο· ἐπειδὴ ἡμεῖς ἐκλέγεσθαι τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὁρίζειν προθεσμίας ἀνθρωπίνῃ ζωῇ (37) οὐκ ἐπιστάμεθα. Περίβλεψαι τὸν κόσμον ἅπαντα, ἐν ᾧ κατοικεῖς· καὶ ἐννόησον, ὅτι πάντα θνητὰ τὰ ὁρώμενα, καὶ πάντα φθορᾷ ὑποκείμενα. Ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανόν (38)· καὶ οὗτος ποτε λυθήσεται· πρὸς τὸν ἥλιον· οὐδὲ οὗτος (39) διαμενεῖ. Οἱ ἀστέρες σύμπαντες, ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, τὰ περὶ γῆν κάλλη, αὐτὴ ἡ γῆ, πάντα φθαρτὰ, πάντα μικρὸν (40) ὕστερον οὐκ ἐσόμενα. Ἡ τούτων ἔννοια παραμυθία ἔστω τοῦ συμβεβηκότος. Μὴ καθ' ἑαυτὸ μέτρει τὸ πάθος· ἀφόρητον C γὰρ οὕτω φανεῖταί σοι· ἀλλὰ τοῖς ἀνθρωπίνοις πᾶσι συγκρίνουσα, ἐντεῦθεν εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἰσχυρὸν ἔχω, φεῖσαι τοῦ ὁμοζύγου· ἀλλήλοις γένεσθε (41) παραμυθία· μὴ ποιήσῃς αὐτῷ χαλεπωτέραν τὴν συμφοράν, τῷ πάθει ἑαυτὴν καταναλίσκουσα (42). Ὅλως δὲ οὐκ οἶμαι λόγον ἐξαρκεῖν εἰς παράκλησιν, ἀλλ' εὐχῆς ἡγοῦμαι χρείαν εἶναι πρὸς τὰ παρόντα. Εὔχομαι οὖν αὐτὸν τὸν Κύριον, τῇ ἀφάτῳ αὐτοῦ δυνάμει ἐφαψάμενόν σου τῆς καρδίας, ἐμποιῆσαι φῶς τῇ ψυχῇ σου διὰ τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν, ἵν' οἴκοθεν ἔχῃς τῆς παραμυθίας τὰς ἀφορμάς.

EPISTOLA VII.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ζ'.

Basilius significat futurum se providisse, ut penuriæ verborum accusaretur, nec tamen idcirco consulentibus respondendum non esse. Hortatur Gregorium, ut totum se tradat veritatis defensioni, nec se consulat.

Gregorio sodali.

Γρηγορίῳ ἑταίρῳ (43).

D Ne tum quidem ignorabam, cum scriberem

Οὐδὲ τότε (44) ἠγνόουν, ὅτε ἐπέστελλον τῇ λογιό-

[33] II Mach. VII, 1 seqq.

· Alias II. Scripta videtur in secessu.

(37) *Ἀνθρωπίνῃ ζωῇ*. Duo vetustissimi codices, Harl., et Coisl. ἀνθρωπίνης ζωῆς.

(38) *Πρὸς τὸν οὐρανόν*. Harl., et Medicæus εἰς τὸν οὐρανόν.

(39) *Οὐδὲ οὗτος*. Sic Harl., et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi οὐδὲ αὐτός.

(40) *Πάντα μικρόν*. Sic Harl., Coisl. uterque et tres Regii. Editi καὶ πάντα μικροῦ.

(41) *Ἀλλήλοις γένεσθε*. Sic tres vetustissimi codices Harl., Coisl. et Med. Editi ἀλλήλοις ἐστέ.

(42) *Καταναλίσκουσα*. Quinque codices, non tamen vetustissimi, ἀναλίσκουσα.

(43) *Γρηγορίῳ*. Ita codex Vaticanus et Coisl. primus qui tamen addit ἐπισκόπῳ. Codices omnes Gregorio Nazianzeno hanc epistolam inscribunt, sed in codice vetustissimo Coisliniano post titulum legitur eadem manu γρ. Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ, *scriptum invenitur, Evagrio presbytero*. Sed tanti non est ejusmodi observatio, ut hæc epistola Evagrio presbytero scripta potius videatur, quam Gregorio, cui et veterum codicum testimonio et sua sponte optime congruit. Signata est enim manifestis notis mutuæ illius operæ, quam sibi Gregorius et Basilius in sacris literis illustrandis tradebant.

(44) *Οὐδὲ τότε*. Sic quinque mss. codices. Editi οὐδέποτε. Ad hæc verba in codice Regio, quo usus

Digitized by Google

τητί σου, ὅτι πᾶσα θεολογικὴ φωνὴ ἐλάττων μέν ἐστι τῆς διανοίας τοῦ λέγοντος, ἐλάττων δὲ τῆς τοῦ ἐπιζητοῦντος ἐπιθυμίας· διότι ὁ λόγος ἀσθενέστερόν πως πέφυκε διακονεῖσθαι τοῖς νοουμένοις. Εἰ οὖν ἀσθενὴς ἡμῶν ἡ διάνοια, ἐλάττων δὲ ταύτης ἡ γλῶσσα, τί ἐχρῆν προσδοκᾶν ἡμᾶς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, καὶ οὐχὶ πενίαν ἐγκληθήσεσθαι λόγων; Οὐ μὴν τούτου γε ἕνεκεν δυνατὸν ἦν σιωπῇ παρελθεῖν τὸ ἐπιζητούμενον (45). Κίνδυνος γὰρ προδοσίας, ἐν τῷ μὴ προχείρως ἀποδιδόναι τὰς περὶ Θεοῦ ἀποκρίσεις τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Κύριον. Ἐκεῖνα μὲν οὖν, εἴτε ἀρκούντως ἔχειν δοκεῖ, εἴτε καὶ ἀκριβεστέρας τινὸς προσθήκης δεῖται, καιροῦ ἰδίου πρὸς διόρθωσιν χρῄζει. Τὸ δὲ νῦν ἔχον, παρακαλοῦμέν σε, ὃ καὶ παρεκλέσαμεν ἤδη, χρῆσαι σεαυτὸν ὁλοκλήρως τῇ συνηγορίᾳ τῆς ἀληθείας, καὶ ταῖς (46) παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐγγινομέναις τῇ διανοίᾳ σου ὁρμαῖς πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ σύστασιν, ταύταις ἀρκούμενον καὶ παρ' ἡμῶν μηδὲν ἐπιζητοῦντα πλέον· οἳ, πολλῷ ἐλάττους ὄντες τῆς ὑπονοίας, βλάπτομεν μᾶλλον τῇ παρ' ἑαυτῶν ἀσθενείᾳ τὸν λόγον, ἢ τινα ἰσχὺν διὰ τῆς συνηγορίας τῇ ἀληθείᾳ προστίθεμεν.

prudentiæ tuæ, vocem omnem theologicam imparem esse cogitationi dicentis, imparem interrogantis desideriis; propterea quod sermo imbecillius nescio quomodo solet cogitatis rebus inservire. Si ergo infirma cogitatio nostra, et cogitatione inferior lingua; quid exspectandum nobis fuit in iis quæ disseruimus, nisi penuriam verborum objectum iri? Neque tamen idcirco potui silentio prætermittere quod quærebatur. Nam proditionis periculum est, si non libenter dentur de Deo responsa his qui Dominum diligunt. Illa igitur, sive satis esse videantur, sive etiam accuratiore quodam additamento indigeant, tempus proprium, ut emendentur, postulant. Quod autem nunc ad rem attinet, hortamur te, uti jam etiam hortati sumus, ut totum te veritatis defensioni, ac motibus menti tuæ ad bonum stabiliendum a Deo impressis tradas, his contentus nec amplius quidquam a nobis requirens : qui cum multo inferiores simus quam quis suspicari possit, imbecillitate nostra doctrinam lædimus magis, quam roboris aliquid patrocinio nostro addimus veritati.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

EPISTOLA VIII[a].

Perculsus casu inopinato Basilius, cum se ad Gregorium recepisset, desiderium suorum his litteris lenit, eosque admonet ut careant ab Arianis. Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum confiteri oportere statuit. Tres deos effingentibus respondet, Deum natura, non numero unum dici : simile et dissimile rejicit, identitatem substantiæ requirit, ac Filium Patri esse consubstantialem declarat. Plura explanat Scripturæ loca ab adversariis objecta. Denique sancti Spiritus divinitatem probat.

Τοῖς Καισαρεῦσιν (47) ἀπολογία περὶ τῆς ἀποχωρήσεως, καὶ περὶ πίστεως.

1. Πολλάκις ἐθαύμασα, τί ποτε πρὸς ἡμᾶς πεπόνθατε, καὶ πόθεν τοσοῦτον ἠττᾶσθε (48) τῆς ἡμετέρας βραχύτητος, τῆς μικρᾶς καὶ ὀλίγης καὶ οὐδὲν ἴσως ἐχούσης ἐράσμιον, καὶ λόγοις ἡμᾶς προτρέπεσθε, φιλίας τε καὶ πατρίδος ὑπομιμνήσκοντες, ὥσπερ φυγάδας τινὰς πατρικοῖς σπλάγχνοις πρὸς ἑαυτοὺς πάλιν ἐπιστρέφειν (49) πειρώμενοι. Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν φυγὰς γεγονέναι ὁμολογῶ, καὶ οὐκ ἀρνηθείην· τὴν δὲ αἰτίαν μάθοιτ' ἂν ἤδη ποθοῦντες. Μάλιστα μὲν τῷ ἀδοκήτῳ τότε πληγεὶς, καθάπερ οἱ τοῖς αἰφνιδίοις ψόφοις ἀθρόως καταπλαγέντες, οὐ κατέσχον τοὺς λογισμούς, ἀλλ' ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ἠδίσθην χρόνον ἱκανὸν ἀφ' ὑμῶν, ἔπειτα δὲ καὶ πό-

Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio.

1. Sæpe miratus sum, cur eo sitis in me animo affecti, et unde vos tenuitas nostra, eaque exigua et modica ac fortasse nihil habens amabile, tanto opere capiat; nosque sermonibus adhortemini, amicitiam et patriam commemorantes, veluti profugos quosdam paternis visceribus ad vos rursus conantes revocare. **81** Ego autem profugum me esse fateor, neque negaverim : sed jam causam, si cupitis, ediscetis. Maxime quidem re inopinata tunc perculsus, quemadmodum qui ob repentinos strepitus illico expavescunt, non cohibebam cogitationes, sed elongavi fugiens, ac tempore multo a vobis abfui. Deinde vero et desiderium quoddam

est Combefisius, scholium quoddam declarat Basilium hac sententia uti, sed fusius, in Homilia, quæ inscribitur, *Christi generatio*. Legitur hæc homilia tom. II, p. 59; et quod in scholio indicatum est, reperitur, n. 1 et 2.

(45) *Τὸ ἐπιζητούμενον*. Quatuor mss. non antiquissimi τὸ ζητούμενον.

(46) *Καὶ ταῖς*. Deest καί in duobus mss. Regiis. Videtur deletum fuisse in Harlæano codice, in quo hæc epistola recentiore manu scripta est. Ὁρμαῖς, *motibus*. Melius forte, si reddatur, *præsidiis*. Paulo post legimus ex quinque mss. πολλῷ ἐλάττους pro πολλῶν. Duo mss. codices habent ἀσθενείᾳ τῶν λόγων.

(47) *Τοῖς Καισαρεῦσιν*. Quamvis hic titulus Basilii sententiæ ac verbis repugnet, eum tamen retinuimus, propterea quod reperitur in duobus codicibus mss. Reg. et Harl., exceptis ultimis verbis, καὶ περὶ πίστεως, quæ desunt. Porro hæc epistola non ad Cæsarienses, sed ad monasterium, cui præerat Basilius, scripta; nec Basilius ex urbe in solitudinem, ut eruditi viri hactenus crediderunt, sed potius in urbem ex solitudine discesserat. Petit enim ut sibi aliquandiu liceat abesse, *non quod in urbe commorationem*, inquit, *ambiamus, sed quod versari cum sanctis longe utilissimum judicemus*. Erat ergo in aliqua urbe, videlicet Nazianzi cum Gregorio. Quod autem addit, homines urbium desiderio a maligno decipi, non congruebat hæc admonitio civibus Cæsariensibus, sed potius monachis, quos sæpe diabolus hoc artificio retrahere e solitudine tentabat, ut perspici potest infra ex Epistola ad Chilonem.

(48) *Ἠττᾶσθε*. Sic Reg. et Harl. Editi ἥττησθε. Sic etiam Gregorius Naz. qui hujus epistolæ exordio utitur pro suo in oratione 27.

(49) *Ἐπιστρέφειν*. Patriam vocat Basilius locum in quo educatus fuerat. Vide Not. ad epist. 87. Paulo post editi ἐπεισῆλθε; mss. ut in textu.

[a] Alias CXLI. Scripta anno 360.

Digitized by Google

subiit mihi sacrorum dogmatum, et philosophiæ quæ circa illa versatur. Quomodo enim possim, aiebam, habitantem in nobis malitiam domare? Quis mihi fiat Laban, liberans me ab Esau atque ad supernam philosophiam deducens? Quoniam autem, Deo dante, voti compotes, quantum licuit, facti sumus, electionis invento vase et puteo profundo, dico autem Christi os Gregorium : nobis parumper, quæso, parum, rogamus, concedite temporis ; non quod in urbe commorationem ambiamus (neque enim ignoramus, homines hoc pacto a maligno decipi), sed quod versari cum sanctis longe utilissimum esse judicemus. Dum enim de divinis dogmatibus aliquid dicitur, auditurque frequentius, contemplationum quemdam habitum, qui ægre amittatur, suscipimus. Et res quidem nostræ ita se habent.

2. Vos autem, o divina et omnium mihi charissima capita, cavete Philistinorum pastores, ne quis puteos vestros clanculum obstruat, et puram eorum, quæ ad fidem pertinent, cognitionem obturbet. Hoc enim eis semper studio est, non ex Scripturis sacris docere animas simpliciores, sed sapientia extranea veritatem circumvenire. Qui enim *ingenitum* et *genitum* in nostram fidem introducit, docetque eum qui semper est, aliquando non fuisse, eumque qui natura ac semper Pater est, patrem fieri, et Spiritum sanctum non esse sempiternum, nonne ille palam Philistæus est, invidens patriarchæ nostri ovibus, ne ex pura et in vitam æternam saliente aqua bibant [34], sed illud prophetæ oraculum trahant in semetipsos : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, ac foderunt sibi ipsis cisternas obtritas, quæ non poterunt aquam continere* [35] ; cum confiteri oporteat Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, uti eloquia divina, et qui ea sublimius intellexere, docuerunt. Cæterum ad eos qui tres deos nobis exprobrant, illud dicatur : unum nos Deum non numero, sed natura confiteri. Quidquid enim unum numero dicitur, id vere unum non est, neque natura simplex : Deum vero simplicem et incompositum confitentur omnes. Non igitur unus numero est Deus. Quod autem dico, est ejusmodi. Unum numero mundum esse dicimus, non tamen unum natura, neque simplicem illum quemdam. Dividimus enim ipsum in elementa ex quibus constat, in ignem, aquam, aerem et terram. Rursus homo unus numero dicitur. Unum enim hominem sæpe dicimus, sed non simplex quidam ille est, cum ex corpore et anima constet. Similiter et angelum unum numero dicimus, sed non unum **82**

θος τις ὑπεισῇει μου τῶν θείων δογμάτων, καὶ τῆς περὶ ἐκεῖνα φιλοσοφίας. Πῶς γὰρ ἂν δυναίμην (50), ἔφην ἐγὼ, κρατῆσαι τῆς συνοικούσης ἡμῖν κακίας; Τίς δ' ἄν μοι γένηται Λάβαν, ἀπαλλάττων με τοῦ Ἡσαῦ, καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν παιδαγωγῶν; Ἀλλ' ἐπειδὴ σὺν Θεῷ τοῦ σκοποῦ κατὰ δύναμιν τετυχήκαμεν, εὑρόντες σκεῦος ἐκλογῆς καὶ φρέαρ βαθὺ, λέγω δὲ τὸ τοῦ Χριστοῦ στόμα Γρηγόριον· ὀλίγον ἡμῖν, παρακαλῶ, ὀλίγον συγχωρήσατε χρόνον, αἰτούμεθα· οὐ τὴν ἐν ταῖς πόλεσι διατριβὴν ἀσπαζόμενοι· οὐδὲ γὰρ λέληθεν ἡμᾶς ὁ πονηρὸς διὰ τῶν τοιούτων τὴν ἀπάτην τοῖς ἀνθρώποις προσμηχανώμενος· ἀλλὰ τὴν συντυχίαν τὴν πρὸς τοὺς ἁγίους ἐπωφελῆ μάλιστα κρίνοντες (51). Ἐν γὰρ τῷ λέγειν τι περὶ τῶν θείων δογμάτων, καὶ ἀκούειν πυκνότερον, ἕξιν δυσαπόβλητον θεωρημάτων λαμβάνομεν. Καὶ τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

2. Ὑμεῖς δὲ, ὦ θεῖαί μοι καὶ προσφιλέσταται πασῶν κεφαλαὶ, φυλάττεσθε τοὺς τῶν Φυλιστιαίων ποιμένας, μή τις λαθὼν ἐμφράξῃ ὑμῶν τὰ φρέατα, καὶ τὸ καθαρὸν τῆς γνώσεως τῆς περὶ τὴν πίστιν ἐπιθολώσῃ. Τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἀεί ἐστιν ἐπιμελὲς, μὴ ἐκ τῶν θείων Γραφῶν διδάσκειν τὰς ἀκεραιοτέρας ψυχὰς, ἀλλ' ἐκ τῆς ἔξωθεν σοφίας παρακρούεσθαι τὴν ἀλήθειαν. Ὁ γὰρ *ἀγέννητον* καὶ *γεννητὸν* ἐπεισάγων ἡμῶν τῇ πίστει, καὶ τὸν ἀεὶ ὄντα μὴ ὄντα ποτὲ δογματίζων, καὶ τὸν φύσει καὶ ἀεὶ Πατέρα πατέρα γινόμενον, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐκ ἀΐδιον, οὐκ ἀντικρὺς ἐστι Φυλιστεύς (52); βασκαίνων τοῖς τοῦ πατριάρχου ἡμῶν προβάτοις, ἵνα μὴ πίνωσιν ἐκ τοῦ καθαροῦ καὶ ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον ὕδατος, ἀλλὰ τὸ τοῦ προφήτου λόγιον πρὸς ἑαυτοὺς ἐπισπάσωνται (53), τό· *Ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος, καὶ ὤρυξαν ἑαυτοῖς λάκκους συντετριμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται ὕδωρ συσχεῖν*· δέον ὁμολογεῖν Θεὸν τὸν Πατέρα, Θεὸν τὸν Υἱὸν, Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὡς οἱ θεῖοι λόγοι, καὶ οἱ τούτους (54) ὑψηλότερον νεναηκότες ἐδίδαξαν. Πρὸς δὲ τοὺς ἐπηρεάζοντας ἡμῖν τὸ τρίθεον ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτιπερ ἡμεῖς ἕνα Θεὸν οὐ τῷ ἀριθμῷ, ἀλλὰ τῇ φύσει ὁμολογοῦμεν. Πᾶν γὰρ ὃ ἓν ἀριθμῷ λέγεται, τοῦτο οὐχ ἓν ὄντως, οὐδ' ἁπλοῦν τῇ φύσει ἐστίν· ὁ δὲ Θεὸς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖται. Οὐκ ἄρα εἷς ἀριθμῷ ἐστιν ὁ Θεός. Ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν. Ἕνα ἀριθμῷ τὸν κόσμον εἶναί φαμεν, ἀλλ' οὐχ ἕνα τῇ φύσει, ἀλλ' οὐδ' ἁπλοῦν τινα τοῦτον. Τέμνομεν γὰρ αὐτὸν εἰς τὰ ἐξ ὧν συνέστηκε στοιχεῖα, εἰς πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν. Πάλιν ὁ ἄνθρωπος εἷς ἀριθμῷ ὀνομάζεται. Ἕνα γὰρ ἄνθρωπον πολλάκις λέγομεν. Ἀλλ' οὐχ ἁπλοῦς τις οὗτός ἐστιν, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς συνεστώς. Ὁμοίως δὲ καὶ ἄγγελον ἕνα ἀριθμῷ ἐροῦ-

[34] Joan. IV, 14. [35] Jerem. II, 13.

(50) *Δυναίμην*. Editi iterum addunt Πῶς γὰρ ἄν. Sed hæc melius absunt a duobus codicibus mss. Plures non habuimus.

(51) *Κρίνοντες*. Sic mss. Editi κρίναντες.

(52) *Φυλιστεύς*. Harl. Φυλιστιαῖος.

(53) *Ἐπισπάσωνται*. Sic Reg. et Harl. Editi ἐπισπάσονται.

(54) *Τούτους*. Sic Harl. Editi τούτων. Paulo post ex duobus mss. legimus ἐπηρεάζοντας ἡμῖν. Editi ἡμῶν.

Digitized by Google

μεν, ἀλλ' οὐχ ἕνα τῇ φύσει, οὐδὲ ἁπλοῦν· οὐσίαν γὰρ μεθ' ἁγιασμοῦ τὴν τοῦ ἀγγέλου ὑπόστασιν ἐννοοῦμεν. Εἰ τοίνυν πᾶν τὸ ἓν ἀριθμῷ ἓν τῇ φύσει οὐκ ἔστι, καὶ τὸ ἓν τῇ φύσει καὶ ἁπλοῦν ἓν ἀριθμῷ οὐκ ἔστιν, ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἕνα τῇ φύσει Θεόν· πῶς ἐπεισάγουσιν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν, αὐτὸν πάντῃ ἡμῶν ἐξοριζόντων τῆς μακαρίας ἐκείνης (55) καὶ νοητῆς φύσεως; Ὁ γὰρ ἀριθμός ἐστι τοῦ ποσοῦ· τὸ δὲ ποσὸν τῇ σωματικῇ φύσει συνέζευκται· ὁ γὰρ (56) ἀριθμὸς τῆς σωματικῆς φύσεως. Σωμάτων δὲ δημιουργὸν τὸν Κύριον ἡμῶν εἶναι πεπιστεύκαμεν. Διὸ καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἐκεῖνα σημαίνει τὰ ἔνυλον καὶ περιγραπτὴν ἔχειν λαχόντα τὴν φύσιν· ἡ δὲ μονὰς καὶ ἑνὰς τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπεριλήπτου οὐσίας ἐστὶ σημαντική (57). Ὁ τοίνυν ἀριθμὸν ἢ κτίσμα ὁμολογῶν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λανθάνει ἔνυλον καὶ περιγραπτὴν φύσιν εἰσάγων. Περιγραπτὴν δὲ λέγω οὐ μόνον τὴν περιεχομένην ὑπὸ τόπου, ἀλλ' ἥντερ καὶ τῇ προγνώσει ἐμπεριείληφεν ὁ μέλλων αὐτὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγειν, ἣν καὶ (58) ἐπιστήμῃ περιλαβεῖν δυνατόν ἐστι. Πᾶν οὖν ἅγιον, ὃ περιγραπτὴν ἔχει τὴν φύσιν, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας. Ὁ δὲ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πηγή ἐστιν ἁγιασμοῦ, ὑφ' ἧς πᾶσα ἡ λογικὴ κτίσις κατ' ἀναλογίαν τῆς ἀρετῆς ἁγιάζεται.

A natura, neque simplicem : siquidem essentiam cum sanctimonia hypostasim angeli intelligimus. Itaque si quidquid unum est numero, unum natura non est, et quod natura unum ac simplex est, unum numero non est, nos autem Deum natura unum dicimus ; quomodo nobis numerum affingunt, quem prorsus a beata illa ac spirituali natura amovemus? Numerus enim pertinet ad quantitatem : quantitas vero corporali naturæ conjuncta est; numerus ergo corporeæ est naturæ. At Dominum nostrum corporum opificem esse credimus. Quapropter et numerus omnis ea designat, quæ materialem ac circumscriptam naturam sortita sunt : monas vero et unitas simplicis ac incomprehensibilis essentiæ insigne. Quisquis igitur numerum aut creaturam confitetur Filium Dei, aut Spiritum sanctum, imprudens materialem ac circumscriptam naturam inducit. Circumscriptam autem dico, non modo eam quæ loco continetur, sed etiam quam prænotione comprehendit is, qui ipsam e nihilo producturus est, quæque scientia comprehendi potest. Quidquid igitur sanctum est, habet autem naturam circumscriptam, et adventitiam sanctitatem, obnoxium esse potest malitiæ. Filius autem, et Spiritus sanctus, fons est sanctimoniæ, unde rationalis quæque creatura pro virtutis ratione sanctificatur.

3. Καίτοι ἡμεῖς, κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, οὔτε ὅμοιον οὔτε ἀνόμοιον λέγομεν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Ἑκάτερον γὰρ αὐτῶν ἐπίσης ἀδύνατον. Ὅμοιον γὰρ καὶ ἀνόμοιον κατὰ τὰς ποιότητας λέγεται· ποιότης δὲ τὸ θεῖον ἐλεύθερον. Ταυτότητα δὲ τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, καὶ τὸ ὁμοούσιον ἐκδεχόμεθα, καὶ τὸ σύνθετον φεύγομεν, τοῦ κατ' οὐσίαν Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν κατ' οὐσίαν Θεὸν καὶ Υἱὸν γεγεννηκότος. Ἐκ γὰρ τούτου τὸ ὁμοούσιον δείκνυται. Ὁ γὰρ κατ' οὐσίαν Θεὸς τῷ κατ' οὐσίαν Θεῷ ὁμοούσιός ἐστιν. Ἐπὶ δὲ λέγεται θεὸς καὶ ὁ ἄνθρωπος (59)· ὡς τὸ, *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε*· καὶ ὁ δαίμων θεὸς, ὡς τὸ, *Οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια*· ἀλλ' οἱ μὲν κατὰ χάριν ὀνομάζονται, οἱ δὲ κατὰ ψεῦδος. Ὁ δὲ Θεὸς μόνος κατ' οὐσίαν ἐστὶ Θεός. *Μόνος* δὲ ὅταν εἴπω, τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἁγίαν καὶ ἄκτιστον δηλῶ. Τὸ γὰρ *μόνος* λέγεται καὶ ἐπί τινος ἀνθρώπου, καὶ ἐπὶ φύσεως ἁπλῶς τῆς καθόλου. Ἐπί τινος μὲν, οἷον, ὅτε εἶπεν, ἐπὶ Παύλου, ὅτι μόνος ἡρπάγη ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ἤκουσεν ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι· ἐπὶ φύσεως δὲ τῆς καθόλου, ὡς ὅταν λέγῃ (60) Δαβίδ· *Ἄνθρωπος, ὡσεὶ χόρτος αἱ ἡμέραι αὐτοῦ*. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ τόν τινα ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὴν καθόλου φύσιν δηλοῖ. Πᾶς γὰρ ἄνθρωπος πρόσκαιρος καὶ θνητός. Οὕτω κἀκεῖνα νοοῦμεν ἐπὶ τῆς φύσεως εἰρημένα· τὸ, *Ὁ μόνος*

3. Nos, secundum veram doctrinam, neque similem, neque dissimilem Patri Filium dicimus. Nam æque utrumque horum repugnat. Enimvero simile et dissimile, qualitatum habita ratione dicuntur : Deus autem liber est a qualitate. Verum identitatem naturæ confitentes et consubstantiale admittimus, et compositionem fugimus ; cum is qui secundum essentiam Deus et Pater est, Deum secundum essentiam et Filium genuerit. Ex hoc enim consubstantiale ostenditur. Nam Deus secundum essentiam Deo secundum essentiam consubstantialis. Siquidem et homo dicitur deus, velut in hoc loco, *Ego dixi : Dii estis*[36]. Quin etiam dæmon appellatur deus, secundum illud, *Dii gentium dæmonia*[37]. Sed illi quidem ex dono, hi vero ex mendacio nomen accipiunt. Deus vero solus est secundum essentiam Deus. Cum autem dico, *solus*, essentiam Dei sanctam et increatam significo. Nam vox, *solus*, et de uno aliquo homine, et de universa prorsus natura dicitur. De uno aliquo, velut cum verbi gratia dicitur de Paulo, solum raptum esse ad tertium usque cœlum, et audisse arcana verba, quæ non liceat homini loqui[38] : de natura vero universa, velut cum David dicit : *Homo, sicut fenum dies ejus*[39]. Hic enim non hominem aliquem, sed universam naturam indicat : nam omnis homo

[36] Psal. LXXXI, 6. [37] Psal. XCV, 5. [38] II Cor. XII, 4. [39] Psal. CII, 15.

(55) Ἐκείνης. Hanc vocem addidimus ex duobus mss.

(56) Ὁ γάρ. Lege Ὁ γουν.

(57) Σημαντική. Sic uterque codex. Editi σημαντικόν.

(58) Ἥν καί. Mss. et edit. Basil. ὃ καὶ

(59) Ὁ ἄνθρωπος. Articulus additus ex mss. deest in editis. Ibidem duo codices mss. Ἐπειδὴ δέ.

(60) Λέγῃ. Sic mss. Editi λέγει

temporarius et mortalis. Sic intelligimus de natura dicta esse et illa : *Qui solus habet immortalitatem* [46]; et, *Soli sapienti Deo* [47]; et, *Nemo bonus, nisi unus Deus* [48]. Hic enim *unus* significat idem, quod *solus*. Et, *Qui extendit cœlum solus* [49]; et rursus, *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [50]; et, *Non est Deus præter me* [51]. Nam *unus* et *solus* de Deo dicuntur **83** in Scriptura non ad distinctionem a Filio aut Spiritu sancto, sed adversus eos qui cum dii non sint, dii tamen falso nominantur, ut est illud : *Dominus solus duxit eos, et non erat cum eis deus alienus* [52]; et, *Everterunt filii Israel Baalim, et nemora Astaroth, et serviebant Domino soli* [53]. Et iterum Paulus : *Sicut sunt dii multi, et domini multi, nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [54]. Verum hic quærimus, quomodo cum dixisset, *Unus Deus*, ea voce non fuerit contentus (diximus enim, cum *solus* et *unus* de Deo dicuntur, significari naturam), sed et vocem *Pater* apposuerit, et Christi fecerit mentionem. Suspicor itaque existimasse hoc loco vas electionis Paulum, satis non esse tantummodo Deum Filium, et Deum Spiritum sanctum prædicare; id quod per dictionem, *Unus Deus*, declaraverat, nisi præterea per adjectionem *Patris*, eum ex quo omnia sunt, exprimeret; et per mentionem Domini, Verbum per quod omnia sunt, significaret, et rursus, per Jesu Christi adjunctionem, incarnationem annuntiaret, et passionem poneret ob oculos : et resurrectionem commonstraret. Nam illud, Jesus Christus, notiones tales nobis indicat. Quapropter etiam Dominus ante passionem non vult dici Jesus Christus, et discipulis præcipit, ut ne cuiquam dicant ipsum esse Jesum Christum [55]. Propositum enim illi erat post absolutam dispensationem ac resurrectionem ex mortuis, et in cœlos assumptionem, tum demum ipsis committere, ut eum Jesum Christum prædicarent. Ejusmodi est et illud : *Ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* [56]; illud itidem : *Creditis in Deum, et in me credite* [57] : ubique cogitationem nostram præmuniente Spiritu sancto ; ne accedentes ad alterum, altero excidamus; neve theologiæ intenti negligamus dispensationem; atque in impietatem, dum in aliquo offendimus, incidamus.

4. Verba autem divinæ Scripturæ, quæ arrepta adversarii, et ad suam ipsorum sententiam detorta, nobis ad eversionem majestatis Unigeniti objiciunt, simili modo expendamus, notionem eorum

[46] I Tim. vi, 16. [47] Rom. xvi, 27. [48] Luc. xviii, 19. [49] Job ix, 8. [50] Deut. vi, 13. [51] Deut. xxxii, 39. [52] ibid. 12. [53] I Reg. vii, 4. [54] I Cor. viii, 5, 6. [55] Matth. xvi, 20. [56] Joan. xvii, 3. [57] Joan. xiv, 1.

(61) *Ἐπὶ Θεοῦ*. Editi addunt articulum, sed deest in mss.

(62) *Υἱοί*. Hanc vocem addimus ex Reg. Paulo post duo mss. ὥσπερ. Editi εἴπερ.

(63) *Εἷς Θεός*. Primam vocem addimus ex mss. Paulo post in cod. Reg. legitur τὸ Πνεῦμα προσέθηκε.

(64) *Παραγγείλῃ*. Duo mss. ἀπαγγείλῃ.

(65) *Ἐξετάσωμεν*. Sic Reg. et prima manu Harl. Editi ἐξετάσομεν. Ibidem editi ἀναπτύσσοντες αὐτά. Duo veteres libri ut in textu.

A ἔχων ἀθανασίαν· καὶ, *Μόνῳ σοφῷ Θεῷ*, καὶ τὸ, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός*. Τὸ γὰρ εἷς ἐνταῦθα τῷ *μόνος* ταυτὸν δηλοῖ· καὶ τὸ, *Ὁ ταύσας τὸν οὐρανὸν μόνος*· καὶ πάλιν· *Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις*· καὶ τὸ, *Οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν ἐμοῦ*. Τὸ γὰρ εἷς καὶ *μόνος* ἐπὶ Θεοῦ (61) ἐν τῇ Γραφῇ οὐ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λέγεται, ἀλλὰ πρὸς τοὺς μὴ ὄντας θεούς, ὀνομαζομένους δὲ ψευδῶς· ὡς τὸ, *Κύριος μόνος ἦγεν αὐτούς*· καὶ, *Οὐκ ἦν μετ' αὐτῶν Θεὸς ἀλλότριος*· καὶ τὸ, *Περιεῖλον υἱοὶ* (62) *Ἰσραὴλ τὰ Βααλεὶμ, καὶ τὰ ἄλση Ἀσταρὼθ, καὶ ἐδούλευον Κυρίῳ μόνῳ*· καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· *Ὥσπερ εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ, ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ* B *πάντα, καὶ εἷς Κύριος, Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα*. Ἀλλὰ ζητοῦμεν ἐνταῦθα, πῶς, *Εἷς Θεὸς* (63) εἰρηκὼς, οὐκ ἠρκέσθη τῇ φωνῇ (ἔφαμεν γὰρ, ὅτι *μόνος* καὶ τὸ *εἷς* ἐπὶ Θεοῦ τὴν φύσιν δηλοῖ), ἀλλὰ καὶ τὸ *Πατὴρ* προσέθηκε, καὶ τοῦ Χριστοῦ ἐμνημόνευσεν. Ὑπονοῶ τοίνυν, ὅτι οὐκ ἐξαρκεῖν ᾠήθη νῦν ὁ Παῦλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, κηρύσσειν μόνον Θεὸν τὸν Υἱὸν, καὶ Θεὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὅπερ διὰ τῆς *Εἷς Θεὸς* ἐδήλωσε ῥήσεως, ἐὰν μὴ καὶ διὰ τῆς προσθήκης τοῦ Πατρὸς τὸν ἐξ οὗ τὰ πάντα δηλώσῃ· καὶ διὰ τῆς μνήμης τοῦ Κυρίου, τὸν Λόγον τὸν δι' οὗ τὰ πάντα σημάνῃ· καὶ πάλιν, διὰ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ συμπαραλήψεως τὴν ἐνανθρώπησιν παραγγείλῃ (64), καὶ τὸ πάθος παραστήσῃ, C καὶ τὴν ἀνάστασιν φανερώσῃ. Τὸ γὰρ, Ἰησοῦς Χριστὸς, τὰς τοιαύτας ἐννοίας ἡμῖν ἐμφαίνει. Διὸ καὶ πρὸ τοῦ πάθους παραιτεῖται ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καταγγέλλεσθαι· καὶ διαστέλλεται τοῖς μαθηταῖς, ἵνα μηδενὶ εἴπωσιν, ὅτι αὐτός ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. Πρόκειται γὰρ αὐτῷ τελειώσαντι τὴν οἰκονομίαν, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, ἐπιτρέψαι αὐτοῖς κηρύσσειν αὐτὸν Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ, *Ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν*· καὶ τὸ, *Πιστεύετε εἰς Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε*· παντοχοῦ τὴν ἔννοιαν ἡμῶν ἀσφαλιζομένου τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἵνα μὴ, θατέρῳ προσβαίνοντες, θατέρου ἐκπίπτωμεν· καὶ τῇ θεολογίᾳ προσέχοντες, τῆς οἰκο D νομίας καταφρονῶμεν· καὶ γένηται ἡμῖν κατὰ τὸ ἐλλεῖπον ἡ ἀσέβεια.

4. Τὰ δὲ ῥήματα τῆς θείας Γραφῆς, ἅπερ λαμβάνοντες οἱ ἀντικείμενοι καὶ διαστρέφοντες πρὸς τὴν οἰκείαν συνείδησιν εἰς καθαίρεσιν τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς ἡμῖν προφέρουσιν, οὕτως ἐξετάσωμεν (65),

Digitized by Google

κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμῖν ἀναπτύσσοντες αὐτῶν τὴν διάνοιαν. Καὶ πρῶτον ἡμῖν προτιθέσθω τὸ, *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα.* Τοῦτο γάρ ἐστιν ἓν τῶν βελῶν τῶν εἰς οὐρανὸν πεμπομένων ὑπὸ τῶν ἀσεβῶς (66) αὐτῷ μεχρημένων. Ἐνταῦθα δὲ τὸ ῥητὸν οὐ τὴν προαιώνιον, ὡς οἶμαι, ζωὴν ὀνομάζει (πᾶν γὰρ τὸ δι' ἕτερον ζῶν αὐτοζωὴ εἶναι οὐ δύναται, ὡς οὐδὲ τὸ ὑφ' ἑτέρου θερμανθὲν αὐτοθερμότης εἶναι· ὁ δὲ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν εἴρηκεν· *Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή*), ἀλλὰ ζωὴν ταύτην τὴν ἐν-σαρκι, καὶ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ γεγενημένην, ἣν ἔζησε διὰ τὸν Πατέρα. Βουλήσει γὰρ αὐτοῦ ἐπιδεδήμηκε τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων· καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ ἔζησα διὰ τὸν Πατέρα· ἀλλ', *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα*, σαφῶς τὸν παρόντα προσημαίνων χρόνον. Δύναται δὲ καὶ ζωὴν λέγειν, ἣν ζῇ ὁ Χριστὸς, τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσόμεθα. *Καὶ ὁ τρώγων με*, φησὶ, *ζήσεται δι' ἐμέ.* Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς τοῦ Λόγου καὶ τῆς σοφίας. Σάρκα γὰρ καὶ αἷμα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι' ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἐκ τοῦ ῥητοῦ ἴσως δηλούμενον.

5. Καὶ πάλιν· *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί.* Κέχρηται (67) γὰρ καὶ τούτῳ τῷ ῥητῷ τὰ ἀχάριστα κτίσματα, τὰ τοῦ πονηροῦ γεννήματα. Ἐγὼ δὲ καὶ ἐκ ταύτης τῆς φωνῆς τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ δηλοῦσθαι πεπίστευκα. Τὰς γὰρ συγκρίσεις οἶδα κυρίως ἐπὶ τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως γινομένας. Ἄγγελον γὰρ, ἀγγέλου λέγομεν μείζονα, καὶ ἄνθρωπον ἀνθρώπου δικαιότερον, καὶ πτηνὸν πτηνοῦ ταχύτερον. Εἰ τοίνυν αἱ συγκρίσεις ἐπὶ τῶν ὁμοειδῶν γίνονται, μείζων δὲ κατὰ σύγκρισιν εἴρηται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ· ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλη ἔννοια ἐναποκειμένη τῷ ῥητῷ. Τί γὰρ θαυμαστὸν, εἰ μείζονα ἑαυτοῦ τὸν Πατέρα ὡμολόγησε, Λόγος ὢν καὶ σὰρξ γεγονὼς, ὁπόταν καὶ ἀγγέλων ὀφθῇ κατὰ τὴν δόξαν ἐλάττων, καὶ ἀνθρώπων κατὰ τὸ εἶδος; *Ἠλάττωσας γὰρ αὐτὸν*, φησὶ, *βραχύ τι παρ' ἀγγέλους· καὶ πάλιν· Τὸν δὲ βραχύ τι παρ' ἀγγέλους ἠλαττωμένον·* καὶ τὸ, *Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος· ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους.* Τούτων δὲ πάντων ἠνέσχετο διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ περὶ τὸ πλάσμα φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον ἀνασώσηται (68), καὶ τὸ σωθὲν καταμίξῃ, καὶ τὸν κατελθόντα ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Ἰεριχὼ, καὶ διὰ τοῦτο περιπεσόντα λῃσταῖς, εἰς τὴν οἰκείαν ὑγιαίνοντα πάλιν ἐπαναγάγῃ πατρίδα. Ἢ καὶ τὴν φάτνην αὐτῷ

A pro viribus explicantes. Ac primum nobis proponatur illud : *Ego vivo propter Patrem* [52]. Hoc enim unum est ex jaculis, quæ in cœlum vibrantur ab his, qui eo impie utuntur. Illud autem dictum hoc loco non ipsam ante sæcula, ut arbitror, vitam designat (quidquid enim propter alterum vivit, vita ipsa esse nequit; quemadmodum neque quod ab alio calefactum est, calor ipse esse potest : Christus autem et Deus noster dixit : *Ego sum vita* [53]), sed vitam hanc in carne, et in hoc tempore factam, quam propter Patrem vixit. Nam ipso volente in vitam hominum advenit : neque dixit, Ego vixi propter Patrem; sed, *Ego vivo propter Patrem*, aperte præsens tempus significans. Potest autem et vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei B habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbimus. *Et qui* 84 *manducat me*, inquit, *vivit propter me* [54]. Edimus enim ipsius carnem, et bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem et sensibilem vitam, Verbi et sapientiæ. Carnem enim et sanguinem totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, et doctrinam ex practica et naturali et theologica notione constantem declaravit : per quam et nutritur anima, et ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur. Et hæc est fortasse illius dicti sententia.

5. Ac rursus, *Pater meus major me est* [55]. Utuntur enim et hoc dicto ingratæ creaturæ, mali progenies. Ego vero ex hac etiam voce consubstantialem esse Filium Patri credo demonstrari. Compara- C tiones enim scio proprie inter ea quæ ejusdem naturæ sunt fieri. Angelum namque angelo dicimus majorem, et hominem homine justiorem, et volucrem volucri velociorem. Itaque si comparationes inter ea quæ ejusdem speciei sunt, instituuntur; Pater autem secundum comparationem dictus est Filio major; consubstantialis Patri Filius. Inest autem et alia notio his verbis. Quid enim mirum, si majorem seipso Patrem confessus est, qui Verbum est et caro factus est [56] : cum et angelis visus sit secundum gloriam minor, et hominibus secundum speciem? *Minuisti enim eum*, inquit, *paulo minus ab angelis* [57]; et iterum : *Eum autem qui mo-* D *dico quam angeli minoratus est* [58]; item, *Vidimus eum, et non habebat speciem, neque decorem : sed species ejus deficiens præ omnibus hominibus* [59]. Hæc autem omnia sustinuit propter multam suam in opus suum benignitatem, ut perditam ovem reeuperaret, et introduceret servatam, et eum, qui ab Jerosolymis Jerichunta descenderat, ob idque inciderat in latrones, ad propriam rursus patriam sanum incolumemque reduceret. An etiam præsepe

[52] Joan. VI, 58. [53] Joan. XI, 25. [54] Joan. VI, 58. [55] Hebr. II, 9. [56] Isa. LIII, 2, 3. [57] Joan. XIV, 28. [58] Joan. I, 14. [59] Psal. VIII, 6.

(66) *Ἀσεβῶς*. Sic mss. Editi ἀσεβῶν. Habent iidem codices οὐ τὴν προαιώνιον. Editi οὐκ αὐτὴν, etc. Paulo post mss. pro αὐτοζωὴ habent αὐτοζῶν.

(67) *Κέχρηται*. Sic mss. Editi κέχρηνται.

(68) *Ἀνασώσηται*. Sic libri veteres. Editi ἀνασώσῃ. Paulo post ex iisdem mss. codicibus legimus ἀπαναγάγῃ pro ἐπεισαγάγῃ.

Digitized by Google

ei exprobrabit hæreticus, per quod cum esset ratione destitutus, a Verbo nutritus est? an objiciet paupertatem, quod lectulus defuit fabri filio? Propterea Patre minor Filius, quod tua causa factus est mortuus, ut te a mortalitate liberaret, et cœlestis participem vitæ faceret. Velut si quis et medicum accuset, quod demittens se ad morbos, particeps fetoris fiat, ut sanet ægrotantes.

ὀνειδίσει αἱρετικὸς, δι' ἧς ἄλογος ὢν ἐτράφη ὑπὸ τοῦ Λόγου (69); καὶ τὴν πενίαν προοίσει, ὅτι κλινιδίου οὐκ ἠὐπόρησεν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Διὰ τοῦτο Πατρὸς ἐλάττων ὁ Υἱὸς, ὅτι διὰ σὲ γέγονε νεκρὸς, ἵνα σε τῆς νεκρότητος ἀπαλλάξῃ, καὶ ζωῆς μέτοχον ἐπουρανίου ποιήσῃ. Ὥσπερ ἄν, εἴ τις καὶ τὸν ἰατρὸν (70) αἰτιῷτο, ὅτι συγκύπτων ἐπὶ τὰ πάθη, τῆς δυσωδίας συναπολαύῃ, ἵνα τοὺς πεπονθότας (71), ἰάσηται.

6. Propter te et horam et diem judicii ignorat, quanquam nihil sapientiam veram latet; omnia enim per ipsam facta sunt [59]. Hominum autem nemo unquam quod fecit ignorat. Verum id ita dispensat ob tuam infirmitatem, ut neque ii qui peccaverunt, ob præfiniti temporis angustiam in desperationem adducantur, quasi non relictum sit pœnitentiæ tempus: neque rursus ii qui diu cum adversaria potestate pugnant, ob temporis diuturnitatem aciem deserant. Itaque consulit utrisque **85** per ignorationem quam præ se fert; alteri quidem ob præclarum certamen tempus contrahens, alteri vero propter peccata pœnitentiæ tempus reservans. Quanquam cum se ipse in Evangeliis inter eos qui ignorant, ob multorum, uti dixi, infirmitatem, numeravit [60]; in Actis apostolorum velut perfectos seorsum alloquens, non sine sui ipsius exceptione dicit: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate* [61]. Atque hæc quidem prima aggressione dicta sint rudius. Sed jam inquirenda sublimior dicti intelligentia, et pulsandæ fores scientiæ, si quo modo possim patremfamilias excitare, qui spirituales panes petentibus se largitur; quandoquidem amici sunt et fratres quos convivio excipere cupimus.

6. Διὰ σὲ καὶ τὴν ὥραν καὶ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως ἀγνοεῖ· καίτοι οὐδὲν λανθάνει τὴν ὄντως σοφίαν· πάντα γὰρ δι' αὐτῆς ἐγένετο. Οὐδεὶς δὲ ἀνθρώπων πώποτε ὃ πεποίηκεν ἀγνοεῖ. Ἀλλὰ τοῦτο οἰκονομεῖ διὰ τὴν σὴν ἀσθένειαν, ἵνα μήτε τῷ στενῷ τῆς προθεσμίας οἱ ἁμαρτήσαντες τῇ ἀθυμίᾳ καταπέσωσιν, ὡς οὐχ ὑπολελειμμένου καιροῦ μετανοίας· μηδ' αὖ πάλιν οἱ πολεμοῦντες μακρὰν τῇ ἀντικειμένῃ δυνάμει διὰ τὸ μῆκος τοῦ χρόνου λειποταχτήσωσιν. Ἑκατέρους τοίνυν διὰ τῆς προσποιητῆς (72) ἀγνοίας οἰκονομεῖ· τῷ μὲν διὰ τὸν καλὸν ἀγῶνα συντέμνων τὸν χρόνον, τῷ δὲ διὰ τὰς ἁμαρτίας καιρὸν μετανοίας ταμιευόμενος. Καίτοι ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ἑαυτὸν συγκαταριθμήσας τοῖς ἀγνοοῦσι διὰ τὴν τῶν πολλῶν, ὡς ἔφην, ἀσθένειαν· ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὡς τελείοις κατ' ἰδίαν διαλεγόμενος, καθ' ὑπεξαίρεσιν ἑαυτοῦ φησιν· *Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς, οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ.* Καὶ ταῦτα μὲν κατὰ τὴν προτέραν ἐπιβολὴν εἰρήσθω (73) πρόχειρον. Ἤδη δὲ ἐξεταστέον ὑψηλότερον τὴν διάνοιαν τοῦ ῥητοῦ, καὶ κρουστέον τὴν θύραν τῆς γνώσεως, εἴ πως (74) δυνηθείην ἐξεγεῖραι τὸν οἰκοδεσπότην, τὸν τοὺς πνευματικοὺς ἄρτους διδόντα τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν, ἐπειδὴ φίλοι καὶ ἀδελφοί εἰσιν, οὓς ἑστιᾶσαι σπουδάζομεν.

7. Sancti discipuli Salvatoris nostri, cum ad summum contemplationis, quantum hominibus fas est, pervenissent, et Christi sermone expurgati fuissent, finem quærunt, et beatitudinem extremam nosse desiderant; id quod et a suis angelis et a seipso ignorari Dominus pronuntiavit, diem appellans accuratam omnem eorum, quæ de Deo cogitantur, comprehensionem: horam vero,

7. Οἱ ἅγιοι μαθηταὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπέκεινα θεωρίας, ὡς ἔνι ἀνθρώποις, ἐλθόντες, καὶ καθαρθέντες ἀπὸ τοῦ λόγου (75), τὸ τέλος ἐπιζητοῦσι, καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα γνῶναι ποθοῦσιν, ὅπερ ἀγνοεῖν καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ καὶ αὐτὸν ὁ Κύριος ἡμῶν ἀπεφήνατο· ἡμέραν (76) μὲν λέγων πᾶσαν τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν τῶν ἐπινοιῶν τοῦ Θεοῦ· ὥραν δὲ τὴν ἐνάδος καὶ μονάδος θεωρίαν, ὧν τὴν εἴδησιν μόνῳ

[59] Joan. I, 3. [60] Marc. XIII, 32. [61] Act. I, 7.

(69) *Ἄλογος ὢν ἐτράφη ὑπὸ τοῦ Λόγου.* Sic duo mss. codices. Editi ἄλλος ὢν ἐτράφη ὑπὸ τοῦ Λόγου. Legit Combefisius ὁ Λόγος ὢν ἐτράφη ὑπὸ τοῦ ἀλόγου, ac Regium codicem sic habere testatur, unde concludit sic esse reddendum: *Qui Verbum esset, a bruta nutritus animante est.* Sed vir doctissimus videtur negligentius legisse. Nam eodem codice usi sumus, nec tamen hanc lectionem in eo invenimus. Confirmatur scriptura, quam sequimur, testimonio Gregorii Nazianzeni, qui orat. 38 Basilii vestigiis sic loquitur: Καὶ τὴν φάτνην προσκύνησον, δι' ἣν ἄλογος ὢν ἐτράφης ὑπὸ τοῦ Λόγου: *Et præsepe adora, propter quod, cum rationis expers esses, a Verbo nutritus es*, pag. 623. Combefisii interpretatio hoc etiam vitio laborat, quod nitatur vulgari opinione de Christo inter bovem et asinum nota, quæ nondum sæculo quarto prodierat, ut demonstrat Tillemontius adversus Baronium, tom. I, p. 447.

(70) *Τὸν ἰατρόν.* Eodem exemplo ac iisdem verbis refellit Gregorius Nazianzenus inimicos Incarnationis in oratione modo citata, p. 621.

(71) *Πεπονθότας.* Sic mss. Editi πεπτωκότας. Paulo post ex iisdem codicibus legimus λανθάνει et δι' αὐτῆς. Editi ἐλάνθανε et δι' αὐτοῦ.

(72) *Προσποιητῆς.* Sic mss. Editi προσποιητικῆς.

(73) *Εἰρήσθω.* Sic Reg. Editi εἰρῆσθαι

(74) *Εἴ πως.* Reg. εἴ που, Harl. εἴ πη.

(75) *Ἀπὸ τοῦ Λόγου.* Respicit ad Christi verba, Joan. XV, 3: *Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.*

(76) *Ἡμέραν.* Sic mss. Editi ἡμέρας.

Digitized by Google

προσένειμε τῷ Πατρί. Ὑπονοῶ τοίνυν, ὅτι ἐκεῖνο λέγεται περὶ ἑαυτοῦ εἰδέναι ὁ Θεός, ὅπερ ἐστί· κἀκεῖνο μὴ εἰδέναι ὅπερ οὐκ ἔστι. Δικαιοσύνην μὲν γὰρ καὶ σοφίαν λέγεται εἰδέναι ὁ Θεὸς, αὐτοδικαιοσύνη (77) καὶ σοφία ὑπάρχων· ἀδικίαν δὲ καὶ πονηρίαν ἀγνοεῖν· οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία καὶ πονηρία ὁ κτίσας ἡμᾶς Θεός. Εἰ τοίνυν ἐκεῖνο λέγεται περὶ ἑαυτοῦ εἰδέναι ὁ Θεὸς ὅπερ ἐστὶ, κἀκεῖνο μὴ εἰδέναι ὅπερ οὐκ ἔστιν· οὐκ ἔστι δὲ ὁ Κύριος ἡμῶν κατὰ τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐπίνοιαν, καὶ παχυτέραν διδασκαλίαν, τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν· οὐκ ἄρα οἶδεν (78) ὁ Σωτὴρ ἡμῶν τὸ τέλος καὶ τὴν ἐσχάτην μακαριότητα. *Ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἄγγελοι*, φησὶν, *ἴσασι*· τουτέστιν, οὐδὲ ἡ ἐν αὐτοῖς θεωρία καὶ οἱ λόγοι τῶν διακονιῶν εἰσι τὸ ἔσχατον ὀρεκτόν. Παχεῖα γὰρ καὶ τούτων ἡ γνῶσις συγκρίσει τοῦ (79) πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Μόνος δὲ ὁ Πατὴρ, φησὶν, ἐπίσταται· ἐπεὶ καὶ αὐτός ἐστι τὸ τέλος, καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης. Ὅταν γὰρ μηκέτι Θεὸν ἐν τοῖς κατόπτροις, μηδὲ διὰ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιγινώσκωμεν, ἀλλ' αὐτῷ ὡς μόνῳ καὶ ἑνὶ προσέλθωμεν· τότε καὶ τὸ ἔσχατον τέλος εἰσόμεθα. Χριστοῦ γὰρ βασιλείαν φασὶν εἶναι πᾶσαν τὴν ἕνυλον γνῶσιν· τοῦ δὲ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὴν ἄϋλον, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, αὐτῆς τῆς θεότητος θεωρίαν. Ἔστι δὲ καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ αὐτὸς τὸ τέλος, καὶ ἡ ἐσχάτη μακαριότης, κατὰ τὴν τοῦ Λόγου ἐπίνοιαν. Τί γάρ φησιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ; *Κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ*· ἀνάστασιν λέγων τὴν ἀπὸ τῆς ἐνύλου γνώσεως ἐπὶ τὴν ἄϋλον θεωρίαν μετάβασιν (80), ἐσχάτην δὲ ἡμέραν τὴν γνῶσιν ταύτην εἰπὼν, μεθ' ἣν οὐκ ἔστιν ἑτέρα. Τηνικαῦτα γὰρ ὁ νοῦς ἡμῶν ἐξανίσταται, καὶ πρὸς ὕψος μακάριον διεγείρεται, ὁπηνίκα ἂν θεωρήσῃ τὴν ἑνάδα καὶ μονάδα τοῦ Λόγου. Ἀλλ' ἐπειδὴ παχυνθεὶς ἡμῶν ὁ νοῦς τῷ χοΐ συνεδέθη, καὶ τῷ πηλῷ συμφύρεται, καὶ ψιλῇ τῇ θεωρίᾳ ἐνατενίζειν ἀδυνατεῖ, διὰ τῶν συγγενῶν τοῦ σώματος αὐτῷ κόσμων (81) ποδηγούμενος· τὰς ἐνεργείας τοῦ κτίστου κατανοεῖ, καὶ ταῦτα ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τέως ἐπιγινώσκει, ἵν' οὕτω κατὰ μικρὸν αὐξηθεὶς ἰσχύσῃ ποτὲ καὶ αὐτῇ γυμνῇ προσελθεῖν τῇ θεότητι. Κατὰ ταύτην δὲ οἶμαι τὴν ἐπίνοιαν εἰρῆσθαι καὶ τὸ, *Ὁ Πατήρ μου μείζων μου ἐστί*· καὶ τὸ,

A unitatis ac monadis contemplationem, quarum scientiam soli Patri attribuit. Suspicor igitur Deum dici id quod est de seipso scire, et id nescire quod non est. Justitiam enim et sapientiam nosse dicitur Deus, cum ipse justitia et sapientia sit; injustitiam vero et malitiam ignorare; non enim est injustitia neque malitia, qui condidit nos Deus. Itaque si dicitur Deus, id quod est de seipso nosse, atque id nescire quod non est: non est autem Dominus noster secundum incarnationis considerationem, et crassiorem doctrinam, extremum illud bonum desiderabile: non igitur cognovit Salvator noster finem et extremam beatitudinem. *Sed neque angeli*, inquit, *sciunt* [61]: hoc est, neque contemplatio quæ in ipsis est, neque rationes mi-

B nisteriorum sunt extremum illud bonum desiderabile. Nam horum etiam scientia crassa est, si comparetur cum ea, quæ est facie ad faciem. Solus autem Pater, inquit, novit [62]: quippe et ipse est finis, et extrema beatitudo. Cum enim non amplius Deum in speculis, neque per aliena cognoscemus [63], sed ad ipsum veluti solum et unum accedemus; tunc et extremum finem sciemus. Nam Christi regnum esse ferunt omnem materialem cognitionem; Dei vero et Patris, immaterialem, et, ut ita dixerim, ipsius divinitatis contemplationem. Atque etiam Dominus noster et ipse finis est, et extrema beatitudo secundum Verbi considerationem. Quid enim ait in Evangelio? *Et ego resuscitabo eum in novissimo die* [64]: resurrectionem dicens transitum a materiali cognitione ad immortalem contemplationem; **86** diem autem novissimum

C appellans eam cognitionem, post quam non est alia. Tunc enim mens nostra excitatur, et ad beatam sublimitatem erigitur, cum Verbi unitatem ac monada contemplata fuerit. Sed quoniam mens nostra crassior effecta terræ illigata est, et luto admiscetur, et contemplationi nudæ intenta esse non potest; per cognatas corpori ipsius pulchritudines manu ducta, conditoris operationes considerat, eaque interim ex effectibus cognoscit, ut ita paulatim aucta, possint aliquando ad ipsam etiam

[61] Marc. XIII, 32. [62] ibid. [63] I Cor. XIII, 12. [64] Joan. VI, 40.

(77) *Αὐτοδικαιοσύνη*. Sic mss. Male in editis αὐτὸς καὶ δικαιοσύνη.

(78) *Οἶδεν*. Sic libri veteres pro εἶδεν, et paulo post ἴσασι pro οἴδασι.

(79) *Συγκρίσει τοῦ*, etc. Tota hæc explicandi ratio non sua sponte deducta, sed vi pertracta multis videbitur. Sed illud ad excusandum difficilius, quod ait Basilius angelorum scientiam crassam esse, si comparetur cum ea quæ est facie ad faciem. Videtur subtilis explicatio, quam hic sequitur, necessitatem ei imposuisse ita de angelis sentiendi. Nam cum diem et horam idem esse statueret, ac extremam beatitudinem; illud Scripturæ, *Sed neque angeli sciunt*, cogebat illis visionem illam, quæ fit facie ad faciem, denegare; quia idem de illis non poterat dici ac de Filio, eos de seipsis scire id quod sunt, nescire quod non sunt. Quod si hanc hausit opinionem ex Origenis fontibus, qui pluribus locis eam insinuat, certe cito deposuit

D Ait enim tom. II, p. 320, angelos in divinam faciem continenter intentos oculos habere. Idem docet in Commentario *in Isaiam* p. 515, n. 185, et in libro *De Spiritu sancto*, cap. 16.

(80) *Μετάβασιν*. Hanc vocem addimus ex mss. Ex iisdem legimus ἡμέραν δὲ τὴν pro τὴν ἡμέραν τήν.

(81) *Κόσμων*. Ait Combefisius: *Dura mihi hic vox: sit pro* στοιχείων, *per cognata corpori elementa*. Sed hac in re minus vidit vir eruditus; non enim idem sonat illa vox ac *mundi*, quasi plures ejusmodi mundos admittat Basilius; sed idem prorsus ac ornatus, sive ut ait Basilius in epist. 6: Τὰ περὶ γῆν κάλλη, *pulchritudines quæ sunt circa terram*. In Commentario *in Isaiam* n. 58, p. 422, Ecclesia dicitur πρέπουσιν ἑαυτῇ κόσμοις κεκοσμημένη, *convenientibus sibi ornamentis instructa*. Eadem voce utitur Gregorius Nazianzenus epist. 107.

Digitized by Google

nudam divinitatem accedere. In eamdem autem arbitror sententiam dictum fuisse et illud : *Pater major me est* [65] : illud itidem, *Non est meum dare, sed quibus paratum est a Patre* [66]. Hoc enim est quod et Christus regnum tradere dicitur Deo et Patri [67] ; cum primitiæ, non finis sit, secundum rudiorem, ut dixi, doctrinam, quæ nostri non ipsius Filii respectu intelligitur. Quod autem hæc ita se habent, rursus discipulis in Actis apostolorum interrogantibus, *Quando restitues regnum Israel*, respondit, *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in propria potestate* [68]. Hoc est, non eorum est, qui carni et sanguini illigati sunt, talis regni cognitio. Posuit enim Pater contemplationem istam in propria potestate : potestatem dicens eos, qui sub ipsius sunt potestate ; proprios vero eos, quos rerum inferiorum ignoratio non tenet. Nolim autem intelligas tempora et momenta sensibilia, sed quædam cognitionis intervalla a sole intelligibili facta. Oportet enim istam Domini nostri precationem ad finem perduci ac impleri. Jesus enim est qui precatus est : *Da eis, ut et ipsi in nobis unum sint, sicut ego et tu, Pater, unum sumus* [69]. Deus enim cum unus sit, si in singulis fuerit, omnes unum efficit ; et accedente unitate, perit numerus. Atque equidem sic aggressus sum hoc dictum secundo tentamine. Quod si quis meliora dicat, aut nostra pie emendet ; et dicat, et emendet, et eum pro nobis remunerabit Dominus. Nulla enim apud nos habitat invidia, ut qui nec contentionis, nec inanis gloriæ studio ad hanc verborum investigationem accesserimus ; sed propter fratrum utilitatem, ne testacea vasa thesaurum Dei habentia ab hominibus saxeo corde præditis et incircumcisis, qui ex stulta sapientia armati sunt, circumveniri videantur.

Οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται ὑπὸ τοῦ Πατρός. Τοῦτο γάρ ἐστι καὶ τὸ παραδοῦναι τὴν βασιλείαν τὸν Χριστὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρί· ἀπαρχὴν ὄντα καὶ οὐ τέλος, κατὰ τὴν παχυτέραν, ὡς ἔφην, διδασκαλίαν, ἥτις ὡς πρὸς ἡμᾶς, καὶ οὐ πρὸς αὐτὸν τὸν Υἱὸν θεωρεῖται. Ὅτι δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν ἐρωτήσασι τοῖς μαθηταῖς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων τό· *Πότε ἀποκαθιστανεῖς τὴν βασιλείαν τῷ Ἰσραὴλ*, φησίν· *Οὐχ ὑμῶν ἐστι γνῶναι χρόνους ἢ καιροὺς* (82), *οὓς ὁ Πατὴρ ἔθετο ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ*. Τουτέστιν, οὐ τῶν συνδεδεμένων σαρκὶ καὶ αἵματι τῆς τοιαύτης βασιλείας ἡ γνῶσις. Ταύτην γὰρ τὴν θεωρίαν ὁ Πατὴρ ἐναπέθετο τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ· ἐξουσίαν λέγων τοὺς ἐξουσιαζομένους, ἰδίους δὲ, οὓς μὴ κατέχει (83) ἄγνοια τῶν κατωτέρω πραγμάτων. Χρόνους δὲ καὶ καιροὺς μή μοι νόει αἰσθητοὺς, ἀλλὰ διαστήματά τινα γνώσεως ὑπὸ τοῦ νοητοῦ ἡλίου γινόμενα. Δεῖ γὰρ τὴν προσευχὴν ἐκείνην ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι τοῦ Δεσπότου ἡμῶν. Ἰησοῦς γάρ ἐστιν ὁ προσευξάμενος· *Δὸς αὐτοῖς, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι, καθὼς ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, Πάτερ*. Εἷς γὰρ ὢν ὁ Θεὸς, ἓν ἑκάστῳ γινόμενος, ἑνοῖ τοὺς πάντας· καὶ ἀπόλλυται ὁ ἀριθμὸς τῇ τῆς μονάδος ἐπιδημίᾳ. Κἀγὼ μὲν οὕτως ἐπέβαλον τῷ ῥητῷ (84) κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιχείρησιν. Εἰ δέ τις βέλτιον λέγοι, ἢ διορθοίη εὐσεβῶς τὰ ἡμέτερα, καὶ λεγέτω καὶ διορθούσθω, καὶ ὁ Κύριος ἀνταποδώσει ὑπὲρ ἡμῶν. Οὐδεὶς γὰρ παρ' ἡμῖν αὐλίζεται φθόνος, ὅτι μηδὲ φιλονεικίας ἕνεκεν ἢ κενοδοξίας (85) ἐπὶ τήνδε τὴν ἐξέτασιν τῶν ῥημάτων κεχωρήκαμεν· ἀλλ' ὠφελείας ἕνεκεν τῶν ἀδελφῶν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν παρακρούεσθαι τὰ ὀστράκινα σκεύη, τὰ τὸν θησαυρὸν ἔχοντα τοῦ Θεοῦ, ὑπὸ τῶν λιθοκαρδίων καὶ ἀπεριτμήτων ἀνθρώπων, τῶν ἐκ τῆς μωρᾶς ὡπλισμένων σοφίας.

8. Rursus per sapientem Salomonem in Proverbiis creatus est. *Dominus enim*, inquit, *creavit me* [70]. Et initium viarum evangelicarum nominatur, quæ nos ad regnum cœlorum ducunt ; non secundum essentiam creatura, sed secundum dispensationem factus via. Nam *factum esse*, et *creatum esse*, idem significant. Factus est enim quatenus via et janua et pastor et nuntius et ovis, ac rursus pontifex et apostolus ; nominibus aliis pro alia considerandi ratione positis. Rursus quid dicat hæreticus **87** de non subjecto Deo, et propter nos facto peccato? Scriptum namque est : *Cum subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia* [71]. Non times, o homo, cum Deus non subjectus appellatur! Tuam enim subjectionem, suam facit ; et

8. Πάλιν διὰ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος ἐν Παροιμίαις ἔκτισται. *Κύριος γάρ*, φησὶν, *ἔκτισέ με*. Καὶ ἀρχὴ ὁδῶν εὐαγγελικῶν ὀνομάζεται, ἀγουσῶν ἡμᾶς πρὸς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, οὐ κατ' οὐσίαν κτίσις, ἀλλὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν ὁδὸς γεγονώς. Τὸ γὰρ *γεγονέναι*, καὶ τὸ *ἐκτίσθαι*, ταυτὸν δηλοῖ. Ὡς γὰρ ὁδὸς γέγονε, καὶ θύρα, καὶ ποιμὴν, καὶ ἄγγελος, καὶ πρόβατον, καὶ πάλιν ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος· ἄλλων (86) κατ' ἄλλην ἐπίνοιαν τῶν ὀνομάτων κειμένων. Τί ἂν εἴποι πάλιν ὁ αἱρετικὸς περὶ τοῦ ἀνυποτάκτου Θεοῦ, καὶ τοῦ δι' ἡμᾶς ἁμαρτίαν γεγενημένου; Γέγραπται γάρ· *Ὅταν ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε καὶ αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα*. Οὐ φοβῇ, ἄνθρωπε, τὸν Θεὸν ἀνυπότακτον ὀνομαζόμενον ; Τὴν γὰρ σὴν ὑποταγὴν ἰδίαν ποιεῖται, καὶ ἐν τῷ ἀντιτείνειν σε πρὸς

[65] Joan. XIV, 28. [66] Matth. XX, 30. [67] I Cor. XV, 24. [68] Act. I, 6, 7. [69] Joan. XVII, 21. [70] Prov. VIII, 22. [71] I Cor. XV, 28.

(82) Ἢ καιρούς. Sic mss. Editi καὶ καιρούς.
(83) Οὓς μὴ κατέχει. Mss. ὧν μὴ μετέχει.
(84) Ἐπέβαλον τῷ ῥητῷ. Melior videtur hæc veterum codicum scriptura quam vulgata ἀπέλαβον τὸ ῥητόν.
(85) Κενοδοξίας. Sic mss. Editi φιλοδοξίας. Paulo post cod. Reg. μὴ δοκεῖν περικρούεσθαι.
(86) Ἄλλων. Editi addunt δέ, sed deest in mss. Paulo post ἁμαρτία γεγενημένου in cod. Reg.; ἁμαρτίας Harl.

Digitized by Google

τὴν ἀρετὴν, ἀνυπότακτον ἑαυτὸν ὀνομάζει. Οὕτω καὶ ἑαυτὸν ἔφη εἶναι τὸν διωκόμενον. *Σαῦλε γὰρ, φησὶ, Σαῦλε, τί με διώκεις;* ἡνίκα ἐπὶ Δαμασκὸν ἔτρεχε (87), τοὺς μαθητὰς τοῦ Χριστοῦ συνδῆσαι βουλόμενος. Καὶ πάλιν ἑαυτὸν γυμνὸν ὀνομάζει, ἑνός τινος τῶν ἀδελφῶν γυμνητεύοντος. *Γυμνὸς γὰρ, φησὶν, ἦμην, καὶ περιεβάλετέ με.* Καὶ ἄλλου ἐν φυλακῇ ὄντος, ἑαυτὸν ἔφη εἶναι τὸν καθειργμένον. Αὐτὸς γὰρ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἦρε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασε. Μία δὲ τῶν ἀσθενειῶν ἐστι καὶ ἡ ἀνυποταξία· καὶ ταύτην ἐβάστασε. Διὸ καὶ τὰ συμβαίνοντα ἡμῖν περιστατικὰ ἰδιοποιεῖται ὁ Κύριος, ἐκ τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας τὰ ἡμέτερα πάθη ἀναδεχόμενος.

A quod tu reluctaris adversus virtutem, seipsum non subjectum nominat. Ita aliquando et seipsum dicit esse persecutioni obnoxium. Ait enim : *Saule, Saule, quid me persequeris* [75] ? cum videlicet Damascum curreret, Christi discipulos vincire volens. Et rursus seipsum nudum vocat, si unus aliquis ex fratribus nudus exstiterit. *Nudus enim,* inquit, *eram, et cooperuistis me* [76]. Item, cum alius in carcere versatur, seipsum inclusum esse dicit. Ipse enim peccata nostra tulit, et morbos portavit. Una autem ex infirmitatibus est quod subjecti non simus ; et hanc portavit. Quapropter et res adversas, quæ nobis accidunt, proprias suas facit Dominus : ob eam quam nobiscum habet societatem, perpessiones nostras suscipiens.

9. Ἀλλὰ καὶ τὸ, *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν*, λαμβάνουσιν οἱ θεομάχοι ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ῥητὸν μάλιστα καταγγέλλει τῆς αὐτῆς φύσεως εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρί. Εἰ γὰρ ἕκαστον τῶν λογικῶν κτισμάτων δύναταί τι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ, αὐτεξούσιον ἔχον (88) τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρόν τε καὶ κρεῖττον ῥοπὴν, ὁ δὲ Υἱὸς οὐ δύναταί τι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ· οὐ κτίσμα ὁ Υἱός. Εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιος τῷ Πατρί. Καὶ πάλιν, οὐδὲν τῶν κτισμάτων τὰ ὅσα βούλεται δύναται. Ὁ δὲ Υἱὸς ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πάντα ὅσα ἠθέλησεν, ἐποίησεν· οὐκ ἄρα κτίσμα ὁ Υἱός. Καὶ πάλιν, πάντα τὰ κτίσματα ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων συνέστηκεν, ἢ τῶν ἐναντίων ἐστὶ δεκτικά. Ὁ δὲ Υἱὸς αὐτοδικαιοσύνη, καὶ ἄῦλός ἐστιν· οὐκ ἄρα κτίσμα ὁ Υἱός. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ὁμοούσιος τῷ Πατρί.

B 9. Sed et illud, *Non potest Filius facere a se quidquam* [74], usurpant Dei hostes ad audientium eversionem. Mihi autem et hoc dictum maxime declarat ejusdem naturæ esse Filium ac Patrem. Etenim, si unaquæque rationalium creaturarum aliquid a seipsa facere potest, libere in pejus meliusve inclinans, Filius autem non potest a semetipso quidquam facere ; Filius creatura non est. Quod si creatura non est, Patri est consubstantialis. Ac rursus, nulla creatura quodcunque vult, potest efficere : Filius autem omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo et in terra : non est igitur creatura Filius. Et iterum, creaturæ omnes aut constant ex contrariis, aut contrariorum sunt capaces. Filius vero est ipsa justitia, et a materia secretus : proinde Filius creatura non est. Quod si creatura non est, consubstantialis est Patri.

10. Καὶ αὕτη μὲν αὐτάρκης ἡμῖν ἡ ἐξέτασις, κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἡμετέραν τῶν τεθέντων ῥητῶν. Ἤδη δὲ λοιπὸν καὶ πρὸς τοὺς ἀντιπίπτοντας τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ τῷ λόγῳ χωρήσωμεν (89), καθαιροῦντες αὐτῶν πᾶν ὕψωμα διανοίας ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Κτίσμα λέγεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πᾶν δὲ κτίσμα δοῦλόν ἐστι τοῦ κτίσαντος· *Τὰ γὰρ σύμπαντα*, φησὶ, *δοῦλα σά.* Εἰ δὲ δοῦλόν ἐστι, καὶ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα· πᾶν δὲ ὁ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐκ ἀνεπίδεκτόν ἐστι κακίας· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατ' οὐσίαν ὂν ἅγιον, πηγὴ ἁγιασμοῦ προσηγόρευται· οὐκ ἄρα κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ δὲ μὴ κτίσμα, ὁμοούσιόν ἐστι τῷ Θεῷ. Πῶς δὲ δοῦλον ἀποκαλεῖς, εἰπέ μοι, τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐλευθεροῦντά σε τῆς δουλείας ; *Ὁ γὰρ νόμος*, φησὶ, *τοῦ Πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με* (90) *ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας.* Ἀλλ' οὐδὲ τρεπτὴν αὐτοῦ ποτε τὴν οὐσίαν τολμήσεις εἰπεῖν, ἀφορῶν εἰς τὴν φύσιν τῆς ἀντικειμένης δυ-

10. Sed jam quidem satis pro viribus proposita dicta explanavimus. Jam deinceps etiam ad eos qui Spiritum sanctum oppugnant, sermonem convertamus, ut omnem animi eorum altitudinem, quæ se contra Dei cognitionem effert [78], dejiciamus. Spiritum sanctum creaturam dicis. Omnis autem creatura serva est Creatoris : *Omnia enim,* inquit, *sunt serva tua* [76]. Si vero servus est, adventitiam quoque habet sanctitatem : quidquid autem adventitiam sanctitatem habet, capax est malitiæ : at Spiritus sanctus, cum secundum essentiam sanctus sit, fons appellatur sanctitatis [77] : non est igitur creatura Spiritus sanctus. Quod si creatura non est, consubstantialis est Deo. Quomodo autem servum vocas, dic mihi, eum, qui te per baptismum e servitute eximit ? *Nam,* inquit, *lex Spiritus vitæ liberavit me a lege peccati* [78]. Sed neque mutabilem audebis unquam ejus essentiam dicere ; si modo ad potentiæ adversæ naturam

[75] Act. IX, 4. [76] Matth. XXV, 36. [74] Joan. V, 19. [75] II Cor. X, 5. [76] Psal. CXVIII, 91. [77] Rom. I, 4. [78] Rom. VIII, 2.

(87) *Ἔτρεχε.* Addunt editi ἐκεῖνος, sed deest in mss. Paulo post editi περιεβάλλετε· aliter in mss. Subinde cod. Harl. ἀσθενείας pro ἁμαρτίας.

(88) *Αὐτεξούσιον ἔχον.* Hæc verba et quæ sequuntur usque ad ista, οὐ κτίσμα ὁ Υἱός, addidimus ex cod. Reg. cui consentit Harl., nisi quod habet αὐτεξούσιον καὶ ἴσην ἔχον ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ κρεῖττον ῥοπήν.

(89) *Χωρήσωμεν.* Sic mss. Editi χωρήσομεν. Non multo post ex cod. Harl. addita sunt hæc verba, πᾶν δὲ ὁ ἐπίκτητον ἔχει τὴν ἁγιότητα.

(90) *Ἠλευθέρωσέ με.* Σέ in duobus mss.

Digitized by Google

respicias, quæ fulguris in morem e cœlo lapsa est, et vera vita excidit, propterea quod ascitam externamque sanctitatem habuit, successitque consilio malo mutatio. Itaque posteaquam **88** et unitate excidit, et angelicam abjecit dignitatem, ex moribus dictus est diabolus, exstincto quidem priore ac beato habitu, excitata vero adversa illa potentia. Ad hæc si Spiritum sanctum dicit creaturam, circumscriptam ac finitam illius naturam inducit. Quomodo ergo stabit illud : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum* [79] ? illud quoque, *Quo ibo a Spiritu tuo* [80] ? Sed neque ipsum natura simplicem, ut apparet, confitetur. Dicit enim ipsum numero unum. Quidquid autem unum numero est, id, ut dixi, simplex non est. Si vero simplex non est Spiritus sanctus, ex essentia et sanctitate constat : quod autem est ejusmodi, compositum est. Sed quis adeo demens fuerit, ut Spiritum sanctum dicat compositum, ac non simplicem, et Patri et Filio consubstantialem secundum simplicitatis rationem?

A νάμεως, ἤτις, ὡς ἀστραπὴ, πέπτωκεν ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐξέπεσε τῆς ὄντως ζωῆς, διὰ τὸ ἐπίκτητον ἐσχηκέναι τὴν ἁγιότητα, καὶ ἐπηκολουθηκέναι τῇ κακῇ βουλῇ τὴν ἀλλοίωσιν. Τοιγαροῦν καὶ ἐκπεσὼν τῆς μονάδος, καὶ τὸ ἀγγελικὸν ἀπορρίψας ἀξίωμα, ἀπὸ τοῦ τρόπου ὠνομάσθη διάβολος· ἀποσβεσθείσης μὲν αὐτοῦ τῆς πρότερας καὶ μακαρίας ἕξεως, τῆς δὲ ἀντικειμένης ταύτης δυνάμεως ἀναφθείσης. Ἔπειτα εἰ κτίσμα λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πεπερατωμένην τὴν φύσιν αὐτοῦ εἰσάγει. Πῶς οὖν σταθήσεται τὸ, *Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην*; καὶ τὸ, *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου*; Ἀλλ' οὐδ' ἁπλοῦν αὐτὸ τῇ φύσει, ὡς ἔοικεν, ὁμολογεῖ. Ἀριθμῷ γὰρ ἓν αὐτὸ ὀνομάζει. Πᾶν δὲ ὃ ἓν ἀριθμῷ, τοῦτο οὐχ ἁπλοῦν. ὡς ἔφην, ἔστιν. Εἰ δὲ B μὴ ἁπλοῦν ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξ οὐσίας καὶ ἁγιασμοῦ συνέστηκε· τὸ δὲ τοιοῦτον, σύνθετον. Καὶ τίς οὕτως ἀνόητος, ὡς σύνθετον εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ μὴ ἁπλοῦν, καὶ κατὰ τὸν τῆς ἁπλότητος λόγον ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ;

11. Quod si sermone progrediendum est, majoraque inspicienda, hinc maxime divinam sancti Spiritus potentiam contemplemur. Tria creationum genera in Scriptura nominata invenimus : unum quidem ac primum, ex nihilo productionem; secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre et Filio operantem. Cœli enim producuntur. Quid jam dicit David? *Verbo Domini cœli firmati sunt, et spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [81]. Rursus creatur homo per baptisma. *Si qua enim in Christo nova creatura* [82]. Jam quid dicit discipulis Salvator? *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [83]. Vides et hic una adesse cum Patre et Filio Spiritum sanctum. Quid autem dices et de resurrectione mortuorum, postquam defecerimus, et in nostrum pulverem reversi fuerimus? Terra enim sumus, et in terram ibimus, et mittet Spiritum sanctum, et creabit nos, et renovabit faciem terræ [84]. Nam quod sanctus Paulus resurrectionem dixit, id David renovationem appellavit. Rursus autem audiamus eum, qui ad D tertium usque cœlum raptus est. Quid dicit? *Templum estis Spiritus sancti in vobis inhabitantis* [85]. Templum autem omne, Dei templum est. Quod si templum sumus Spiritus sancti; Spiritus sanctus Deus est. Dicitur autem et templum Salomonis; verum tanquam ejus qui exstruxit. Quod si sic sumus templum Spiritus sancti, Spiritus sanctus Deus est : *Qui* enim *omnia condidit, Deus est* [86] ; si vero tanquam ejus, qui adora-

11. Εἰ δὲ δεῖ προβῆναι (91) τῷ λογῳ, καὶ ἐποπτεῦσαι τὰ μείζονα, ἐκ τούτου μάλιστα τὴν θεϊκὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεωρήσωμεν. Τρεῖς κτίσεις εὑρήκαμεν ὀνομαζομένας ἐν τῇ Γραφῇ· μίαν μὲν καὶ πρώτην τὴν ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν· δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ χείρονος εἰς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν· τρίτην δὲ τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Ἐν ταύταις εὑρήσεις συνεργὸν Πατρὶ C καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὐρανῶν γὰρ οὐσίωσις. Καὶ τί φησιν ὁ Δαβίδ; *Τῷ λόγῳ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν*. Πάλιν ἄνθρωπος διὰ βαπτίσματος κτίζεται· *Εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις*. Καὶ τί φησι τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτήρ; *Ἀπελθόντες, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Ὁρᾷς κἀνταῦθα συμπαρὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τί δ' ἂν εἴπωις καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν, ὅταν ἐκλείψωμεν, καὶ εἰς τὸν χοῦν ἡμῶν ἐπιστρέψωμεν; Γῆ γάρ ἐσμεν, καὶ εἰς τὴν γῆν ἀπελευσόμεθα, καὶ ἀποστελεῖ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ κτίσει ἡμᾶς, καὶ ἀνακαινίσει τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Ἦν γὰρ Παῦλος ὁ ἅγιος ἐξανάστασιν εἰρηκε, ταύτην Δαβὶδ ἀνακαινισμὸν προσηγόρευσε. Ἀκούσωμεν δὲ πάλιν (92) τοῦ ἁρπαγέντος ἕως τρίτου οὐρανοῦ. Τί φησιν; Ὅτι *ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁγίου Πνεύματός ἐστε*. Πᾶς δὲ ναὸς Θεοῦ ναός. Εἰ δὲ ναός ἐσμεν τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Λέγεται δὲ καὶ ναὸς Σολομῶντος, ἀλλ' ὡς κατασκευάσαντος. Εἰ δὲ οὕτως ἐσμὲν ναὸς τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Θεὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ὁ γὰρ *πάντα κατασκευάσας Θεός*· εἰ δὲ ὡς προσκυνουμένου, καὶ

[79] Sap. I, 7. [80] Psal. CXXXVIII, 7. [81] Psal. XXXII, 6. [82] II Cor. V. 17. [83] Matth. XXVIII, 19. [84] Psal. CIII, 30. [85] I Cor. VI, 19 [86] Hebr. III, 4.

(91) *Προβῆναι*. Mss. προσβῆναι.

(92) *Πάλιν*. Hanc vocem addidimus ex mss.

Digitized by Google

ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν, ὁμολογήσωμεν αὐτὸ εἶναι Θεόν. *Κυρίῳ γὰρ τῷ Θεῷ σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.* Εἰ δὲ τὴν Θεὸς φωνὴν παραιτεῖντο, μανθανέτωσαν τίνος ἐστὶ σημαντικὸν τὸ ὄνομα τοῦτο. Παρὰ γὰρ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἢ θεᾶσθαι τὰ πάντα ὁ Θεὸς ὀνομάζεται (93). Εἰ τοίνυν θεὸς εἴρηται παρὰ τὸ τεθεικέναι ἢ θεᾶσθαι τὰ πάντα, τὸ δὲ Πνεῦμα πάντα γινώσκει τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τὸ πνεῦμα τὸ ἐν ἡμῖν τὰ ἡμέτερα· Θεὸς οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ πάλιν, εἰ ἡ μάχαιρα τοῦ Πνεύματος ῥῆμά ἐστι Θεοῦ, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἐκείνου γάρ ἐστιν ἡ μάχαιρα, οὗ καὶ ῥῆμα καλεῖται. Καὶ εἰ καὶ δεξιὰ (94) τοῦ Πατρὸς ὀνομάζεται (*Δεξιὰ γὰρ Κυρίου ἐποίησε δύναμιν*· καὶ, *Ἡ δεξιά σου, Κύριε, ἔθραυσεν ἐχθρούς*· δάκτυλος δὲ Θεοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὸ ῥητόν· τὸ, *Εἰ ἐγὼ ἐν δακτύλῳ Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια*· ὅπερ ἐν ἑτέρῳ Εὐαγγελίῳ γέγραπται, τὸ, *Εἰ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια*)· τῆς αὐτῆς φύσεως τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

12. Καὶ περὶ μὲν τῆς προσκυνητῆς καὶ ἁγίας Τριάδος τοσαῦτα (95) ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος εἰρήσθω (96). Οὐ γὰρ νῦν δυνατὸν πλατύτερον ἐξετάσαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον. Ὑμεῖς δὲ, λαβόντες παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως σπέρματα, στάχυν ὥριμον ἐαυτοῖς γεωργήσατε, ἐπεὶ καὶ τόκους, ὡς ἴστε, τῶν τοιούτων προσαπαιτούμεθα. Πιστεύω δὲ τῷ Θεῷ, ὅτι καρποφορήσετε καὶ τριάκοντα, καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν, διὰ τὴν καθαρότητα τοῦ βίου ὑμῶν. *Μακάριοι γὰρ, φησὶν* (97), *οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.* Καὶ μηδὲ ἄλλο τι, ἀδελφοὶ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν νομίσητε (98) ἢ τὴν τῶν ὄντων ἀληθῆ κατανόησιν, ἣν καὶ μακαριότητα ὀνομάζουσιν αἱ θεῖαι Γραφαί. *Ἡ γὰρ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι.* Περὶ δὲ τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον οὐδὲν ἕτερον ἢ θεωρία συνίσταται. Θεωρία ἂν εἴη λοιπὸν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Ὧν γὰρ νῦν (99) τὰς σκιὰς καθορῶμεν ὡς ἐν κατόπτρῳ, ὕστερον, ἀπαλλαγέντες τοῦ γεώδους σώματος τούτου, καὶ ἄφθαρτον ἐνδυσάμενοι καὶ ἀθάνατον, τούτων τὰ ἀρχέτυπα κατοψόμεθα. Ὀψόμεθα δὲ, εἴ γε τὸν ἑαυτῶν βίον πρὸς τὸ εὐθὲς κυβερνοίημεν, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τοιοίμεθα πρόνοιαν, ὧν χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν Κύριον. *Εἰς γὰρ κακότεχνον ψυχὴν, φησὶν, οὐκ εἰσελεύσεται σοφία, οὐδὲ κατοικήσει ἐν σώματι καταχρέῳ ἁμαρτίαις.* Καὶ μηδεὶς ὑποκρουέτω λέγων, ὅτι Τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν περὶ τῆς ἀσωμάτου καὶ πάντη (1) ἀύλου οὐσίας ἡμῖν φιλοσοφεῖς. Καὶ γὰρ ἄτοπον κρίνω τὰς μὲν αἰσθήσεις ἐᾷν ἀκωλύτως τῶν ἰδίων ἐμπίπλασθαι ὑλῶν, τὸν δὲ νοῦν μόνον εἰργε-

tur, et inhabitat in nobis, confiteamur ipsum esse Deum. *Adorabis namque Dominum Deum tuum, et illi soli servies*[87]. Quod si eis vox illa, *Deus*, displicet, discant quid hoc nomen significet. Nimirum ex eo quod posuerit omnia, vel spectet omnia, Deus nominatur. Si igitur Deus dicitur, eo quod posuerit vel spectet omnia; Spiritus autem cognoscit omnia quæ Dei sunt, velut spiritus, qui in nobis est, novit quæ nostra sunt[88]: igitur Spiritus sanctus Deus est. Et rursus, si gladius Spiritus verbum est Dei[89], Deus est Spiritus sanctus. Illius est enim gladius, cujus etiam verbum vocatur. Quod **89** si etiam nominatur Patris dextera (*Dextera enim Domini fecit virtutem*[90]; et: *Dextera tua, Domine, percussit inimicos*[91]; Dei autem digitus Spiritus sanctus est, secundum illud: *Si ego in digito Dei ejicio dæmonia*[92]; id quod in alio Evangelio scriptum est: *Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia*[93]): Spiritus sanctus ejusdem naturæ ac Pater et Filius.

12. Atque ista quidem nobis de adoranda et sancta Trinitate in præsenti dicta sint. Nunc enim fieri nequit, ut latius rationem illius exquiramus. Vos vero, acceptis a nostra humilitate seminibus, maturam spicam vobisipsis excolite, siquidem et a nobis, ut nostis, exigitur talium usura. Confido autem Deo, fructum allaturos vos et trigecuplum et sexagecuplum, et centuplum, ob vestræ vitæ puritatem. Nam *beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*[94]. Neque vero regnum cœlorum aliud quidquam putetis, fratres, quam eorum quæ sunt contemplationem, quam etiam divinæ Scripturæ vocant beatitudinem. *Regnum enim cœlorum intra vos est*[95]. Circa internum autem hominem nihil aliud quam contemplatio consistit. Reliquum est igitur, ut contemplatio regnum sit cœlorum. Quorum enim nunc umbras videmus quasi in speculo, postmodum terreno hoc corpore liberati, et incorrupto ac immortali induti, horum archetypa videbimus. Cernemus autem, si modo vitam nostram ad id quod rectum est, direxerimus, atque recta fides curæ nobis fuerit, sine quibus nemo Dominum videbit. *Nam in malignam animam*, inquit, *non introibit sapientia, neque habitabit in corpore obnoxio peccato*[96]. Nemo autem reclamet, dicens: Qui res ante pedes positas ignoras, de incorporea et prorsus immateriali essentia nobis philosopharis. Illud enim absurdum judico, ut sensus quidem sinamus libere suis op-

[87] Matth. IV, 10. [88] I Cor. II, 10, 11. [89] Ephes. VI, 17. [90] Psal. CXVII, 16. [91] Exod. XV, 6. [92] Luc. XI, 20. [93] Matth. XII, 28. [94] Matth. V, 8. [95] Luc. XVII, 21. [96] Sap. I, 4.

(93) *Ὁ Θεὸς ὀνομάζεται.* Has voces et quæ sequuntur usque ad τὸ δὲ Πνεῦμα addimus ex mss. Displicet autem Combefisio τεθεικέναι, ac legere mallet τεθεωρηκέναι.

(94) *Καὶ εἰ καὶ δεξιά.* Sic mss. Editi καὶ δεξιά, omissis καὶ εἰ. (Vide Addenda.)

(95) *Τοσαῦτα.* Ita mss. pro eo quod erat in editis τοιαῦτα. Non multo post editi σπέρμα. Mss. ut in textu.

(96) (Vide Addenda.)

(97) *Γὰρ, φησὶν.* Ultima vox addita ex mss.

(98) *Νομίσητε.* Ita mss. Editi νομίσητατ.

(99) *Ὧν γὰρ νῦν.* Ultima vocula ex mss. addita.

(1) *Πάντη.* Ita mss. Editi πάντα.

Digitized by Google

pleri materiis, mens vero sola a propria operatione arceatur. Ut enim sensus sensibilia, ita mens intelligibilia attingit. Simul autem et hoc dicendum, naturalia judicia documenti expertia a conditore nostro Deo indita fuisse. Visum enim nemo edocet ut percipiat colores aut figuras; neque auditum ut sonos et voces; neque ollactum, ut bene et male olentium rerum vapores; neque gustum, ut sapores ac succos; neque tactum, ut mollia et dura, ut calida aut frigida. Neque sane quisquam mentem docebit intelligibilia assequi. Et quemadmodum sensus, si quid ipsis acciderit incommodi, egent solum curatione, et suum ipsorum munus explent facile; ita et mens carni illigata, et ortis ex ea phantasiis oppleta, fide indiget et recta vita, quæ pedes ipsius velut cervi cujusdam præparant [97], eamque ad alta erigunt. Hoc ipsum etiam sapiens ille Salomon admonet; ac nunc quidem nobis objicit non verecundantem opificem formicam [98], ac per eam nobis actuosam viam describit: nunc vero sapientis apiculæ in fingendis favis organum [99]: ac per eam naturalem contemplationem suggerit, in qua etiam de sancta Trinitate doctrina admiscetur; siquidem ex rerum creatarum pulchritudine **90** convenienter creator consideratur. Sed jam gratiis actis Patri et Filio et Spiritui sancto, finem imponamus litteris: siquidem modus omnis, ut etiam est in proverbio, optimus est.

σθαι τῆς οἰκείας ἐνεργείας. Ὡς γὰρ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν, οὕτως ὁ νοῦς τῶν νοητῶν ἐπίβολός ἐστιν. Ἅμα δὲ καὶ τοῦτο λεκτέον, ὅτι τὰ φυσικὰ κριτήρια ἀδίδακτα πεποίηκεν ὁ κτίσας ἡμᾶς Θεός. Οὐδεὶς γὰρ διδάσκει τὰς ὄψεις χρωμάτων ἢ σχημάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, οὐδ' ἀκοὴν ψόφων τε καὶ φωνῶν, οὐδ' ὄσφρησιν ἀτμῶν εὐωδῶν τε καὶ δυσωδῶν, οὐδὲ γεῦσιν χυμῶν καὶ χυλῶν, οὐδ' ἁφὴν μαλακῶν καὶ σκληρῶν, ἢ θερμῶν καὶ ψυχρῶν. Οὐδὲ τὸν νοῦν ἐπιβάλλειν τοῖς νοητοῖς διδάξοι τις ἄν. Καὶ ὥσπερ εἴ τι πάθοιεν αὗται, ἐπιμελείας μόνον προσδέονται, καὶ τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν εὐκόλως ἀποπληροῦσιν· οὕτως καὶ ὁ νοῦς, σαρκὶ συνδεθείς, καὶ τῶν ἐκ ταύτης φαντασιῶν πληρωθείς, πίστεως δεῖται καὶ πολιτείας ὀρθῆς, αἵτινες καταρτίζουσι τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡσεὶ ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἱστῶσιν αὐτόν. Τοῦτό τοι αὐτὸ καὶ ὁ σοφὸς παρεγγυᾷ Σολομών· καὶ ποτὲ μὲν ἡμῖν προφέρει (2) τὸν ἀνεπαίσχυντον ἐργάτην τὸν μύρμηκα, καὶ δι' αὐτοῦ τὴν πρακτικὴν ἡμῖν ὁδὸν ὑπογράφει· ποτὲ δὲ τὸ τῆς σοφῆς μελίττης κηρόπλαστον ὄργανον· καὶ δι' αὐτῆς (3) φυσικὴν θεωρίαν αἰνίττεται, ἐν ᾗ καὶ ὁ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ἐγκέκραται λόγος· εἴπερ ἐκ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς θεωρεῖται. Ἀλλ' εὐχαριστήσαντες (4) Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, πέρας ἐπιθῶμεν τῷ γράμματι· ἐπειδὴ πᾶν μέτρον ἄριστον, καὶ ἡ παροιμία φησίν.

EPISTOLA IX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Θ'.

Laudat Basilius in Maximo amorem primariorum bonorum, suum de Dionysii Alexandrini scriptis judicium profert, et de simili secundum essentiam. Invitat ut ad se veniat (sibi enim ægrotanti et latenti in solitudine integrum non esse aut eum ire), aut saltem scribat.

Maximo philosopho.

Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.

1. Imagines vere animorum sunt sermones. Cognovimus itaque te ex litteris, quantum, aiunt, ex unguibus leonem: gavisique sumus, quod invenerimus te haud segniter affectum erga primaria ac maxima bona, dilectionem Dei et proximi. Indicium autem facimus hujus quidem, tuam in nos humanitatem, illius vero, studium scientiæ. Omnia autem in his duobus posita esse, nulli Christi discipulo ignotum est.

2. Cæterum quæ postulas Dionysii scripta, venere illa quidem ad nos, et valde multa: sed non adsunt libri, et idcirco non misimus. Sententia autem nostra hæc est. Non omnia viri hujus admiramur: imo sunt, quæ prorsus etiam improbemus. Nam fere illius quæ nunc circumstrepit, impietatis, Anomœam dico, is est, quantum quidem scimus,

1. Εἰκόνες ὄντως τῶν ψυχῶν εἰσιν οἱ λόγοι. Κατεμάθομεν οὖν σε διὰ τοῦ γράμματος, ὅσον, φασὶν, ἐξ ὀνύχων τὸν λέοντα· καὶ ἡσθημεν, εὑρόντες περὶ τὰ πρῶτα καὶ μέγιστα (5) τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἀργῶς διακείμενον, τήν τε πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπην καὶ τὸν πλησίον. Σημεῖον δὲ ποιούμεθα τοῦ μὲν τὴν περὶ ἡμᾶς δεξιότητά σου, τοῦ δὲ τὴν περὶ τὴν γνῶσιν σπουδήν. Ὅτι δὲ ἐν δυοῖν τούτοιν ἐστὶ τὰ ὅλα, γνώριμον παντὶ Χριστοῦ μαθητῇ.

2. Ἃ δὲ ἐπιζητεῖς τῶν Διονυσίου (6), ἦλθε μὲν εἰς ἡμᾶς, καὶ πάνυ πολλά· οὐ πάρεστί γε μὴν τὰ βιβλία, διόπερ οὐκ ἀπεστείλαμεν. Ἔχομεν δὲ γνώμης οὕτως. Οὐ πάντα θαυμάζομεν τοῦ ἀνδρός· ἔστι δὲ ἃ καὶ παντελῶς διαγράφομεν. Σχεδὸν γὰρ ταυτησὶ τῆς νῦν περιθρυλλουμένης ἀσεβείας, τῆς κατὰ τὸ Ἀνόμοιον λέγω, οὗτός ἐστιν, ὅσα γε ἡμεῖς ἴσμεν,

[97] Psal. xvii, 34. [98] Prov. vi, 6. [99] Eccli. xi, 3.

* Alias XLI. Scripta circa annum 361.

(2) *Προφέρει.* Ita mss. Editi προσφέρει.

(3) *Καὶ δι' αὐτῆς.* Ita mss. Editi καὶ δι' αὐτοῦ.

(4) *Ἀλλ' εὐχαριστήσαντες.* Prima vox addita ex mss.

(5) *Καὶ μέγιστα.* Sic codices mss. omnes. Editi καὶ μάλιστα. Sic etiam infra a veteribus libris discrepant editi, in quibus legitur ἐν τούτοιν τοῖν δυοῖν.

(6) *Τῶν Διονυσίου.* Desunt hæc in duobus mss. codicibus.

Digitized by Google

ὁ πρῶτος ἀνθρώποις (7) τὰ σπέρματα παρασχών. Αἴτιον δέ, οἶμαι, οὐ πονηρία γνώμης, ἀλλὰ τὸ σφόδρα βούλεσθαι ἀντιτείνειν τῷ Σαβελλίῳ. Εἴωθα γοῦν ἀπεικάζειν τοῦτον (8) ἐγω φυτοκόμῳ, νεαροῦ φυτοῦ διαστροφὴν ἀπευθύνοντι, εἶτα τῇ ἀμετρίᾳ τῆς ἀνθολκῆς διαμαρτόντι τοῦ μέσου, καὶ πρὸς τὸ ἐναντίον ἀπαγαγόντι τὸ βλάστημα. Τοιοῦτόν τι καὶ περὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον γεγενημένον εὕρομεν. Ἀντιβαίνων γὰρ σφοδρῶς τῇ ἀσεβείᾳ τοῦ Λίβυος, ἔλαθεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ἐναντίον κακὸν (9) ὑπὸ τῆς ἀγαν-φιλοτιμίας (10) ὑπενεχθείς. Ὧ γε τοσοῦτον ἐξαρκοῦν δεῖξαι, ὅτι οὐ ταυτὸν τῷ ὑποκειμένῳ Πατὴρ καὶ Υἱὸς, καὶ ταῦτα (11) ἔχειν κατὰ τοῦ βλασφημοῦντος τὰ νικητήρια· ὁ δὲ, ἵνα πάνυ ἐναργῶς καὶ ἐκ τοῦ περιόντος κατακρατῇ, οὐχ ἑτερότητα μόνον τῶν ὑποστάσεων τίθεται, ἀλλὰ καὶ οὐσίας διαφορὰν, καὶ δυνάμεως ὕφεσιν, καὶ δόξης παραλλαγήν. Ὥστε ἐκ τούτου συνέβη κακοῦ μὲν αὐτὸν κακὸν διαμεῖναι, τῆς δὲ ὀρθότητος τοῦ λόγου διαμαρτεῖν. Ταύτῃ τοι καὶ παντοδαπός ἐστιν ἐν τοῖς συγγράμμασιν, νῦν μὲν ἀναιρῶν (12) τὸ ὁμοούσιον διὰ τὸν ἐπ' ἀθετήσει τῶν ὑποστάσεων κακῶς αὐτῷ κεχρημένον (13), νῦν δὲ προσιέμενος ἐν οἷς ἀπολογεῖται πρὸς τὸν ὁμώνυμον. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ περὶ τοῦ (14) Πνεύματος ἀφῆκε φωνὰς ἥκιστα πρεπούσας τῷ Πνεύματι, τῆς προσκυνουμένης αὐτὸ θεότητος ἐξορίζων, καὶ κάτω που τῇ κτιστῇ καὶ λειτουργῷ φύσει συναριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν ἀνὴρ τοιοῦτος.

3. Ἐγὼ δὲ (15), εἰ χρὴ τοὐμὸν ἴδιον εἰπεῖν, τὸ

qui primus semina hominibus prædiderit. Causa autem, opinor, non sententiæ pravitas, sed vehemens studium Sabellio adversandi. Hunc ergo ego arborum cultori soleo comparare, detortam recentem plantam erigenti, deinde, immoderate retrahendo, aberranti a medio, et ad contrariam partem plantam abducenti. Tale aliquid et huic viro contigisse comperimus. Cum enim Libyos impietati occurreret vehementer; non intellexit se nimio contendendi studio in contrarium malum delabi. Et cum ei satis esset non idem esse subjecto Patrem et Filium demonstrare, atque hæc adversus blasphemum palmaria tenere; ut manifestam prorsus et redundantem victoriam habeat, non modo hypostaseum alietatem statuit, sed etiam essentiæ differentiam, ac potentiæ gradus, et gloriæ diversitatem. Quare inde contigit, ut mutarit quidem malum malo, a recta autem doctrina aberrarit. Hinc etiam non sibi constat in scriptis, nunc quidem tollens consubstantiale **91** propter eum, qui hac voce ad hypostases destruendas prave utebatur; nunc vero admittens in iis quæ defensionis causa ad cognominem scripsit. Ad hæc de Spiritu voces emisit minime dignas Spiritu, ab adorata illum deitate sejungens, et in inferioribus una cum creata ac ministra natura numerans. Vir igitur ille est ejusmodi.

3. Ego vero, si mea ipsius exponenda sententia,

(7) *Ἀνθρώποις*. Deest in duobus mss.

(8) *Τοῦτον*. Deest in sex mss. Eadem comparatio in re persimili apud Gregorium Naz. orat. 29, p. 489.

(9) *Εἰς τὸ ἐναντίον κακόν*. Nonnulla sunt in hac Basilii de Dionysio sententia, quæ notata et animadversa velim. 1° Fatetur Dionysium non pravitate sententiæ peccasse, sed studio oppugnandi Sabelli, atque ut plenam et redundantem victoriam obtineret. Hinc consubstantiale ab eo admitti dicit in *Apologia ad Dionysium Romanum*: in aliis autem libris non alio consilio rejici, nisi ut adversetur Sabellio hac voce abutenti. 2° Frustra quis cum Tillemontio conjiciat, Basilium mutasse sententiam, et quod junior dixerat, recantasse in libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, ubi præclarissimum Dionysii de Trinitate testimonium profert. Frustra hoc, inquam, sententiæ immutatæ indicium existimetur. Tum cum enim citat illud testimonium, παράδοξον ἀκοῦσαι, *mirabile auditu* esse dicit. Quod argumento est eum Dionysio ne tunc quidem magis favisse. Verum, ut jam dixi, non sensus, sed verba displicebant, unde magnum Dionysium dicere non dubitat in epist. canonica prima: quod profecto non commisisset Basilius, si Dionysium Arianæ impietatis affinem judicasset. 3° Non ita vehemens Basilii defensor esse velim, ut cum hac in re nullam prorsus culpam sustinere contendam. Etsi enim sola Dionysii verba vituperat, sic tamen ea vituperat, quasi usitatis apud Arianos sermonibus non discreparent. At profecto extra hanc culpam fuit Dionysius. Multa dixerat quæ Arianam hæresim penitus profligarent, nonnulla quæ favere viderentur, nihil prorsus quod eam aperte exprimeret. Finxerunt Ariani dixisse Dionysium, *Filius cum sit res facta, non erat antequam fieret*, apud Athanas., *De Dionys.*, n. 4, p. 246: sed probat Athanasius neque hæc neque alia ejusmodi apud Dionysium occurrere. Forte Basilio fucum fecerunt falsa ejusmodi testimonia; vel non animadvertit vir sanctissimus, si quid Dionysio minus commode dictum excidisset, id et sua sponte ab Arianis dictis distare, et ex aliis locis explicari debere, ut ab Athanasio factum est, cujus elucubrationem si vidisset Basilius, non dubito quin promptum et alacrem assensum præbuisset.

(10) *Φιλοτιμίας*. Codices Harl. et Med. cum uno ex Regiis φιλονεικείας.

(11) *Καὶ ταῦτα*. Duo codices καὶ ταύτῃ, *et hoc pacto*. Mox codices sex secuti sumus in emendando quod in editis sic legebatur: ὁ δὲ, ἵνα... κατακρατεῖ· καὶ οὐχ.

(12) *Ἀναιρῶν*, etc. Valde dubium est quod hoc loco asseverat Basilius, et a Dionysio subtum et a Sabellio adhibitum consubstantiale. Ipsé Dionysius confutavit accusatores suos, teste Athanasio, ibidem p. 255: *Qui eum mentiebantur dixisse Filium inter res creatas computari et nequaquam esse Patri consubstantialem*. Quod spectat ad Sabellium, probabile non est ei arrisisse consubstantiale, quod non minus ipsi adversarium est quam Arianis: nusquam hac voce perhibentur usi esse Sabelliani. Sed cum ea Basilius sibi persuasisset abusum esse Marcellum Ancyranum, facile adductus est, ut idem de Sabellio judicium ferret.

(13) *Διὰ τὸν.... κεχρημένον*. Sic consentientibus mss. omnibus emendatum quod erat in editis διὰ τῶν.... κεχρημένων.

(14) *Καὶ περὶ τοῦ*. Conjunctio addita ex quatuor mss. Statim Vaticanus cum Regio secundo et Coisliniano secundo πρεπούσας πνευματικῷ, *Voces minime dignas homine spirituali*.

(15) *Ἐγὼ δέ*. Harl. et Med. ἐμὲ δέ. Paulo post tres codices recentiores ἔχοι τό. Mox præpositio εἰς addita ex septem mss.

Digitized by Google

simile secundum essentiam, si modo illud, *citra differentiam ullam*, adjunctum habeat, suscipio, ut eodem rediens ac consubstantiale, secundum sanam videlicet consubstantialis sententiam. Quod cum intelligerent Nicæni Patres, postquam, *Lumen de lumine*, et *Deum verum de Deo vero*, et aliis ejusmodi nominibus Unigenitum appellarunt, consequenter consubstantiale adjecere. Neque igitur luminis a lumine, neque veritatis a veritate, neque Unigeniti essentiæ a Patris, essentia, ulla unquam excogitari differentia potest. Itaque, si quis ita, ut dixi, acceperit, admitto vocem. Si quis autem illud, *citra ullam differentiam*, abscindat a simili, id quod Constantinopoli factum est, suspectum habeo verbum, ut Unigeniti gloriam imminuens. Nam in imaginibus etiam obscuris et quæ plurimum ab exemplaribus dissident, simile concipere non raro solemus. Quoniam igitur consubstantiale arbitror minus esse fraudi obnoxium, sic et ipse profiteor. Sed cur non accedis ad nos, o optime, ut coram de ejusmodi rebus colloquamur inter nos, nec res tanti momenti inanimis litteris committamus, præsertim cum alioqui nostra vulgare non omnino statuerimus? Ne igitur et ipse nobis dicas illud Diogenis ad Alexandrum, tantumdem esse huc a vobis, et istuc a nobis viæ. Nos enim præ infirmitate fere, plantarum in morem, eodem semper loco detinemur; prætereaque illud, *latitare in vita*, inter primaria bona ducimus. Tu autem vales, ut audio, et præterea cum teipsum orbis terrarum civem feceris, æquum est ut huc etiam ad nos, tanquam ad aliquam tuæ patriæ partem ventites. Nam si vobis actuosis competunt populi et urbes, quibus recte facta ostenditis; at nobis ad contemplationem et mentis meditationem, qua Deo conjungimur, optima adjutrix requies: quam multam atque abundantem in hoc secessu metimus; quod quidem cum ipso dictum sit, qui illam nobis suppeditat, Deo. Quod si omnino colendi potentatus sunt, ac nos qui humi jacemus contemnendi; tu certe alia scribas, et ita nos exhilares.

A *ὅμοιον κατ' οὐσίαν*, εἰ μὲν προσκείμενον ἔχει τὸ *ἀπαραλλάκτως*, δέχομαι τὴν φωνήν, ὡς εἰς ταυτὸν τῷ ὁμοουσίῳ φέρουσαν, κατὰ τὴν ὑγιῆ δηλονότι τοῦ ὁμοουσίου διάνοιαν. Ὅπερ καὶ τοὺς ἐν Νικαίᾳ νοήσαντας (16) *φῶς ἐκ φωτός*, καὶ, *Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ*, καὶ τὰ τοιαῦτα τὸν Μονογενῆ προσειπόντας, ἐπαγαγεῖν ἀκολούθως τὸ ὁμοούσιον. Οὔτε οὖν φωτὸς πρὸς φῶς, οὔτε ἀληθείας πρὸς ἀλήθειάν ποτε, οὔτε τῆς τοῦ Μονογενοῦς οὐσίας πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπινοῆσαί τινα παραλλαγὴν δυνατόν. Εἴ τις οὖν (17) οὕτως, ὡς εἶπον, ἐκδέχοιτο, προσλέμαι τὴν φωνήν. Εἰ δέ τις τοῦ ὁμοίου τὸ *ἀπαράλλακτον* ἀποτέμνοι, ὅπερ οἱ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν πεποιήκασιν, ὑποπτεύω τὸ ῥῆμα, ὡς τοῦ Μονογενοῦς τὴν δόξαν κατασμικρύνον. Καὶ γὰρ καὶ B ἀμυδραῖς ἐμφερείαις, καὶ πλεῖστον τῶν ἀρχετύπων ἀποδεούσαις, τὸ ὅμοιον πολλάκις ἐπινοεῖν (18) εἰώθαμεν. Ἐπεὶ οὖν ἧττον οἶμαι κακουργεῖσθαι τὸ ὁμοούσιον, οὕτω καὶ αὐτὸς τίθεμαι. Ἀλλά τί οὐκ ἐπιφοιτᾷς ἡμῖν, ὦ ἄριστε, ὥστε παρόντας ἡμᾶς ἀλλήλοις περὶ τῶν τοιούτων (19) διαλεχθῆναι, καὶ μὴ γράμμασιν ἀψύχοις καταπιστεύειν τὰ τηλικαῦτα, ἄλλως τε μήτε πάνυ δημοσιεύειν τὰ ἑαυτῶν ἐγνωκότας; Ὅπως οὖν μὴ τὸ τοῦ Διογένους πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον καὶ αὐτὸς ἡμῖν εἴπῃς, ὅτι ἴσον ἐστὶ παρ' ὑμῶν τὸ δεῦρο· καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐνθένδε. Ἡμεῖς μὲν γὰρ (20) ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας, μικροῦ δεῖν, ὥσπερ τὰ φυτὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς χώρας ἀεὶ κατεχόμεθα· καὶ ἅμα τὸ, *λαθεῖν βιώσαντες*, ἐν τοῖς πρώτοις τῶν ἀγαθῶν ἄγομεν· σὺ δὲ ἔῤῥωσαί τε, ὡς C φασι, καὶ ἅμα πολίτην σεαυτὸν τῆς οἰκουμένης ποιήσας, δίκαιος ἂν εἴης καὶ δεῦρο φοιτᾷν, ὡς εἰς μέρος τῆς σεαυτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τοῖς πρακτικοῖς ὑμῖν πρέπουσι δῆμοι καὶ πόλεις, αἷς τὰς κατ' ἀρετὴν πράξεις ἐνεπιδείκνυσθε· ἀλλά γε πρὸς θεωρίαν καὶ τὴν κατὰ νοῦν ἐνέργειαν, δι' ἧς συναπτόμεθα τῷ Θεῷ, ἀγαθὴ συνεργὸς ἡ ἡσυχία· ἣν πολλὴν ἐπὶ τῆς ἐσχατιᾶς καὶ ἄφθονον γεωργοῦμεν, σὺν αὐτῷ γε εἰπεῖν τῷ παρασχομένῳ ἡμῖν Θεῷ. Εἰ δὲ πάντως δεῖ περιέπειν (21) τὰς δυναστείας, καὶ περιφρονεῖν τοὺς χαμαὶ κειμένους ἡμᾶς· σὺ δὲ ἄλλα γράφε, καὶ τεύτῃ ποίει ἡδίους.

EPISTOLA X*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι'.

Basilius Dionysium mittit ad ipsius matrem, ut eam in solitudinem alliciat; velut columba cicur unguento oblita emittitur, ut alias odore attrahat:

92 *Ad viduam.*

Talis quædam ars est columbas aucupandi. Post-

D *Πρὸς ἐλευθέραν* (22).

Τέχνη τίς ἐστι περιστερῶν θηρευτικὴ τοιαύτη.

* Alias CLXXV. Scripta in secessu.

(16) *Ὅπερ καὶ... νοήσαντας.* Ita Harl., Med., Coisl. uterque, et uterque Reg. Editi Ὥσπερ καὶ... φήσαντας. Habet tamen editio Haganoensis Ὅπερ... *νοήσαντας*, Basileensis prima ὅπερ... φήσαντας.

(17) *Εἴ τις οὖν.* Ultima vocula ex septem mss. addita. Ibidem editi τὴν φωνὴν αὐτοῦ· Deest ultima vox in septem mss.

(18) *Ἐπιτροσῖν.* Vaticanus codex cum tribus recentioribus ἐπιλέγειν.

(19) *Περὶ τῶν τοιούτων.* Ita tres vetustissimi codices. Editi περὶ τούτων. Paulo post editi καταπιστεύειν ταῦτα. Septem mss. ut in textu.

(20) *Ἡμεῖς μὲν γάρ.* Postremam voculam addimus ex Harl., Med., Coisl. utroque et utroque Regio. Videtur autem in editis fuisse deleta, ut hæc verborum complexio cum præcedenti conjungeretur, quasi dicere voluisset Basilius: *ut ne dicas*, etc. Sed sæpe alias apud Basilium hæc loquendi ratio, ὅπως μὴ εἴπῃς, idem sonat ac *noli dicere*.

(21) *Σὺν αὐτῷ γε... περιέπειν.* Ope sex codicum explevimus quæ deerant, et corrupta sanavimus. Sic enim editi: Σὺν αὐτός γε ἡμῖν. Εἰ δὲ πάντως δεῖ περιτρέπειν.

(22) *Πρὸς ἐλευθέραν.* Editi Ἰουλίττῃ ἐλευθέρᾳ, *Julittæ viduæ*. Sed nomen Julittæ nullo in codice ms. reperitur, nec vidua, ad quam scripsit hanc epistolam Basilius, confundi debet cum Julitta, de

Digitized by Google

Ὅταν μιᾶς ἐγκρατεῖς γένωνται οἱ τὰ τοιαῦτα σπουδάζοντες, χειροήθη τε ταύτην καὶ ὁμόσιτον ἑαυτοῖς ἀπεργάσωνται· τότε, μύρῳ τὰς πτέρυγας αὐτῆς χρίσαντες, ἐῶσι συναγελασθῆναι ταῖς ἔξωθεν. Ἡ δὲ τοῦ μύρου ἐκείνου (23) εὐωδία τὴν αὐτόνομον ἐκείνην ἀγέλην κτῆμα ποιεῖται τῷ κεκτημένῳ τὴν τιθασσόν. Πρὸς γὰρ τὰς εὐπνοίας (24) καὶ αἱ λοιπαὶ συνεφέπονταί τε καὶ εἰσοικίζονται. Τί δὲ βουλόμενος ἐντεῦθεν ἄρχομαι τοῦ γράμματος; Ὅτι, λαβὼν τὸν υἱὸν Διονύσιον, τόν ποτε Διομήδην, καὶ τῷ θείῳ μύρῳ τὰς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ πτέρυγας διαχρίσας, ἐξέπεμψα πρὸς τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν· ὥστε καὶ σὲ αὐτὴν συναπτῆναι αὐτῷ, καὶ καταλαβεῖν τὴν καλιάν, ἣν παρ' ἡμῖν ἐπήξατο ὁ προειρημένος. Ἐὰν οὖν ταῦτα ἴδοιμι ἐπὶ τῆς ἐμῆς ζωῆς, καὶ τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν πρὸς τὸν ὑψηλὸν βίον μεταθεμένην, πολλῶν προσώπων ἀξίων τοῦ Θεοῦ δεηθήσομαι, τὴν κεχρεωστημένην τιμὴν ἀποπληρῶσαι αὐτῷ.

A quam unam ceperunt qui ejusmodi rebus operam dant, eamque cicurem ac secum vescentem effecerunt: tum vero, illius alis unguento oblitis, ipsam conjungi sinunt externis. Unguenti autem illius fragrantia liberum illum gregem ei, cujus ipsa cicur est, possessionem addit. Nam fragrantiam sequuntur et reliquæ, tectumque subeunt. Sed quo consilio inde exordior epistolam? Postquam cepi filium Dionysium, olim Diomedem, atque illius animæ alas divino unguento inunxi; misi ad tuam dignitatem, ut et ipsa una cum eo convoles, et nidum petas quem apud nos is, quem dixi, compegit. Quod si dum vivo, hæc viderim, ac dignitatem tuam ad sublime vitæ genus translatam; multis personis Deo dignis opus mihi erit, ut ei debitum honorem B adimpleam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΑ'.

EPISTOLA XI*.

Basilius diem festum celebraverat cum filiis unius ex amicis suis, quem per eos salutat, ac hortatur, ut si curis Dei dono exsolvatur, secum vitam traducat.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ φιλίᾳ (25).

Sine inscriptione, amicitiæ ergo.

Τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι τὴν ἁγίαν ἡμέραν συνδιαγαγόντες τοῖς τέκνοις ἡμῶν, καὶ ὄντως τελείαν ἑορτὴν ἑορτάσαντες τῷ Κυρίῳ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτῶν περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπην, προεπέμψαμεν μεθ' ὑγείας πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν, εὐχόμενοι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ καὶ αὐτοῖς δοθῆναι εἰρηνικὸν ἄγγελον βοηθὸν καὶ σύμπορον, καὶ σὲ παρ' αὐτῶν καταληφθῆναι ἐν ὑγείᾳ καὶ πάσῃ εἰρηνικῇ καταστάσει· C ἵνα ὅπουπερ ἂν ἦτε, δουλεύοντες τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐχαριστοῦντες αὐτῷ, εὐφραίνητε ἡμᾶς, ἕως ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ, ἀκούοντας τὰ παρ' ὑμῶν. Ἐὰν δὲ παράσχῃ ὁ ἅγιος Θεὸς (26) θᾶττόν σε τῶν φροντίδων τούτων ἀπαλλαγῆναι, παρακαλοῦμέν σε μηδὲν προτιμῆσαι τῆς μεθ' ἡμῶν (27) διαγωγῆς. Οἶμαι γὰρ μὴ εὑρεῖν σε τοὺς οὕτως ἀγαπῶντας, καὶ ἀντιποιουμένους τῆς παρ' ὑμῖν φιλίας. Ἕως οὖν ἂν οἰκονομῇ ὁ ἅγιος τὸν χωρισμὸν τοῦτον, διὰ πάσης προφάσεως παραμυθεῖσθαι ἡμᾶς γράμμασι καταξίου.

Postquam Dei gratia diem sanctum transegimus cum filiis nostris, ac vere perfecta solemnia celebravimus Domino, ob eximium eorum in Deum amorem, sanos præmisimus ad tuam præstantiam, Deum benignissimum precantes, ut et ipsis detur pacificus angelus adjutor ac viæ comes, teque sanum, et in omni tranquillitate constitutum reperiant: ut ubicunque fueritis, servientes Domino, eique gratias agentes, lætitiam nobis, dum in hoc mundo sumus, fama rerum vestrarum afferatis. Si vero Deus sanctus tribuat tibi, ut quam citissime ab istis curis expediaris, rogamus ut nihil antiquius habeas, quam ut vitam degas nobiscum. Existimo enim te non inventurum qui ita diligant, et amorem vestrum tanti faciant. Quandiu igitur, Deo dispensante, separati erimus, des operam ut nos ad omnem occasionem litteris consoleris.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΒ'.

EPISTOLA XII**.

Olympium perurbane hortatur Basilius ut sæpius ad se scribat.

Ὀλυμπίῳ.

Olympio.

Ἔγραφες ἡμῖν πρότερον μὲν ὀλίγα, νῦν δὲ οὐδὲ ὀλίγα· καὶ ἔοικεν ἡ βραχυλογία, προϊοῦσα τῷ χρόνῳ, παντελὴς γίνεσθαι ἀφωνία. Ἐπάνελθε τοίνυν ἐπὶ τὸ ἔθος, ὡς οὐκ ἔτι σοι μεμψόμεθα Λακωνίζοντι

Scribebas nobis prius pauca, nunc vero ne pauca quidem: ac videtur breviloquentia, tempore progrediens, omnino fieri taciturnitas. **93** Redi itaque ad consuetudinem, quandoquidem non am-

qua in pluribus agit litteris. Neque etiam in hac et pluribus aliis Basilii epistolis ἐλευθέρα nomen proprium est, sed viduam matronam designat. Sic Gregorius Naz. in epist. 147, ἐλευθέραν Alypii, id est viduam appellat Simpliciam, quam ipsius quondam conjugem fuisse dixerat in epist. 146.

(23) *Ἐκείνου.* Ita sex antiqui codices. Editi ἐκείνη.

(24) *Τὰς εὐπνοίας.* Ita Harl. Editi τὰς εὐπνοούσας, *eas quæ bene olent*, quod minus verum est, cum una tantum unguento oblita sit. Deest hæc verborum complexio in antiquissimo codice Coisliano.

(25) *Ἐπὶ φιλίᾳ.* Sic codex antiquus insignis Ecclesiæ Parisiensis, melius quam in editis et tribus aliis codicibus mss. ἐπὶ φίλῳ.

(26) *Ὁ ἅγιος Θεός.* Deest Θεός in cod. Medicæo et duobus recentioribus.

(27) *Τῆς μεθ' ἡμῶν.* Duo mss. τῆς παρ' ἡμῖν. Mox codex Claromontanus ἕως δ' ἄν.

* Alias CCXXXIX. Scripta in secessu.

** Alias CLXXI. Scripta videtur in secessu.

Digitized by Google

plius queremur, quod Laconice ad nos scribas; sed et breves litteras, ut magni tui amoris argumenta, plurimi faciemus. Tantum nobis scribe.

πρὸς ἡμᾶς διὰ γραμμάτων· ἀλλὰ καὶ τὰ μικρὰ γράμματα, σύμβολα ὄντα τῆς μεγάλης σου διαθέσεως, πολλοῦ ἄξια ποιησόμεθα. Μόνον ἐπίστελλε ἡμῖν.

EPISTOLA XIII*.

Amica salutatio.

Olympio.

Quemadmodum res cæteræ sua quæque tempestate mature proveniunt, vere quidem flores, æstate vero spicæ, et autumno malum: ita hiemis fructus sunt sermones.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΓ'.

Ὀλυμπίῳ.

Ὥσπερ τῶν ἄλλων ὡρίμων ἕκαστον ἐν τῇ οἰκείᾳ ὥρᾳ ἁπαντᾷ, ἐν ἦρι μὲν τὰ ἄνθη, ἐν θέρει δὲ οἱ ἀστάχυες (28), τῷ δὲ μετοπώρῳ τὸ μῆλον· οὕτω χειμῶνος καρπός (29) εἰσιν οἱ λόγοι.

EPISTOLA XIV**.

Basilius significat Gregorio sibi statutum esse non exspectare illius adventum, sed statim proficisci ad suam Ponti solitudinem: situm hujus loci pluribus describit, ac Tiberinam pro illo lepide contemnit.

Gregorio sodali

1. Ego cum frater Gregorius ad me scripsisset, velle se jampridem nobiscum congredi, tibique addidisset idem etiam statutum esse; partim quia sæpe deceptus sum, segnior ad credendum factus, partim et negotiis distractus, exspectare non potui. Mihi enim jam in Pontum migrandum est, ubi forte aliquando, Deo volente, finem oberrandi faciemus. Nam, cum vix tandem projecissem spes inanes, quas de te quondam habebam, imo, si verius loquendum est, somnia (nam mihi probatur qui spes vigilantium somnia esse pronuntiavit), abscessi in Pontum vitæ institutum quærens. Illic mihi Deus agrum ostendit cumulate moribus meis congruentem, ita ut qualem sæpe feriantes ac lusitantes animo fingere solemus, talem reipsa videamus.

2. Mons enim est altus, densa silva contectus, frigidis ac limpidis aquis septentrionem versus irriguus. Hujus ad radices supinus campus substernitur, humoribus ex monte defluentibus jugiter pinguescens. Huic autem silva sponte circumfusa variarum omnisque generis arborum, ei est propemodum septi loco ac valli, adeo ut exigua sit, si cum eo comparetur, vel ipsa Calypsus insula, quam omnium plurimum Homerus ob pulchritudinem miratus videtur. Parum enim abest quin insula sit, quatenus septis in orbem undelibet clauditur. Nam profundis voraginibus ex duabus partibus præruptus est: a latere vero amnis e præcipiti labens, est et

Γρηγορίῳ ἑταίρῳ (30).

1. Ἐγὼ, τοῦ ἀδελφοῦ μοι ἐπιστείλαντος Γρηγορίου, πάλαι (31) βούλεσθαι ἡμῖν συντυχεῖν, προσθέντος δὲ, ὅτι καὶ σοὶ αὐτὸ τοῦτο δεδογμένον ἐστὶ, τὸ μέν τι καὶ διὰ τὸ πολλάκις ἀπατηθῆναι (32) ὀκνηρῶς ἔχων πρὸς τὸ πιστεύειν· τὸ δέ τι καὶ ὑπὸ ἀσχολιῶν περισπώμενος, ἐπιμεῖναι οὐκ ἠδυνήθην. Δεῖ γάρ με ἤδη ἀπελαύνειν ἐπὶ τὸν Πόντον, ἐν ᾧ τάχα ποτὲ, τοῦ Θεοῦ βουληθέντος, τῆς πλάνης λήξομεν (33). Μόλις γὰρ ἀπογνοὺς τῶν ματαίων ἐλπίδων, ἃς ἐπὶ σοὶ εἶχον ποτὲ, μᾶλλον δὲ τῶν ὀνείρων, εἰ δεῖ ἀληθέστερον εἰπεῖν (ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰπόντα τὰς ἐλπίδας εἶναι γρηγορούντων ἐνύπνια), κατὰ βίου ζήτησιν ἐπὶ τὸν Πόντον ἀπῆλθον. Ἔνθα δή μοι ὁ Θεὸς χωρίον (34) ὑπέδειξεν ἀκριβῶς συμβαῖνον τῷ ἐμῷ τρόπῳ· ὥστε, οἷον πολλάκις εἰώθαμεν ἀργοῦντες ἅμα καὶ παίζοντες τῇ διανοίᾳ συμπλάττειν, τοιοῦτον ἐπὶ τῆς (35) ἀληθείας καθορᾶν.

2. Ὄρος γάρ ἐστιν ὑψηλὸν, βαθείᾳ ὕλῃ κεκαλυμμένον, ψυχροῖς ὕδασι καὶ διαφανέσιν εἰς τὸ κατ' ἄρκτον κατάρρυτον. Τούτου ταῖς ὑπωρείαις πεδίον ὕπτιον ὑπεστόρεσται, ταῖς ἐκ τοῦ ὄρους νοτίσι διηνεκῶς πιαινάμενον. Ὕλη δὲ τούτῳ αὐτομάτως περιφυεῖσα ποικίλων καὶ παντοδαπῶν δένδρων, μικροῦ δεῖν, ἀντὶ ἕρκους αὐτῷ γίνεται, ὡς μικρὰν (36) εἶναι πρὸς τοῦτο καὶ τὴν Καλυψοῦς νῆσον, ἣν δὴ πασῶν πλέον Ὅμηρος εἰς κάλλος θαυμάσας φαίνεται. Καὶ γὰρ οὐδὲ πολὺ ἀποδεῖ τοῦ νῆσος εἶναι, ἕνεκά γε τοῦ πανταχόθεν ἐρύμασι περιείργεσθαι. Φάραγγες μὲν γὰρ αὐτῷ βαθεῖαι κατὰ δύο μέρη περιερρώγασι· κατὰ πλευρὰν δὲ ἀπὸ χρημνοῦ ὁ ποταμὸς ὑπορρέων, τεῖ-

* Alias CLXXII. Scripta videtur in secessu.

** Alias XIX. Scripta post an. 360, antequam esset presbyter.

(28) *Ἀστάχυες.* Ita quinque mss. Editi στάχυες.

(29) *Καρπός.* Medicæus cod. καρποί.

(30) *Γρηγορίῳ ἑταίρῳ.* Ita Coisl. primus, Vat. et Reg. secundus. Alii τῷ αὐτῷ. Quidam πρὸς μέγαν Γρηγόριον, *Ad magnum Gregorium.* Editi addunt τῷ θεολόγῳ, quod in nostris mss. non reperitur.

(31) *Πάλαι.* Editi πάλαι σε, sed id repugnat sententiæ et omnibus codicibus mss. Paulo post editi αὐτῷ τοῦτο et τὸ μὲν δή. Codices mss. ut in contextu, nisi quod cod. Combefis. habet τὸ μέν τοι.

(32) *Ἀπατηθῆναι.* Editi addunt με, quæ vocula rectius deest in Vat., Harl. et tribus Regiis. Ibidem Harl. λίαν ὀκνηρῶς, tres alii ὀκνηροτέρως.

(33) *Λήξομεν.* Harl. λήξομαι. Mox codex Combef. ὀνειράτων. Ibidem editi δεῖ τἀληθέστερον. Codices mss. ut in contextu. Paulo post unus ex Regiis ἐγρηγορότων.

(34) *Χωρίον.* Unus ex Regiis χῶρον... συμβαίνοντα. Ibidem alius itidem Reg. τῷ ἐμῷ σκοπῷ. Mox duo codices εἰώθειμεν.

(35) *Τοιοῦτον ἐπὶ τῆς.* Sic antiquissimi codices Harl. et Coisl. cum duobus Regiis. Editi τοιοῦτόν ἐστι τῆς.

(36) *Μικράν.* Nonnulli codices non vetustissimi μικρόν.

Digitized by Google

χός ἐστι καὶ αὐτὸς διηνεκὲς καὶ δυσέμβατον. Ἐκ δὲ τοῦ ἑτέρα τεταμένον εἶναι (37) τὸ ὄρος, δι' ἀγκώνων μηνοειδῶν ταῖς φάραγξιν ἐπιζευγνύμενον, τὰ βάσιμα τῆς ὑπωρείας ἀπορειχίζει. Μία δέ τις εἴσοδος ἐπ' αὐτῆς, ἧς ἡμεῖς ἐσμεν κύριοι. Τήν γε μὴν οἴκησιν αὐχήν τις ἕτερος ὑποδέχεται, ὑψηλόν τινα ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀνέχων τένοντα, ὥστε τὸ πεδίον τοῦτο ὑφηπλῶσθαι ταῖς ὄψεσι, καὶ ἐκ τοῦ μετεώρου ἐξεῖναι καὶ τὸν ποταμὸν περιῤῥέοντα καθορᾶν· οὐκ ἐλάττονα τέρψιν, ἔμοιγε δοκεῖν (38), παρεχόμενον, ἢ τοῖς ἐκ τῆς Ἀμφιπόλεως τὸν Στρύμονα (39) κατιμανθάνουσιν. Ὁ μὲν γὰρ σχολαιοτέρῳ (40) τῷ ῥεύματι περιλιμνάζων, μικροῦ δεῖν, καὶ τὸ ποταμὸς εἶναι ὑπὸ τῆς ἡσυχίας ἀφῄρηται· ὁ δὲ, ὀξύτατα ὧν ἐγὼ οἶδα ποταμῶν ῥέων, βραχύ τι τῇ γείτονι πέτρᾳ παρατραχύνεται· ἀφ' ἧς ἀναχεόμενος, εἰς δίνην βαθεῖαν περιειλεῖται· δῦναι τε ἡδίστην (41) ἐμοὶ καὶ παντὶ θεατῇ παρεχόμενος, καὶ χρείαν τοῖς ἐπιχωρίοις αὐταρκεστάτην, ἰχθύων τε πλῆθος ἀμύθητον ταῖς δίναις ἐντρέφων. Τί δεῖ λέγειν τὰς ἐκ τῆς γῆς ἀναπνοὰς, ἢ τὰς ἐκ τοῦ ποταμοῦ αὔρας; Τό γε μὴν τῶν ἀνθέων πλῆθος, ἢ τῶν ᾠδικῶν ὀρνίθων ἄλλος μὲν ἄν τις θαυμάσειεν· ἐμοὶ δὲ οὐ σχολὴ τούτοις προσέχειν τὸν νοῦν. Ὃ δὲ μέγιστον εἰπεῖν ἔχομεν τοῦ χωρίου, ὅτι, πρὸς πᾶσαν ὑπάρχον καρπῶν φορὰν ἐπιτήδειον δι' εὐκαιρίαν τῆς θέσεως, ἥδιστον (42) ἐμοὶ πάντων καρπῶν τὴν ἡσυχίαν τρέφει· οὐ μόνον καθότι τῶν ἀστικῶν θορύβων ἀπήλλακται· ἀλλ' ὅτι οὔτε ὀδίτην τινὰ παραπέμπει πλὴν τῶν κατὰ θήραν ἐπιμιγνυμένων ἡμῖν. Πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ θηροτρόφος ἐστὶν, οὐχὶ ἄρκτων, ἢ λύκων τῶν ὑμετέρων, μὴ γένοιτο! ἀλλ' ἐλάφων ἀγέλας καὶ αἰγῶν ἀγρίων, καὶ λαγωοὺς βόσκει, καὶ εἴ τι τούτοις ὅμοιον. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐνθυμῇ παρ' ὅσον ἦλθον κινδύνου ὁ μάταιος ἐγὼ, τοιούτου χωρίου τὴν Τιβερίνην, τῆς οἰκουμένης τὸ βάραθρον, φιλονεικῶν ἀνταλλάξασθαι; Πρὸς ὅπερ νῦν ἐπειγομένῳ συγγνώσῃ. Πάντως γὰρ οὐδὲ Ἀλκμαίων Ἐχινάδας εὑρὼν, ἔτι τῆς πλάνης ἠνέσχετο.

A ipse murus continuus, ascensuque difficilis. Mons autem utrinque extentus et per curvatos anfractus voraginibus junctus, per vias montis infimas partes intercludit. Habent autem infimæ illæ partes aditum unum, cujus nos domini sumus. Porro habitationem aliæ quædam fauces excipiunt, 94 altam quamdam cervicem in vertice erigentes, sic ut campus ob oculos expassus pateat, liceatque e sublimi fluvium etiam circumfluentem intueri : qui, ut mihi quidem videtur, non minorem oblectationem affert, quam Strymon ex Amphipoli aspicientibus. Hic enim fluento lentiore restagnans, etiam præ quiete fluvius esse fere desinit : ille vero omnium, quos ego viderim, fluviorum celerrime fluens, ex vicina rupe non nihil fit asperior : B a qua sese refundens, in profundum verticem convolvitur; atque adeo mihi et cuivis intuenti aspectum omnium jucundissimum, incolisque commoditatem uberrimam præbet, ac piscium innumerabilem copiam in verticibus nutrit. Quid attinet exhalationes a terra manantes, aut auras e fluvio commemorare? Florum sane aut canorarum avium multitudinem alius fortasse miretur : sed mihi his animum advertere non vacat. Quod autem maximum de hoc loco dicere possumus, illud est, quod cum ob situs opportunitatem ad omnes fructus proferendos idoneus sit, unum omnium mihi jucundissimum quietem ac tranquillitatem alit ; non solum quatenus ab urbanis tumultibus liber est, C sed etiam quia ne viatorem quidem ullum ad nos transmittit, si eos excipias, qui inter venandum nobiscum miscentur. Nam præter reliqua feras etiam enutrit, non ursos aut lupos vestros (absit!), sed cervorum atque silvestrium caprarum greges, leporesque, et si quid his simile. Num igitur cogitas, quo ego periculi stultus venerim, cum hujusmodi sedem Tiberina, orbis terrarum barathro, commutare cuperem? Quem ad locum nunc properanti veniam dabis. Nam profecto nec Alcmæon inventis Echinadibus amplius oberrare voluit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΕ'.

EPISTOLA XV*.

Basilius Arcadio commendat cives metropolis.

Ἀρκαδίῳ κόμητι πριβατῶν.

D *Arcadio comiti privatarum.*

Ἔδωκαν μείζονα τὴν χάριν ἢ ἔλαβον οἱ πολῖται τῆς μητροπόλεως ἡμῶν, παρασχόμενοί μοι ἀφορμὴν τῶν πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα γραμμάτων. Αὐτοῖς μὲν γὰρ ἡ φιλανθρωπία, ἧς ἕνεκεν τὴν ἐπιστολὴν ἔλαβον παρ' ἡμῶν, καὶ πρὸ τῶν ἡμῶν (43) γραμμάτων ὑπῆρχε διὰ τὴν συνήθη καὶ τὴν ἐκ φύσεως

Dedere majus beneficium quam accepere metropolis nostræ cives, cum mihi litterarum ad tuam dignitatem occasionem obtulerunt. Illis enim humanitas, cujus causa epistolam acceperunt a nobis, etiam ante litteras nostras parata erat, ob consuetam et tibi natura insitam in omnes comitatem. Nos

(37) *Εἶναι*. Deest in sex mss. codicibus.

(38) *Δοκεῖν*. Sic Harl. et duo Regii. Editi δοκεῖ.

(39) *Στρύμονα*. Sic Coisl. primus cum uno ex Regiis. Harl. et Reg. secundus Στρύμμονα. Editi Στρυμῶνα.

(40) *Σχολαιοτέρῳ*. Codices quatuor σχολαίῳ. Non multo post duo Regii codices περιτραχύνεται ὑφ' ἧς. Habet etiam ὑφ' ἧς Harl.

(41) *Ἡδίστην*. Post hanc vocem addit Coislinianus primus πασῶν. Mox editi ἐγχωρίοις. Sex codices mss. ut in textu. Ibidem ex duobus codicibus legimus ἰχθύων τε. Editi ἰχθύων δέ. Idem Coisl. post ταῖς δίναις addit περιειλούμενον.

(42) *Ἥδιστον*. Sic Coisl. cum duobus Regiis, melius quam in editis ἡδίστην.

(43) *Πρὸ τῶν ἡμῶν*. Reg. secundus πρὸ τῶν ἡμετέρων.

* Alias CCCCXV. Scripta in secessu.

Digitized by Google

autem occasionem salutandæ probitatis tuæ non imitabilis in maximo lucro duximus : precantes Deum sanctum, ut te ei magis ac magis placente, et rerum tuarum splendore majorem in modum crescente, cum ipsi lætemur, et cum his qui ex tua potestate beneficia percipiunt, gaudeamus : tum etiam aliquando eos qui nostras tibi litteras in manus tradiderint, ita redeuntes excipiamus, ut cum omnibus lenitatem 95 tuam laudent, semperque perspiciant non inutilem sibi deprecationem nostram apud tuam eximiam beneficentiam exstitisse.

A ἐνυπάρχουσάν σοι πρὸς πάντας ἡμερότητα· ἡμεῖς δὲ τὴν ἀφορμὴν τοῦ προσφθέγγεσθαί (44) σου τὴν ἀμίμητον καλοκἀγαθίαν μέγιστον κέρδος ἐθέμεθα, εὐχόμενοι τῷ ἁγίῳ Θεῷ προκόπτοντί σοι ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν εὐαρεστήσει, καὶ ἐπὶ μεῖζον τῆς περὶ σὲ περιφανείας αὐξανομένης, αὐτοί τε ἐπευφραίνεσθαι, καὶ τοῖς εὐεργετουμένοις ὑπὸ τῆς σῆς ἐπιστασίας συνήδεσθαι· λαβεῖν δέ ποτε (45) καὶ τοὺς ἐγχειρίζοντάς σοι τὰ γράμματα ἡμῶν ἡμέρως ἰδεῖν, καὶ ἀποπέμψασθαι μετὰ πάντων καὶ αὐτοὺς (46), ἀνυμνοῦντας τὴν σὴν πραότητα· ἀεὶ μαθόντας, ὅτι οὐκ ἄχρηστος αὐτοῖς ἡ παρ' ἡμῶν πρεσβεία πρὸς τὴν ἀνυπέρβλητόν σου καλοκἀγαθίαν γεγένηται.

EPISTOLA XVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙϚ'.

Refellitur Eunomii temeritas divina naturæ comprehensionem sibi arrogantis, cum ne minutissimorum quidem animalium cognitionem investigando assequi posset.

Adversus Eunomium hæreticum.

Qui eorum quæ sunt investigationem comparari posse dicit, is procul dubio via quadam et ordine mentem suam ad eorum quæ sunt, cognitionem appulit; et in rebus captu facilibus et minutis exercitatus, ita demum per hanc cognitionem, ad eam quoque quæ cogitationem omnem superat, suam comprehendendi facultatem promovit. Qui igitur eorum quæ sunt cognitionem apprehendisse se gloriatur, is animalis minutissimi ex iis quæ in conspectum cadunt, naturam explicet, et quæ sit formicæ natura dicat : an spiritu et anhelitu contineatur ipsius vita; an corpus ossibus distinctum; an compages nervis atque ligamentis firmata; an musculorum et glandularum ambitu contineatur nervorum situs; an medulla a sincipite ad caudam usque una cum dorsi vertebris protendatur; an membris quæ moventur, ex nervosæ membranæ complexu motum imprimat; an sit in ipsa jecur, et in jecore vas quoddam, quod fel suscipiat; sintne renes, et cor, et arteriæ, et venæ, et pelliculæ, et diaphragmata; sitne animal nudum an pilosum; utrum ungulas indivisas, an pedes multifidos habeat· item quanto tempore vivat, et

B

Πρὸς Εὐνόμιον τὸν αἱρετικόν (47).

Ὁ ἐφικτὴν εἶναι λέγων τῶν ὄντων τὴν εὕρεσιν ὁδῷ τινι πάντως καὶ ἀκολουθίᾳ διὰ τῆς τῶν ὄντων γνώσεως προέβαλεν (48) ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν· καὶ τοῖς εὐλήπτοις τε καὶ μικροτέροις ἐγγυμνασθεὶς διὰ τῆς (49) καταλήψεως, οὕτω καὶ εἰς τὴν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας προήγαγεν ἑαυτοῦ καταληπτικὴν φαντασίαν. Οὐκοῦν ὁ τὴν περὶ τῶν ὄντων εἴδησιν κατειληφέναι μεγαλαυχούμενος, τὸ σμικρότατον τῶν προφαινομένων, ὅπως ἔχει φύσεως, ἑρμηνευσάτω, καὶ τίς ἡ τοῦ μύρμηκος φύσις, εἰπάτω· εἰ πνεύματι καὶ ἄσθματι συνέχεται αὐτοῦ ἡ ζωή· εἰ ὀστέοις τὸ σῶμα (50) διείληπται· εἰ νεύροις καὶ συνδέσμοις τὰς ἁρμονίας τετόνωται· εἰ μυῶν περιβολῇ καὶ ἀδένων ἡ τῶν νεύρων περικρατεῖται θέσις (51)· εἰ τοῖς νωτιαίοις σπονδύλοις ἐκ τοῦ βρέγματος ἐπὶ τὸ οὐραῖον ὁ μυελὸς συμπαρατείνεται· εἰ τῇ περιοχῇ (52) τοῦ νευρώδους ὑμένος, τοῖς κινουμένοις μέλεσι τὴν ὁρμητικὴν ἐνδίδωσι δύναμιν· εἰ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ ἧπαρ, καὶ τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον ἐπὶ τοῦ ἥπατος· νεφροί τε καὶ καρδία, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες, ὑμένες καὶ διαφράγματα· εἰ ψιλόν ἐστιν, ἢ τετρίχωται· εἰ μονώνυχόν (53) ἐστιν, ἢ πολυσχιδεῖς ἔχει τὰς βάσεις· πόσον δὲ βιοῖ τὸν χρόνον, καὶ τίς αὐτοῖς ὁ

C

* Alias CLXVIII. Scripta imperante Juliano

(44) *Προσφθέγγεσθαι.* Reg. secundus προσφθέγξασθαι.

(45) *Λαβεῖν δέ ποτε.* Hæc verba ad Basilium necessario referuntur, qui optabat ut cives rebus feliciter gestis redeuntes exciperet. Verum ista, ἡμέρως ἰδεῖν καὶ ἀποπέμψασθαι, *placide aspicere et dimittere*, ad Arcadium spectant, et cum totum hunc locum penitus deforment, nec possint, incolumi sententia, retineri; ea ex interpretatione, ut perperam in contextum injecta, eliminavi, non tamen ex ipso textu, quia non favent codices mss. Confirmatur hæc explicatio ex epist. 148, quam similiter concludit Basilius sibique ait in optatis esse, ut eum, quem Trajano commendabat, ipsius laudes videat prædicantem.

(46) *Καὶ αὐτούς.* Conjunctio addita ex Med. Coisl. utroque et Reg. secundo.

(47) *Πρὸς Εὐνόμιον τὸν αἱρετικόν.* Sic mss. sex, nisi quod in duobus τὸν deest. Editi Εὐνομίῳ. Titulus quem exhibent mss. codices congruit mirifice ipsi epistolæ, quam perspicitur adversus Eunomium scriptam esse, vel ex aliqua Basilii adversus Eunomium elucubratione excerptam fuisse. Addunt Reg. secundus et Coisl. recentior : Ὅτι, μηδὲ τὴν τοῦ μύρμηκος φύσιν ἐπιστάμενος, τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν δύναμιν φυσιολογεῖν ἐπεχείρησεν. *Quod, cum ne formicæ quidem naturam cognoscat, de potestatis omnem intellectum superantis natura disserere tentaverit.*

D

(48) *Προέβαλεν.* Ita Harl. et Med. Editi παρέβαλεν.

(49) *Διὰ τῆς.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi διὰ ταύτης

(50) *Τὸ σῶμα.* Tres codices vetustissimi τῷ σώματι.

(51) *Θέσις.* Sic mss. septem. Editi φυσις.

(52) *Τῇ περιοχῇ.* Sic mss. sex pro eo quod erat in editis ἡ περιοχή.

(53) *Εἰ μονώνυχον.* Conjunctio addita ex pluribus [illegible] Paulo post editi ἐπεὶ πόσον. Mss. ut in textu

Digitized by Google

φρίπε; τῆς ἐξ ἀλλήλων γεννήσεως· ἐπὶ πόσον δὲ κίνεται τὸ τικτόμενον, καὶ πῶς οὔτε πεζοὶ πάντες αἱ μύρμηκες, οὔτε ὑπόπτεροι πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων εἰσὶν, οἱ δὲ διαέριοι φέρονται. Ὁ τοίνυν τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἐπικομπάζων τέως τὴν τοῦ μύρμηκος φύσιν εἰπάτω· εἶθ' οὕτω φυσιολογείτω τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν δύναμιν. Εἰ δὲ τοῦ βραχυτάτου μύρμηκος οὔπω περιέλαβες τῇ γνώσει τὴν φύσιν, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι·

A quomodo aliæ alias gignant; quandiu gestetur fetus, et quomodo neque omnes formicæ pedestres sint, neque omnes alatæ, sed repentibus humi aliis, aliæ per aerem ferantur. Qui ergo de eorum quæ sunt cognitione gloriatur, interim formicæ nobis explicet naturam; atque ita demum ejus potestatis, quæ intellectum omnem superat, naturam scrutetur. Quod si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilem Dei naturam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΖ'.

EPISTOLA XVII*.

Laudat Basilius Origenis scripta et susceptam veritatis defensionem : persecutorum prædicit exitium : Origeni ejusque filiis prospera omnia precatur.

Ὠριγένει (54).

Καὶ ἀκουόμενος εὐφραίνεις, καὶ ἀναγινωσκόμενος δι' ὧν γράφεις ἐνεργεστέρας (55) ἡμῖν παρέχεις εὐφροσύνας. Καὶ χάρις πολλὴ τῷ ἀγαθῷ Θεῷ, τῷ μηδὲν ἧττωθῆναι ποιήσαντι τὴν ἀλήθειαν ἐν τῇ προδοσίᾳ τῶν ὄθεν ὑπερκρατούντων, ἀλλὰ δι' ὑμῶν (56) τὴν συνηγορίαν τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας ἀναπληρώσαντι. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν, ὡς τὸ κώνειον, ἢ τὸ ἀκόνιτον, καὶ εἴ τις ἄλλη ἀνδροφόνος βοτάνη, πρὸς ὀλίγον ἀνθήσαντες, ταχὺ ἀποξηρανθήσονται. Ὑμῖν δὲ ἀνθηρὸν καὶ ἀεὶ νέον ὁ Κύριος τὸν μισθὸν τῶν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ λαληθέντων παρέξει. Ἀνθ' ὧν καὶ παράσχοι ὑμῖν ὁ Κύριος πᾶσαν εὐθηνίαν οἴκου, καὶ εἰς παῖδας παίδων τὴν εὐλογίαν διαβιβάσαι. Τὰ δὲ εὐγενέστατα παιδία, τοὺς ἐναργεῖς τῆς σῆς χρηστότητος χαραχτῆρας, εἶδον ἡδέως καὶ περιεπτυξάμην, καὶ εὔχομαι αὐτοῖς ὅσα ἂν αὐτὸς ὁ πατὴρ εὔξῃ.

Origeni.

Et dum audiris, oblectas; et dum legeris, per scripta majori nos afficis lætitia. Ac Deo quidem optimo gratiæ multæ, qui fecit, ut nihil detrimenti acciperet veritas ex eorum proditione, qui summam videlicet potestatem habent : sed per vos defensionem doctrinæ veritatis **96** implevit. Illi quidem velut cicuta aut aconitum, et si qua est alia exitialis herba, brevi tempore cum floruerint, illico exarescent. Vobis vero Dominus mercedem efflorescentem ac semper novam ob ea, quæ pro ipsius nomine locuti estis, largietur. Propter quæ det vobis Dominus et prosperitatem omnem domesticam, et in filios filiorum benedictionem transmittat. Cæterum liberos tuos nobilissimos, expressam bonitatis tuæ effigiem, vidi libenter atque amplexus sum, precorque illis quidquid ipse pater precetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΗ'.

EPISTOLA XVIII**.

Hortatur Basilius Macarium et Joannem, ut spe regni cœlestis quæ sola non fallit, nec potentium minis, nec falsorum amicorum vituperiis a pietate deterreantur.

Μακαρίῳ (57) καὶ Ἰωάννῃ.

Οὔτε γεωργοὺς οἱ κατὰ γεωργίαν ξενίζουσι πόνοι, οὔτε ναύταις ὁ κατὰ θάλασσαν χειμὼν ἀπροσδόκητος, οὔτε τοῖς μισθαρνοῦσιν ὁ θερινὸς (58) ἱδρὼς παράδοξος, οὔτε μὴν τοῖς εὐσεβῶς ζῆν ἑλομένοις αἱ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα κόσμον θλίψεις ἀμελέτητοι (59). Ἀλλ' ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων οἰκεῖος καὶ γνώριμος τοῖς μετιοῦσι συνέζευκται πόνος· οὐ δι' ἑαυτὸν αἱρετὸς, ἀλλὰ δι' ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν προσδοκωμένων. Ἐλπίδες γὰρ, πάντα τὸν τῶν ἀνθρώπων συνέχουσαι καὶ συγχρωτοῦσαι βίον, τὴν ἐφ' ἑκάστῳ τούτων παραμυθοῦνται δυσκολίαν. Τῶν μὲν οὖν ὑπὲρ γῆς καρπῶν (60), ἢ τῶν κατὰ γῆν πονούντων οἱ μὲν παντάπασιν ἐψεύ-

Macario et Joanni.

Neque agricolis agriculturæ novi sunt labores, neque nautis pelagi tempestas inexspectata, neque operariis mercede conductis æstivus sudor insolitus; nec profecto his, qui piam vitam elegerunt, mundi hujus afflictio improvisa. Sed unicuique eorum, quos diximus, proprius ac notus artem exercentibus adjunctus est labor; non ille quidem propter se eligendus, sed ad bonorum exspectatorum perfruitionem. Spes siquidem, quæ hominum omnem continent ac consociant vitam, insitam unicuique harum rerum difficultatem consolantur. Atque ex iis quidem, qui pro terræ fructibus aut rebus

(54) Ὠριγένει. Editi addunt πρόρρησις, quæ vox deest in sex mss. et corrupte in codice insignis Ecclesiæ Parisiensis sic legitur πρόσρησις.

(55) Ἐνεργεστέρας. Sic uterque Coisl., Harl. et duo alii. Editi ἐναργεστέρας.

(56) Δι' ὑμῶν. Δι' ἡμῶν Harl. et Coisl. primus.

(57) Μακαρίῳ. Quinque codices, nempe Harl., Reg. secundus, Vat., Paris., Coisl. secundus Μακρίνῳ. Reg. primus Μαχρίνῳ. Sed tamen quia vulgata scriptura exstat in antiquissimis codicibus Coisliniano primo et Medicæo, nihil mutavimus.

(58) Θερινός. Hanc vocem addidimus ex codici-bus Coisl. primo, Med. et Clarom., sicque legit Scultetus.

(59) Al... θλίψεις ἀμελέτητοι. Harl. et tres codices recentiores ἡ... θλῖψις ἀμελέτητος. Sic etiam paulo post retinuimus has voces, τοῖς μετιοῦσι, quæ desiderantur quidem in codice Harl. et quatuor recentioribus; at in vetustissimis Coisl. et Med. non desunt.

(60) Ὑπὲρ γῆς καρπῶν. Displicet Combefisio postrema vox, ac legit καμνόντων, sed prorsus immerito.

* Alias CCCLXXXIV. Scripta imperante Juliano.

** Alias CCXI. Scripta videtur sub Juliano,

Digitized by Google

terrenis desudant, alios spes omnino frustratæ sunt, cum cogitatione tenus exspectatis potiti essent : quibus autem etiam ex sententia processit eventus, iis spe altera iterum opus fuit, præterlabente ac marcescente celeriter priore. Verum iis solis qui pro pietate laborant, nec mendacium abolevit exspectationem, nec finis labores labefactavit, stabili ac firmo excipiente cœlorum regno. Vos ergo non conturbet mendax calumnia, nec minæ terreant eorum, qui summam potestatem habent; non risus contristet aut contumelia familiarium, nec condemnatio ab hominibus curam et studium præ se ferentibus, a quibus fortissima ad decipiendum esca prætenditur, simulata adhortatio, quandiu veritatis doctrina nobis patrocinabitur. His autem omnibus obluctetur recta ratio, defensorem sibi advocans et adjutorem, magistrum pietatis Dominum nostrum Jesum Christum, pro quo et pati dulce est, et mori lucrum [1].

σθησαν τῶν ἐλπίδων, μέχρι μόνης φαντασίας τῶν προσδοκωμένων τὴν ἀπόλαυσιν ἔχοντες· οἷς δὲ καὶ κατὰ γνώμην ἐκβῆναι συνέβη τὸ τέλος, δευτέραν ἐδέησε πάλιν ἐλπίδος, παραδραμούσης καὶ μαρανθείσης ἐν τάχει τῆς προτέρας. Μόνοις δὲ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας καμοῦσιν οὐ ψεῦδος ἠφάνισε (61) τὰς ἐλπίδας, οὐ τέλος ἐλυμήνατο τοὺς ἄθλους (62), βεβαίας καὶ μονίμου διαδεχομένης τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας. Μὴ τοίνυν ὑμᾶς ταραττέτω διαβολὴ ψευδὴς, μηδὲ φοβείτω τῶν κρατούντων (63) ἀπειλή· μὴ γέλως λυπείτω καὶ ὕβρις τῶν γνωρίμων, μηδὲ κατάγνωσις παρὰ τῶν κήδεσθαι προσποιουμένων, ἰσχυρότατον πρὸς ἀπάτην δέλεαρ προβαλλομένων (64) παραινέσεως προσποίησιν, ἕως ἂν ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῖν συναγωνιζηται (65) λόγος. Ἀντιμαχέσθω δὲ τοῖς πᾶσι λογισμὸς ὀρθὸς, σύμμαχον παρακαλῶν γενέσθαι καὶ βοηθὸν αὐτῷ τὸν τῆς εὐσεβείας διδάσκαλον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' ὃν καὶ τὸ κακοπαθεῖν ἡδὺ, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

EPISTOLA XIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΙΘ'

Per Petrum Basilius rescribit Gregorio, cujus Lacunicas in epistolas jocatur.

97 *Gregorio sodali.*

Litteræ venerunt mihi non ita pridem a te, plane tuæ, non tam indiciis manus, quam propriis epistolæ notis. Pauca enim erant verba sententiam uberem exhibentia. Ad quas statim non respondimus, quod nos quidem peregre essemus; tabellarius vero, cum epistolam uni familiarium nostrorum dedisset, propere discesserit. Sed nunc per Petrum alloquimur te, simul et salutationis persolventes debitum, et occasionem alterius epistolæ præbentes. Omnino autem nullus labor epistolæ Laconicæ, quales sunt, quæ a te subinde ad nos perveniunt.

Γρηγορίῳ ἑταίρῳ.

Γράμμα ἦλθέ μοι πρώην παρὰ σοῦ, ἀκριβῶς ὄν, οὐ τοσοῦτον τῷ χαρακτῆρι τῆς χειρὸς, ὅσον τῷ τῆς ἐπιστολῆς ἰδιώματι. Ὀλίγα γὰρ ἦν τὰ ῥήματα πολλὴν διάνοιαν παριστῶντα. Πρὸς ἃ εὐθὺς μὲν οὐκ ἀπεκρινάμεθα, διότι αὐτοὶ μὲν ἀπεδημοῦμεν· ὁ δὲ γραμματοφόρος (66), ἑνὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡμῖν ἐπιδοὺς τὴν ἐπιστολὴν, ἀπιὼν ᾤχετο. Ἀλλὰ νῦν διὰ Πέτρου προσφθεγγόμεθά σε, ὁμοῦ μὲν ἀποτινύντες τῆς προσηγορίας τὸ χρέος, ὁμοῦ δὲ ἀφορμὴν δευτέρων γραμμάτων παρέχοντες. Πάντως δὲ οὐδεὶς πόνος Λακωνικῆς ἐπιστολῆς, ὁποῖαί εἰσιν αἱ παρὰ σοῦ ἑκάστοτε πρὸς ἡμᾶς ἀφικνούμεναι.

EPISTOLA XX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Κ'.

Amice objurgat Leontium Basilius, quod raro scribat; eumque probat inexcusabilem esse utpote nunquam carentem occasionibus scribendi, ac præterea sophistam; sibi vero excusationem petit, tum ex crebris occupationibus, tum quia non jam eo utitur dicendi genere, quod placeat sophistis. Mittit sua adversus Eunomium opera.

Leontio sophistæ.

Raræ quidem tibi et a nobis litteræ; non tamen rariores quam tuæ; idque, cum multi continenter a vobis ad nos venerint; quibus singulis si ordine litteras commisisses, nihil impediret quominus videremur una tecum esse, teque perinde frui, ac

Λεοντίῳ σοφιστῇ.

Χρόνια μέν σοι καὶ τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα· οὐ μὴν χρονιώτερα τῶν αὐτόθεν, καὶ ταῦτα πολλῶν καὶ συνεχῶν ἐπιδημησάντων ἡμῖν ἀπὸ τῆς ὑμετέρας· οἷς εἰ πᾶσιν ἐφεξῆς γράμματα (67) ἐπετίθης, οὐδὲν ἦν τὸ κωλύον αὐτῷ σοι δοκεῖν συνεῖναι ἡμᾶς, καὶ οἱονεὶ

[1] Philipp. I, 21.

* Alias III. Scripta videtur Cæsareæ, cum esset presbyter.

** Alias LXXXIII. Scripta anno 364.

(61) *Ἠφάνισε.* Παρηφάνισε Coisl. primus et Med.

(62) *Τοὺς ἄθλους.* Sic Coisl. primus et Medicæus et Clarom. in margine; alii τοῖς ἄθλοις. Editi τοῖς ἄλλοις. Paulo post editi μηδὲ γέλως. Harl., Coisl. primus et Med. et alii nonnulli ut in textu.

(63) *Τῶν κρατούντων.* Sæpe alias Basilius hac voce imperatorem designat.

(64) *Προβαλλομένων.* Sic uterque Coisl., Harl., Paris. et unus ex Regiis. Editi προσβαλλομένων. Ibidem προσποιήσει in tribus mss.

(65) *Ἡμῖν συναγωνίζηται.* Editi ὑμῖν συναγωνίζεται. Secuti sumus antiquos codices, Coisl. et Med. et Harl. cum pluribus aliis. Statim legimus cum quinque mss., quorum in numero Harlæanus et prima manu Coislinianus antiquior, αὐτῷ τὸν τῆς, etc. Editi αὐτόν. Desunt in quatuor mss. hæ voces, καὶ βοηθόν.

(66) *Γραμματοφόρος.* Γραμματηφόρος quatuor mss.

(67) *Γράμματα.* Ita sex libri veteres. Editi γράμμα.

Digitized by Google

παρόντας καὶ συνόντας ἀπολαύειν· οὕτω συνεχὲς ἦν τὸ πλῆθος τῶν πρὸς ἡμᾶς ἀφικνουμένων. Ἀλλὰ τί οὐκ ἐπιστέλλεις; καίτοιγε οὐδὲν ἔργον σοφιστῇ (68), ἢ τὸ γράφειν· μᾶλλον δὲ εἰ καὶ τῆς χειρὸς ἔχεις ἀργῶς, οὐδὲ γράφειν δεήσει· ἄλλος γάρ σοι διακονήσει. Γλώττης δὲ χρεία μόνης· ἡ, κἂν ἡμῖν μὴ διαλέγηται, ἀλλ' ἑνί γε πάντως τῶν συνόντων λαλήσει· κἂν μηδεὶς παρῇ, ἐφ' ἑαυτῆς διαλέξεται· σιωπήσει δὲ οὐδαμῶς, σοφιστικὴ τε οὖσα καὶ Ἀττική· οὐ μᾶλλόν γε ἢ αἱ ἀηδόνες, ὅταν τὸ ἔαρ αὐτὰς πρὸς ᾠδὴν ἀναστήσῃ. Ἡμῖν μὲν γὰρ τὸ πυκνὸν (69) τῆς ἀσχολίας τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἐσμεν, κἂν παραίτησιν ἐνέγκοι τινὰ πρὸς τὴν ἔνδειαν τῶν πραγμάτων· καὶ τὸ κοινὸν ἐρρυπῶσθαι λοιπὸν τῇ κατακορεῖ συνηθείᾳ (70) πρὸς ἰδιωτισμὸν ὄκνον εἰκότως ἐμποιεῖ προσφθέγγεσθαι ὑμᾶς τοὺς σοφιστάς· οἵ, εἰ μή τι ἄξιον τῆς ὑμετέρας αὐτῶν σοφίας ἀκούσεσθε, δυσχερανεῖτε, καὶ οὐκ ἀνέξεσθε. Σὲ δέ που τὸ ἐναντίον εἰκὸς ἐπὶ πάσης προφάσεως δημοσιεύειν σαυτοῦ τὴν φωνὴν, ἐπιτήδειον ὄντα εἰπεῖν, ὧν αὐτὸς οἶδα Ἑλλήνων· οἶδα γάρ, ὡς οἶμαι, τοὺς ὀνομαστοτάτους τῶν ἐν ὑμῖν· ὥστε εὐδέμία παραίτησις σιωπῶντι. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Ἀπέστειλα δὲ καὶ τὰ πρὸς Εὐνόμιον· ἃ εἴτε παιδιὰν χρὴ καλεῖν, εἴτε μικρῷ παιδιᾶς σπουδαιότερα, αὐτῷ σοι κρίνειν παρίημι· ὃς πρὸς μὲν (71) τὰ οἰκεῖα σαυτοῦ οὐκέτι, οἶμαι, χρῄζεις· πρὸς δὲ τῶν ἐνδιατρόφων τοὺς ἐντυγχάνοντας οὐκ ἀγεννές σοι ὅπλον ἔσεσθαι προσδοκῶ· οὐ τῇ δυνάμει τοῦ συντάγματος καταπιστεύοντες τοσοῦτον, ἀλλ' ἀκριβῶς γνωρίζοντες ἀπὸ ὀλίγων ἀφορμῶν ἐπὶ πολλὰ σε ὄντα εὑρετικόν. Ἐὰν δέ τί σοι καὶ ἀσθενέστερον ἔχειν τῆς χρείας καταφανῇ, μὴ κατοκνήσῃς ἐλέγξαι. Τούτῳ γὰρ (72) μάλιστα φίλος κόλακος διενήνοχε, τῷ τὸν μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, τὸν δὲ μηδὲ τῶν λυπούντων ἀπέχεσθαι.

si adessemus, et tecum versaremur : adeo continua fuit multitudo ad nos venientium. At cur non scribis, cum quidem negotium nullum sit sophistæ scribere? Imo si manus pigra est, ne scribere quidem opus erit; alius enim tibi dabit operam. Lingua autem sola opus est, quæ etiamsi nos non alloquatur, at profecto unum ex iis qui tecum sunt, alloquetur. Quod si nemo adsit, secum ipsa loquetur; tacebit autem nequaquam, cum sit et sophistica et Attica : non magis, quam lusciniæ, quando eas vernum tempus ad canendum excitaverit. Nobis enim crebræ illæ occupationes, quibus nunc distinemur, excusationem fortasse afferant, si litteris desimus : et quædam veluti sordes ex continuo vulgaris sermonis usu jam contractæ non immerito deterrent, quominus vos sophistas alloquamur; qui nisi sapientia vestra dignum aliquid audieritis, indignabimini, nec perferetis. Te vero contra æquum est tuam vocem ad omnem occasionem promulgare, cum sis maxime omnium quos novi Græcorum ad dicendum idoneus : novi enim, ut puto, qui inter vos sunt celeberrimi : quare nulla excusatio tacenti. Atque hæc quidem hactenus. Misi autem et scripta adversus Eunomium, quæ quidem utrum lusus dicenda sint, an lusu paulo graviora, tibi ipsi judicandum relinquo : qui quod attinet quidem ad tuam ipsius personam, his, opinor, **98** non amplius indiges : sed adversus perversos, in quos incideris, telum tibi non infirmum futurum spero; non quod ita multum scripti robore confidamus, sed quod probe sciamus idoneum te esse, qui ex paucis argumentis multa invenias. Quod si quid tibi infirmius, quam esse oportebat, videbitur, redarguere ne pigreris. Hoc enim potissimum amicus ab adulatore differt, quod hic quidem ad delectationem loquitur, ille vero ne molesta quidem rætermittit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΑ'.

EPISTOLA XXI'.

Accusatus in superiore epistola Leontius, quod non scriberet, videtur in ipsum Basilium crimen convertisse, et Julianum accusasse quod litteras suas non reddidisset. Unde perurbane Basilius et se et Julianum defendit.

Λεοντίῳ σοφιστῇ.

Leontio sophistæ.

Ἔοικέ τι τῆς κοινῆς καταστάσεως καὶ εἰς τὰ ἑαυτοῦ πράγματα ὁ χρηστὸς Ἰουλιανὸς ἀπολαύειν. Ἀπαιτεῖται γὰρ καὶ αὐτὸς, καὶ ἐγκαλεῖται σφοδρῶς, ἐπειδὴ πάντα νῦν ἀπαιτουμένων καὶ ἐγκαλουμένων γέμει. Πλὴν ὅσον οὐχὶ εἰσφορῶν ἐλλείμματα, ἀλλ' ἐπιστολῶν. Καίτοι πόθεν (73) αὐτῷ ἐλλέλειπται, ἀγνῶ· ἔδωκε γὰρ ἀεὶ ἐπιστολὴν, τὴν δὲ ἐκομίσατο· εἰ μή τί που καὶ παρὰ σοὶ ἡ πολυθρύλλητος αὐτὴ

Videtur aliquid ex communi rerum statu in propriis suis bonus Julianus percipere. Reposcitur enim et ipse, et accusatur vehementer, quando quidem nunc omnia iis, a quibus exigitur, quique accusantur, redundant. Non tamen tributorum debitiones sunt, sed epistolarum. Quanquam, quomodo debitor sit, ignoro. Semper enim epistolam dedit, atque hanc detulit. Nisi forte et apud te cele-

(68) *Σοφιστῇ*. Ita septem mss. et editio Haganoensis. Aliæ editiones σοφιστοῦ. Cum autem in omnibus codicibus mss. et editis legatur ἢ τὸ γράφειν *cum quidem negotium nullum sit sophistæ, nisi ut scribat;* nihil equidem in contextu mutavi. Sed tamen, quia pugnat hæc sententia cum his quæ sequuntur, vel delendum illud ἢ, vel scribendum ᾗ.

(69) *Τὸ πυκνόν*. Quamvis non male in editis legatur τὸ πικρόν, *molestia occupationis*, præferenda tamen septem codicum mss. et editionis Haganoensis scriptura, quam in contextum induximus.

(70) *Κατακορεῖ συνηθείᾳ*. Pro his vocibus legitur κατακορίᾳ in Coisl. utroque, Vat. et Regio primo.

(71) *Ὅς πρὸς μέν*. Coisl. primus ὅσον πρὸς μέν.

(72) *Τούτῳ γάρ*. Editio Parisiensis Ἐν τούτῳ γάρ. Sed præpositio deest in quinque mss. et vetustis editionibus.

(73) *Καίτοι πόθεν*. Sic mss. Editi καὶ τὸ πόθεν.

* Alias CCCLXXIII. Scripta anno 364.

Digitized by Google

berrimum illud quadruplum primas obtinet. Neque enim tanti æstimavere Tetractyn Pythagoræi, quanti nunc quadruplum qui pecunias publicas colligunt. Et forte contrarium fieri par erat, ut qui sophista es, ac tanta dicendi copia affluis, mihi ipse quadruplo solvendo obstrictus esses. Nec me existimes hæc succensentem scribere. Oblector enim tuis etiam reprehensionibus; siquidem a pulchris aiunt omnia cum pulchritudinis accessione fieri; adeo ut et dolere et irasci non eos dedeceat. Libentius sane viderit quis amicum irascentem, quam alium colentem. Nunquam igitur desinas talia incusare. Litteræ enim erunt ipsæ criminationes, quibus mihi nullus sermo carior, quique majorem ferat voluptatem.

A τετραπλῆ (74) προτετίμηται. Οὐδὲ γὰρ οἱ Πυθαγόριοι (75) τοσοῦτον προετίμησαν τὴν τετρακτὺν, ὅσου οἱ νῦν ἐκλέγοντες τὰ δημόσια τὴν τετραπλῆν. Καίτοιγε ἴσως τὸ ἐναντίον εἰκὸς ἦν, σοφιστὴν ὄντα, καὶ εὐπορούντα λόγων τοσούτων, αὐτὸν ἡμῖν εἰς τὴν τῶν τετραπλασίων ἔκτισιν ὑποκεῖσθαι. Καὶ μὴ οἷον ταῦτα δυσχεραίνοντας ἡμᾶς γράφειν. Χαίρω γάρ σου καὶ ταῖς μέμψεσιν· ἐπειδὴ τοῖς καλοῖς φασι πάντα μετὰ τῆς τοῦ καλοῦ προσθήκης γίνεσθαι· ὥστε καὶ λύπας αὐτοῖς καὶ ὀργὰς ἐπιπρέπειν (76). Ἥδιον γοῦν ἄν τις ἴδοι ὀργιζόμενον τὸν ἀγαπώμενον ἢ θεραπεύοντα ἕτερον. Μήποτε οὖν ἀνῇς ἐγκαλῶν τὰ τοιαῦτα. Γράμματα γάρ που ἔσται αὐτὰ τὰ ἐγκλήματα, ὧν ἐμοὶ οὐδὲν ἄκουσμα τιμιώτερον, οὐδὲ πλείονα φέρον τὴν ἡδονήν.

EPISTOLA XXII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΒ'.

Monasticæ vitæ officia breviter exponit Basilius non appositis Scripturæ testimoniis, sed hac pertractandi ratione in aliud tempus dilata.

De perfectione vitæ monasticæ.

Περὶ τελειότητος (77) *βίου μοναχῶν.*

B

1. Multa cum sint, quæ divinitus inspirata Scriptura iis, qui Deo student placere, observanda declarat; de his solis interim, de quibus nunc apud vos commota quæstio est, ut didici ex ipsa sacra Scriptura, brevem admonitionem 99 subjicere necessarium esse duxi; ita ut de quaque re testimonium, haud sane ad percipiendum difficile, agnoscendum iis relinquam, qui in legendo exercentur et alios submonere poterunt. Oportet Christianum ea quæ vocatione cœlesti digna sunt, sentire, ac dignam Evangelio Christi vitam degere. Non oportet Christianum animo evagari, neque ulla re a recordatione Dei, ejusque placitorum et judiciorum abduci. Oportet Christianum, justificationes legis in omnibus transcendentem, neque jurare, neque mentiri. C Non oportet blasphemare, non contumelia afficere: non pugnare, non semetipsum ulcisci, non malum pro malo reddere, non irasci. Oportet quacunque læsum injuria patientem esse, atque tempestive eum qui læsit redarguere, non propriæ vindictæ studio, sed correctionis fraternæ secundum manda-

1. Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς δηλουμένων (78), τῶν κατορθοῦσθαι ὀφειλόντων τοῖς ἐσπουδακόσιν εὐαρεστῆσαι τῷ Θεῷ, περὶ μόνων νῦν τῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος κινηθέντων παρ' ὑμῖν, ὡς ἔμαθον ἐξ αὐτῆς τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς, ἐν συντόμῳ ὑπομνῆσαι εἰπεῖν ἀναγκαίως προεθυμήθην, τὴν περὶ ἑκάστου μαρτυρίαν εὔληπτον οὖσαν καταλείψας ἐπιγινώσκειν τοῖς περὶ τὴν ἀνάγνωσιν ἀπασχολουμένοις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσονται καὶ ἑτέρους ὑπομιμνήσκειν. Ὅτι δεῖ τὸν Χριστιανὸν ἄξια τῆς ἐπουρανίου κλήσεως φρονεῖν, καὶ ἀξίως τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ Χριστοῦ πολιτεύεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστιανὸν μετεωρίζεσθαι, οὐδὲ ἀφέλκεσθαι ὑπό τινος ἀπὸ τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν αὐτοῦ θελημάτων καὶ κριμάτων. Ὅτι δεῖ τὸν Χριστιανὸν, κρεῖττονα τῶν κατὰ τὸν νόμον δικαιωμάτων γενόμενον ἐν πᾶσι, μήτε ὀμνύειν, μήτε ψεύδεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ βλασφημεῖν· ὅτι οὐ δεῖ ὑβρίζειν, ὅτι οὐ δεῖ μάχεσθαι· ὅτι οὐ δεῖ ἑαυτὸν ἐκδικεῖν· ὅτι οὐ δεῖ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι· ὅτι οὐ δεῖ ὀργίζεσθαι. Ὅτι δεῖ μακροθυμεῖν, πᾶν (79) ὁτιοῦν πάσχοντα, καὶ ἐλέγχειν εὐ-

* Alias CCCCXI. Scripta videtur anno 364.

(74) *Τετραπλῆ*. Suspicatur Gothofredus tetraplam sive quadruplum, de quo Basilius in hac epistola, esse pensionem quadrimenstruam, vel *quadrupli pœnam ob non soluta tributa, vel potius ob superexactionem*. Sed liquet hic litteras non redditas cum tributis non solutis comparari; sicque Basilium cum Leontio jocari, quasi is quadruplum litterarum reposceret, ut quadruplum debitorum tunc passim reposcebatur. Lucem afferet Ammianus Marcellinus, quo teste, Petronius socer Valentis: *Ad nudandos sine discretione cunctos immaniter flagrans, nocentes pariter et insontes post exquisita tormenta quadrupli nexibus vinciebat, debita jam inde a temporibus principis Aureliani perscrutans et impendio mœrens, si quemquam absolvisset indemnem;* lib. XXVI, cap. 6. Est ergo quadruplum hoc loco non quadrimenstrua pensio, non superexactio, sed debitorum, quæ soluta non fuerant, crudelis inquisitio, et quadrupli pœna his, qui non solverant, imposita.

(75) *Πυθαγόριοι*. Ita Harl., Coisl. primus et alii nonnulli cum Clemente Alex., *Strom.* I, p. 303 et 304. Coisl. secundus Πυθαγόρεοι, quod positum errore librarii pro Πυθαγόραιοι. Editi Πυθαγόρειοι.

(76) *Ἐπιπρέπειν*. Multo aptior hæc scriptura codicis Regii primi et Bigot. quam vulgata ἐπιτρέπειν.

(77) *Περὶ τελειότητος*. Exstat hic titulus in uno ex Regiis codicibus et in Coisl. primo, nisi quod in Coisl. legitur μοναδικοῦ. Aliter in Coisliniano secundo et tribus a Combefisio citatis: *Ἀνεπίγραφος. Κανὼν ἀκριβὴς τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ ἀσκητικῆς πολιτείας, Sine inscriptione. Accurata regula ascetici secundum Christi Evangelium instituti.*

(78) *Δηλουμένων*. Post hanc vocem delevi καὶ auctoritate cod. Reg. et Bigot. Paulo post in Coisl. secundo et uno ex Regiis ἐν συντόμῳ ὑπομνῆσαι προεθυμήθην. In primo Coisl. deest εἰπεῖν, unde conjici posset hanc vocem additam fuisse, postquam librarii posuerant ὑπομνῆσαι pro ὑπομνῆσαι.

(79) *Πάν*. Duo mss πάντοτε. Paulo post ἑαυτοῦ in duobus Regiis. Editi αὐτοῦ.

Digitized by Google

καίρως τὸν ἀδικοῦντα, οὐ μὴν ἐν πάθει τῆς ἑαυτοῦ παρακήσεως, ἀλλ' ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ ἀδελφοῦ διορθώσεως, κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου. Ὅτι οὐ δεῖ κατὰ ἀπόντος ἀδελφοῦ λέγειν τι σκοπῷ τοῦ διαβάλλειν αὐτὸν, ὅπερ ἐστὶ καταλαλιὰ, κἂν ἀληθῆ ᾖ τὰ λεγόμενα. Ὅτι δεῖ τὸν καταλαλοῦντα ἀδελφοῦ ἀποστρέφεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ εὐτράπελα φθέγγεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ γελᾶν, οὐδὲ γελοιαστῶν ἀνέχεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀργολογεῖν, λαλοῦντά τι, ὃ μήτε πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων ἐστὶ, μήτε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν καὶ συγκεχωρημένην ἡμῖν ὑπὸ (80) τοῦ Θεοῦ χρείαν· ὥστε καὶ τοὺς ἐργαζομένους σπουδάζειν, καθ' ὅσον δυνατὸν, μετὰ ἡσυχίας ἐργάζεσθαι· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς λόγους πρὸς ἐκείνους κινεῖν, τοὺς πεπιστευμένου; μετὰ δοκιμασίας οἰκονομεῖν τὸν λόγον πρὸς οἰκοδομὴν τῆς πίστεως, ἵνα μὴ λυπῆται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. Ὅτι οὐ δεῖ τῶν ἐπεισεργομένων τινὰ ἐπ' ἐξουσίας ἐγγίζειν (81) ἢ λαλεῖν τινι τῶν ἀδελφῶν, πρὶν ἂν οἱ ἐπιτεταγμένοι τὴν φροντίδα τῆς ἐν πᾶσιν εὐταξίας δοκιμάσωσι πῶς ἀρέσκει Θεῷ πρὸς τὸ κοινῇ συμφέρον. Ὅτι οὐ δεῖ ἑνὶ δεδουλῶσθαι· οὔτε περὶ κρέα ἐμπαθῶς ἔχειν· καθόλου περὶ οὐδὲν βρῶμα ἢ πόμα φιλήδονον εἶναι· ὁ γὰρ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. Ὅτι τῶν διδομένων ἑκάστῳ εἰς χρῆσιν οὐδὲν ὡς ἴδιον ἔχειν δεῖ, ἢ ταμιεύεσθαι· ἐν μέντοι τῇ φροντίδι πᾶσιν ὡς δεσποτικοῖς προσέχοντα, μηδὲν τῶν παραῤῥιπτομένων ἢ ἀμελουμένων, ἂν οὕτω τύχῃ, παροῤῶν. Ὅτι οὐ δεῖ, οὔτε αὐτὸν ἑαυτοῦ κύριον εἶναί τινα, ἀλλ' ὡς ὑπὸ θεοῦ παραδεδομένον εἰς δουλείαν τοῖς ὁμοψύχοις ἀδελφοῖς, οὕτω καὶ φρονεῖν πάντα καὶ ποιεῖν, ἕκαστον δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι.

A tum Domini. Non oportet in absentem fratrem quidquam dicere, illius traducendi consilio, quod quidem obtrectatio est, etiamsi vera sint quæ dicuntur. Aversari de fratre detrahentem oportet. Scurrilia non proferenda. Non ridendum, nec perferendi dicaces. Non loquendum otiose, aliquid proferendo, quod nec ad utilitatem audientium pertineat, nec ad necessarium et concessum nobis a Deo usum: adeo ut et laborantes studeant, quantum fieri potest, silentio laborare; bonos autem ipsos sermones iis proponant, quibus commissum est prudenter dispensare sermonem ad ædificationem fidei; ne sanctus Dei Spiritus afficiatur tristitia. Non oportet ut quisquam ex supervenientibus libere accedat ad fratrum aliquem aut colloquatur, antequam ii quibus cura disciplinæ in omnibus servandæ commissa B est, expenderint an ita placeat Deo, ut aliis prodesse possit. Non oportet vino inservire, neque carnis teneri desiderio, nec ullo prorsus in cibo aut potu voluptatem quærere; nam qui certat, servat temperantiam in omnibus. Nihil eorum quæ utenda unicuique traduntur, oportet habere ut proprium, aut reservare; sed tamen quod spectat ad curam et sollicitudinem, omnibus, ut ad Dominum pertinentibus, attendentem, nihil eorum quæ projecta aut neglecta sunt, si ita acciderit, præterire. Non oportet quemquam vel suiipsius dominum esse, sed velut a Deo traditum in servitutem fratribus unanimis, ita et sentire omnia et facere; C unumquemque tamen in suo ordine.

2. Non oportet murmurare, nec in rerum necessariarum angustiis, nec in operum labore, quandoquidem unumquodque judicii est eorum, quibus commissa rerum illarum potestas. Nec clamor fieri debet, nec quævis alia species, aut motus ex quo significetur iracundia, aut animi aberratio ab hac persuasione, Deum esse præsentem. Oportet vocem usu metiri. Non oportet petulanter aut contemptim cuiquam respondere, aut quidquam facere, sed in omnibus modestiam atque reverentiam erga omnes ostendere. Non oculis innuendum est cum dolo; nec alia quælibet species **100** adhibenda, aut membri motus qui fratri afferat tristitiam aut contemptum indicet. Ornatus in vestibus aut calceis D quæri non debet; quod quidem vana ostentatio est. Viliora quæque adhibenda ad usum corporis. Nihil ultra id quod necessarium est, aut ad magnificentiam insumendum; quod quidem abusus est. Honor exquirendus non est, aut ambiendus primatus. Debet unusquisque cæteros sibi anteferre. Non oportet inobsequentem esse. Non oportet otiosum

2. Οὐ δεῖ γογγύζειν, οὔτε ἐν τῇ στενοχωρίᾳ τῶν πρὸς τὴν χρείαν, οὔτε ἐν τῷ καμάτῳ τῶν ἔργων, ἐχόντων τὸ κρῖμα περὶ ἑκάστου τῶν ἐπιτεταγμένων (82) τὴν τούτων ἐξουσίαν. Ὅτι οὐ δεῖ κραυγὴν γίνεσθαι, οὔτε ἄλλο τι σχῆμα, ἢ κίνημα, ἐν ᾧ χαρακτηρίζεται θυμὸς, ἢ μετεωρισμὸς ἀπὸ τῆς πληροφορίας τοῦ παρεῖναι τὸν Θεόν. Ὅτι δεῖ τῇ χρείᾳ συμμετρεῖν τὴν φωνήν. Ὅτι οὐ δεῖ θρασέως ἢ καταφρονητικῶς τινι ἀποκρίνεσθαι, ἢ ποιεῖν τι, ἀλλ' ἐν πᾶσι τὸ ἐπιεικὲς καὶ τὸ τιμητικὸν πρὸς πάντας ἐνδείκνυσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἐννεύειν ὀφθαλμῷ μετὰ δόλου, ἢ ἄλλῳ τινὶ σχήματι ἢ κινήματι μέλους κεχρῆσθαι, ὃ λυπεῖ τὸν ἀδελφὸν, ἢ καταφρόνησιν ἐμφαίνει. Ὅτι οὐ δεῖ καλλωπίζεσθαι ἐν ἱματίοις ἢ ὑποδήμασιν, ὅπερ ἐστὶ περιπερεία. Ὅτι δεῖ εὐτελέσι κεχρῆσθαι τοῖς πρὸς τὴν χρείαν τοῦ σώματος. Ὅτι οὐ δεῖ ὑπὲρ τὴν χρείαν καὶ πρὸς δαψίλειαν ἀναλίσκειν οὐδὲν, ὅπερ ἐστὶ παράχρησις. Ὅτι οὐ δεῖ τιμὴν ἐπιζητεῖν, ἢ πρωτείων ἀντιποιεῖσθαι. Ὅτι δεῖ ἕκαστον προτιμᾶν ἑαυτοῦ πάντας. Ὅτι οὐ δεῖ ἀνυπότακτον εἶναι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀργὸν ἐσθίειν τὸν ἐργάζεσθαι δυνάμενον,

(80) *Ἡμῖν ὑπό.* Hæ duæ voces additæ ex Coisl. secundo et uno ex Regiis. Duo Combef. habent ἡμῖν παρά.

(81) *Ἐγγίζειν.* Additur ἔχειν in duobus Combef. et Coisl. secundo et uno ex Regiis. Sed ea vox non legitur in antiquissimis codicibus, nec necessaria est.

(82) *Τῶν ἐπιτεταγμένων.* Cod. Vat. ἐπισταμένων. Forte addendum εἰς, ut paulo infra additur: sed tamen supra legitur οἱ ἐπιτεταγμένοι τὴν φροντίδα.

Digitized by Google

comedere eum, qui laborare potest : sed et qui occupatur in eorum aliquo, quæ ad Christi gloriam præclare fiunt, vim sibiipsi facere debet ad studium operis pro viribus conficiendi. Oportet unumquemque, præpositis approbantibus, cum ratione et animi persuasione ita omnia facere, usque ad ipsum etiam esum et potum, ut ad Dei gloriam referenda. Non oportet ab uno ad alium laborem transire, citra approbationem eorum qui sunt rebus ejusmodi moderandis præpositi ; nisi quempiam ineluctabilis necessitas ad auxilium debilioris subito vocaverit : debet unusquisque manere in eo quod ipsi præscriptum est ; nec propriam mensuram transgrediens, aggredi non præscripta ; nisi ii, quibus hæc commissa sunt, aliquem auxilio indigere judicaverint. Non oportet reperiri quempiam ab alia officina in aliam abeuntem. Nihil ex contentionis studio aut ex simultate cum aliquo suscepta faciendum.

3. Invidendum non est alterius laudi, neque cujusquam vitiis lætandum. Oportet in charitate Christi dolere et afflictari de fratris vitiis, gaudere vero ob illius recte facta. Non oportet indifferentem esse erga peccantes, aut silentio eos tolerare. Oportet ut qui redarguit, cum omni commiseratione redarguat ex Dei timore, et eo consilio ut convertat peccantem. Oportet ut qui redarguitur aut increpatur, libenter id accipiat, suam ipsius in increpatione utilitatem agnoscens. Non oportet ut, cum aliquis accusatur, alius coram illo aut coram aliis nonnullis contradicat accusanti. Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, privatim coarguentem interrogare debet, atque aut persuadere, aut persuaderi. Oportet unumquemque quantum in se est, ei qui adversum se aliquid habuerit, mederi. Non succensendum ei quem peccasse pœnitet, sed ex corde condonandum. Oportet eum qui peccati pœnitere se dicit, non compungi solum ob peccatum admissum, sed fructus etiam pœnitentiæ dignos facere. Qui pro prioribus peccatis correptus est, ac veniam consecutus, is si rursus peccaverit, deterius priore comparat sibimetipsi judicium iræ. Qui post primam et alteram admonitionem permanet in delicto, suo indicandus præposito, si forte eum a pluribus correptum pudeat. Quod si ne sic quidem emendatus fuerit, deinceps exscindendus est, ut scandalum, atque habendus pro ethnico ac publicano ad securitatem eorum qui obedientiam sibi studio habent, secundum id quod dictum est : Impiis cadentibus, justi timore corripiuntur. Sed et deflendus est, ut membrum a corpore **101** abscissum. Non oportet in iracundia fratris solem occidere, ne nox utrumque separet, ac in die judicii crimen ineluctabile re-

A ἀλλὰ καὶ τὸν ἀσχολούμενον περί τι τῶν κατορθουμένων εἰς δόξαν Χριστοῦ, ἐκδιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν σπουδὴν τοῦ κατὰ δύναμιν ἔργου. Ὅτι δεῖ ἕκαστον δοκιμασίᾳ τῶν προεστώτων (83) μετὰ λόγου καὶ πληροφορίας οὕτω ποιεῖν πάντα, ἄχρι καὶ αὐτοῦ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν, ὡς εἰς δόξαν Θεοῦ γινόμενα. Ὅτι οὐ δεῖ ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἔργον μεταβαίνειν ἄνευ τῆς δοκιμασίας τῶν εἰς τὸ διατυποῦν τὰ τοιαῦτα ἐπιτεταγμένων (84)· ἐκτὸς εἰ μή πού τινα ἀπρόαίτητος ἀνάγκη εἰς βοήθειαν τοῦ ἀδυνατήσαντος καλοίη αἰφνίδιον. Ὅτι δεῖ ἕκαστον μένειν ἐν ᾧ ἐτάχθη, καὶ μὴ, ὑπερβαίνοντα τὸ ἴδιον μέτρον, ἐπιβαίνειν τοῖς μὴ ἐπιτεταγμένοις, εἰ μή τι ἂν οἱ ταῦτα πεπιστευμένοι δοκιμάσωσί τινα χρῄζοντα βοηθείας. Ὅτι οὐ δεῖ ἀφ' ἑτέρου ἐργαστηρίου εἰς ἕτερον εὑρίσκεσθαί τινα. Ὅτι οὐ δεῖ κατὰ φιλονεικίαν ἢ ἔριν τὴν πρός τινα ποιεῖν τι.

B

3. Ὅτι οὐ δεῖ φθονεῖν τῇ ἑτέρου εὐδοκιμήσει, οὔτε ἐπιχαίρειν ἐλαττώμασί τινος. Ὅτι δεῖ ἐν ἀγάπῃ Χριστοῦ λυπεῖσθαι μὲν καὶ συντρίβεσθαι ἐπὶ τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ ἐλαττώμασιν, εὐφραίνεσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν. Ὅτι οὐ δεῖ ἀδιαφορεῖν ἐπὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἢ ἐφησυχάζειν αὐτοῖς. Ὅτι δεῖ τὸν ἐλέγχοντα μετὰ πάσης εὐσπλαγχνίας φόβῳ (85) Θεοῦ, καὶ σκοπῷ τοῦ ἐπιστρέψαι τὸν ἁμαρτάνοντα, ἐλέγχειν. Ὅτι δεῖ τὸν ἐλεγχόμενον ἢ ἐπιτιμώμενον καταδέχεσθαι προθύμως, γνωρίζοντα τὸ ἑαυτοῦ ὄφελος ἐν τῇ διορθώσει. Ὅτι οὐ δεῖ, ἐγκαλουμένου τινός, ἄλλον ἐνώπιον ἐκείνου ἢ ἄλλων τινῶν ἀντιλέγειν τῷ ἐγκαλοῦντι. Ἐὰν δὲ ἄρα ποτὲ ἄλογον φανῇ τὸ ἔγκλημά τινι, κατ' ἰδίαν κινεῖν λόγον πρὸς τὸν ἐγκαλοῦντα (86), καὶ ἢ πληροφορεῖν ἢ πληροφορεῖσθαι. Ὅτι δεῖ ἕκαστον, ὅση δύναμις, θεραπεύειν τὸν ἔχοντά τι κατ' αὐτοῦ. Ὅτι οὐ δεῖ μνησικακεῖν τῷ ἁμαρτήσαντι καὶ μετανοοῦντι, ἀλλ' ἐκ καρδίας ἀφεῖναι. Ὅτι δεῖ τὸν λέγοντα μετανοεῖν ἐφ' ἁμαρτήματι μὴ μόνον κατανυγῆναι ἐφ' ᾧ ἥμαρτεν, ἀλλὰ καὶ καρποὺς ἀξίους ποιῆσαι τῆς μετανοίας. Ὅτι ὁ ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἁμαρτήμασι παιδευθείς, καὶ τῆς ἀφέσεως ἀξιωθείς, ἐὰν πάλιν ἁμάρτῃ, χεῖρον τοῦ προτέρου κατασκευάζει ἑαυτῷ τὸ κρῖμα τῆς ὀργῆς. Ὅτι δεῖ τὸν μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν νουθεσίαν ἐπιμένοντα τῷ ἐλαττώματι ἑαυτοῦ φανεροῦσθαι τῷ προεστῶτι, ἐὰν ἄρα ὑπὸ πλειόνων ἐπιτιμηθεὶς ἐντραπῇ. Ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτω διορθώσηται, ὡς σκάνδαλον ἐκκόπτεσθαι τοῦ λοιποῦ, καὶ ὡς ἐθνικὸν καὶ τελώνην ὁρᾶσθαι πρὸς τὴν ἀσφάλειαν τῶν τὴν σπουδὴν τῆς ὑπακοῆς ἐργαζομένων, κατὰ τὸ εἰρημένον. Ἀσεβῶν καταπιπτόντων, δίκαιοι ἐμφοβοι γίνονται. Δεῖ δὲ καὶ πενθεῖν ἐπ' αὐτῷ, ὡς μέλους ἐκκοπέντος ἐκ τοῦ σώματος. Ὅτι οὐ δεῖ ἐν παροργισμῷ ἀδελφοῦ ἐπιδῦναι τὸν ἥλιον, μή ποτε ἡ νὺξ διαστῇ (87) με-

C

D

(83) (Vide Addenda.)

(84) *Τῶν... ἐπιτεταγμένων*. Sic Reg. et Coisl. secundus et duo Combef. Editi τῆς.... ἐπιτεταγμένου. Coisl. primus et alii nonnulli habent ἐπιτεταγμένοι.

(85) *Φόβῳ*. Editi addunt ἐν, sed in nullo cod. ms. reperimus.

(86) (Vide Addenda.)

(87) *Διαστῇ*. Bigot. διαστήσῃ. Coisl. secundus et alii duo a Combefisio citati μεταστήσῃ ἀμφοτέρους. *Ne nox utrumque transferat*. Sed retinenda visa est scriptura vulgata, quæ in antiquissimis exstat codicibus Medicæo et Coisl. primo. Satis est enim ad Basilii sensum, ut metuendum sit, ne vox utrumque

Digitized by Google

ταξὺ ἀμφοτέρων, καὶ καταλίπῃ ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀπαραίτητον ἔγκλημα. Ὅτι οὐ δεῖ καιρὸν ἀναμένειν ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ διορθώσει, διὰ τὸ μὴ ἀσφαλὲς ἔχειν περὶ τῆς αὔριον· ὅτι πολλοὶ πολλὰ βουλευσάμενοι τὴν αὔριον οὐ κατέλαβον. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπατᾶσθαι γαστρὸς κοιλίᾳ, δι' ἧς γίνονται φαντασίαι νυκτερινάι. Ὅτι οὐ δεῖ περισπᾶσθαι εἰς ἄμετρον ἐργασίαν, καὶ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους τῆς αὐταρκείας, κατὰ τὸν Ἀπόστολον εἰπόντα· *Ἔχοντες δὲ διατροφὰς, καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*· ὅτι ἡ περισσεία, ἡ ὑπὲρ τὴν χρείαν, εἰκόνα πλεονεξίας ἐμφαίνει, ἡ δὲ πλεονεξία ἀπόφασιν ἔχει εἰδωλολατρείας. Ὅτι οὐ δεῖ φιλάργυρον εἶναι, οὐδὲ θησαυρίζειν εἰς ἀνωφελῆ ἃ μὴ δεῖ. Ὅτι δεῖ τὸν προσερχόμενον Θεῷ ἀκτημοσύνην ἀσπάζεσθαι κατὰ πάντα, καὶ καθηλωμένον εἶναι τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην* (88). Δῴη δὲ ὁ Κύριος, μετὰ πάσης πληροφορίας ὑμᾶς ἀναδεξαμένους τὰ εἰρημένα, εἰς δόξαν Θεοῦ καρποὺς ἀξίους τοῦ Πνεύματος ἐπιδείξασθαι θεοῦ εὐδοκίᾳ καὶ συνεργίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀμήν.

linquat. Tempus non protrahendum ad sui emendationem, eo quod non constet de crastina; quippe cum multi post multa consilia, crastinum non adepti sunt. Non oportet ventris satietate decipi, ex qua imagines nocturnæ nascuntur. Non oportet distrahi opere immoderato, nec debet quisquam frugalitatis terminos excedere, secundum Apostolum dicentem: *Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti erimus*[1]; propterea quod copia ultra necessitatem perducta imaginem avaritiæ exhibet, avaritia idololatriæ nomine damnatur[2]. Non oportet argenti cupidum esse, neque thesauros colligere in res inutiles quæ non conveniant. Oportet ut qui ad Deum accedit, paupertatem amplectatur in omnibus, et confixus sit timore Dei, secundum eum qui dicit: *Confige timore tuo carnes meas; a judiciis enim tuis timui*[3]. Det autem Dominus, ut quæ diximus cum omni animi persuasione suscipientes, ad Dei gloriam dignos fructus Spiritus, Dei beneplacito, atque Domini nostri Jesu Christi auxilio ostendatis. Amen.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΓ'

EPISTOLA XXIII[a].

Cum quidam in eo loco, ubi tunc erat Basilius, monasticam vitam amplecti vellet, distulit eum Basilius, volens eum in monasterio suo suscipere; sed nunc mutato consilio eum mittit, ac præcipit ut se non exspectato suscipiatur, eique aliquis, quem ipse elegerit, præficiatur vitæ sanctioris magister.

Παραθετικὴ (89) *πρὸς μοναζοντα.*

Commendatitia ad monachum.

Ὁ δεῖνα (90), ὡς λέγει, καταγνοὺς τῆς τοῦ βίου ταύτου (91) ματαιότητος, καὶ καταμαθὼν, ὅτι τῆς ζωῆς ταύτης τὰ τερπνὰ ἐνταῦθα τὴν καταστροφὴν ἔχει, ὕλας μόνον κατασκευάζοντα τῷ αἰωνίῳ πυρὶ, ταχεῖαν δὲ ἔχοντα τὴν πάροδον, κατέλαβέ με, βουλόμενος ἀποστῆναι μὲν τῆς μοχθηρᾶς καὶ πολυστενάκτου ζωῆς, καταλιπεῖν δὲ τὰς τῆς σαρκὸς ἡδονὰς, ἐπελθεῖν δὲ λοιπὸν τῇ ὁδῷ τῇ ἀγούσῃ ἐπὶ τὰς μονὰς τοῦ Κυρίου. Ἐπειδὴ οὖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ φύσει (92) ἐν ἐπιθυμίᾳ καθέστηκε τῆς μακαρίας ὄντως διατριβῆς, καὶ τὸν καλὸν καὶ ἐπαινούμενον ἔρωτα ἔσχεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ἀγαπήσας Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης ἰσχύος, καὶ ἐξ

Ille, ut ait, condemnans vitæ hujus vanitatem, atque exploratum habens præsentis vitæ oblectamenta hic finem habere, materiam duntaxat æterno igni præparantia, et cito transeuntia, convenit me, volens ab hac misera valdeque luctuosa vita secedere, ac relictis carnis voluptatibus deinceps viam ad Domini mansiones deducentem ingredi. Quoniam ergo, si instituti vere beati sincero desiderio tenetur, habetque in sua anima bonum ac laudabilem amorem, diligens Dominum Deum ex toto corde, et ex totis viribus et ex tota mente, necesse est ut illi ob oculos vestra pietas arctæ ac coangustatæ viæ incommoda et asperitates ponat,

[1] I Tim. VI, 8. [2] Coloss. III, 5. [3] Psal. CXVIII, 120.

separet alterutrius morte; nec videtur dixisse metuendum esse, *ne nox utrumque transferat*. Id enim minus naturale ac dictu proclive.

(88) (Vide Addenda.)

(89) *Παραθετική*. Sic omnes codices mss. Editi παρανετική. Sex codices et editi addunt πρὸς μοναζοντα. Harl. ἀποταξαμένῳ τῷ βίῳ καὶ μονάσαντι, *Ei qui sæculo renuntiavit et vitam monasticam amplexus est*. Sed in his titulis diligentiam requiro. Non enim unum aliquem privatim, sed totum monachorum conventum alloquitur Basilius.

(90) *Ὁ δεῖνα*. In interpretanda hac voce, quæ sæpe alias occurret, secutus sum veterem morem. Vituperat Cyprianus, in epist. XI, libellos a confessoribus datos hunc in modum, *Communicet ille cum suis*. Observat Baluzius in Notis sic solitos esse scribere antiquos pro eo, quod posterior ætas litteram N. adhibuit. Epiphanius in Epistola ad Joannem Hierosolymitanum, ex interpretatione Hieronymi, negat se pro Joanne in sacrificio solitum sic precari: *Domine, præsta Joanni ut recte credat*, sed in hunc modum: *Custodi illum qui prædicat veritatem*, vel certe ita, *Tu præsta, Domine, et custodi, ut ille verbum prædicet veritatis*. Atque ita quidem antiqui, si quem tacito nomine designarent. Sin autem dominum domus ac præpotentem virum, utebantur hac voce αὐτός, velut Pythagorei de magistro, αὐτὸς ἔφα, *ipse dixit*. Quod idcirco notatum volui, quia ex hac observatione enitescit locus Basilii non difficilis qui tamen torsit interpretes. Is exstat in Comment. *in Isaiam* p. 498, in not. Ubi Basilius observat eos qui in privatis domibus auctoritate præcellunt *ipsos* vocari solere.

(91) *Τούτου*. Deest ea vox in duobus mss.

(92) *Εἰ φύσει*. Designatur hac voce sincerum et simulationis expers desiderium. Sic apud Athanasium in Epistola ad Epictetum, quæ φύσει peraguntur, iis quæ θέσει, φαντασίᾳ, δοκήσει, id est ficte et simulate ac sola specie fiunt, opponuntur.

[a] Alias CCCLXXXIII. Scripta videtur Cæsareæ cum esset presbyter.

Digitized by Google

eumque constituat in spe bonorum, quæ nunc nondum videntur, sed in promissionibus reposita sunt his qui **102** Domino digni fuerint; idcirco per epistolam adhortor incomparabilem vestram in Christo perfectionem, ut eum, si fieri potest, instituatis, et sine me renuntiationem illi secundum Dei beneplacitum conficiatis, ac informetur et elementis imbuatur secundum ea quæ a Patribus sanctis statuta et scriptis mandata sunt; deinde ei proponantur omnia quæcunque ad vitæ asceticæ accuratam rationem attinent, et sic admittatur, labores pro pietate sponte suscipiens, ac sese suavi Domini jugo submittens; et ad imitationem illius qui propter nos egenus factus est [8] carnemque gestavit, vitam instituens, ac secundum propositum currens ad vocationis supernæ præmium, laudem a Domino consequatur. Ego enim illum hic amoris erga Deum coronam accipere studentem distuli, volens ipsum cum vestra pietate inungere ad ejusmodi certamina, et unum ex vobis, quem ipse petierit, magistrum ei præficere, qui eum præclare exerceat, et intenta ac beata sollicitudine spectatum athletam efficiat, principem tenebrarum hujus sæculi et spiritualia nequitiæ, quibuscum nobis secundum beatum Apostolum lucta est [6], vulnerantem et prosternentem. Quod ergo volebam vobiscum agere, vestra in Christo dilectio etiam sine me perficiat.

A δλης διανοίας, ὑποδειχθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τῆς ὑμετέρα θεοσεβείας τὰ δυσχερῆ καὶ δυσάντητα τῆς στενῆς κα τεθλιμμένης ὁδοῦ, ἐν ἐλπίδι δὲ αὐτὸν καταστῆσαι (93 τῶν νῦν τέως μὴ βλεπομένων, ἐν ἐπαγγελίαις δ ἀποκειμένων ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις τοῦ Κυρίου· δι γράφων (94) παρακαλῶ τὴν ἀσύγκριτον ὑμῶν ἐν Χρι στῷ τελειότητα, τυπῶσαι εἰ οἷόντε εἴη, καὶ δίχα μο ποιῆσαι τήν τε ἀποταγὴν αὐτῷ (95) κατὰ τὸ ἀρέσκο Θεῷ, καὶ στοιχειωθῆναι (96) αὐτὸν κατὰ τὰ δόξαντα τοῖ ἁγίοις Πατράσι, καὶ ἐγγράφως ὑπ' αὐτῶν ἐκτεθέντα· ἤδη δὲ αὐτῷ προταθῆναι (97) ἅπαντα ὅσα τῇ ἀκρι βείᾳ δοκεῖ τῇ ἀσκητικῇ, καὶ οὕτως αὐτὸν προσαχθῆ ναι τῷ βίῳ (98), αὐθαιρέτως ἀναδεξάμενον τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας, καὶ ὑπαγαγόντα ἑαυτὸν τῷ χρηστῷ τοῦ Κυρίου ζυγῷ, καὶ κατὰ μίμησιν τοῦ B δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντος καὶ σάρκα φορέσαντος πολι τευσάμενον, καὶ κατὰ σκοπὸν δραμόντα πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, τυχεῖν τῆς παρὰ τοῦ Κυρίου ἀποδοχῆς. Ἐγὼ γὰρ σπουδάζοντα αὐτὸν ἐνταῦθα δέξασθαι τὸν τῆς κατὰ Θεὸν ἀγάπης στέφα νον ὑπερεθέμην, βουλόμενος μετὰ τῆς ὑμετέρας θεο σεβείας ἀλεῖψαι αὐτὸν πρὸς τοὺς τοιούτους ἄθλους, καὶ ἕνα ὃν ἂν ὑμῶν αὐτὸς ἐπιζητήσῃ ἐπιστῆσαι αὐτῷ ἀλείπτην, καλῶς παιδοτριβοῦντα καὶ παλαιστὴν δόκι μον ἀπεργαζόμενον διὰ τῆς συντόνου καὶ μακαρίας ἐπιμελείας, τιτρώσκοντα καὶ καταβάλλοντα τὸν κο σμοκράτορα τοῦ σκότους τοὺς αἰῶνος (99) τούτου, καὶ τὰ πνευματικὰ δὲ τῆς πονηρίας, πρὸς ἃ ἡμῖν ἐστι κατὰ τὸν μακάριον Ἀπόστολον ἡ πάλη. Ὅ τοίνυν ἐγὼ μεθ' ἡμῶν ἠβουλήθην ποιῆσαι, ἡ ἐν Χριστῷ ὑμῶν ἀγάπη καὶ δίχα μου ποιησάτω.

[8] I Cor. VIII, 9. [6] Ephes. VI, 12.

EPISTOLA XXIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΔ'.

Negat Basilius se calumniis facile credidisse; hortatur Athanasium, ut nullum illis det locum ac liberos, ut par est, diligat.

Athanasio, Athanasii episcopi Ancyræ patri.

C Ἀθανασίῳ (1) τῷ πατρὶ Ἀθανασίου τοῦ ἐπισκόπου Ἀγκύρας.

Ut hominis vita calumniis superior sit, id ex rebus difficillimis unam esse, ne dicam ex iis quæ neri non possunt, et mihi persuasum est, et tuæ probitati dubium arbitror non esse. Sed nullam ex se ansam, neque iis qui res accurate observant, neque iis qui injuriæ causa lapsibus nostris

Ὅτι μὲν κρειττονα εἶναι διαβολῶν ἀνθρώπου βίον τῶν χαλεπωτάτων ἐστὶν, ἵνα μὴ τῶν ἀδυνάτων εἴπω αὐτός τε πέπεισμαι, καὶ τὴν σὴν χρηστότητα νομίζω μὴ ἀμφιβάλλειν· τὸ δὲ (2) μηδεμίαν παρέχειν ἐξ ἑαυτῶν λαβὴν, μήτε τοῖς ἀκριβῶς ἐπιτηροῦσι τὰ πράγματα, μήτε τοῖς κατ' ἐπήρειαν ἐφεδρεύουσιν

* Alias LIV. Scripta ante annum 369.

(93) *Καταστῆσαι.* Ita vetustissimus codex Coisl. Editi καταστῆναι.

(94) *Διὰ γράφων.* Deest διά in vetustissimo codice Coisl. et de industria in Harl. deletum fuit. Paulo post desunt in duobus codicibus hæ voces, ἐν Χριστῷ.

(95) *Αὐτῷ.* Hæc codicis Harlæani scriptura vulgatæ αὐτοῦ visa est præferenda.

(96) *Στοιχειωθῆναι.* Editi addunt Θεῷ, quod recte deest in sex veteribus libris.

(97) *Προταθῆναι.* Ita sextem mss. Editi et Coisl. primus προτεθῆναι.

(98) *Προσαχθῆναι τῷ βίῳ.* Cum nonnulla in hanc epistolam irrepserint, suspicor illud, τῷ βίῳ, ex eorum numero esse, quæ perperam addita sunt. Nam is quem commendat Basilius, volebat renuntiare τῷ βίῳ, *sæculo*, ut est in titulo cod. Harl. Quomodo ergo rogat Basilius eum ascribi τῷ βίῳ? Perspicitur autem ex hoc loco professionem virorum in eo sitam fuisse, ut fratrum numero post legitimam probationem ascriberentur. Nihil aliud exigitur in Regulis fusioribus, interrog. X, ubi modus recipiendorum fratrum præscribitur. In canone autem 19 hanc professionem tacitam vocat Basilius; sed satius esse statuit, ut deinceps ipsi etiam viri interrogentur (id enim non omittebatur in sacris virginibus), et eorum vota conceptis verbis excipiantur. D

(99) *Τοῦ αἰῶνος.* Hæc desunt in codice Medicæo et utroque Regio ac utroque Bigot

(1) *Ἀθανασίῳ*, etc. Editi post vocem ἐπισκόπου addunt Ἀγκύρας, quæ vox etsi in nullo codice ms. a nobis inventa, probabilis tamen conjectura est, Athanasium illum episcopum, cujus ad patrem scribit Basilius, non alium esse Athanasio Ancyræ episcopo, quicum Basilius amicitia et familiaritate conjunctus fuit.

(2) *Τὸ δέ.* Multi codices τὸ μέντοι, et paulo post τοῦτο δή. Ibidem sex libri veteres ἐξ ἑαυτῶν. Editi ἐξ αὐτῶν.

Digitized by Google

ἡμῶν τοῖς ὀλισθήμασι, τοῦτο καὶ δυνατὸν, καὶ ἴδιον τῶν συνετῶς (3) καὶ κατὰ τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπὸν τὸν ἑαυτῶν βίον διεξαγόντων. Ἡμᾶς δὲ μὴ οὕτως εὐκόλους οἴου, μηδὲ εὐπαραγώγους εἶναι, ὥστε ἀνεξετάστως τὰς παρὰ τῶν τυχόντων προσίεσθαι καταῤῥήσεις. Μεμνήμεθα γὰρ τοῦ πνευματικοῦ παραγγέλματος, μὴ χρῆναι προσδέχεσθαι ἀκοὴν ματαίαν παρεγγυῶντος. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ὑμεῖς αὐτοί φατε, οἱ περὶ τοὺς λόγους ἐσπουδακότες, τὰ φαινόμενα τῶν ἀφανῶν εἶναι σημεῖα, τοῦτο ἀξιοῦμεν (καὶ μὴ βαρέως δέξῃ, εἴ τι ἐν (4) διδασκαλίας εἶδει λεχθήσεται παρ' ἡμῶν· τὰ γὰρ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου καὶ τὰ ἐξουθενημένα ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, καὶ δι' αὐτῶν πολλάκις οἰκονομεῖ τὴν σωτηρίαν τῶν σωζομένων)· ὃ γε μὴν λέγω καὶ παραγγέλλω, ἐκεῖνό ἐστι· πάντα μὲν λόγον, πᾶσαν δὲ πρᾶξιν καθήκουσαν περιεσκεμμένως ἐπιτελεῖσθαι· καὶ κατὰ τὸ ἀποστολικὸν παράγγελμα, μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόναι προσκοπήν. Πρέπον γὰρ εἶναι τίθεμαι, ἀνδρὸς πολλὰ μὲν ἐπὶ μαθήσει λόγων ἱδρώσαντος, ἐθνῶν δὲ καὶ πόλεων ἀρχὰς διευθύναντος, καὶ πρὸς μεγάλην προγόνων ἀρετὴν τὸν ζῆλον ἔχοντος, τὸν βίον προκεῖσθαι εἰς ὑπόδειγμα ἀρετῆς. Τὴν μέντοι περὶ τὰ τέκνα διάθεσιν οὐχὶ λόγῳ νῦν ὀφείλεις δεικνύναι, ὃς γε πάλαι ἔδειξας, ἀφ' οὗ πατὴρ ἐγένου, οὐ μόνον τῇ φυσικῇ στοργῇ κεχρημένος, ἣν καὶ τὰ ἄλογα παρέχεται τοῖς ἐκγόνοις, ὡς αὐτός τε εἶπας καὶ ἡ πεῖρα δείκνυσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπιτείνειν τὴν ἀγάπην, δηλονότι ἐκ προαιρέσεως, ὅσῳ ὁρᾷς τοιαῦτα ὄντα, οἷα ἄξια εἶναι πατρικῶν προσευχῶν. Ὥστε οὐχ ἡμᾶς δεῖ περὶ τούτων πείθεσθαι· ἀρκοῦσα γὰρ ἡ ἐξ αὐτῶν τῶν γινομένων ἐστὶ μαρτυρία. Ἐκεῖνό γε μὴν οὐκ ἄκαιρον προσθεῖναι τῆς ἀληθείας ἕνεκεν, ὅτι οὐχ ὁ ἀδελφὸς Τιμόθεός ἐστιν ὁ χωρεπίσκοπος, ὁ ἀνενεγκὼν ἡμῖν τὰ θρυλληθέντα. Οὔτε γὰρ ἐν συντυχίᾳ, οὔτε διὰ γράμματος φαίνεται μικρόν τι ἢ μεῖζον διαβολῆς ἐχόμενον περὶ σοῦ φθεγξάμενος. Ὥστε ἀκηκοέναι μέν τι (5) οὐκ ἀρνούμεθα· οὐ μὴν Τιμόθεον εἶναι τὸν τὰς διαβολάς σοι κατασκευάζοντα. Ἀκούοντες δὲ πάντως, εἰ μή τι ἄλλο, τὸ γοῦν τοῦ Ἀλεξάνδρου ποιήσομεν, τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν ταμιευσόμεθα (6) τῷ διαβαλλομένῳ.

A insidiantur, præbere; id et fieri potest, et hominum est prudenter et accommodate ad pietatis normam viventium. Nos autem non adeo faciles esse arbitreris, aut adeo credulos, ut sine examine a quibusvis obtrectationes admittamus. Meminimus enim spiritualis præcepti, vanum rumorem admittendum non esse admonentis[7]. Sed tamen quoniam vos ipsi, qui dicendi arti datis operam, ea quæ apparent non apparentium signa esse dicitis; illud consemus (nec moleste feras, si **103** quid a nobis docentium more dicetur : nam infirma mundi et abjecta elegit Deus[8], ac sæpe per hæc electorum salutem dispensat) : quod, inquam, dico admoneoque, illud est : ut sermonem omnem et omnem decoram actionem considerate exsequa-
B mur, et secundum Apostoli præceptum[9], nullam demus ulla in re offensionem. Decere enim arbitror, ut qui multum in doctrina percipienda exsudavit, gentiumque et urbium gubernacula tenuit, ac magnam progenitorum virtutem æmulatur, ipsius vita in virtutis exemplum proponatur. Porro amorem erga liberos non verbis nunc demonstrare debes, qui utique jampridem demonstrasti, ex quo pater factus es; nec naturali solum amore uti, quem etiam bruta animantia fetibus suis exhibent, uti et tu dixisti, et experientia declarat : sed dilectionem etiam animi inductione et voluntate intendere, eo magis quod eos tales esse vides, qui paternis votis digni sint. Quare non opus est hæc nobis persuaderi, cum satis sit testimonium quod
C ex rebus ipsis percipitur. Illud autem veritatis causa non intempestivum adjicere, fratrem Timotheum chorepiscopum non esse, qui rumores ad nos detulerit. Nam nec coram, neque per litteras parvi quidquam aut magni, quod calumniæ affine esset, de te locutus deprehenditur. Quamobrem aliquid nos audivisse non negamus : sed affirmamus Timotheum non esse, qui tibi struxerit calumnias. Omnino autem audientes, si nihil aliud, illud certe Alexandri faciemus, ut calumniam patienti alteram aurem integram reservemus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΕ'.

EPISTOLA XXV[*].

Amica et charitatis plena expostulatio cum Athanasio Ancyrano, qui Basilium nec per litteras admonitum, nec per communem aliquem amicum, palam et aperte insectabatur et minabatur, ac omnibus Cæsarea venientibus dicebat noxas quasdam ab eo scribi et componi.

Ἀθανασίῳ (7) ἐπισκόπῳ Ἀγκύρας.

1. Ἀπήγγειλάν μοί τινες τῶν ἐκ τῆς Ἀγκύρας πρὸς ἡμᾶς ἀφικομένων, πολλοὶ δὲ οὗτοι καὶ οὐδὲ (8)

D *Athanasio episcopo Ancyræ.*

1. Nuntiarunt mihi quidam ex his qui Ancyra ad nos veniunt, multi autem sunt hi, ac ne nume-

[7] Exod. XXIII, 1. [8] I Cor. I, 27. [9] II Cor. VI, 3.

(3) *Συνετῶς.* Sic Harl., Coisl. uterque et uterque Regius. Editi συνετῶν.

(4) *Εἴ τι ἐν.* Sic Harl., Med., Coisl. uterque et Reg. primus. Editi εἴ τι ὡς ἐν. Paulo post sex codices δι' αὐτῶν. Editi διὰ τούτων.

(5) *Μέν τι.* Sic mss. sex. Editi μέντοι.

(6) *Ταμιευσόμεθα.* Sic ope Coisl. 1 et Reg. 2 emendavimus quod erat in editis ταμιευόμεθα.

(7) *Ἀθανασίῳ.* Addunt duo codices Coisl. secundus et Reg. 222, a Combefisio citatus : ὥστε φανερῶσαι αὐτῷ πόθεν ἐκινήθη πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ λύπην. *Ut sibi significet unde commotus fuerit, ut ægritudinem adversum se susciperet.* Initio cod. Vat. ἀνήγγελον.

(8) *Καὶ οὐδέ.* Editi καὶ οὓς οὐδέ. Sed hæc vocula deest in tribus optimis codicibus Harl., Coisl., Med.

[*] Alias LIII, scripta ante an. 369.

Digitized by Google

rare quidem facile sit; uno autem ore omnes referentes, te charum caput (quomodo verbis utar lenissimis?) non suavissime nostri meminisse, neque pro tuis moribus. Me vero nihil rerum humanarum, probe scias, percellit, nec cujusquam ex omnibus inexspectata immutatio; cum dudum naturæ imbecillitatem et in contraria mutabilitatem perspexerim. Unde neque, si quid rerum nostrarum retro sublapsum est, et ex pristino honore convicia atque injuriæ nobis nunc fiunt, id magni facio. Sed illud mihi revera præter opinionem et instar monstri visum est, eum te esse qui ita erga nos affectus sis, ut irascaris nobis ac succenseas, imo etiam jam minas aliquas intentes, ut referunt qui audivere. **104** Ac minas quidem omnino (verum enim dicetur) irrisi. Equidem essem omnino puer, si ejusmodi formidarem terricula. Hoc vero mihi et terribile et multa dignum sollicitudine visum est, quod integritas tua, quam inter paucos tum rectæ fidei firmamentum, tum veteris ac veræ dilectionis semen in solatium Ecclesiis servari credimus, usque adeo præsentis rerum status particeps sit, ut quorumlibet hominum calumniæ plus apud te valeant, quam longa nostri experientia, et ad rerum absurdarum suspicionem sine argumentis abducaris. Quanquam, quid dico suspicionem? Qui enim indignatus est ac minatus, ut de te referunt, non suspicantis, sed jam clare et explorate persuasi videtur quodam modo iracundiam declarasse.

2. Omnino autem nemo virum ita ignorat, ut aliquid de eo suspicetur indecori, quasi pecuniarum amore hæc fingat. Est enim in promptu liberalis illius animi demonstratio. Quod enim reliquum B est de Cæsarii bonis, id libenter cedit ærario, ut opes ipsius illic custodiantur, patronus vero ærarii respondeat iis qui adoriuntur, et probationes requirat, quia nos ejusmodi rebus idonei non sumus. Discere enim potest perfectio tua, neminem, quamdiu licuit, discessisse non compotem eorum quæ volebat, sed nullo quemque negotio consecutum esse quod petebat, ita ut multos etiam pœniteret, quod non plus ab initio petiissent, ex quo etiam maxime plures facti sunt calumniatores. Dum enim ad priorum exemplum respiciunt, alium alius excipit sycophanta. Adhortamur igitur gravitatem tuam, ut his omnibus obsistat, cohibeatque, velut fluentum quoddam, ac intercidat malorum continuitatem. Nosti autem quomodo sis huic rei remedium allaturus, ita ut minime exspectes dum te C modum edoceamus : qui cum simus hujus vitæ negotiorum inexperti, hoc ipsum ignoramus, quomodo his liberari possimus. Itaque sis ipse et consiliarius et patronus, auxilii genus summa tua prudentia excogitans.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΓ'.

EPISTOLA XXXIII'.

Idem Gregorii negotium Aburgio commendat.

Ἀβουργίῳ (79).

Καὶ τίς οὕτω παλαιὰν ἑταιρείαν οἶδε τιμᾷν, καὶ ἀρετὴν αἰδεῖσθαι, καὶ κάμνουσι συναλγεῖν, ὡς αὐτὸς

Aburgio.

Et quis ita veterem amicitiam novit honorare et virtutem revereri, et cum afflictis dolere, ut tu ipse?

de lege et præcepto Domini, sed de extremo Cæsarii mandato. Duas causas affert Basilius, cur bona Cæsarii statim distribuerint : prima est eorum propensio sive studium implendi de eleemosyna præcepti : altera, Cæsarii morientis voluntas extrema, cui non parere nefas duxerunt. Nemo autem non videt, quam proclive fuerit librariis in his vocibus Κυρίου et Καισαρίου labi et errare.

(72) *Περὶα μέν.* Medicæus codex ἐν πενίᾳ μέν. *Et nunc circumstat in Christiani paupertate*, etc.

(73) *Καὶ διαλεχθῇς.* Sic codicum ope emendavimus totum hunc locum, qui sic in editis legebatur : καὶ διαλεχθεὶς... καὶ τρόπον ἐπινοήσας τῆς μεγάλης αὐτοῦ συνέσεως.

(74) *Λέγοντα.* Ita codices sex mss., editio Hagan. et prima Basileensis. Aliæ λέγειν τε.

(75) *Ἕως ἐξῆν.* Sic iidem sex codices, editio Hagan. et prima Basil. Corrupte in secunda Basil. ἕως ἔζην. Sed multo mendosius editiones Parisienses ἕως ἔζη Καισάριος, *quamdiu vixit Cæsarius.* Repugnat hæc scriptura sententiæ Basilii. Non enim hic agitur de iis qui a Cæsario acceperant, (quomodo enim Cæsarii liberalitas plurimos eo mortuo ad petendum excitasset?) sed potius de iis a quibus Cæsarius mutuo accepisse dicebatur; quos cum Gregorius absolvisset, quamdiu superfuit unde id faceret, illius simplicitas ansam sycophantis ad injuriam dedit. D

(76) *Πάντα.* Hanc vocem addidi ex sex mss. Ibidem duo codices antiquissimi Coisl. et Med. τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν.

(77) *Δι' ἀπειρίαν.* Ita tres vetustissimi codices cum aliis duobus. Editi δι' ἀπορίαν.

(78) *Ἐξευρών.* Sic Med., Coisl. primus et Harl. Editi ἐξευρίσκων.

(79) *Ἀβουργίῳ.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus Regiis, Coisl. secundo et Bigot. Solus Vaticanus cum editis Ἀβουρτίῳ, qui tamen codex ad epist. 195 habet Ἀβουργίῳ.

* Alias CCCLVIII, scripta anno 369.

Digitized by Google

Cum igitur Deo dilectissimum fratrem nostrum Gregorium episcopum negotia apprehenderint, neque alias tolerabilia, ac maxime moribus ipsius contraria; visum est nobis optimum esse ad tuum confugere patrocinium, et a te aliquam molestiarum solutionem reperire conari. Ærumna enim intolerabilis est, negotia eum cogi tractare, qui ab his et natura et voluntate alienus est; et pecunias a paupere reposci, et in medium protrahi, ac forensem fieri, qui jampridem vitam quietam ducere statuit. Sive igitur Comitem thesaurorum alloqui utile judicaveris, sive quosvis alios, id tuæ sit prudentiæ.

A σύ; Ἐπεὶ οὖν τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν Γρηγόριον τὸν ἐπίσκοπον (80) κατέλαβε πράγματα οὔτε ἄλλως φορητὰ, καὶ μάλιστα τῷ ἤθει αὐτοῦ ὑπεναντία, ἔδοξεν ἡμῖν κράτιστον εἶναι ἐπὶ τὴν σὴν καταφυγεῖν προστασίαν, καὶ παρὰ σοῦ τινα περαθῆναι (81) εὑρέσθαι λύσιν τῶν λυπηρῶν. Συμφορὰ γάρ ἐστιν ἀφόρητος πράγματα ἀναγκάζεσθαι λέγειν (82) τὸν μὴ πεφυκότα, μηδὲ βουλόμενον· καὶ χρήματα ἀπαιτεῖσθαι τὸν πένητα, καὶ ἑλκεσθαι εἰς τὸ μέσον, καὶ δημοκοπεῖσθαι (83) τὸν πάλαι δι' ἡσυχίας τὸν βίον παρελθεῖν κρίναντα. Εἴτε οὖν τῷ κόμητι τῶν θησαυρῶν διαλεχθῆναι χρήσιμον εἶναι κρίνεις, εἴτε τισὶν ἑτέροις, τῆς σῆς ἂν εἴη συνέσεως.

113 EPISTOLA XXXIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΔ'.

Luget Basilius ecclesiam Tarsensem ab hæreticis, dum episcopi cunctantur, occupatam; sed dolorem lenit Eusebii recordatione, a quo nihil prætermissum ad ecclesiæ utilitatem. Deum precatur, ut eum ecclesiis conservet, sibique rursus cum illo congredi concedat.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Quomodo sileam in hoc rerum statu? aut id a me impetrare non valens, quomodo dignam his quæ eveniunt aliquam orationem reperiam, ut vox nostra non suspirio similis sit, sed lamentationi gravitatem mali abunde significanti? Perit nobis et Tarsus. Neque id solum molestum est, etsi intolerabile: nam illud molestius, civitatem tantam ac tam opportune sitam, ut Isauros, Cilices, Cappadoces, ac Syros per seipsam conjungat, unius aut duorum hominum temeritate, in perniciem nullo negotio conjectam fuisse, dum vos cunctamini, deliberatisque, et vos mutuo respicitis. Optimum igitur fuerit, secundum solertiam medicorum (omnino autem magna mihi copia, ob morbum mecum habitantem, ejusmodi exemplorum), qui cum doloris magnitudo modum excessit, stuporem in laboribus ægrotanti conciliant, ita quoque nostris ipsorum animis, ne intolerandis doloribus corripiantur, stuporem in malis precari. Sed tamen quamvis

B *Εὐσεβίῳ (84) ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

Πῶς ἂν σιωπήσαιμεν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν; ἢ τοῦτο (85) καρτερεῖν μὴ δυνάμενοι, ἄξιόν τινα λόγον τῶν γινομένων εὕροιμεν, ὥστε μὴ στεναγμῷ προσεκκένται τὴν φωνὴν ἡμῶν, ἀλλὰ θρήνῳ τοῦ κακοῦ τὸ βάρος ἀρκούντως διασημαίνοντι; Οἴχεται ἡμῖν καὶ ἡ Ταρσός. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον δεινὸν, καίπερ ἀφόρητον ὄν· ἔστι γὰρ τούτου χαλεπώτερον, πόλιν τοσαύτην οὕτως ἔχουσαν εὐκαιρίας (86), ὥστε Ἰσαύρους, καὶ Κίλικας, Καππαδόκας τε καὶ Σύρους δι' ἑαυτῆς συνάπτειν, ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀπονοίας ἀνθρώπων ὀλέθρου γενέσθαι πάρεργον, μελλόντων ὑμῶν (87), καὶ βουλευομένων, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἀποσκοπούντων. Κράτιστον οὖν, κατὰ τὴν τῶν ἰατρῶν ἐπίνοιαν (πάντως δέ μοι πολλὴ ἀφθονία, διὰ τὴν σύνοικον ἀῤῥωστίαν, τῶν τοιούτων παραδειγμάτων), οἵ, ἐπειδὴν τὸ τῆς ὀδύνης μέγεθος ὑπερβάλῃ, ἀναισθησίαν τῶν πόνων ἐπιτεχνῶνται τῷ κάμνοντι, καὶ ταῖς ἡμετέραις αὐτῶν ψυχαῖς, ὡς μὴ ταῖς ἀφορήτοις ὀδύναις συνέχεσθαι, ἀναλγησίαν τῶν κακῶν συνεύξασθαι.

* Alias V, scripta anno 369.

(80) *Τὸν ἐπίσκοπον.* Has voces e margine in contextum irrepsisse probavimus in *Vita S. Basilii*.

(81) *Πειραθῆναι.* Hanc vocem addidimus ex duobus vetustissimis codicibus Harl. et Med., ac prorsus necessaria videtur ad sententiæ nitorem. Ibidem editi λύσιν τῶν συμφορῶν. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(82) *Πράγματα... λέγειν.* Prima specie videtur aptior vulgata scriptura πράγματα... ἔχειν, *negotia habere*. Sed ea quam in textum recepimus, nititur auctoritate trium vetustissimorum codicum et aliorum nonnullorum, et explicari potest ex epist. præcedente, ubi rogat Basilius ut advocatus ærarii respondeat iis qui adoriuntur, λέγοντα πρὸς τούς, etc. In Regula brev. 107 vetat Basilius eum qui monasterium ingressus est, res externas λογοποιεῖν, id est, *tractare*. Infra in epist. 41 : τὸ λέγειν πρὸς Θεόν, *causam apud Deum dicere*.

(83) *Δημοκοπεῖσθαι.* Idem sonat ea vox ac in epistola præcedente τῶν ἀγοραίων ἑνός.

(84) *Εὐσεβίῳ.* Sic habet cod. Harl.: Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ πρεσβύτερος ὤν, *Eusebio episcopo cum esset presbyter*. Sic etiam cod. Vat., Reg. secundus ac Coisl. secundus, excepto quod in Vat. legatur Εὐσεβίῳ Σαμοσάτου, non addito episcopi titulo, in Reg. autem et Coisl. post episcopi titulum addatur Σαμοσάτων. Tres illi codices addunt διὰ τὴν Ταρσὸν ἐπιβουλευομένην, *Ob Tarsum insidiis petitam*. Hanc epistolam a Basilio presbytero scriptam fuisse confirmat duorum aliorum codicum corrupta lectio. Nam in Medicæo legitur Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ πρεσβυτέρῳ, et in Coisl. primo Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ πρεσβῶν.

(85) *Ἢ τοῦτο.* Sic Medicæus codex, Reg. primus et Coisl. secundus. Legitur in Coisl. primo, Harl., Vat. et Reg. secundo ἢ τό. Editio Hagan. et Basil. prima καὶ τοῦτο, aliæ καὶ πῶς καρτερεῖν.

(86) *Εὐκαιρίας.* Hæc lectio, quæ prima manu in codice Harlæano scripta fuerat, ita ad Basilii sensum videtur apposita, ut eam alteri præferre non dubitem, quæ postea in eumdem codicem inducta est, quæque in aliis exstat et in editis, ubi legitur εὐκληρίας, *felicitatis*.

(87) *Ὑμῶν.* Editi ἡμῶν. Sed prior lectio et sex codicum mss. auctoritate nititur, et Basilii conditioni, qui nondum episcopus erat, melius congruit. Non multo post tres codices non vetustissimi ἀναισθησίαν τῇ ἐπινοίᾳ ἐπιτεχνῶνται. Ibidem Harl. et Coisl. secundus ὑπερβάλλῃ.

Digitized by Google

Οὐ μὴν ἀλλὰ, καίπερ οὕτως (88) ἀθλίως ἔχοντες, μιᾷ παραμυθίᾳ κεχρήμεθα, πρὸς τὴν σὴν ἀπιδεῖν ἡμερότητα, καὶ ἐκ τῆς σῆς ἐννοίας καὶ μνήμης παῦναι τῆς ψυχῆς τὸ λυπούμενον. Ὥσπερ γὰρ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐπειδάν ποτε συντόνως τὰ λαμπρὰ καταβλέψωσι, φέρει τινὰ ῥᾳστώνην πρὸς τὰ κυανὰ καὶ χλοάζοντα τῶν χρωμάτων ἐπανελθεῖν· οὕτω καὶ ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, οἷον (89) πραεῖά τις ἐπαφὴ τὸ ὀδυνηρὸν ἐξαιροῦσα, ἡ μνήμη τῆς σῆς πραότητος καὶ ἐπιμελείας ἐστί· καὶ μάλιστα ὅταν ἐνθυμηθῶμεν, ὅτι τὸ κατὰ σεαυτὸν ἅπαν ἐπλήρωσας. Ἐξ ὧν ἱκανῶς καὶ ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις, ἐὰν εὐγνωμόνως (90) τὰ πράγματα κρίνωμεν, ὡς οὐδὲν ἐκ τῆς σῆς αἰτίας ἀπώλετο ἐνεδείξω· καὶ παρὰ Θεῷ τῆς τῶν καλῶν προθυμίας μέγαν σεαυτῷ τὸν μισθὸν κατεκτήσω. Χαρίσαιτο δέ σε ἡμῖν καὶ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις ὁ Κύριος, ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ βίου καὶ διορθώσει τῶν ψυχῶν ἡμῶν, καὶ καταξιώσειε πάλιν τῆς ἐπωφελοῦς συντυχίας σου.

A sic misere afflicti simus, una utimur consolatione, ut respiciamus ad tuam mansuetudinem, ac tui cogitatione et recordatione dolorem animi mitigemus. Quemadmodum enim oculis, posteaquam intente res splendidas conspexere, recreationis aliquid affert ad cæruleos ac virides colores redire; ita quoque animis nostris veluti blanda quædam contrectatio dolorem abigens, recordatio tuæ lenitatis ac diligentiæ est; et maxime cum omnia a te pro virili facta esse consideremus. Ex quibus et abunde nobis hominibus, si de rebus æquo animo judicemus, nihil culpa tua periisse ostendisti; et apud Deum tui bonarum rerum studii magnam tibi mercedem comparasti. Utinam autem concedat te nobis et suis ecclesiis Dominus ad utilitatem vitæ hominum et emendationem animarum nostrarum, nobisque iterum dignetur tuum perutilem congressum concedere?

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΕ'.

EPISTOLA XXXV*.

Commendat Leontium Basilius tanquam alterum seipsum.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ Λεοντίου.

Περὶ πολλῶν μὲν, ὡς διαφερόντων μοι, ἐπέστειλά σοι, περὶ πλειόνων δὲ καὶ ἐπιστελῶ. Οὔτε γὰρ τοὺς δεομένους ἐπιλιπεῖν δυνατὸν, οὔτε ἡμᾶς ἀρνεῖσθαι τὴν χάριν οἷόν τε. Οὐ μὴν ἐστί τις οἰκειότερός μοι, οὔτε μᾶλλον ἀναπαῦσαί με ἐφ' οἷς ἂν εὖ τι πάθοι (91) δυνάμενος, τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἀδελφοῦ Λεοντίου· οὗ τὴν οἰκίαν οὕτω διάθες, ὡς ἂν εἰ αὐτὸν ἐμὲ κτηλάβοις, μὴ ἐν τῇ πενίᾳ ταύτῃ, ἐν ᾗ νῦν εἰμι σὺν Θεῷ, ἀλλ' εὐπορίας τινὸς ἐπειλημμένον, καὶ ἀγροὺς κεκτημένον. Δῆλον γὰρ, ὅτι οὐκ ἂν ἐποίησάς με πένητα, ἀλλ' ἐφύλαξας ἂν τὰ παρόντα, ἢ ἐπέτεινας τὴν εὐπορίαν. Τοῦτο οὖν ποιῆσαί σε καὶ ἐν τῇ προειρημένῃ μοι οἰκίᾳ τοῦ ἀνδρὸς παρακαλοῦμεν. Μισθὸς δέ σοι ὑπὲρ πάντων ὁ συνήθης παρ' ἐμοῦ, εὐχὴ πρὸς τὸν ἅγιον Θεὸν ὑπὲρ ὧν κάμνεις, καλός τε καὶ ἀγαθὸς ὢν, καὶ προλαμβάνων τὰς αἰτήσεις τῶν δεομένων.

Sine inscriptione, de Leontio.

De multis quidem, ut ad me pertinentibus tibi scripsi: sed et de pluribus scribam. Nam nec fieri potest ut indigentes desint; nec mihi beneficia denegare integrum. **114** Non est tamen quisquam mihi conjunctior, et qui me, si quid ei prospere eveniat, magis consolari possit, quam colendissimus frater Leontius: cujus domum ita suscipe, quasi memetipsum nactus fuisses non in ea paupertate, in qua nunc divino beneficio versor, sed opulentiam quamdam consecutum, et prædia possidentem. Nam palam est fore, ut pauperem me non faceres, sed servares præsentia, aut copiam augeres. Hoc itaque facias etiam prædictæ viri domui rogamus. Erit autem tibi a me pro his omnibus consueta merces, preces ad Deum sanctum pro laboribus, quos suscipis bonum te et probum præbens, ac petitiones indigentium antevertens.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΑϚ'.

EPISTOLA XXXVI**.

Rogat Basilius, ut presbytero qui cum ipso educatus fuerat eique ad victum labore suo ministrabat, nova peræquatio non noceat.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐπικουρίᾳ (92).

Ὁ πρεσβύτερος τοῦ χωρίου τοῦδε, οἶμαι, ὅτι πάλαι ἔγνωσται τῇ εὐγενείᾳ σου, ὅτι ἐστὶν ἐμοὶ σύντροφος. Τί οὖν ἄλλο δεῖ με εἰπεῖν πρὸς τὸ δυσωπῆσαί σου τὴν χρηστότητα, οἰκείως αὐτὸν ἰδεῖν καὶ βοηθῆσαι αὐτῷ εἰς τὰ πράγματα; Εἰ μὲν γὰρ ἐμὲ ἀγαπᾷς, ὥσπερ οὖν ἀγαπᾷς, δηλονότι καὶ οὓς ἀντ'

Sine inscriptione, auxilii causa.

Novisse jamdudum nobilitatem tuam arbitror, loci illius presbyterum una mecum fuisse educatum. Quid igitur aliud dicendum mihi est, quo benignitatem tuam exorem, ut videas illum amice, atque ei ad negotia opem feras? Si enim me amas, ut profecto amas; non dubium quin et quos eodem

(88) *Καίπερ οὕτως.* Sic mss. sex. Editi καίπερ ὄντως.

(89) *Οἷον.* Sic etiam mss. sex. Editi οἷα.

(90) *Ἐὰν εὐγνωμόνως.* Sic mss. sex. Editi κἂν εὐγνωμόνως.

(91) *Ἐφ' οἷς ἂν εὖ τι πάθοι.* Corrupte in editis ἐφ' οἷς ἂν μὴ εὖ τι πάθοιμι. Vulnus sanavimus ope codicum Reg. secundi et Coisliniani secundi. Deest etiam negatio ante εὖ τι in antiquissimo Coisl. et Med., sed uterque habet, ut editi, πάθοιμι.

(92) *Ἐπικουρίᾳ.* Editi ἐπικουρίας contra omnium codicum fidem.

* Alias CCXXXVI, scripta ante episcopatum.

** Alias CCXXVIII, scripta ante episcopatum.

Digitized by Google

loco ac meipsum habeo, totis viribus recreare coneris. Quid igitur est quod rogo? Ut ei descriptio antiqua servetur. Enimvero non parum laborat, mihi ad victum ministrans, eo quod ego, ut ipse scis, nihil proprium habeam, sed amicorum et propinquorum rebus sustenter. Itaque perinde ut meam, imo ut tuam habe hujus fratris domum, et pro collato in eum beneficio præbebit Deus et tibi, et domui, et toti tuo generi opem consuetam. Scias autem mihi prorsus curæ esse, ut ex peræquatione nulla huic viro injuria inferatur.

A ἐμαυτοῦ (93) ἔχω, ἀναπαῦσαι πάσῃ δυνάμει προαιρῇ. Τί οὖν ἐστιν ὃ παρακαλῶ; Φυλαχθῆναι αὐτῷ τὴν παλαιὰν ἀπογραφήν. Καὶ γὰρ καὶ κάμνει οὐ μετρίως ἡμῖν ὑπηρετῶν πρὸς τὸν βίον, διὰ τὸ ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ἐπίστασαι, μηδὲν κεκτῆσθαι ἴδιον, ἀλλὰ τοῖς τῶν φίλων καὶ συγγενῶν ἀρκεῖσθαι (94). Ὡς οὖν ἐμὸν οἶκον, μᾶλλον δὲ ὡς ἑαυτοῦ, οὕτω θέασαι τὸν τοῦ ἀδελφοῦ τοῦδε· καὶ ἀντὶ τῆς εἰς αὐτὸν εὐποιΐας παρέξει Θεὸς καὶ σοὶ, καὶ οἴκῳ, καὶ γένει παντὶ σου τὴν συνήθη βοήθειαν (95). Γίνωσκε δέ μοι πάνυ ἐπιμελὲς εἶναι, μηδὲν ἐκ τῆς ἐξισώσεως ἐπηρεασθῆναι τὸν ἄνθρωπον.

EPISTOLA XXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΖ'.

Commendatur idem presbyter, eademque de causa.

Sine inscriptione, causa illius qui secum fuerat enutritus.

B Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ συντρόφου.

Suspectam jam habeo epistolarum multitudinem. Ac vehementer quidem, nec petentium importunitatem ferens, clamare cogor. Sed tamen scribo, cum aliam mei expediendi viam invenire non possim, quam si dem illis litteras flagitantibus subinde a nobis. Vereor itaque ne, quia multi litteras perferunt, unus e multis existimetur et frater ille. Ego enim multos mihi in patria amicos ac cognatos esse fatcor, meque parentis loco constitutum esse propter dignitatem illam, in qua sum a Domino collocatus. Hunc autem collactaneum habeo nutricis meæ unum filium, et precor, ut domus, in qua fui enutritus, in eodem statu permaneat; ne benefica in omnes **115** dignitatis tuæ præsentia, huic viro causa sit et origo molestiæ. Sed quia etiamnum ex eadem domo alor, nihil habens meorum, sed chaorum sustentatus facultatibus; precor ut huic domo, in qua nutritus sum, ita parcas, ut mihi alimenti copiam conservaturus. Pro his te Deus æterna requie remuneret. Atque illud etiam, quod omnium verissimum est, dignitati tuæ notum esse volo, servitiorum partem maximam illum a nobis habuisse, hanc mercedem alimentorum meorum parentibus meis suppeditantibus. Merces autem illa non est omnino donum, sed usus per vitam. Quare si quid grave illis acciderit, licet ei illa ad me remittere, et ego via alia tributis ac exactoribus ero obnoxius. D περὶ αὐτὰ γένηται, ἔξεστιν αὐτῷ (98) πρὸς ἡμᾶς θυνοι τελέσμασι καὶ ἀπαιτηταῖς πάλιν γινόμενοι.

Ὑφορῶμαι λοιπὸν τῶν ἐπιστολῶν τὸ πλῆθος. Βιαίως μὲν, καὶ μὴ φέρων τὴν ἐπάχθειαν τῶν ἀπαιτούντων ἡμᾶς, ἐκφωνεῖν ἀναγκάζομαι. Γράφω δ' οὖν ὅμως, ἄλλον ἀπαλλαγῆς τρόπον ἐπινοεῖν οὐκ ἔχων ἢ διδοὺς αὐτοῖς τὰς ἐπιστολὰς αἰτοῦσιν ἑκάστοτε παρ' ἡμῶν. Φοβοῦμαι τοίνυν μὴ, ἐπειδὴ πολλοὶ προσκομίζουσι γράμματα, εἷς τῶν πολλῶν νομισθῇ καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁ δεῖνα. Ἐγὼ γὰρ πολλοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς ἔχειν ἐπὶ τῆς πατρίδος ὁμολογῶ, καὶ αὐτὸς εἰς τὴν πατρικὴν τάξιν τετάχθαι, διὰ τὸ σχῆμα τοῦτο εἰς ὃ ἔταξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. Σύντροφον δὲ τῆς θρεψαμένης με υἱὸν τοῦτον ἔχω ἕνα (96), καὶ εὔχομαι τὸν οἶκον, ἐν ᾧ ἀνετράφην, C ἐπὶ τῆς ὁμοίας καταστάσεως διαμεῖναι, ἵνα μή τι ἡ πάντας εὐεργετοῦσα ἐπιδημία τῆς σῆς κοσμιότητος ἀφορμὴ πρὸς λύπην τῷ ἀνδρὶ γένηται. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἔτι καὶ νῦν ἐκ τοῦ αὐτοῦ διατρέφομαι οἴκου, οὐδὲν ἔχων τῶν ἐμαυτοῦ, ἀρκούμενος δὲ τοῖς τῶν ἀγαπητῶν, παρακαλῶ οὕτω φείσασθαι τῆς οἰκίας, ἣ ἐνετράφην, ὡς ἐμοὶ τῆς τροφῆς τὴν χορηγίαν διασώζοντα (97). Καί σε ὁ Θεὸς ἀντὶ τούτων τῆς αἰωνίου ἀναπαύσεως ἀξιώσειεν. Ἐκεῖνό γε μὴν πάντων ἀληθέστατον γινώσκειν σου τὴν κοσμιότητα βούλομαι, ὅτι τῶν ἀνδραπόδων τὰ πλεῖστα παρ' ἡμῶν ὑπῆρξεν αὐτῷ μισθὸς τῆς τροφῆς ἡμῶν, τῶν γονέων ἡμῶν παρασχομένων. Ὁ δὲ μισθὸς οὐ παντελής ἐστι δωρεὰ, ἀλλὰ χρῆσις διὰ βίου. Ὥστε, ἐάν τι βαρὺ ἀποπέμψαι, καὶ ἐσόμεθα ἡμεῖς δι' ἑτέρας ὁδοῦ ὑπεύ-

* Alias CCXLVIII, scripta ante episcopatum.

(93) *Ἐμαυτοῦ.* Sic mss. Editi ἐμοῦ. Paulo post quinque mss. φυλαχθῆναι αὐτῷ. Deest postrema vox in editis.

(94) *Ἀρκεῖσθαι.* Ita codices sex. Editi χρῆσθαι. Paulo post editi ὡς σεαυτοῦ. Mss. ut in textu.

(95) *Τὴν συνήθη βοήθειαν.* Potior videtur hæc scriptura codicum Clarom. et Combefis. quam quod habent alii codices τὴν βοήθειαν.

(96) *Ἔχω ἕνα.* Male in editis ἔχω, ἵνα, quod ex sex mss. emendavimus. Mox iidem editi ἀνετράφη, melius in quatuor mss. ἀνετράφην. Sic enim habent paulo post omnes editi et mss.

(97) *Διασώζοντα.* Sic Med., Coisl. secundus, unus ex Regiis et Clarom. in margine. Idem codex in textu διασωζόντων. Codex Ecclesiæ Paris. διασωζούσης secunda manu; at prima manu habet cum editis διασώζουσαν.

(98) *Αὐτῷ.* Sic quinque mss. Editi αὐτά.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΗ'.

EPISTOLA XXXVIII*.

Cum meueret Basilius, ne Gregorius frater, ut multi alii, essentiam ab hypostasi non satis secerneret, exponit ei quid interesit inter utrumque : ac tres hypostases, unam essentiam in Trinitate defendit, idque illustrat exemplo ex Iride petito. Explicat quo sensu Paulus splendorem gloriæ et figuram hypostasis dixerit.

Γρηγορίῳ (99) *ἀδελφῷ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως.*

Gregorio fratri de discrimine essentiæ et hypostasis.

1. Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας (1) ἐπὶ τῶν μυστικῶν δογμάτων μὴ διακρίνοντες ἀπὸ τοῦ τῶν ὑποστάσεων λόγου, ταῖς αὐταῖς συνεμπίπτουσιν ὑπονοίαις, καὶ οἴονται διαφέρειν μηδὲν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν λέγειν (ὅθεν καὶ ἥρεσέ τισι τῶν ἀνεξετάστως τὰ τοιαῦτα προσδεχομένων, ὥσπερ μίαν οὐσίαν, οὕτω (2) καὶ μίαν ὑπόστασιν λέγειν· καὶ τὸ ἐμπαλιν, οἱ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις παραδεχόμενοι καὶ τὴν τῶν οὐσιῶν διαίρεσιν, κατὰ τὸν ἴσον ἀριθμὸν, ἐκ τῆς ὁμολογίας ταύτης δογματίζειν οἴονται δεῖν)· διὰ τοῦτο, ὡς ἂν μὴ καὶ σὺ τὰ ὅμοια πάθοις (3), ὑπόμνημά σοι διὰ βραχέων τὸν περὶ τούτου λόγον ἐποιησάμην. Ἔστι τοίνυν, ὡς ἐν ὀλίγῳ παραστῆσαι, τοιαύτη τῶν λεγομένων ἡ ἔννοια.

1. Quoniam multi essentiam, quæ communis est, in mysticis dogmatibus non secernentes ab hypostaseon ratione, in easdem recidunt notiones, nihilque existimant interesse, utrum essentia an hypostasis dicatur (unde etiam placuit nonnullis sine examine res ejusmodi admittentibus, ut unam essentiam, ita et hypostasim unam dicere : et vice versa, qui hypostases tres profitentur, etiam essentiarum divisionem secundum eumdem numerum ex hac confessione statuendam esse putant) : propterea ne tu quoque similia patiaris, brevem ea de re sermonem tibi commentarii loco confeci. Harum igitur vocum, ut paucis rem declarem, notio hæc est.

2. Πάντων τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἐπὶ πλειόνων καὶ τῷ ἀριθμῷ διαφερόντων λεγόμενα πραγμάτων (4) καθολικωτέραν τινὰ τὴν σημασίαν ἔχει, οἷον *ἄνθρωπος*. Ὁ γὰρ τοῦτο εἰπὼν, τὴν κοινὴν φύσιν διὰ τοῦ ὀνόματος δείξας, οὐ περιέγραψε τῇ φωνῇ τὸν τινὰ ἄνθρωπον, τὸν ἰδίως ὑπὸ τοῦ ὀνόματος γνωριζόμενον. Οὐ γὰρ μᾶλλον Πέτρος ἄνθρωπός ἐστιν, ἢ καὶ Ἀνδρέας, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἰάκωβος. Ἡ οὖν κοινότης τοῦ σημαινομένου, ὁμοίως ἐπὶ πάντας τοὺς ὑπὸ τὸ αὐτὸ (5) ὄνομα τεταγμένους χωροῦσα, χρείαν ἔχει τῆς ὑποδιαστολῆς, δι' ἧς οὐ τὸν καθόλου ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν Πέτρον ἢ τὸν Ἰωάννην ἐπιγνωσόμεθα. Τὰ δὲ τῶν ὀνομάτων ἰδικωτέραν ἔχει τὴν ἔνδειξιν, δι' ἧς οὐχ ἡ κοινότης τῆς φύσεως ἐνθεωρεῖται τῷ σημαινομένῳ, ἀλλὰ πράγματός τινος περιγραφὴ, μηδεμίαν ἔχουσα πρὸς τὸ ὁμογενὲς, κατὰ τὸ ἰδιάζον, τὴν κοινωνίαν, οἷον ὁ Παῦλος, ἢ ὁ Τιμόθεος. Οὐκέτι γὰρ ἡ τοιαύτη φωνὴ ἐπὶ τὸ κοινὸν τῆς φύσεως φέρεται, ἀλλὰ χωρίσασα (6) τῆς περιεπτικῆς σημασίας, περιγεγραμμένων τινῶν πραγμάτων ἔμφασιν διὰ τῶν ὀνομάτων παρίστησιν. Ὅταν οὖν δύο ἢ καὶ πλειόνων κατὰ τὸ αὐτὸ ὄντων, ὧν Παύλου καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, περὶ τῆς οὐσίας τῶν ἀνθρώπων ζητῆται λόγος· οὐκ ἄλλον τις ἀποδώσει τῆς οὐσίας ἐπὶ τοῦ Παύλου λόγον, ἕτερον δὲ ἐπὶ τοῦ Σιλουανοῦ, καὶ ἄλλον ἐπὶ τοῦ Τιμοθέου· ἀλλὰ δι' ὧν ἂν λόγων ἡ οὐσία (7) τοῦ

2. Ex omnibus nominibus alia, de rebus pluribus et numero differentibus dicta, notionem quamdam magis generalem habent, velut *homo*. Qui enim hoc dixit, communi natura per id nomen indicata, non circumscripsit hac voce certum quemdam hominem, proprie isto nomine designatum. Non enim magis Petrus homo est quam et Andreas, et Joannes, et Jacobus. Itaque communitas rei significatæ similiter omnes, qui sub eodem nomine recensentur, comprehendens, subdivisionem postulat, per quam non hominem generatim, sed Petrum aut Joannem cognoscamus. Alia vero nomina magis peculiarem habent **116** notionem, qua non communitas naturæ consideratur in re significata, sed cujusdam rei circumscriptio nullam habens cum eo quod similis est naturæ, in eo quod proprium est, communionem ; exempli causa, Paulus, aut Timotheus. Non enim jam ejusmodi vox in naturam communem fertur, sed a generali significatione separans, rerum quarumdam circumscriptarum notionem nominibus declarat. Itaque cum duobus aut etiam pluribus simul conjunctis, puta, Paulo, et Silvano, et Timotheo, inquiritur essentiæ humanæ definitio, non aliam quis in Paulo reddet essentiæ rationem, aliam in Silvano, et aliam in Timotheo : sed quibus verbis Pauli essentia ostensa fuerit, eadem etiam aliis convenient; ac consubstantiales

(99) *Γρηγορίῳ*. Legitur hæc epistola inter Opera Gregorii Nysseni tom. III, p. 28, sub nomine Gregorii Nysseni ad Petrum fratrem *De differentia essentiæ et hypostasis* ; sed eam Basilio tribuunt omnes nostri codices mss. Stylus Basilii fetum esse clamitat : ac ipsa etiam synodus Chalcedonensis parentem epistolæ Basilium agnoscit, dum ait, magnum Basilium, gratiæ ministrum in epistola hypostaseon differentiam explanasse, concil. Chalced. part. III, cap. 1, p. 825.

(1) *Τῆς οὐσίας*. Coisl. primus τῆς φύσεως. Paulo post duo mss. συμπίπτουσιν. Gregorii Nysseni contextus in hoc primordio mirum in modum corruptus.

(2) *Οὕτω*. Hanc vocem addidimus ex tribus vetustissimis et duobus aliis mss. In tribus aliis οὕτως.

(3) *Ὅμοια πάθοις*. Tres mss. recentiores ὅμοια πάθῃς. Legit statim Combefisius τῶν περὶ τούτου λόγων. Sed hæc emendatio minime necessaria.

(4) *Πραγμάτων*. Ita sex codices mss. Corrupte in editis πράγματα.

(5) *Ὑπὸ τὸ αὐτό*. Sic Harl. et Coisl. primus cum tribus Regiis. Editi ἐπὶ τὸ αὐτό.

(6) *Χωρίσασα*. Ita sex mss. et apud Nyssenum. Editiones Basilii χωρήσασα.

(7) *Λόγων ἡ οὐσία*. Ita mss. omnes et Nyss. Editi λόγων καὶ οὐσία.

* Alias XLIII. Scripta videtur anno 369 aut 370.

Digitized by Google

inter se sunt, qui eadem essentiæ ratione designantur. Ubi vero quis eo, quod commune est, intellecto, ad proprietatum se converterit considerationem, per quas alterum ab altero separatur ; non jam amplius ratio, per quam unumquodque cognoscitur, cum ea ratione, quæ de alio profertur, per omnia consentiet, quamvis in aliquibus communitatem habere comperiatur.

3. Hoc igitur dicimus : quod proprie dicitur, id hypostasis nomine indicari. Qui enim hominem dixit, confusam quamdam ideam per indefinitam significationem auribus intulit, sic ut natura quidem eo nomine ostendatur, subsistens autem res, et proprie nomine designata, minime significetur. Qui autem Paulum dixit, ostendit in re hoc nomine significata subsistentem naturam. Hoc igitur hypostasis est, non indefinita essentiæ notio, quæ ob communitatem rei significatæ nullam sedem reperit, sed quæ quod commune in aliqua re et incircumscriptum est, per conspicuas proprietates restringit ac circumscribit; quemadmodum et Scriptura ipsa solet simile quidpiam facere, cum in multis aliis locis, tum in historia Jobi. Nam quæ ad ipsum attinent narratura, postquam primo id quod commune est commemoravit, et dixit, *homo;* statim dirimit per id quod proprium est, addendo, *quidam*[15]. Sed essentiæ quidem descriptionem, ut sermonis proposito nihil conducentem reticuit : illud autem *quidam* propriis notis indicat, et locum referens et morum indicia, et quæcunque extrinsecus collecta distinctura illum erant, et a communi significatu separatura ; adeo ut perspicua in omnibus esset illius, cujus res gestæ narrantur, descriptio, ex nomine, ex loco, ex animi proprietatibus, ex iis quæ extrinsecus in eo conspiciebantur. Quod si essentiæ dedisset rationem, nulla sane fuisset eorum, quæ dicta sunt, in naturæ explicatione mentio. Eadem enim ratio fuisset ac de Baldad Sauchita, deque Sophar Minnæo, et de singulis, quorum ibi mentio fit, hominibus[16]. Quam igitur in nostris rebus agnovisti discriminis rationem inter essentiam et hypostasim, eam et ad divina dogmata transferens, non errabis. De Patris essentia quidquid **117** tibi suggeret cogitatio (fas enim non est ad certam ullam ac definitam cogitationem animum sistere, eo quod persuasum sit hanc essentiam supra omnem esse cogitationem), id et de Filio intelliges, similiter et de Spiritu sancto. Nam ratio increati et incomprehensibilis una et eadem in Patre et in Filio et in Spiritu sancto est. Neque enim aliud magis est incomprehensibile, aut increatum, aliud minus. Quoniam autem oportet per proprias notio-

A Παύλου δειχθῇ, οὗτοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἐφαρμόσουσι· καί εἰσιν ἀλλήλοις ὁμοούσιοι, οἱ τῷ αὐτῷ λόγῳ τῆς οὐσίας ὑπογραφόμενοι. Ἐπειδὰν δέ τις, τὸ κοινὸν μαθών, ἐπὶ τὰ ἰδιάζοντα τρέψῃ τὴν θεωρίαν, δι' ὧν χωρίζεται τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, οὐκέτι ὁ ἑκάστου γνωριστικὸς λόγος τῷ περὶ τοῦ ἄλλου διὰ πάντων συνενεχθήσεται, κἂν ἔν τισιν εὑρεθῇ τὸ κοινὸν ἔχων.

3. Τοῦτο τοίνυν φαμέν· τὸ ἰδίως λεγόμενον τῷ τῆς ὑποστάσεως δηλοῦσθαι ῥήματι. Ὁ γὰρ ἄνθρωπον εἰπὼν ἐσκεδασμένην τινὰ διάνοιαν τῷ ἀορίστῳ τῆς σημασίας τῇ ἀκοῇ ἐνεποίησεν· ὥστε τὴν μὲν φύσιν ἐκ τοῦ ὀνόματος δηλωθῆναι, τὸ δὲ ὑφεστὼς (8) καὶ δηλούμενον ἰδίως ὑπὸ τοῦ ὀνόματος πρᾶγμα μὴ σημανθῆναι. Ὁ δὲ Παῦλον εἰπὼν ἔδειξεν ἐν τῷ ὀνο-
B λουμένῳ ὑπὸ τοῦ ὀνόματος πράγματι ὑφεστῶσαν τὴν φύσιν. Τοῦτο οὖν ἐστιν ἡ ὑπόστασις, οὐχ ἡ ἀόριστος τῆς οὐσίας ἔννοια, μηδεμίαν ἐκ τῆς κοινότητος τοῦ σημαινομένου στάσιν εὑρίσκουσα, ἀλλ' ἡ τὸ (9) κοινόν τε καὶ ἀπερίγραπτον ἐν τῷ τινὶ πράγματι διὰ τῶν ἐπιφαινομένων ἰδιωμάτων περιστῶσα καὶ περιγράφουσα· ὡς καὶ τῇ Γραφῇ σύνηθες τὸ τοιοῦτον ποιεῖν ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν Ἰὼβ ἱστορίᾳ. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλε τὰ περὶ αὐτοῦ διηγεῖσθαι, πρότερον τοῦ κοινοῦ μνημονεύσασα, καὶ εἰποῦσα, *ἄνθρωπος*, εὐθὺς ἀποτέμνει τῷ ἰδιάζοντι ἐν τῇ προσθήκῃ τοῦ, *τίς*. Ἀλλὰ τῆς μὲν οὐσίας τὴν ὑπογραφὴν, ὡς οὐδὲν φέρουσαν κέρδος πρὸς τὸν προκείμενον τοῦ λόγου σκοπὸν, ἐσιώπησε· τὸν δὲ *τινὰ* διὰ τῶν οἰκείων γνωρισμάτων
C χαρακτηρίζει, καὶ τόπον λέγουσα καὶ τὰ τοῦ ἤθους γνωρίσματα, καὶ ὅσα τῶν ἔξωθεν συμπαραλῃφθέντα χωρίζειν αὐτὸν καὶ ἀφιστᾷν ἔμελλε τῆς κοινῆς σημασίας· ὥστε διὰ πάντων ἐναργῆ τοῦ ἱστορουμένου γενέσθαι τὴν ὑπογραφὴν, ἐκ τοῦ ὀνόματος, ἐκ τοῦ τόπου, ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς ἰδιωμάτων, ἐκ τῶν ἔξωθεν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων. Εἰ δὲ τὸν τῆς οὐσίας ἐδίδου λόγον (10), οὐδεμία ἂν ἐγένετο τῶν εἰρημένων ἐν τῇ τῆς φύσεως ἑρμηνείᾳ μνήμη. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἂν ἦν λόγος, ὃς καὶ ἐπὶ τοῦ Βαλδὰδ τοῦ Σαυχίτου, καὶ Σοφὰρ τοῦ Μινναίου, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἐκεῖ μνημονευθέντων ἀνθρώπων. Ὃν τοίνυν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἔγνως διαφορᾶς λόγον ἐπί τε τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὑποστάσεως, τοῦτον μετατιθεὶς καὶ ἐπὶ τῶν
D θείων δογμάτων, οὐχ ἁμαρτήσεις. Πῶς; τὸ εἶναι τοῦ Πατρὸς, ὅ τι ποτὲ ὑποτίθεταί σου ἡ ἔννοια (πρὸς οὐδὲν γάρ ἐστιν ἀποτεταγμένον νόημα (11) τὴν ψυχὴν ἐπερείδειν, διὰ τὸ πεπεῖσθαι αὐτὸ ὑπὲρ πᾶν εἶναι νόημα), τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ νοήσεις, τοῦτον ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου. Ὁ γὰρ τοῦ ἀκτίστου καὶ τοῦ ἀκαταλήπτου λόγος εἷς καὶ αὐτὸς ἐπί τε τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου

[15] Job I. 1. [16] Job II, 11.

(8) *Ὑφεστως*. Duo mss. ὑφεστηκός.

(9) *Ἀλλ' ἡ τό*. Sic mss. omnes et apud Nyss. Editi ἀλλὰ τό. Infra tres mss. τὸ τοιοῦτο ποιεῖν.

(10) *Ἐδίδου λόγον*. Coisl. primus ἐδήλου λόγον. Paulo post editi τοῦ Σαγχίτου. Septem codices et Nyss. ut in textu. Subinde editi Πῶς οὖν, sed deest οὖν in nostris codicibus, et editionibus Hagan. Basileensi prima. Mox duo mss. ὑποτίθεταί σοι.

(11) *Νόημα*. Deest in Harl. et alio codice, nec necessarium videtur. In iisdem codicibus legitur ἀπερείδειν. Editi ὑπερείδειν. Quinque mss. ut in textu.

Digitized by Google

Πνεύματός ἐστιν. Οὐ γὰρ τὸ μὲν μᾶλλον ἀκατάληπτόν τε καὶ ἄκτιστον, τὸ δὲ ἧττον. Ἐπεὶ δὲ χρὴ διὰ τῶν ἰδιαζόντων σημείων ἀσύγχυτον ἐπὶ τῆς Τριάδος τὴν διάκρισιν (12) ἔχειν, τὸ μὲν κοινῶς ἐπιθεωρούμενον, οἷον τὸ ἄκτιστον λέγω, ἢ τὸ ὑπὲρ πᾶσαν κατάληψιν, ἢ εἴ τι τοιοῦτον, οὐ συμπαραλήψόμεθα εἰς τὴν τοῦ ἰδιάζοντος κρίσιν· ἐπιζητήσομεν δὲ μόνον δι' ὧν ἡ περὶ ἑκάστου ἔννοια τηλαυγῶς καὶ ἀμίκτως τῇ συνθεωρουμένῃ ἀφορισθήσεται. A

4. Καλῶς οὖν ἔχειν μοι δοκεῖ οὕτως ἀνιχνεῦσαι τὸν λόγον. Πᾶν ὅπερ ἂν εἰς ἡμᾶς ἐκ θείας δυνάμεως ἀγαθὸν φθάσῃ, τῆς πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργούσης χάριτος ἐνέργειαν εἶναί φαμεν· καθώς φησιν ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.* B Ζητοῦντες δὲ εἰ ἐκ μόνου τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ τῶν ἀγαθῶν χορηγία τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα, οὕτω παραγίνεται τοῖς ἀξίοις, πάλιν ὑπὸ τῆς Γραφῆς ὁδηγούμεθα εἰς τὸ τῆς χορηγίας τῶν ἀγαθῶν τῶν διὰ τοῦ Πνεύματος ἡμῖν ἐνεργουμένων ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον τὸν μονογενῆ Θεὸν εἶναι πιστεύειν. Πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, καὶ ἐν αὐτῷ συνεστάναι, παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς ἐδιδάχθημεν. Ὅταν τοίνυν καὶ πρὸς ἐκείνην ὑψωθῶμεν τὴν ἔννοιαν, πάλιν ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου χειραγωγίας ἀναγόμενοι (13) διδασκόμεθα, ὅτι δι' ἐκείνης μὲν πάντα τῆς δυνάμεως ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παράγεται, οὐ μὴν οὐδὲ ἐξ ἐκείνης ἀνάρχως· ἀλλά τίς ἐστι δύναμις ἀγεννήτως καὶ ἀνάρχως ὑφεστῶσα, ἥτις ἐστὶν αἰτία τῆς ἁπάντων τῶν ὄντων αἰτίας. Ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, δι' οὗ τὰ C πάντα, ᾧ πάντοτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀχωρίστως συνεπινοεῖται. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐν περινοίᾳ τοῦ Υἱοῦ γενέσθαι, μὴ προκαταυγασθέντα τῷ Πνεύματι. Ἐπειδὴ τοίνυν τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἀφ' οὗ πᾶσα ἐπὶ τὴν κτίσιν ἡ τῶν ἀγαθῶν χορηγία πηγάζει, τοῦ Υἱοῦ μὲν ἥρτηται, ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται· τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον (14) ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται· τοῦτο γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει, τὸ μετὰ τὸν Υἱὸν (15) καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑφεστάναι. Ὁ δὲ Υἱός, ὁ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον Πνεῦμα δι' ἑαυτοῦ καὶ μεθ' ἑαυτοῦ γνωρίζων, μόνος μονογενῶς ἐκ τοῦ ἀγεννήτου φωτὸς ἐκλάμψας, οὐδεμίαν, κατὰ τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων, τὴν κοινωνίαν ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλὰ τοῖς εἰρημένοις σημείοις μόνος γνωρίζεται. Ὁ δὲ ἐπὶ πάντων Θεὸς ἐξαίρετόν τι γνώρισμα τῆς ἑαυτοῦ ὑποστάσεως, τὸ Πατὴρ εἶναι, D

nes inconfusam Trinitatis distinctionem habere; quod communiter consideratur, quale est, quod increatum dico, quod est supra omnem cogitationem, aut si quid ejusmodi; id nequaquam una assumemus ad proprietatem dijudicandam, sed requiremus tantum per quæ uniuscujusque notio dilucide et citra admistionem ab ea, quæ simul consideratur, sejuncta sit.

4. Itaque non abs re esse mihi videtur hoc pacto rationem investigare. Quodcunque ad nos ex divina potestate bonum venerit, omnia in omnibus efficientis gratiæ opus esse dicimus, quemadmodum ait Apostolus: *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens sigillatim unicuique prout vult* [17]. Inquirentes autem, an a solo sancto Spiritu bonorum largitio originem habens, ita ad dignos perveniat, rursus a Scriptura huc deducimur, ut largitionis bonorum, quæ Spiritus sanctus in nobis efficit, auctorem et causam unigenitum Deum esse credamus. Omnia enim per ipsum facta esse [18], et in ipso consistere [19], a sancta Scriptura didicimus. Cum igitur ad hanc intelligentiam fuerimus evecti, rursus a divinitus inspirato adminiculo ceu manu ducti docemur, omnia ab illa quidem virtute ex nihilo produci, non tamen ab illa sine principio; sed quamdam esse virtutem ingenite et sine principio subsistentem, quæ causa est rerum omnium causæ. Nam ex Patre Filius, per quem omnia, quocum semper Spiritus sanctus inseparabiliter intelligitur. Non enim potest quisquam de Filio cogitare, qui non sit prius a Spiritu illustratus. Quoniam igitur Spiritus sanctus, a quo omnis in rem creatam bonorum largitio scaturit, Filio quidem cohæret ac conjunctus est, quicum simul sine ullo intervallo concipitur; habet vero esse ex ea causa, quæ Pater est, connexum, unde et procedit; illius secundum hypostasim proprietas hoc signo declaratur, quod post Filium et cum Filio cognoscitur, et quod ex Patre subsistit. Filius vero qui ex Patre procedentem Spiritum per sese ac secum notum facit; ac solus unigenite ex ingenita luce effulsit, nullam, quod ad signorum, quibus dignoscitur, proprietatem attinet, cum Patre aut Spiritu sancto communitatem habet: sed iis, quæ dixi, signis solus agnoscitur. Qui autem est super omnia Deus, præcipuam quamdam **118** suæ hypostasis notam, quod Pater est, et quod nulla

[17] I Cor. XII, 11. [18] Joan. I, 3. [19] Coloss. I, 17.

(12) *Διάκρισιν.* Male in editis σύγκρισιν. Mss. omnes ut in textu.

(13) *Ἀναγόμενοι.* Sic mss. et Nyss. Editi ἐναγόμενοι.

(14) *Ἐξημμένον.* Duo mss. ἐξηρτημένον.

(15) *Μετὰ τὸν Υἱόν.* Sic quatuor Regii codices, sic etiam prima manu habuerunt Harl. et Coisl. primus. Editi μετὰ τοῦ Υἱοῦ, quæ scriptura ferri non potest, cum idem prorsus sonet, ac id quod sequitur, καὶ σὺν αὐτῷ. Quo autem sensu post Filium et cum Filio Spiritus sanctus, id infra explicat Basilius cum ait, *Consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam tres personas cognosci.* Confirmat hanc lectionem scholium ad marginem duorum codicum Regiorum, ut observavit Combefisius. Sed quod in eodem scholio legitur paulo post δι' ἑαυτοῦ καὶ μεθ' ἑαυτόν, *per seipsum et post seipsum*, id frustra probatur Combefisio. Repugnat enim omnibus codicibus mss., nec ulla subest contextus immutandi causa.

Digitized by Google

subsistit ex causa, solus habet; hocque rursus indicio et ipse proprie cognoscitur. Quapropter in essentiæ communitate dicimus nec cohærere, nec communicari posse quæ considerantur in Trinitate indicia, per quæ proprietas constituitur traditarum in fide personarum, unaquaque propriis indiciis discrete intellecta; ita ut ex dictis indiciis differentia hypostaseon deprehendatur; at vero, quantum attinet ad id quod immensum est, quod comprehendi non potest, quod creatum non est, quod loco nullo circumscribitur, et reliqua ejusmodi omnia, discrimen nullum sit in vivifica natura: in Patre, inquam, et Filio, et Spiritu sancto, sed continua quædam et indivisa societas in ipsis perspiciatur. Atque per quas quis cogitationes majestatem unius earum, quæ in Trinitate creduntur, personarum intellexerit, per easdem sine ullo prorsus discrimine procedet, in Patre, et Filio et Spiritu sancto gloriam atque majestatem cernens: nullo spatio inter Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum intercedente, in quo mens velut vacuo obambulet. Nihil enim est, quod inter ipsos medium inseratur: neque præter divinam naturam ulla alia res est subsistens, quæ ipsam a seipsa rei alienæ interpositu dividere queat; neque spatii cujuspiam non subsistentis vacuitas intercedit, quæ divinæ essentiæ harmoniam hiulcam efficiat, continuum interjectu vacui dirimens. Sed qui Patrem intellexit, et eum in seipso intellexit, et Filium animi perceptione simul est complexus. Qui autem percepit Filium, a Filio Spiritum non separavit, sed consequenter quidem secundum ordinem, conjuncte vero secundum naturam, trium simul permistam in seipso fidem expressit. Et qui Spiritum tantum dixit, comprehendit simul hac confessione et eum cujus Spiritus est. Et quia Christi est Spiritus, et ex Deo, quemadmodum dicit Paulus [10]: ut ex catena extremum unum qui apprehendit, alterum etiam extremum simul attraxit; ita qui Spiritum attraxit, ut ait Propheta [11], et Filium et Patrem per ipsum simul traxit. Quin etiam Filium si quis vere apprehenderit, habebit eum utrinque, hinc quidem Patrem suum, illinc vero Spiritum proprium una secum adducentem. Neque enim a Patre qui semper est in Patre abscindi poterit, neque a proprio Spiritu unquam sejungetur qui in ipso efficit omnia. Similiter autem et qui Patrem recepit, simul quoque et Filium et Spiritum potestate recepit. Non enim potest ullo modo sectio aut divisio excogitari, ita ut aut Filius absque Patre intelligatur, aut Spiritus sejungatur a Filio: sed in his ineffabilis quædam et

καὶ ἐκ μηδεμιᾶς (16) αἰτίας ὑποστῆναι, μόνος ἔχει· καὶ διὰ τούτου πάλιν τοῦ σημείου καὶ αὐτὸς ἰδιαζόντως ἐπιγινώσκεται. Τούτου ἕνεκεν ἐν τῇ τῆς οὐσίας κοινότητι ἀσύμβατά φαμεν εἶναι καὶ ἀκοινώνητα τὰ ἐπιθεωρούμενα τῇ Τριάδι γνωρίσματα, δι' ὧν ἡ ἰδιότης παρίσταται τῶν ἐν τῇ πίστει παραδεδομένων (17) προσώπων, ἑκάστου τοῖς ἰδίοις γνωρίσμασι διακεκριμένως καταλαμβανομένου· ὥστε διὰ τῶν εἰρημένων σημείων τὸ κεχωρισμένον τῶν ὑποστάσεων ἐξευρεθῆναι· κατὰ δὲ τὸ ἄπειρον, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ τὸ ἀκτίστως εἶναι, καὶ μηδενὶ τόπῳ περιειλῆφθαι, καὶ πᾶσι τοῖς τοιούτοις, μηδεμίαν εἶναι παραλλαγὴν ἐν τῇ ζωοποιῷ φύσει, ἐπὶ Πατρὸς λέγω καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου· ἀλλά τινα συνεχῆ καὶ ἀδιάστατον (18) κοινωνίαν ἐν αὐτοῖς θεωρεῖσθαι. Καὶ δ' ὧν ἄν τις νοημάτων τὸ μεγαλεῖον ἑνός τινος τῶν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι πιστευομένων κατανοήσειε, διὰ τῶν αὐτῶν προσελεύσεται ἀπαραλλάκτως, ἐπὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὴν δόξαν βλέπων, ἐν οὐδενὶ διαλείμματι μεταξὺ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος τῆς διανοίας κενεμβατούσης. Διότι οὐδέν ἐστι τὸ διὰ μέσου τούτων παρενειρόμενον, οὔτε πρᾶγμα ὑφεστὼς ἄλλο τι παρὰ τὴν θείαν φύσιν, ὡς καταμερίζειν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν διὰ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου παρεμπτώσεως δύνασθαι· οὔτε διαστήματός τινος ἀνυποστάτου κενότης, ἥτις κεχηνέναι ποιεῖ τῆς θείας οὐσίας τὴν πρὸς ἑαυτὴν ἁρμονίαν, τῇ παρενθήκῃ τοῦ κενοῦ τὸ συνεχὲς διαστέλλουσα. Ἀλλ' ὁ τὸν Πατέρα νοήσας αὐτόν τε ἐφ' ἑαυτοῦ ἐνώησε, καὶ τὸν Υἱὸν τῇ διανοίᾳ συμπαρεδέξατο. Ὁ δὲ τοῦτον λαβών, τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα οὐκ ἀπεμέρισεν, ἀλλ' ἀκολούθως μὲν κατὰ τὴν τάξιν, συνημμένως δὲ κατὰ τὴν φύσιν τῶν τριῶν κατὰ ταυτὸν συγκεκραμένην ἐν ἑαυτῷ τὴν πίστιν ἀνετυπώσατο. Καὶ ὁ τὸ Πνεῦμα μόνον εἰπὼν συμπεριέλαβε τῇ ὁμολογίᾳ ταύτῃ καὶ τὸν οὗ ἐστι τὸ Πνεῦμα. Καὶ ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ, καθώς φησιν ὁ Παῦλος (19)· ὥσπερ ἐξ ἁλύσεως ὁ τοῦ ἑνὸς ἄκρου ἁψάμενος καὶ τὸ ἕτερον ἄκρον συνεπεσπάσατο, οὕτως ὁ τὸ Πνεῦμα ἑλκύσας, καθώς φησιν ὁ Προφήτης, δι' αὐτοῦ καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα συνεφειλκύσατο. Καὶ εἴ τὸν Υἱὸν ἀληθινῶς τις λάβοι, ἕξει αὐτὸν ἑκατέρωθεν, πῇ μὲν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, πῇ δὲ τὸ ἴδιον Πνεῦμα συνεπαγόμενον. Οὔτε γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ ἀεὶ ἐν τῷ Πατρὶ ὢν ἀποτμηθῆναι δυνήσεται, οὔτε τοῦ Πνεύματός ποτε διαζευχθήσεται τοῦ ἰδίου ὁ πάντα ἐν αὐτῷ ἐνεργῶν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τὸν Πατέρα δεξάμενος καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα συμπαρεδέξατο τῇ δυνάμει. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐπινοῆσαι τομὴν ἢ διαίρεσιν κατ' οὐδένα τρόπον, ὡς ἢ Υἱὸν χωρὶς Πατρὸς νοηθῆναι, ἢ τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ διαζευχθῆναι· ἀλλά τις ἄῤῥητος καὶ ἀκατανόητος ἐν τούτοις καταλαμβάνεται καὶ ἡ κοινωνία καὶ ἡ διάκρι-

[10] Rom. VIII, 9. [11] Psal. CXVIII, 131.

(16) *Ἐκ μηδεμιᾶς*. Deerat in editis præpositio quæ legitur in omnibus mss.

(17) *Παραδεδομένων*. Ita omnes mss. et Nyss. Editi παραδιδομένων, excepta tamen editione Haganoensi et Basil. prima.

(18) *Ἀδιάστατον*. Harl. et unus ex Regiis ἀδιάστατον.

(19) *Ὁ Παῦλος*. Harl. et tres alii ὁ Ἀπόστολος. Paulo post quidam mss. καὶ τὸν Υἱὸν ἀληθῶς λάβοι. Mox editi τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Septem mss. et Greg. Nyss. ut in textu.

Digitized by Google

σις, οὔτε τῆς τῶν ὑποστάσεων διαφορᾶς τὸ τῆς φύσεως συνεχὲς διασπώσης, οὔτε τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν κοινότητος τὸ ἰδιάζον τῶν γνωρισμάτων ἀναχεούσης (20). Μὴ θαυμάσῃς δὲ, εἰ τὸ αὐτὸ καὶ συνημμένον καὶ διακεκριμένον εἶναί φαμεν, καί τινα ἐπινοοῦμεν, ὥσπερ ἐν αἰνίγματι, καινὴν καὶ παράδοξον διάκρισίν τε συνημμένην, καὶ διακεκριμένην συνάφειαν. Εἰ γὰρ μή τις ἐριστικῶς καὶ πρὸς ἐπῆρειαν ἀκούοι (21) τοῦ λόγου, καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς δυνατόν ἐστι τὸ τοιοῦτον εὑρεῖν.

A incomprehensibilis deprehenditur tum societas, tum distinctio, neque hypostaseon differentia naturæ conjunctionem divellente, neque essentiæ communitate indiciorum proprietatem confundente. Ne mireris autem si idem et conjunctum et discretum esse dicimus, et quamdam cogitamus, velut in ænigmate, novam **119** et admirabilem discretionem conjunctam, et conjunctionem discretam. Etenim si quis non ex contendendi et calumniandi studio sermonem audit, potest etiam in rebus, quæ sensu percipiuntur, quiddam simile inveniri.

5. Καί μου δέξασθε τὸν λόγον, ὡς ὑπόδειγμα καὶ σκιὰν ἀληθείας, οὐχ ὡς αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ δυνατόν ἐστι διὰ πάντων ἐφαρμοσθῆναι τὸ ἐν τοῖς ὑποδείγμασι θεωρούμενον τοῖς πρὸς B ἃ ἡ τῶν ὑποδειγμάτων χρεία παραλαμβάνεται. Πόθεν οὖν φαμεν τὸ διακεκριμένον ἅμα καὶ συναφὲς (22) ἐκ τῶν κατὰ τὴν αἴσθησιν ἡμῖν προφαινομένων ἀναλογίζεσθαι; Ἤδη ποτὲ τοῦ ἐν τῇ νεφέλῃ τόξου τὴν λαμπηδόνα κατὰ τὸ ἔαρ τεθέασαι· ἐκεῖνο λέγω τὸ τόξον, ὅπερ ὁ κοινὸς λόγος ἶριν εἴωθεν ἐπονομάζειν· ὃ φασιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ τότε συνίστασθαι, ὅταν ἀνακεκραμένη τις ᾖ πρὸς τὸν ἀέρα νοτὶς, τῆς τῶν πνευμάτων βίας τὸ ἐν τοῖς ἀτμοῖς ὑγρὸν καὶ παχὺ, νεφώδες ἤδη γενόμενον, εἰς ὑετὸν ἀποθλιβούσης. Συνίστασθαι δὲ λέγουσιν οὕτως. Ἐπειδὰν ἡ τοῦ ἡλίου ἀκτὶς κατὰ τὸ πλάγιον ὑποδραμοῦσα τὸ πυκνόν τε καὶ συνηρεφὲς τῆς νεφώσεως, εἶτα κατὰ τὸ εὐθὺ νέφει τινὶ τὸν ἴδιον κύκλον ἐναπερείσηται, οἷόν τις καμπὴ C καὶ ἐπάνοδος τοῦ φωτὸς πρὸς ἑαυτὸ γίνεται, τῆς αὐγῆς πρὸς τὸ ἔμπαλιν ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ τε καὶ στίλβοντος ἀναλυούσης (23). Ἐπειδὴ γὰρ φύσις ἐστὶ ταῖς φλογώδεσι μαρμαρυγαῖς, εἴ τινι λείῳ προσπέσοιεν, πρὸς ἑαυτὰς πάλιν ἐπανακλᾶσθαι, κυκλοτερὲς δὲ τοῦ ἡλίου τὸ σχῆμα, τὸ διὰ τῆς ἀκτῖνος ἐν τῷ ὑγρῷ τε καὶ λείῳ τοῦ ἀέρος γινόμενον· ἐξ ἀνάγκης κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ ἡλιακοῦ κύκλου καὶ ὁ παρακείμενος τῷ νέφει ἀὴρ διὰ τῆς ἀποστιλβούσης αὐγῆς περιγράφεται. Αὕτη τοίνυν ἡ αὐγὴ καὶ συνεχής ἐστι πρὸς ἑαυτὴν, καὶ διῄρηται. Πολύχροος (24) γάρ τις οὖσα καὶ πολυειδὴς, ἀφανῶς τοῖς ποικίλοις ἄνθεσι τῆς βαφῆς πρὸς ἑαυτὴν κατακιρνᾶται τῶν ἑτεροχροούντων τὴν πρὸς ἄλληλα συμβολὴν ἐκ τῶν ὄψεων ἡμῶν κατὰ τὸ λεληθὸς ὑποκλέπτουσα· ὡς μὴ ἂν ἐπιγνωσθῆναι D τοῦ γλαυκοῦ πρὸς τὸ πυραυγὲς τὸν διὰ μέσου τόπον τὸν μιγνύοντα (25) δι' ἑαυτοῦ καὶ χωρίζοντα τὴν τῶν χρωῶν ἑτερότητα, ἢ τοῦ πυραυγοῦς πρὸς τὸ πορφύ-

5. Ac verba quidem mea accipite, ut exemplum et umbram veritatis, non ut ipsam rerum veritatem. Non enim fieri potest, ut omnino quadret id quod in exemplis speculamur, cum iis, ad quæ usus exemplorum adhibetur. Unde igitur dicimus discretum simul et conjunctum ex iis, quæ nostris sensibus conspicua sunt, spectari? Jam olim arcus in nube splendorem verno tempore vidisti; arcum illum dico, quem communis loquendi usus iridem vocare consuevit: quem quidem harum rerum periti dicunt conflari, tum cum admiscetur humor aliquis aeri; vi ventorum id quod in vaporibus humidum ac crassum est, effectum jam nebulosum, in pluviam exprimente ac resolvente. Ferunt autem fieri hoc modo. Ubi solis radius oblique id quod in nebula densum et opacum est, penetravit, deinde recta orbem suum in aliqua nube impressit; quidam luminis quasi repercussus ac reditus ad seipsum fit, splendore ab eo quod humidum et nitens est contrariam in partem reflexo. Quoniam enim ea inest flammeis fulgoribus natura, ut si in rem quampiam lævem inciderint, rursus reflectantur ad semetipsos, rotunda est autem solis figura, quæ per radium in humido lævique aere imprimitur; propterea necessario secundum solaris orbis figuram, aer etiam qui nubi proximus est, per splendescentem fulgorem circumscribitur. Itaque is fulgor et in se continuus et divisus est. Multicolor enim ac multiformis cum sit, secum variis tincturæ floribus latenter commiscetur, colorum inter se diversorum commissuram atque permistionem oculis nostris, nemine sentiente, subripiens; adeo ut non agnoscatur medius intercedens cæruleum inter et rutilum locus, ac miscens per se et separans diversitatem colorum, aut rutilum inter et purpureum, aut istum inter et electrinum.

(20) Ἀναχεούσης. Unus Reg. συγχεούσης. Paulo post duo mss. ἔφαμεν.

(21) Ἀκούοι. Sic Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi ἀκούει. Nyss. ἀκούοιτο. Aliquanto infra non male in eodem Coisl. deest τοῖς post θεωρούμενον. Ibidem duo mss. ἐφαρμόσασθαι.

(22) Συναφές. Hæc scriptura codicis Harl. et duorum Reg. longe præferenda vulgatæ συμφυές. Utitur quidem hac voce Basilius sub finem hujus epistolæ; sed eam, ut sua sponte minus commodam, lenit addendo οἱονεί. Paulo post editi εἰ δήπτε. Duo mss. εἴ ποτε. Quinque alii et Nyss. ut in textu.

(23) Ἀναλυούσης. Sic mss. omnes et Nyss. pro eo quod erat in editionibus Basilii ἀναλαμπούσης. Editio Hag. ἀναλαβούσης. Aliquanto post editi et mss. quatuor κυκλοτερὲς δὲ τοῦτο σχῆμα, διὰ τῆς. Sed melior visa est scriptura codicis Harl. et unius ex Regiis quam secuti sumus. Sic etiam legitur apud Nyss.

(24) Πολύχροος. Coisl. uterque et unus Regius πολύχρωμος.

(25) Τόπον τὸν μιγνύοντα. Duo mss. τὸν μιγνύοντα. Legitur apud Greg. Nyss. ὅσον τὸν μιγνύμενον.

Digitized by Google

Nam omnium splendores simul conspecti, et micant, et dum signa mutuæ conjunctionis occultant, judicium effugiunt, ita ut deprehendi non possit quousque pertineat id quod rutilum est, aut smaragdinum in fulgore, et unde incipiat non jam tale esse, quale in fulgore appareat. Quemadmodum igitur in hoc exemplo et colorum discrimina clare dignoscimus, et alterius ab altero intervallum sensu deprehendere non possumus ; sic mihi, quæso, existima et de divinis dogmatibus rationem iniri posse ; ita ut hypostaseon quidem proprietates, ceu flos quidam eorum quæ in iride apparent, in singulis personis, quæ in sancta Trinitate creduntur, effulgeant : nullum vero quod ad naturæ proprietatem **120** attinet, intelligatur alterius ab altera discrimen, sed in essentiæ communitate proprietates per quas unaquæque persona dignoscitur, in unaquaque resplendeant. Nam et illic in exemplo essentia, quæ multicolorem illum splendorem emittebat, et per solarem radium refringebatur, una erat : flos vero rei conspectæ, erat multiformis : nimirum ratione ipsa etiam per rem creatam nos docente, ut in dogmatis rationibus non conturbemur, si quando in quæstionem ad investigandum difficilem incidentes, in iis quæ dicuntur admittendis quasi vertigine laboremus. Quemadmodum enim in iis quæ oculis apparent, potior visa est causæ ratione experientia ; ita et in dogmatibus captum nostrum longe transcendentibus, perceptione quæ ratiocinando comparatur, potior est fides, et separationem in hypostasi, et conjunctionem in essentia docens. Quoniam igitur aliud commune, aliud peculiare in sancta Trinitate consideravit nostra disputatio ; communionis quidem ratio refertur ad essentiam, hypostasis vero proprium cujusque signum est.

6. Sed fortasse putat aliquis non congruere expositam de hypostasi doctrinam cum sententia Apostoli scripturæ, ubi de Domino dicit, eum splendorem gloriæ ipsius, et figuram hypostasis esse [11]. Si enim hypostasim tradidimus esse proprietatum uniuscujusque concursum, illud autem confessum et exploratum est, quemadmodum in Patre aliquid proprie consideratur, per quod solus agnoscitur, ita idem eodem modo de Unigenito quoque credi ; qui fit ut hoc loco Scriptura hypostasis nomen Patri soli ascribat, Filium vero formam dicat hypostasis, non suis, sed Patris insignibus et notis designatum ? Etenim si hypostasis

(64) *Τὰ τῆς συνηθείας*. Sic duo antiquissimi codices Coisl. et Med. Editi τῆς συνηθείας τὸ κράτος, *consuetudinis robur dissolvere*. Mox editi τὰ μὲν κράτος ἐκείνης. Deest illud, κατὰ κράτος, in octo mss.; et duo tantum habent ἐκείνας, nempe Coisl. primus et Colb., quos secuti sumus.

(65) *Καὶ καλῶς... τηρηθῆναι*. Editi post hæc verba addunt iterum κοίτης, eaque collocant ante καὶ ἐγκρατοῦς τραπέζης καὶ παρθενικῆς προόδου. Aliter antiqui codices, in primis Coisl. et Med. quos secuti sumus. Melius tamen videtur abesse a Bigot. utroque illud καὶ καλῶς... τηρηθῆναι. Crediderim has voces referendas esse ad ea quæ supra de virginis sorore dicuntur, ac inde excidisse. Iisdem codicibus freti legimus paulo post ποῦ δέ σοι, pro eo quod erat in editis ποῦ μέν σοι, et delevimus καὶ ante παρθένῳ.

(66) *Τηρῆσαι*. Post hanc vocem editi addunt σε quod deest in mss. octo. Statim editi ἐξεδάκρυσας. Mss. sex ἐξέχεας δάκρυα, duo ἐξέχεας δάκρυον.

Digitized by Google

ἁγίους (67) ἐχάραξας, δι' ὧν ἠξίους ὑπερεύχεσθαί σου, οὐχ ἵνα γάμου ἀνθρωπίνου, μᾶλλον δὲ τῆς ἀτίμου ταύτης φθορᾶς ἐπιτύχῃς, ἀλλ' ἵνα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ μὴ ἐκπέσῃς; Ποσάκις δὲ δῶρα τοῦ νυμφίου εἶδες; Τί δεῖ καὶ λέγειν τὰς δι' ἐκεῖνον παρὰ τῶν ἐκείνου τιμάς; τὰς μετὰ παρθένων συμβιώσεις; τὰς σὺν ἐκείναις προόδους; τὰς παρὰ παρθένων δεξιώσεις; τὰ ἐπὶ παρθενίᾳ ἐγκώμια; τὰς παρθενικὰς εὐλογίας; τὰ ὡς πρὸς παρθένον γράμματα; Ἀλλὰ νῦν, ὀλίγην αὖραν δεξαμένη τοῦ ἀερίου πνεύματος, τοῦ νῦν ἐνεργοῦντος ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπειθείας, πάντων ἐκείνων ἔξαρνος γέγονας· καὶ τὸ τίμιον ἐκεῖνο καὶ περιμάχητον κτῆμα βραχείας ἡδονῆς ἀντικαταλλάξω, ἣ πρὸς καιρὸν μὲν λιπαίνει σὸν φάρυγγα, ὕστερον δὲ (68) πικρότερον χολῆς εὑρήσεις.

A non ut humanas nuptias, imo ignominiosam illam corruptionem assequereris, sed ut a Domino Jesu non excideres? Quoties sponsi accepisti dona? Quid opus est honores etiam illius causa ab iis qui ejus sunt, delatos memorare? convictum cum virginibus? factos cum eisdem progressus? salutationes a virginibus exhibitas? laudes ob virginitatem? virgineas eulogias, litteras ut ad virginem scriptas? At spiritus aerii, qui nunc in filiis contumaciæ operatur, exigua aura modo suscepta, abnegasti hæc omnia, et pretiosam illam et dimicatione omni retinendam possessionem brevi voluptate commutasti: quæ ad tempus quidem guttur tuum illinit et exhilarat, sed postea felle amarior comperietur.

3. Ἐπὶ τούτοις τίς οὐκ ἂν πενθήσας εἴποι, *Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών*; Πῶς δὲ οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Κύριος ἀποφθέγξαιτο πρός τινα (69) τῶν νῦν ἐν πνεύματι Ἱερεμίου περιπατούντων, *Εἶδες ἃ ἐποίησέ μοι ἡ παρθένος τοῦ Ἰσραήλ; Ἐγὼ ἐμνηστευσάμην αὐτὴν ἐμαυτῷ ἐν πίστει καὶ ἀφθαρσίᾳ, ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ ἐν κρίματι, καὶ ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς*, καθὼς καὶ διὰ Ὡσηὲ τοῦ προφήτου αὐτῇ ἐπηγγειλάμην (70). Αὐτὴ δὲ ἠγαπήκει ἀλλοτρίους, καὶ ζῶντος ἐμοῦ τοῦ ἀνδρὸς, μοιχαλὶς χρηματίζει, καὶ οὐ φοβεῖται γενομένη ἀνδρὶ ἑτέρῳ. Τί δὲ ἄρα ὁ νυμφαγωγὸς, ὁ θεῖος καὶ μακάριος Παῦλος, ὁ τε ἀρχαῖος ἐκεῖνος, καὶ ὁ νέος οὗτος, ὑφ' ᾧ μείζη καὶ διδασκάλῳ, τὸν πατρῷον (71) οἶκον καταλιπὼν, τῷ Κυρίῳ συνήφθης; Ἆρα οὐκ ἂν εἴποι τῷ τοιούτῳ κακῷ περιπαθήσας ἑκάτερος· *Φόβος γὰρ ὃν ἐφοβούμην, ἦλθέ μοι, καὶ ὃν ἐδεδοίκειν, συνήντησέ μοι. Ἐγὼ μὲν γάρ σε ἡρμοσάμην ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ*, καὶ ἐφοβούμην ἀεὶ μή πως, ὡς ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν Εὔαν ἐν τῇ πανουργίᾳ (72) αὐτοῦ, οὕτω φθαρῇ ποτὲ τὰ νοήματά σου. Διά τοι τοῦτο μυρίαις μὲν ἐπῳδαῖς ἐπαιρώμην ἀεὶ (73) καταστέλλειν τῶν παθῶν τὸν τάραχον, μυρίαις δὲ φυλακαῖς συντηρεῖν τοῦ Κυρίου τὴν νύμφην καὶ τὸν βίον ἀεὶ τῆς ἀγάμου διεξῄειν, ὅπως ἡ μόνη ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ τὰ τοῦ Κυρίου, ἵν' ᾖ ἁγία τῷ σώματι καὶ τῷ πνεύματι· καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς παρθενίας ὑφηγούμην, καὶ ναὸν σε Θεοῦ προσηνορεύων, οἱονεὶ πτερὸν ἐδίδουν τῇ προθυμίᾳ (74)

B 3. Ad hæc quis non ingemiscens dicat: *Quomodo* **137** *facta est meretrix civitas fidelis Sion* [59]? Quomodo autem non ipse Dominus ad eorum, qui nunc in Jeremiæ spiritu ambulant, aliquos dicat: *Vidisti quæ fecit mihi virgo Israel* [60]? *Ego despondi ipsam mihi ipsi in fide et integritate, in justitia et in judicio et in misericordia atque miserationibus* [61], quemadmodum et per Oseam prophetam ei promisi. Ipsa vero dilexit alienos, et vivente me viro, adultera audit, nec veretur viri alterius esse. Quid vero sponsæ dux divinus ac beatus Paulus, vetus ille, et novus hic, quo sequestro ac doctore, relicta paterna domo, Domino conjuncta es? An non dicat tanto malo dolens uterque? *Timor enim quem timebam, venit mihi, et quem metueram, occurrit mihi* [62]. *Desponsavi enim te uni viro, virginem castam exhibere Christo* [63]: sed metuebam semper, ne quodam modo, ut serpens Evam decepit versutia sua, ita aliquando corrumperentur sensus tui [64]. Quapropter innumeris incantamentis semper conatus sum affectuum tumultum comprimere, et innumeris excubiis Domini sponsam custodire, et vitam innuptæ semper exponebam, quod innupta sola curat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu [65]; et virginitatis dignitatem enarrabam, et templum Dei te appellans, velut alas addebam, alacritate erigens ad Jesum; et per mali timorem ad cavendum casum suppetias ferebam, cum dicerem: *Si quis templum Dei profanat, hunc perdet*

[59] Isa. I, 21. [60] Jerem. XVIII. 13. [61] Ose. II, 17. [62] Job III, 25. [63] II Cor. XI, 2. [64] Ibid. 3. [65] I Cor. VII, 34.

(67) *Πρὸς τοὺς ἁγίους*. Editi addunt πολλάκις, sed melius deest in Coisl. primo. Sic etiam editi paulo post, παρὰ τοῦ νυμφίου, sed præpositio deest in octo mss.

(68) *Ὕστερον δέ*. Sic antiqui codices. Editi ὕστερον μέντοι. Ibidem post εὑρήσεις addunt editi καὶ ἠκονημένον μᾶλλον μαχαίρας διστόμου, *et magis acutum gladio ancipite*. Sed hæc desunt in septem mss. Desunt pariter in octo veteribus libris quæ post has voces, πιστὴ Σιών, leguntur in editis, ἣ ποτὲ πλήρης κρίσεως, ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί· *quæ olim plena judicio, in qua justitia quiescebat, nunc autem homicidæ*.

(69) Ἀποφθέγξαιτο πρός τινα. Sic omnes codices mss. Editi ἀποφθέγξαι πρός τινας.

(70) *Ἐπηγγειλάμην*. Male in editis ἐπηγγειλαμεν. Mox editi τοῦ ἀθανάτου ἀνδρός, sed melius abest illud, ἀθανάτου, a Med. et Coisl. primo.

(71) *Πατρῷον*. Plerique mss. μητρῷον. Vetustissimi tamen Coisl. et Med. et alii nonnulli habent ut editi.

(72) *Ἐν τῇ πανουργίᾳ*. Præpositio addita ex sex mss. Mox editi ante has voces, διά τοι τοῦτο, addunt ἀπὸ τῆς ἁπλότητος τοῦ Χριστοῦ. Sed hæc desunt in omnibus mss. Ibidem editi ταῖς πνευματικαῖς ἐπῳδαῖς, *spiritualibus incantamentis*. Sed melius duo antiquissimi codices Coisl. et Med., quos in textu secuti sumus.

(73) Ἀεί. Deest in iisdem duobus codicibus.

(74) *Προθυμίᾳ*. Editi addunt καί, sed deest in plerisque mss. Ibidem tres codices ἀναχαυφίζον.

Digitized by Google

Deus [66]. Sed et præsidium ex precibus meis addebam, si qua ratione integrum tibi corpus et anima et spiritus posset citra reprehensionem in adventu Domini nostri Jesu Christi servari. At frustra hæc omnia in te laboravi, mihique amarus exstitit dulcium illorum laborum exitus, rursusque ingemendi necessitas ob eam, de qua gaudere me oportebat. Ecce enim decepta es a serpente amarulentius quam Eva. Corrupta est non mens tua solum, sed etiam una cum mente corpus tuum. Et horrendum illud quod et dicere pudet, nec tamen silere queo (est enim velut quidam ignis in ossibus meis accensus et ardens, resolvorque undique et non possum ferre), tollens utique membra Christi, membra fecisti meretricis [67]. Hoc unum ex omnibus malum nequit cum alio comparari : hoc novum est in vita facinus. *Pertransite*, inquit, *insulas Chettiim, et videte, et in Cedar mittite, et considerate vehementer, an facta sint talia, an permutarint gentes deos suos : et isti non sunt dii* [68]; virgo autem mutavit gloriam suam, ejusque gloria est in turpitudine sua. Obstupuit cœlum ob hoc, et inhorruit terra vehementius. Dicit etiam nunc Dominus : Duo mala perpetravit **138** virgo : me dereliquit verum animarum sanctarum sanctum sponsum, et confugit ad impium et iniquum animæ simul et corporis corruptorem [69]. Defecit a Deo servatore suo, et præbuit membra sua serva immunditiæ et iniquitati [70]. Oblita est autem mei, et post amatorem suum ibat [71], a quo non juvabitur.

πρὸς Ἰησοῦν ἀνακουφίζων, καὶ τῷ φόβῳ τοῦ δεινοῦ πρὸς τὸ μὴ πεσεῖν ἐβοήθουν, λέγων (75)· *Εἴ τις τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.* Καὶ δὴ καὶ τὴν ἐκ τῶν προσευχῶν μου προσετίθουν ἀσφάλειαν, εἴ πως ὁλόκληρόν σου (76) τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ καὶ τὸ πνεῦμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τηρηθείη. Ἀλλὰ γὰρ εἰκῇ ταῦτα πάντα κεκοπίακα εἰς σέ· καί μοι πικρὸν ἐξέβη τῶν γλυκέων ἐκείνων πόνων τὸ πέρας· καὶ στένειν ἀνάγκη πάλιν ἐφ' ᾗ ἔδει με χαίρειν. Ἰδοὺ γὰρ ἠπάτησαι μὲν ὑπὸ τοῦ ὄφεως τῆς Εὔας πικρότερον· ἔφθαρται δέ σοι οὐ τὰ νοήματα μόνον, ἀλλὰ γὰρ σὺν ἐκείνοις καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα· καὶ τὸ φρικῶδες ἐκεῖνο, ὃ καὶ εἰπεῖν ὀκνῶ, καὶ σιωπᾶν οὐ δύναμαι (ἔστι γὰρ ὡς πῦρ καιόμενον καὶ φλεγόμενον (77) ἐν τοῖς ὀστέοις μου, καὶ παρεῖμαι πάντοθεν, καὶ οὐ δύναμαι φέρειν), ἅρασα τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ πεποίηκας μέλη πόρνης. Τοῦτο μόνον ἐν πᾶσι κακὸν ἀσύγκριτον· τοῦτο καινὸν ἐν βίῳ τὸ τόλμημα. Ὅτι, *Διέλθετε*, φησὶ, *νήσους Χεττιείμ, καὶ ἴδετε· καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα, εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσὶ θεοί*· ἡ δὲ παρθένος ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτῆς (78), καὶ ἡ δόξα ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῆς. Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἡ γῆ ἐπὶ πλεῖον σφόδρα. Λέγει (79) καὶ νῦν ὁ Κύριος, ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ἡ παρθένος· ἐμὲ ἐγκατέλιπε τὸν ἀληθινὸν τὸν ἅγιον ψυχῶν ἁγίων νυμφίον, καὶ ἀπέδρα πρὸς ἀσεβῆ καὶ παράνομον ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος φθορέα. Ἀπέστη ἀπὸ Θεοῦ σωτῆρος αὐτῆς, καὶ παρέστησε τὰ μέλη αὐτῆς δοῦλα τῇ ἀκαθαρσίᾳ καὶ τῇ ἀνομίᾳ. Ἐμοῦ δὲ ἐπελάθετο, καὶ ὀπίσω τοῦ ἐραστοῦ αὐτῆς ἐπορεύετο, ἐξ οὗ οὐκ ὠφεληθήσεται.

4. Expediret ei ut mola asinaria circa collum ipsius posita fuisset, et in mare projectus esset, potius quam offendiculo fuisset virgini Domini [72]. Quis servus contumax ita insaniit, ut in herilem thorum se ipse injiceret? aut quis prædo eo amentiæ devenit, ut ipsa Dei donaria contingeret, non vasa inanimata, sed corpora viventia, et animam inhabitantem habentia factam ad imaginem Dei? Quis unquam auditus est in media civitate et serena meridie imagini regiæ formas immundorum porcorum inscribere ausus esse? Nuptias humanas si quis violaverit, immisericorditer, coram duobus aut tribus testibus, moritur. Quanto graviore sup-

4. Συνέφερεν (80) αὐτῷ εἰ μύλος ὀνικὸς περιέκειτο περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρριπτο εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ὅτι ἐσκανδάλισε τὴν παρθένον Κυρίου τις. Δοῦλος (81) αὐθάδης εἰς τοσοῦτον ἐμάνη, ὡς δεσποτικῇ κοίτῃ ἑαυτὸν ἐπιρρίψαι; ἢ ποῖος λῃστὴς ἐπὶ τοσοῦτον ἀπονοίας προήχθη, ὡς αὐτῶν ἐφάψασθαι τῶν τοῦ Θεοῦ ἀναθημάτων, οὐ σκευῶν ἀψύχων, ἀλλὰ σωμάτων ζώντων καὶ ψυχὴν ἔνοικον ἐχόντων κατ' εἰκόνα Θεοῦ πεποιημένην; Τίς ἀπ' αἰῶνος ἤκουσται ἐν μέσῃ πόλει καὶ σταθερᾷ μεσημβρίᾳ εἰκόνα βασιλικῇ χοίρων μορφὰς ἀκαθάρτων ἐπιγράψαι τολμήσας; Ἀθετήσας τις γάμον ἀνθρώπου, χωρὶς οἰκτιρμῶν, ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν, ἀποθνήσκει.

[66] I Cor. III, 17. [67] I Cor. VI, 15. [68] Jerem. II, 10, 11. [69] Ibid. 12, 13. [70] Rom. VI, 19. [71] Ose. II, 13. [72] Luc. XVII, 2.

(75) *Λέγων*. Huc transtulimus hanc vocem ex cod. Coisl. et Medic. Male in editis legebatur post φθείρει.

(76) *Ὁλόκληρόν σου*. Sex mss. ὁλόκληρόν σοι, sed tamen vetustissimi Coisl. et Med. cum editis consentiunt.

(77) *Φλεγόμενον*. Deest in sex mss., non tamen in Med. et Coisl. primo. Unus ex Regiis φλέγον. Paulo post auctoritate veterum codicum emendavimus quod vitiose in editis legebatur Ἅρασα γὰρ τὰ μέλη, et infra καὶ εἰ νοήσατε.

(78) *Αὐτῆς, καὶ ἡ δόξα*. Hæc desunt in octo mss., non tamen in Medicæo et Coisliniano primo.

(79) *Λέγει*. Editi addunt πάντως, sed melius desunt in Med. et Coisl. primo. Non multo post editi τῇ ἀνομίᾳ εἰς τὴν ἀνομίαν, et ἐπελάθετο, λέγει Κύριος. Primum additamentum abest a Coisl. primo et Med., alterum ab octo mss.

(80) *Συνέφερεν*. Ita omnes mss. Editi Συνέφερε δὲ καί.

(81) *Δοῦλος*. Editi addunt οὕτως, quod abest a mss. Deest etiam ibidem Κυρίου in Coisl. primo et Med.

Digitized by Google

Πόσῳ, δοκεῖτε (82), χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὴν αὐτῷ καθομολογηθεῖσαν νύμφην νοθεύσας, καὶ τὸ πνεῦμα τῆς παρθενίας καθυβρίσας; Ἀλλ' ἐβούλετο, φησὶν, ἐκείνη· καὶ οὐκ ἄκουσαν ἐβιασάμην (83) αὐτήν. Καὶ γὰρ ἡ δέσποινα ἡ ἄσωτος ἡ Αἰγυπτία αὐτὴ τῷ καλῷ Ἰωσὴφ ἐπεμάνη· ἀλλ' οὐκ ἐνίκησε τὴν ἀρετὴν τοῦ σώφρονος ἡ μανία τῆς ἀκολάστου, οὐδὲ, χερσὶν αὐτῆς βιαζομένης, πρὸς τὴν παρανομίαν ἐκεῖνος ἐβιάσθη. Ἀλλ' ἐκέκριτο ἐκείνῃ τοῦτο, φησὶ, καὶ οὐκέτι ἦν παρθένος· καὶ εἰ ἐγὼ μὴ ἐβουλόμην, πρὸς ἄλλον ἂν ἐφθάρη (84). Καὶ γὰρ τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, φησὶν, ἔδει παραδοθῆναι, ἀλλ' οὐαὶ δι' οὗ παρεδόθη· καὶ τὰ σκάνδαλα ἐλθεῖν ἀνάγκη, ἀλλ' οὐαὶ δι' οὗ ἔρχεται. A

plicio, putatis, dignus censebitur, qui Filium Dei viventis conculcavit, eique promissis obstrictam sponsam adulterio contaminavit, ac spiritum virginitatis contumelia affecit [73]. At illa, inquit, volebat, nec invitæ vim intuli. Sed et libidinosa illa Ægyptia domina pulchri Josephi amore insaniebat; verum non vicit virtutem pudici furor impudicæ, neque, illa manibus vim inferente, ad iniquitatem ille adactus. At illa hoc decreverat, inquit, nec amplius erat virgo; et si ego non voluissem, fuisset ab altero corrupta. Oportebat quidem et Filium hominis tradi: sed væ illi per quem traditus est [74]; atque scandala venire necesse est: sed væ illi per quem veniunt [75].

5. Ἐπὶ τούτοις (85), *Μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; Διὰ τί ἀπέστρεψέ μου παρθένος ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, καίτοιγε ἀκούσασα Χριστοῦ* (86) *τοῦ νυμφίου διὰ Ἱερεμίου λέγοντος· Καὶ ἔπα μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα· Πρός με ἀπόστρεψον· καὶ οὐκ ἀπέστρεψε. Μὴ ῥητίνη οὐκ ἔστιν ἐν Γαλαάδ; ἢ ἰατρὸς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ; Διὰ τί οὐκ ἀνέβη ἴασις θυγατρὸς λαοῦ μου;* Ἢ καὶ πολλὰ μὲν ἂν εὕροις ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ τοῦ κακοῦ ἀλεξήματα, πολλὰ δὲ ἐξ ἀπωλείας εἰς σωτηρίαν φάρμακα· τὰ περὶ θανάτου καὶ ἀναστάσεως μυστήρια (87), τὰ περὶ κρίσεως φοβερᾶς καὶ αἰωνίου κολάσεως ῥήματα· τὰ περὶ μετανοίας καὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων δόγματα· τὰ μυρία ἐκεῖνα τῆς ἐπιστροφῆς ὑποδείγματα· τὴν δραχμὴν, τὸ πρόβατον, τὸν υἱὸν τὸν καταφαγόντα τὸν βίον μετὰ τῶν πορνῶν, τὸν ἀπολ C ωλότα καὶ εὑρεθέντα (88), τὸν νεκρὸν καὶ πάλιν ἀναζήσαντα. Τούτοις χρησώμεθα (89) τοῦ κακοῦ ἀλεξήμασι, διὰ τούτων τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν ἰασώμεθα. Λάβε δὲ εἰς ἔννοιαν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν (οὐ γὰρ δὴ μόνη σὺ τὸν αἰῶνα βιώσεις), καὶ συνοχὴν, καὶ πνιγμὸν, καὶ θανάτου ὥραν, καὶ ἀπόφασιν Θεοῦ κατεπείγουσαν, καὶ ἀγγέλους ἐπισπεύδοντας, καὶ ψυχὴν ἐν τούτοις δεινῶς θορυβουμένην, καὶ ἁμαρτωλῷ συνειδότι πικρῶς μαστιγουμένην (90) καὶ πρὸς τὰ τῇδε ἐλεεινῶς ἐπιστρέφουσαν, καὶ ἀπαραίτητον τῆς μακρᾶς ἐκείνης ἀποδημίας ἀνάγκην. Διάγραψόν μοι τῇ διανοίᾳ τὴν τελευταίαν τοῦ κοινοῦ βίου καταστροφὴν, ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Ἥξει γὰρ, καὶ οὐ παρασιωπήσεται· ὅταν ἔλθῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, D

5. Ad hæc autem, *Nunquid qui cadit, non resurgit? aut qui se avertit, non convertitur* [76]? Cur avertit se virgo aversione impudenti, tametsi audivit Christum sponsum per Jeremiam dicentem: *Et dixi, postquam scortata fuit hæc omnia: Ad me revertere; et reversa non est* [77]. *Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? Quare non ascendit sanatio filiæ populi mei* [78]? Ac multa quidem reperias in divina Scriptura mali remedia, multa ex interitu ad salutem medicamenta, de morte atque resurrectione mysteria, de horrendo judicio deque æterno supplicio testimonia, de pœnitentia et venia peccatorum dogmata; innumera illa conversionis exempla, drachmam, oviculam, filium qui consumpserat res suas cum scortis, perditum et repertum, mortuum et rursus viventem. Utamur his mali remediis: per hæc animæ nostræ medeamur. Cogita autem diem extremam (siquidem **139** non tu sola sæculum æternum vives), anxietatem, suffocationem, mortis horam, urgentem Dei sententiam, festinantes angelos, animum interea graviter perturbatum, et conscientia peccatrice amare excruciatum, seque miserabiliter ad ea quæ hic sunt convertentem, ac ineluctabilem longæ illius peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua extremum communis vitæ finem, cum veniet Filius Dei in gloria sua cum angelis suis: *Veniet enim, et non silebit* [79]: nimirum quando veniet judicaturus vivos ac mortuos, atque unicuique secundum opus suum redditurus, quando tuba illa magnum quiddam ac horrendum sonans excitabit

[73] Hebr. x, 29. [74] Marc. xiv, 21. [75] Matth. xviii, 7. [76] Jerem. viii, 4. [77] Jerem. iii, 7. [78] Jerem. viii, 22. [79] Psal. xlix, 3.

(82) *Δοκεῖτε.* Sic mss. codices. Editi δοκεῖτε. Paulo post editi, Θεοῦ ζῶντος. Novem mss. ut in textu.

(83) *Ἐβιασάμην.* Deest αὐτήν in omnibus mss., si excipias duos vetustissimos.

(84) *Πρὸς ἄλλον ἂν ἐφθάρη.* Sic codices mss. novem. Editi πρὸς ἄλλου ἂν διεφθάρη.

(85) *Ἐπὶ τούτοις.* Editi addunt Πᾶσι δέ, sed hæc in novem desunt mss. In totidem codicibus desiderantur quæ in editis post ἐπιστρέφει leguntur: Οὐ γὰρ, εἴ τις πέπτωκεν, ὀφείλει καὶ κυλίεσθαι, *Non enim si quis cecidit, debet et volutari.*

(86) *Χριστοῦ.* Codices Combefisiani χρηστοῦ.

(87) *Μυστήρια.* Sic codices mss. octo. Editi μαρτύρια.

(88) *Καὶ εὑρεθέντα.* Ita novem mss. Editi καὶ πάλιν εὑρεθέντα. Illud, πάλιν, Coisl. primi et Med. auctoritate posuimus ante ἀναστήσαντα.

(89) *Χρησώμεθα.* Editio Paris. prima χρησάμεθα. Ibidem editi βοηθήμασι. Codices Coisl. primus et Medicæus ἀλεξήμασι. Ex iisdem legimus Λάβε δέ. Deest vocula δέ in editis.

(90) *Μαστιγουμένην.* Quatuor codices προμαστιγουμένην. Ibidem duo codices ὑποστρέφουσαν. Paulo post editi τῇ διανοίᾳ σου et μετὰ πάντων τῶν ἀγγέλων. Novem mss. ut in textu.

Digitized by Google

cos qui ab orbe condito dormierint, et procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ [80], qui vero mala, in resurrectionem judicii. Revoca tibi in memoriam Danieli oblatam Dei visionem, quomodo nobis ob oculos judicium ponat. *Aspiciebam*, inquit, *donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum quasi nix, et capillus capitis ejus quasi lana munda; rotæ ejus ignis ardens. Flumen ignis trahebat in conspectu ejus. Mille millia deserviebant ei, et dena millia denum millium assistebant ei. Judiciique locum constituit, et libri aperti sunt* [81]; bona, mala, manifesta, occulta, actiones, verba, cogitationes, omnia acervatim, ut ab omnibus et angelis et hominibus exaudiri possint, clare et aperte revelantes. Ad hæc quomodo affectos necesse est esse eos qui male vixerint? Ubi itaque anima illa abscondetur, quæ in oculis tot spectatorum subito visa fuerit dedecoris plena? Quali vero corpore infinita illa et intolerabilia perferet supplicia, ubi ignis inexstinctus, et vermis indesinenter puniens, et imum inferi tenebricosum et horrendum, et ululatus amari, et ejulatus ingens, et ploratus, et stridor dentium, et ubi mala finem non habent? Ab his post mortem liberari non datur, neque est industria ulla, neque ars effugiendi amara supplicia.

καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· ὅταν ἡ σάλπιγξ ἐκείνη, μέγα τι καὶ φοβερὸν ἠχήσασα, τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐξυπνίσῃ καθεύδοντας, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Μνήσθητι τῆς τοῦ Δανιὴλ θεοπτίας (91), ὅπως ἡμῖν ὑπ' ὄψιν ἄγει τὴν κρίσιν. *Ἐθεώρουν*, φησὶν, ἕως *ὅτου θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιών, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν·* τὰ καλὰ, τὰ φαῦλα, τὰ φανερὰ, τὰ κεκρυμμένα, τὰ πράγματα, τὰ ῥήματα, τὰ ἐνθυμήματα, τὰ πάντα ἀθρόως (92) εἰς ἐξάκουστον τοῖς πᾶσι καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις σαφῶς ἀνακαλύπτουσαι. Πρὸς ταῦτα ποταποὺς εἶναι ἀνάγκη τοὺς κακῶς βεβιωκότας; Ποῦ ἄρα ἡ ψυχὴ ἐκείνη καταδύσεται, ἡ ἐν ὄψεσι τοσούτων θεατῶν ἐξαίφνης ὀφθεῖσα αἰσχύνης ἀνάπλεως; Ποίῳ δὲ σώματι τὰς ἀπεράντους ἐκείνας καὶ ἀνυποίστους ὑποστήσεται μάστιγας, ὅπου πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀθάνατος κολάζων, καὶ πυθμὴν ᾅδου σκοτεινὸς καὶ φρικώδης, καὶ οἰμωγαὶ πικραὶ, καὶ ὀλολυγμὸς ἐξαίσιος, καὶ κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ πέρας οὐκ ἔχει τὰ δεινά. Τούτων οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγὴ μετὰ θάνατον, οὐδέ τις ἐπίνοια, οὐδὲ μηχανὴ τοῦ διεκδῦναι τὰ πικρὰ κολαστήρια.

6. Hæc nunc vitare licet. Dum autem licet, erigamus nosmetipsos ex casu, neque de nobis ipsi desperemus, si a malis discesserimus, Jesus Christus venit in mundum peccatores salvos facturus. *Venite, adoremus et procidamus ante illum, et ploremus coram ipso* [83]. Verbum vocans nos ad pœnitentiam, clamat ac vociferatur: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos* [84]. Est igitur via salutis, si modo velimus. Deglutivit mors prævalens: sed probe scito, Deum rursum abstulisse lacrymam omnem ab omni facie pœnitentium [85]. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis* [86]. Non mentitur cum dicit: *Si fuerint peccata vestra quasi phœniceum, sicut nivem dealbabo: si vero fuerint ut coccinum, sicut lanam dealbabo* [87]. Paratus est magnus ille animarum medicus morbum tuum sanare; qui non tui solius, sed eorum omnium, qui peccato in servitutem addicti sunt, promptus est liberator. **140** Verba illius sunt: dulce illud ac salutare os dixit: *Non opus habent valentes medico, sed male habentes. Non veni ad vocandum justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [88]. Quænam ergo tua excusatio est, aut alterius cujusvis, cum

6. Ταῦτα φεύγειν ἔξεστι νῦν. Ἕως ἔξεστιν, ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ πτώματος ἀναλάβωμεν, μηδὲ ἀπελπίσωμεν ἑαυτῶν (93), ἐὰν ἀναλύσωμεν ἀπὸ τῶν κακῶν. Ἰησοῦς Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι. *Δεῦτε, προσκυνήσωμεν καὶ προσπέσωμεν αὐτῷ, καὶ κλαύσωμεν ἔναντίον αὐτοῦ.* Ἡμᾶς ἐπὶ μετάνοιαν καλῶν ὁ Λόγος βοᾷ καὶ κέκραγε· *Δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς* (94). Ἔστιν οὖν ὁδὸς σωτηρίας, ἐὰν θέλωμεν. Κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, ἀλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι πάλιν ἀφεῖλεν ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου τῶν μετανοούντων. *Πιστὸς Κύριος ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ.* Οὐ ψεύδεται εἰπών (95)· *Ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ.* Ἕτοιμός ἐστιν ὁ μέγας τῶν ψυχῶν ἰατρὸς ἰάσασθαί σου τὸ πάθος, ὃς οὐδὲ (96) μονωτάτης, ἀλλὰ πάντων τῶν δεδουλωμένων τῇ ἁμαρτίᾳ ἐστὶν ἕτοιμος ἐλευθερωτής. Ἐκείνου ῥήματά ἐστιν· ἐκεῖνο τὸ γλυκὺ καὶ σωτήριον στόμα εἶπεν· *Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλὰ οἱ κακῶς ἔχοντες. Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν* (97).

[80] Joan. v, 29. [81] Dan. vii, 9, 10. [82] Psal. xciv, 6. [83] Matth. xi, 28. [84] Isa. xxv, 8. [85] Psal. cxlv, 13. [86] Isa. i, 18. [87] Matth. ix, 12, 13.

(91) *Θεοπτίας.* Editi θεοπτείας... Ἕως, φησὶν, ἐθεώρουν ὅτε οὖ. Codices mss. omnes ut in textu.

(92) *Τὰ πάντα ἀθρόως.* Sic magno consensu mss. Editi ταῦτα πάντα φανερῶς.

(93) *Ἑαυτῶν.* Ἑαυτοὺς Coisl. primus.

(94) *Δεῦτε... ὑμᾶς.* Hæc desunt in octo mss. in quibus sic legitur: κέκραγεν Ἔστιν ὁδός.

(95) *Εἰπών.* Editi addunt articulum, sed deest in mss.

(96) *Ὃς οὐδὲ... ἐλευθερωτής.* Hæc desunt in octo codicibus.

(97) *Εἰς μετάνοιαν.* Statim in sex codicibus βούλεται Κύριος, cæteris omissis.

Digitized by Google

Τίς οὖν ἐστί σοι πρόφασις, ἢ τινι ἄλλῳ, ταῦτα αὐτοῦ A hæc ipse clamet? Vult Dominus purgare te a doloris plaga, ac post tenebras tibi lumen ostendere. Quærit te pastor bonus, ovibus quæ non erravere, derelictis. Te ipsa si dedideris, non cunctabitur, neque dedignabitur te suis ipsius humeris portare, lætus quod ovem suam perditam invenerit. Stat pater, ac exspectat tuum ab errore reditum. Revertere tantummodo, teque longe adhuc stante, accurrens cadet in collum tuum, et amicis amplexibus jam pœnitentia expurgatam complectetur. Quinetiam stola prima animam induet, homine vetere cum operibus suis exutam, annulumque manibus mortis sanguine ablutis circumponet, et calceos dabit pedibus a via mala ad cursum evangelii pacis conversis. Atque lætitiæ ac gaudii diem annuntiabit suis tum angelis tum hominibus, ac omnibus modis salutem tuam celebrabit. Ait enim: *Amen dico vobis, quod gaudium est in cœlo coram Deo, super uno peccatore pœnitente* [88]. Quod si quispiam ex iis qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumpta es; ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens: Lætandum est et gaudendum, quia hæc filia mea mortua erat, et revixit, et deperdita erat, et inventa est [89].

ἢ ζητεῖ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ καταλιπὼν τὰ μὴ πεπλανημένα. Ἐὰν ἐπιδῷς σεαυτὴν, οὐκ ὀκνήσει, οὐδ' ἀπαξιώσει σε (98) ὁ φιλάνθρωπος ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσαι τῶν ἰδίων, χαίρων, ὅτι εὗρεν αὐτοῦ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλός. Ἕστηκεν ὁ πατὴρ, καὶ ἀναμένει τὴν σὴν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπάνοδον. Μόνον ἀνάλυσον, καὶ ἔτι σου μακρὰν οὔσης, προσδραμὼν ἐπιπεσεῖται ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ φιλικοῖς ἀσπασμοῖς περιπλέξεται τὴν ὑπὸ τῆς μετανοίας ἤδη κεκαθαρμένην. Καὶ στολὴν ἐνδύσει, τὴν πρώτην, ψυχὴν (99) ἀπεκδυσαμένην τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς αὐτοῦ πράξεσι· καὶ περιθήσει δακτύλιον χερσὶν ἀποπλυναμέναις τοῦ θανάτου τὸ αἷμα, καὶ ὑποδήσει πόδας ἀποστρέψαντας ἀπὸ ὁδοῦ κακῆς πρὸς τὸν δρόμον τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. Καὶ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἡμέραν καταγγελεῖ τοῖς ἰδίοις καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις, καὶ παντὶ τρόπῳ τὴν σὴν ἑορτάσει σωτηρίαν. Ἀμὴν γὰρ λέγω, φησὶν, ὑμῖν, ὅτι χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Κἂν ἐγκαλέσῃ τις τῶν ἑστώτων ἢ δοκούντων, ὅτι ταχὺ προσελήφθης· αὐτὸς ὁ ἀγαθὸς πατὴρ ὑπὲρ σοῦ ἀπολογήσεται λέγων, Εὐφρανθῆναι δεῖ καὶ χαρῆναι, ὅτι αὕτη ἡ θυγάτηρ μου νεκρὰ ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλυῖα, καὶ εὑρέθη.

B suis tum angelis tum hominibus, ac omnibus modis salutem tuam celebrabit. Ait enim: *Amen dico vobis, quod gaudium est in cœlo coram Deo, super uno peccatore pœnitente* [88]. Quod si quispiam ex iis qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumpta es; ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens: Lætandum est et gaudendum, quia hæc filia mea mortua erat, et revixit, et deperdita erat, et inventa est [89].

[88] Luc. xv, 7. [89] ibid. 32.

(98) Ἀπαξιώσει σε. Voculam addidimus ex mss. textu

(99) Ψυχὴν Editi τὴν ψυχήν σου. Mss. ut in

CLASSIS SECUNDA

Epistolæ quas S. Basilius episcopus scripsit ab anno 370 ad annum 378.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΖ'.

EPISTOLA XLVII[a].

Gregorius Theologi pater Eusebium Samosatensem, misso Eustathio diacono, invitat ad electionem episcopi Cæsariensis ut eo adjuvante Basilius eligi possit.

Γρηγορίῳ (1) *ἑταίρῳ.*

Gregorio sodali.

C

Τίς δώσει μοι πτέρυγας ὡσεὶ περιστερᾶς; ἢ πῶς ἀναπαυσθῇ μου τὸ γῆρας, ὥστε με δυνηθῆναι διαβῆναι πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, καὶ τόν τε πόθον ὃν ἔχω ἐφ' ὑμῖν ἀναπαῦσαι, καὶ τὰ λυπηρὰ τῆς ψυχῆς διηγήσασθαι, καὶ δι' ὑμῶν εὑρέσθαι τινὰ παραμυθίαν τῶν θλίψεων; Ἐπὶ γὰρ τῇ κοιμήσει τοῦ μακαρίου Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου φόβος ἡμᾶς κατ-

Quis dabit mihi alas sicut columbæ [90]? aut quomodo senium meum renovetur, ut ad dilectionem vestram transire, et meum vestri desiderium exsatiare possim, et molestias animi narrare, et a vobis aliquod afflictationum levamen consequi? Nam mortuo beato episcopo Eusebio, metus nos cepit haud parvus, ne forte qui aliquando Ecclesiæ me-

[90] Psal. LIV, 7.

(1) *Γρηγορίῳ.* Hic titulus sic habetur in codicibus Vat., Med. et Coisl. primo: Γρηγορίῳ ἑταίρῳ περὶ τῆς κοιμήσεως Εὐσεβίου τοῦ ἐπισκόπου· καὶ ὅτι χρὴ πρὸ ὀφθαλμῶν τὸν εἰς τὴν ἐπισκοπὴν ἐπιτήδειον, *Gregorio sodali de obitu Eusebii episcopi; et quod habet præ oculis virum ad episcopale munus idoneum*... Legi non potest attentius hæc epistola, quin eam non a Basilio, sed potius de Basilio scriptam esse pateat. Plures tamen decepit titulus; at hodie inter eruditos fere convenit eam a Gregorio patre, filii manu, ad Eusebium Samosatensem scriptam fuisse. Nam senem se esse declarat auctor epistolæ et in Cappadocia episcopum, ut qui litteris cleri ad electionem episcopi, et Ecclesiæ Cæsariensis defensionem invitatus fuerit. Is autem ad quem scribit et eadem dignitate præditus erat, et laboribus pro Ecclesia susceptis clarus, et amicus Basilio, nec Cappadociæ vicinus. Omnia in Eusebium Samosatensem mirifice conveniunt, quem Basilii ordinationi scimus interfuisse.

[a] Alias IV. Scripta anno 370.

Digitized by Google

tropolis nostræ insidiati sunt, eamque hæreticis zizaniis complere voluerunt, nunc occasionem nacti, satam multo labore in hominum animis pietatem **141** pravis suis doctrinis eradicent, ejusque scindant unitatem : quod et in multis Ecclesiis factitarunt. Postquam autem et cleri litteræ ad nos venerunt, exhortantes ut ne ejusmodi tempore despiciamus ; circumspiciens quoquoversum, recordatus sum vestræ charitatis rectæque fidei, et studii quod semper in Ecclesias Dei adhibetis. Atque ea de causa misi dilectum Eustathium condiaconum, qui vestram gravitatem adhortetur, exprekque ut exantlatis omnibus pro Ecclesiis laboribus hunc quoque addatis, simulque senium meum vestro recreetis congressu, ac percelebrem sanæ Ecclesiæ pietatem instauretis, præficientes ei una nobiscum (si modo digni habeamur, qui vobiscum opus bonum adjuvemus) pastorem secundum Domini voluntatem, qui possit ipsius populum gubernare. Habemus enim ob oculos virum, nec vobis ignotum : quem si obtinere possumus, scio acquisituros nos magnam apud Deum fiduciam, atque in populum, qui nos advocavit, beneficium maximum collaturos. Sed iterum atque sæpius rogo, ut omni deposita segnitie occurratis et hiemis difficultates antevertatis.

ἐλαβεν οὐ μικρὸς, μήποτε οἱ ποτὲ ἐφεδρεύοντες (2) τῇ ἐκκλησιᾳ τῆς μητροπόλεως ἡμῶν, καὶ βουλόμενοι αὐτὴν αἱρετικῶν ζιζανίων πληρῶσαι, καιροῦ νῦν λαβόμενοι, τὴν πολλῷ καμάτῳ κατασπαρεῖσαν ἐν ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀνθρώπων εὐσέβειαν ταῖς παρ' ἑαυτῶν πονηραῖς διδασκαλίαις ἐκριζώσωσι, καὶ ταύτης τὴν ἑνότητα κατατέμωσιν · ὅπερ καὶ ἐπὶ πολλῶν Ἐκκλησιῶν πεποιήκασιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γράμματα πρὸς ἡμᾶς ἀφίκετο τοῦ κλήρου, παρακαλοῦντα μὴ παροφθῆναι ἐν καιρῷ τοιούτῳ, περιβλεψάμενος ἐν κύκλῳ ἐμνήσθην τῆς ὑμετέρας ἀγάπης, καὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ τοῦ ζήλου ὃν ἔχετε ἀεὶ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ. Καὶ τούτου ἕνεκεν ἀπέστειλα τὸν ἀγαπητὸν Εὐστάθιον τὸν συνδιάκονον, παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν σεμνοπρέπειαν, καὶ δυσωπῆσαι πᾶσι τοῖς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν καμάτοις καὶ τὸν παρόντα ἐπιθεῖναι · κάμοῦ τε τὸ γῆρας τῇ συντυχίᾳ ἀναπαῦσαι · καὶ τῇ ὀρθῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν περιβόητον εὐσέβειαν διορθώσασθαι, δόντας αὐτῇ μεθ' ἡμῶν (εἰ ἄρα καταξιωθείημεν συναντιλαβέσθαι ὑμῖν τοῦ ἀγαθοῦ ἔργου) ποιμένα κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Κυρίου, δυνάμενον διευθῦναι τὸν λαὸν αὐτοῦ. Ἔχομεν γὰρ (3) πρὸ ὀφθαλμῶν ἄνδρα ὃν οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε · οὗ εἰ καταξιωθείημεν ἐπιτυχεῖν, οἶδα ὅτι μεγάλην παῤῥησίαν πρὸς τὸν Θεὸν κτησόμεθα, καὶ τῷ ἐπικαλεσαμένῃ ἡμᾶς λαῷ μεγίστην εὐεργεσίαν καταθησόμεθα. Ἀλλὰ παρακαλῶ (4) καὶ πάλιν καὶ πολλάκις, πάντα ὄκνον ὑπερθεμένους ἅπαντῆσαι καὶ προλαβεῖν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ.

EPISTOLA XLVIII'.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΗ.

Hiemem excusat Basilius cur non scripserit. Mittit epistolas Antiochia allatas. Narrat de Demophilo simulacrum pietatis et rectæ fidei præ se ferente, et de episcoporum, post egressum Eusebii, adventu et schismatico animo. Rogat ut revisat vere ineunte.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Vix nacti sumus qui litteras ad tuam pietatem deferret, siquidem nostri homines ita hiemem exhorrescunt, ut ne paululum quidem ex ædibus prospicere velint. Nam tanta nivium copia abluti sumus, ut cum ipsis ædibus cooperti jam duos menses in speluncis latitemus. Prorsus itaque nobis ignosces,

Μόλις ἡμῖν ὑπῆρξεν ἐπιτυχεῖν διακόνου γραμμάτων πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν · ἐπεὶ οἵγε παρ' ἡμῖν οὕτω κατέπτηξαν τὸν χειμῶνα, ὡς μηδὲ τὸ μικρότατον προκύπτειν τῶν δωματίων ἀνέχεσθαι. Καὶ γὰρ τοσούτῳ πλήθει χιόνων κατενίφημεν, ὡς αὐτοῖς οἴκοις καταχωσθέντες (5) δύο μῆνας ἤδη ταῖς κατα-

Alias CCLIV. Scripta initio episcopatus.

(2) *Ἐφεδρεύοντες.* Indicat Gregorius structas ab Arianis insidias Ecclesiæ Cæsariensi anno 365, cum Valens in hanc urbem venit cum suo Arianorum episcoporum comitatu. Tunc Basilius, qui se in solitudinem pacis tuendæ causa receperat, ad succurrendum episcopo suo advolavit, omnibus rebus Ecclesiæ utilitati posthabitis, ac præclarum illum triumphum reportavit, de quo Gregorius orat. 20, p. 39.

(3) *Ἔχομεν γάρ.* Sic quatuor antiqui codices et editio Haganoensis. Editi ἔχομεν μέν.

(4) *Ἀλλὰ παρακαλῶ*, etc. Minime mirum quod Eusebius in remotam provinciam ad electionem episcopi vocetur. Nam, cum unus sit episcopatus, et unus grex, sæpe incidunt tempora ejusmodi, ut curam suam et sollicitudinem episcopi exteris Ecclesiis debeant. Ut hæream in exemplo Eusebii Samosatensis, nemini sanctus ille martyr in hoc genere concessit, ac in variis Ecclesiis presbyteros et diaconos, atque etiam episcopos magno Ecclesiæ commodo ordinavit, ut testatur Theodoretus *Hist.* lib. IV, c. 13. Ex hac autem epistola et nonnullis aliis ejusdem Gregorii, et ex laboribus, quos a patre Basilii causa susceptos narrat in orationibus 19 et 26, facile perspicimus episcopos electionum otiosos spectatores non fuisse, sed plurimas earum partes conciliando et adhortando sustinuisse. Quin etiam electio interdum penes episcopos erat ; et cum varia essent plebis ac cleri studia, ut in Basilii electione contigit, tunc ea pars vincebat cui major favebat episcoporum numerus. Hinc eum ad canonicam Basilii electionem deesset unius episcopi suffragium, Gregorius Nazianzi episcopus quamvis senio ac morbo confectus, Cæsaream advolavit, *ut electionem calculo suo adjuvaret*, βοηθήσων τῇ ψήφῳ, Greg. Naz., orat. 19, p. 311, et 20, p. 343.

(5) *Καταχωσθέντες.* Ita mss. sex. Editi et tres vetustissimi codices Harl., Med. et Coisl. primus habent καταχωσθέντας. Quod quidem mirari subit. Nam sæpe alias in ejusmodi locis codices recentiores accusativum, vetustissimi nominativum habent. Quare satius visum est eam scripturam retinere cui sex codices hoc loco, tres vetustissimi in aliis locis suffragantur. Paulo ante in tribus vetustissimis codicibus legitur τῶν δομάτων.

Digitized by Google

βίαστον ἐμφωλεύειν. Συγγνώσῃ οὖν παντως ἡμῖν, τό τε ἀτολμον τῶν Καππαδοκικῶν (6) ἠθῶν, καὶ τὸ τῶν σωμάτων δυσκίνητον ἐπιστάμενος, εἰ μὴ θᾶττον ἐπεστείλαμεν, μηδ' εἰς γνῶσιν ἠγάγομεν τῇ τιμιότητί σου τὰ ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας, ἃ πάντως μὲν γνωρίζειν σε ἴσως ἐστι καὶ ψυχρὸν, πάλαι μεμαθηκότι, ὡς τὸ εἰκός· πλὴν ἀλλ' οὐδὲν ἡγούμενοι πρᾶγμα καὶ τὰ γνωσμένα σημαίνειν, ἀπεστείλαμεν τὰς διὰ τοῦ ἀναγνώστου κομισθείσας ἐπιστολάς. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τούτων. Ἡ δὲ Κωνσταντινούπολις ἔχει τὸν Δημόφιλον πολὺν ἤδη χρόνον (7), ὡς καὶ αὐτοὶ οὗτοι ἀπαγγελοῦσι, καὶ προκεκήρυκται πάντως τῇ ὁσιότητί σου. Καίτι περὶ αὐτὸν πλάσμα ὀρθότητος καὶ εὐλαβείας παρὰ πάντων συμφώνως τῶν ἀφικνουμένων ἀκούεται, ὡς καὶ τὰ διεστῶτα τῆς πόλεως μέρη εἰς αὐτὸν συνελθεῖν, καὶ τῶν πλησιοχώρων τινὰς ἐπισκόπων τὴν ἕνωσιν καταδέξασθαι. Οἱ δὲ ἡμέτεροι οὐδὲν μείονας ἐφάνησαν τῶν ἐλπίδων. Ἐπιστάντες γὰρ εὐθὺς κατὰ πόδας τῆς ὑμετέρας ἐξόδου, πολλὰ μὲν εἶπον λυπηρὰ, πολλὰ δὲ ἐποίησαν, καὶ τέλος ἀνεχώρησαν, βεβαιώσαντες ἡμῖν τὸ σχίσμα. Εἰ μὲν οὖν τι μέλλεται βέλτιον, καὶ εἰ παύσονται τῆς κακίας, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ Θεῷ (8). Τὰ μὲν οὖν παρόντα τοιαῦτα. Ἡ δὲ λοιπὴ Ἐκκλησία εὐσταθεῖ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ εὔχεται ὁμοῦ τῷ ἦρι ἰδεῖν σε πάλιν ἐπὶ τὰς ἡμετέρας, καὶ ἀνανεωθῆναι διὰ τῆς ἀγαθῆς σου διδασκαλίας. Κἀμοὶ δὲ τὸ σῶμα οὐδὲν ἄμεινον τῆς συνηθείας ἔχει.

A cum et Cappadocum animi timiditatem, et corporum torporem noveris, si citius non scripsimus, neque fecimus præstantiam tuam eorum quæ Antiochia allata sunt certiorem : quæ quidem omnino tibi nota facere rancidum est et frigidum, ut qui dudum didiceris, ut verisimile est; sed tamen nihil incommodi esse existimantes, etiam cognita significare, misimus allatas per lectorem epistolas. Ac de his quidem hactenus. Constantinopolis autem jamdudum habet Demophilum, ut et illi ipsi narrabunt, atque ut procul dubio jam prius sanctitati tuæ nuntiatum est. Ac de illo quidem simulacrum quoddam rectæ fidei et pietatis ab omnibus advenientibus, **142** summo consensu jactatur, adeo ut etiam dissidentes civitatis partes coaluerint in B unum, atque ex vicinis episcopis nonnulli conjunctionem amplexi sint. Nostri autem spe et exspectatione non exstitere meliores. Nam cum statim post egressum tuum advenissent, multa quidem tristia dixere, multa etiam fecere, ac tandem discesserunt firmato nobis schismate. Utrum autem melius aliquid futurum sit, atque utrum ab improbitate discessuri sint, nemini nisi Deo compertum est. Itaque res præsentes sunt ejusmodi. Ecclesia autem reliqua per Dei gratiam præclare stat, teque exoptat, simul ac ver prodierit, iterum apud nos videre, et per bonam tuam doctrinam renovari. Mihi autem corpus solito melius non se habet.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΘ'.

EPISTOLA XLIX*.

Basilius gratias agit Arcadio, qui conceptam a se de eo spem significaverat. Promittit ei Basilius martyrum reliquias, ad ecclesiam ab ipso constructam, si quas reperire possit.

Ἀρκαδίῳ ἐπισκόπῳ.

Arcadio episcopo.

C

Εὐχαρίστησα τῷ ἁγίῳ Θεῷ, γράμμασιν ἐντυχὼν τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, καὶ εὔχομαι αὐτός τε τῆς ἐλπίδος, ἣν ἔχετε ἐφ' ἡμῖν, ἄξιος εἶναι, καὶ ὑμᾶς τὸν ἐν τῇ τιμῇ ἡμῶν, ἣν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ τιμᾶτε ἡμᾶς, μισθὸν τέλειον κομίσασθαι. Ὑπερήσθημεν δὲ, ὅτι καὶ, μέριμναν πρέπουσαν Χριστιανῷ ἀναλαβόντες, εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ οἶκον ἠγείρατε, καὶ ἠγαπήσατε ὡς ὄντι, κατὰ τὸ γεγραμμένον, εὐπρέπειαν οἴκου Κυρίου, εὐτρεπίσαντες ἑαυτοῖς τὴν οὐράνιον (9) σκηνὴν τὴν ἡτοιμασμένην ἐν τῇ ἀναπαύσει τοῖς ἀγαπῶσι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Ἐὰν δὲ δυνηθῶμεν εὑρεῖν καὶ λείψανα μαρτύρων, εὐχόμεθα καὶ αὐτοὶ συμβουλίαν γενέσθαι ὑμῶν τῇ σπουδῇ. Εἰ γὰρ εἰς μνημόσυνον σοὶ ἔσται δίκαιος, κοινωνοὶ (10) ἐσόμεθα, δηλονότι τῆς ἀγαθῆς μνήμης τῆς δοθησομένης ὑμῖν παρὰ τοῦ Κυρίου.

Gratias egi Deo sancto lectis pietatis tuæ litteris, precorque ut et ego ea spe, quam de me concepisti, dignus sim, et tu honoris, quem mihi habes in nomine Domini Jesu Christi, mercedem perfectam referas. Valde autem lætatus sum, quod curam Christiano dignam suscipiens, domum ad gloriam nominis Christi construxeris, ac vere dilexeris, sicut scriptum est [99], decorem domus Domini : tibi ipsi præparans cœlestem mansionem, destinatam in requie diligentibus nomen Christi. Quod si reliquias martyrum investigare possim, cupio et ipse studii tui adjutor esse. Nam si in memoria æterna erit justus [99*], profecto bonæ illius memoriæ, quam tibi sanctus impertiet, erimus participes.

[99] Psal. xxv, 8. [99*] Psal. cxi, 7.

(6) *Καππαδοκικῶν*. Ita Harl., Coisl. primus, Par. primus, Claromont. et Bigot. alter. Editi Καππαδοκῶν.

(7) *Πολὺν ἤδη χρόνον*. Harl. et Med. cum duob. aliis πολὺς ἤδη χρόνος. Paulo post legitur ἀπαγγέλλουσι in codicibus Harl. et Coisl. primo.

(8) *Πλὴν ἢ τῷ Θεῷ*. Coisl. uterque et unus ex regiis πλὴν εἰ τῷ Θεῷ.

(9) *Οὐράνιον*. Sic Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi οὐρανίαν.

(10) *Κοινωνοί*. Ante hanc vocem editi addunt καί, sed hæc conjunctio abest ab omnibus mss. quos in hanc epistolam habuimus, nempe a Med., Coisl. utroque, Vat et Reg. secundo.

* Alias CCCCVIII Scripta initio episcopatus

EPISTOLA L*.

Basilius gratias agit episcopo cuidam ætate et virtute venerando, qui prior ad eum scripserat adhortandi causa.

Innocentio episcopo.

Eccui alii conveniebat et timidis fiduciam addere, et dormientes excitare, nisi tuæ domini mei pietati: qui tuam in omnibus rebus perfectionem in hoc quoque declarasti, quod te etiam ad nos humiles demittere volueris, ut germanus discipulus illius qui dixit: *Illic sum in medio vestri*, non tanquam recumbens, sed *tanquam ministrans*[91]. Nam et ipse dignatus es nobis ministrare spiritualem tuam lætitiam, atque venerandis tuis litteris animos nostros recreare, et velut puerorum infantiam ulnis tuæ magnitudinis amplecti. Precare igitur (bonum tuum animum rogamus), ut digni simus qui a **143** vobis magnis viris adjuvemur, et os ac sapientiam accipiamus, ut vobis audeamus Spiritum sanctum ducem habentibus succinere: cujus te amicum ac glorificatorem esse audientes, magnas ob illam tuam firmam ac stabilem in Deum dilectionem gratias agimus, orantes ut pars nostra cum veris adoratoribus inveniatur, inter quos et tuam perfectionem reperiri persuasum habemus, et magnum illum et verum episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit, Dominum rogamus.

A

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ν'.

Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ (11).

Καὶ τίνι ἄλλῳ ἔπρεπε καὶ δειλοῖς θάρσος ἐμποιεῖν, καὶ καθεύδοντας διυπνίζειν, ἢ τῇ σῇ τοῦ ἡμετέρου δεσπότου θεοσεβείᾳ, ὃς τὴν ἐν πᾶσι σεαυτοῦ τελειότητα καὶ ἐν τούτῳ ἐγνώρισας, τῷ καταδέξασθαι καὶ ἡμῖν τοῖς ταπεινοῖς συγκαταβῆναι, ὡς ἀληθινὸς μαθητὴς τοῦ εἰπόντος, ὅτι *Ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν*, οὐχ ὡς ὁ ἀνακείμενος, ἀλλ' ὡς ὁ *διακονῶν*. Κατηξίωσας γὰρ καὶ αὐτὸς διακονῆσαι ἡμῖν τὴν σὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην, καὶ τοῖς τιμίοις (12) ἑαυτοῦ γράμμασιν ἀναλαβεῖν ἡμῶν τὰς ψυχάς, καὶ ὥσπερ παίδων νηπιότητα τῷ ἑαυτοῦ μεγέθει προσαγκαλίσασθαι. Εὔχου οὖν (δεόμεθά σου τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς) ἀξίους ἡμᾶς εἶναι καὶ ὑποδέχεσθαι τὰς παρὰ τῶν μεγάλων ὑμῶν ὠφελείας, καὶ λαμβάνειν στόμα καὶ σοφίαν εἰς τὸ τολμᾷν ἀντιφθέγγεσθαι ὑμῖν, τοῖς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀγομένοις· οὗ φίλον σε εἶναι καὶ δοξαστῆρα ἀληθινὸν ἀκούοντες, μεγάλην ἐπὶ τῇ στερρᾷ σου καὶ ἀκλινεῖ περὶ τὸν Θεὸν ἀγάπῃ τὴν χάριν ὁμολογοῦμεν· εὐχόμενοι (13) μετὰ τῶν ἀληθινῶν προσκυνητῶν εὑρεθῆναι ἡμῶν τὸ μέρος, ἐν οἷς πεπείσμεθα εἶναι καὶ τὴν σὴν τελειότητα, καὶ τοῦ μεγάλου καὶ ἀληθινοῦ ἐπισκόπου τοῦ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τοῦ ἰδίου πληρώσαντος θαύματος, τοῦ Κυρίου δεόμεθα.

C

EPISTOLA LI**

Refellit Basilius afflictam sibi calumniam, quod Dianium Cæsariensem anathematizasset. Fatetur se doluisse, quod formulæ Constantinopoli a Georgio aliatæ subscripsisset; sed tumen ad ejus communionem accessisse, postquam ab ægrotante accersitus, nihil eum contra Nicænam fidem sibi proposuisse cognovit.

Bosporio episcopo.

1. Quomodo putas animum meum vulneratum fuisse auditione illius calumniæ, qua me asperserunt nonnulli ex hominibus non metuentibus Judicem perditurum omnes, qui loquuntur mendacium[92]? Ita ut noctem totam ob dilectionis tuæ verba pene insomnem transegerim: adeo medium cor meum tetigerat mœror. Revera enim secundum Salomonem[93], calumnia virum humiliat: nec quisquam ita obduruit et percalluit, ut animo non moveatur, et humi non sternatur, si in ora incidat ad mendacium proclivia. At enim necesse est om-

D

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΝΑ'.

Βοσπορίῳ ἐπισκόπῳ.

1. Πῶς μου, οἶει, τὴν ψυχὴν ὠδύνησεν ἡ ἀκοὴ τῆς συκοφαντίας ἐκείνης, ἣν κατέχεόν μου (14) τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κριτὴν ὃς ἀπολεῖ πάντας τοὺς λαλοῦντας τὸ ψεῦδος; Ὥστε πᾶσαν τὴν νύκτα ἐπὶ τοῖς ῥήμασι τῆς ἀγάπης σου, ὀλίγου δεῖν ἄϋπνος (15) διαμεῖναι· οὕτω μέσης ἥψατό μου καρδίας ἡ λύπη. Ὄντως γὰρ, κατὰ τὸν Σολομῶντα, συκοφαντία ἄνδρα ταπεινοῖ· καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀναίσθητος, ὡς μὴ παθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ καταπεσεῖν εἰς γῆν, στόμασι πρὸς ψευδολογίαν εὐκόλοις ῥαπεσών (16). Ἀλλὰ γὰρ ἀνάγκη πάντα στέγ

[91] Luc. XXII, 27. [92] Psal. V, 7. [93] Eccle. VII, 8.

* Alias CCCCIX. Scripta initio episcopatus.
** Alias LXXXVI. Scripta initio episcopatus.

(11) *Ἰννοκεντίῳ ἐπισκόπῳ*. Editi addunt Ῥωμης, nec aliter in omnibus nostris codicibus mss., in quo manifestus est error librariorum, cum constat Damasum, non Innocentium tunc Romæ præfuisse. Sed hoc erratum alio absurdiore emendat Combefisius, qui hanc epistolam ad Innocentium tunc Ecclesiæ Romanæ presbyterum suspicatur scriptam fuisse, et *magnum illum et verum episcopum, qui totum orbem suis miraculis complevit*, Damasum interpretatur. Videtur illusisse librariis cum Innocentii nomen, quo nomine appellatum sciebant celeberrimum Romæ episcopum; tum etiam quod idem Innocentius in epistola 81 dicitur magnæ urbi præfuisse. Sæpe enim Roma apud antiquos μεγαλόπολις, *magna urbs*, vocatur.

(12) *Καὶ τοῖς τιμίοις*. Editi ἦν καὶ τοῖς τιμ Sed hæc vocula non reperitur in mss.

(13) *Εὐχόμενοι*. Ita mss. quinque, nempe Coisl. uterque et duo Regii. Plures in hanc epi lam non habuimus. Editi εὐχόμεθα.

(14) *Κατέχεόν μου*. Ita Med., Harl. et Coisl. mus. Editi κατέχεάν μου.

(15) *Ἄϋπνος*. Sic Medicæus cod. et prima m Harlæanus; quæ scriptura satis congruit stylo silii, ac forte hoc loco a librariis nimio grau ticæ studio mutata est. In hac ipsa epistola ἀγνοεῖν αὐτός. Editi ἄϋπνον.

(16) *Παραπεσών*. Reg. secundus et Coisl. se dus περιπεσών. Ibidem editi στόμασιν εἰς ψευ γίαν. Tres antiquissimi codices ut in textu.

Digitized by Google

πάντα ὑπομένειν, τὴν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐκδίκησιν ἐπιτρέψαντες (17) τῷ Κυρίῳ, ὃς οὐ περιόψεται ἡμᾶς· εἰδὼς *Ὁ συκοφαντῶν πένητα παροξύνει τὸν κτίσαντα αὐτόν*. Οἱ μέντοι τὸ καινὸν τοῦτο δρᾶμα τῆς καθ' ἡμῶν βλασφημίας συνθέντες ἐοίκασι παντελῶς ἀπιστεῖν τῷ Κυρίῳ, ὃς καὶ περὶ (18) ἀργοῦ ῥήματος δώσειν ἡμᾶς λόγον ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως ἀπεφήνατο. Ἐγὼ δὲ, εἰπέ μοι, τὸν μακαριώτατον Διάνιον (19) ἀνεθεμάτισα; Τοῦτο γὰρ ἡμῶν κατήγγειλαν (20). Ποῦ ἢ πότε; τίνων παρόντων; ἐπὶ ποίᾳ προφάσει; ψιλοῖς ῥήμασιν ἢ ἐγγράφοις; ἐπίκης ἀκολουθῶν, ἢ αὐτὸς κατάρχων καὶ αὐθεντῶν τοῦ τολμήματος; Ὦ τῆς ἀναιδείας τῶν πάντα φθεγγομένων ῥᾳδίως! Ὦ τῆς καταφρονήσεως τῶν τοῦ θεοῦ κριμάτων! Πλὴν εἰ μὴ ἄρα τῷ πλάσματι αὐτῶν καὶ τοῦτο προστραγῳδήσουσιν (21), ὅτι ἐγενόμην καὶ ἔκφρων ποτὲ, ὥστε ἀγνοεῖν αὐτὸς τὰ ἑαυτοῦ ῥήματα. Ἐπὶ γὰρ τῶν λογισμῶν ὑπάρχων τῶν ἐμαυτοῦ, οὐδὲν οἶδα ποιήσας τοιοῦτον, οὐδὲ προελόμενος τὴν ἀρχήν. Ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ὅτι ἐκ πρώτης ἡλικίας συνετράφην τῷ περὶ αὐτὸν φίλτρῳ, καὶ ἀπέβλεπον πρὸς τὸν ἄνδρα, ὡς μὲν γεραρὸς ἰδεῖν, ὡς δὲ μεγαλοπρεπὴς, ὅσον δὲ ἔχων τὸ ἱεροπρεπὲς ἐν τῷ εἴδει. Ἐπεὶ δέ μοι λοιπὸν καὶ ὁ λόγος παρῆν, τότε δὴ καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ψυχῆς ἀγαθῶν αὐτὸν ἐπεγίνωσκον· καὶ ἔχαιρον αὐτοῦ τῇ συνουσίᾳ, τὸ ἁπλοῦν καὶ γενναῖον καὶ ἐλευθέριον (22) τῶν τρόπων καταμανθάνων, καὶ ὅσα ἄλλα (23) τοῦ ἀνδρὸς ἴδια, ἡ τῆς ψυχῆς ἡμερότης, τὸ μεγαλοφυές τε ὁμοῦ καὶ πρᾷον, τὸ εὐπρεπὲς, τὸ ἀόργητον, τὸ γαῦρον καὶ εὐπρόσιτον τῇ σεμνότητι κεκραμένον. Ὥστε αὐτὸν ἐναρίθμιον εἶχον τοῖς περιφανεστάτοις κατ' ἀρετήν.

2. Περὶ μέντοι τὰ τελευταῖα τοῦ βίου (οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι τἀληθές) ἐλυπήθην ἐπ' αὐτῷ λύπην οὐκ ἀνεκτὴν μετὰ πολλῶν τῶν ἐν τῇ πατρίδι φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐπὶ τῇ ὑπογραφῇ τῆς πίστεως τῆς ὑπὸ τῶν περὶ Γεώργιον (24) ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως κομισθείσης. Εἶτα, οἷος ἐκεῖνος πραότητι τρόπου καὶ ἐπιεικείᾳ πάντας πληροφορεῖν ἐν σπλάγχνοις πατρικοῖς ἀνεχόμενος, ἤδη καταπεσὼν εἰς τὴν ἀρρωστίαν, ὑφ' ἧς καὶ μετῆλθεν ἀπὸ τοῦ βίου, προσκαλεσάμενος ἡμᾶς ἔφη, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Κυρίῳ ἐν ἁπλότητι καρδίας συντεθεῖσθαι μὲν τῷ ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως γραμματείῳ, μηδὲν δὲ ἐπ' ἀθετήσει τῆς κατὰ Νικαίαν ὑπὸ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκτεθείσης πίστεως προελέσθαι· μηδὲ ἄλλως ἔχειν ἐν τῇ καρδίᾳ, ἢ ὡς παρέλαβεν ἐξ ἀρχῆς· ἀλλὰ καὶ

nia perferre, omnia sustinere, nostram ipsorum ultionem permittentes Domino, qui nos non despiciet. *Nam qui calumniatur pauperem, irritat ipsius Conditorem* [95]. Caterum qui novam illam blasphemiæ fabulam adversum nos concinnarunt, videntur omnino non credere Domino, qui rationem nos in die judicii vel de otioso verbo reddituros pronuntiavit [96]. Dic autem, quæso, egone beatissimum Dianium anathematizavi? Hoc enim de nobis dictitarunt. Ubi? vel quando? coram quibus? quo prætextu? nudis verbis, an scripto? alios duces sequens, an ipse inceptor et auctor facinoris? O impudentiam hominum omnia facile loquentium! O contemptum judiciorum Dei! Nisi forte commento suo hanc etiam tragœdiam adjicient, factum me esse aliquando ita dementem, ut mea ipsius verba non noscerem. Nihil enim ejusmodi, dum rationis compos fui, aut fecisse me scio, aut omnino facere voluisse. Sed potius mihi hujus rei conscius sum, me ab ineunte ætate educatum fuisse in illius amore, et intuendo considerasse quam esset ille vir aspectu venerabilis, quanta majestate præditus, quantum dignitatis sacerdotalis ore præferens. Postquam autem mihi deinceps et ratio adfuit, tum vero et ex animæ bonis eum noveram ipsiusque **144** delectabar consuetudine, simplicitatem et ingenuitatem ac liberalitatem morum perspiciens, et quæcunque alia propria erant viri ornamenta, animi mansuetudo, magnanimitas simul et lenitas, decori studium, animus iræ expers, hilaritas et affabilitas gravitate permista. Quare ipsum inter homines virtute spectatissimos numerabam

2. Sed tamen circa extremum vitæ tempus (non enim celabo veritatem) dolui de illo inconsolabiliter cum pluribus in patria Dominum timentibus, quod subscripsisset fidei a Georgio Constantinopoli allatæ. Deinde, ut ille pro sua morum lenitate et mansuetudine non gravabatur omnibus paterno pectore satisfacere, cum jam in morbum, ex quo etiam e vita discessit, incidisset; nobis accersitis, dixit, Domino teste, se scripto Constantinopoli allato in simplicitate cordis assensisse, sed nihil ad fidei Nicææ a sanctis Patribus expositæ eversionem sibi proposuisse, neque aliud in corde habere, quam quod ab initio traditum acceperat: imo etiam precari se, ut ne separetur a sorte beatorum trecentorum decem et octo episcoporum,

[95] Prov. xiv, 31. [96] Matth. xii, 36.

(17) *Ἐπιτρέψαντες*. Sic Med., Harl. et Reg. primus. Editi et alii mss. ἐπιῤῥίψαντες. Sed scriptura quam sequimur, Basilii stylo aptior, ut videre est in epist. 126, 289.

(18) *Ὃς καὶ περὶ*. Coniunctio addita ex quinque mss.

(19) *Διάνιον*. Ita omnes mss. Editi Διάνοιον.

(20) *Κατήγγειλαν*. Tres codices non antiquissimi κατήνεγκαν, *hoc crimen nobis intulerunt*.

(21) *Προστραγῳδήσουσιν*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi προστραγῳδήσωσιν.

(22) *Ἐλευθέριον*. Reg. secundus et Coisl. secundus ἐλεύθερον. Paulo post ex antiquis codicibus addita vocula post μεγαλοφυές.

(23) *Ὅσα ἄλλα*. Editi addunt ἦν quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(24) *Γεώργιον*. Reg. secundus et Coisl. Γεώργινον.

Digitized by Google

qui piam illam doctrinam orbi annuntiarunt. Quare omni cordis dubitatione ob hanc asseverationem soluta, ad ejus communionem, ut tumet etiam nosti, accessimus, et mœrere desiimus. Igitur quæ nobis cum hoc viro intercessere, ejusmodi sunt. Quod si quis dicat se nefariæ alicujus in illum contumeliæ conscium nobis esse, is non in angulo susurret serviliter, sed in apertam lucem prodiens, libere arguat.

(39) *Πεπιστευμένῳ.* Sic Med. et Coisl. uterque et plures alii. Editi ἐμπεπιστευμένῳ. Jamdudum vigebat hoc institutum in monasteriis Basilii, ut patet ex Regulis majoribus, interrog. 9. Alter Bigot. ἐπισταμένῳ. Infra editi χρῆσειν. Quatuor mss. ut in textu.

(40) *Παρασχόμενος παντί.* Hæc verba in quatuor mss. desunt non antiquissimis.

(41) *Ἐκεῖνο γάρ.* Quinque mss. Ἐκείνου γάρ. Sed Coisl. et Med. cum editis consentiunt. Paulo ante legi posset φυλάξαις, nihil tamen mutavimus, quia cum editis consentiunt codices mss.

(42) *Περιτυγχάνειν.* Med. συντυγχάνειν.

(43) *Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ.* Ita Vaticanus codex legitur Ionice ἀρχιήτρῳ in Harlæano, Coisl. utroque et Reg secundo. Alii cum editis Εὐσταθίῳ ἰατρῷ

(44) *Ἡμετέρων.* Tres vetustissimi codices et Vaticanus

* Alias LXXXI. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tempus intermitte scribendi nobis et excitandi ad scribendum. Ipsi enim manifeste lætiores efficimur, dum prudentium virorum, qui Dominum diligunt, epistolas legimus. Utrum autem et ipsi apud nos aliquid, quod operæ pretium sit, inveniatis, nosse vestrum est, qui nostra legitis. Equidem nisi negotiorum multitudine abducerer, scribendi assidue gaudio **242** non abstinerem. Vos vero, quibus minus est curarum, quoties fieri potest, litteris nos demulcete. Nam puteos aiunt haustos meliores fieri. Videtur autem tuarum admonitionum, quæ ex arte medica petuntur, supervacaneus labor; cum nos ferrum non adhibeamus, sed in semetipsos ruant, qui facti sunt inutiles. Hæc est igitur Stoici sententia: Quoniam, inquit, res non fiunt ut volumus, ut fiunt volumus. Ego autem his quæ fiunt, ex animo assentiri non possum: sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, haud improbo. Neque enim vos medici, ægrotum urere, aut alio modo dolorem creare vultis: sed tamen sæpe id faciendum existimatis, morbi difficultatem sequentes. Neque navigantes libenter merces ejiciunt: sed ut naufragia effugiant, ejectionem perferunt, pauperem vitam morti præferentes. Quare existima nos etiam separationem eorum, qui se separaverunt, moleste quidem et cum uberrimis lacrymis ferre, sed ferre tamen: siquidem veritatis amatoribus, nihil est Deo et spe in Deum antiquius.

διαλίπῃς ἐπιστέλλων ἡμῖν, καὶ διεγείρων ἡμᾶς πρὸς τὸ γράφειν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ προδήλως ἡδίους γινόμεθα ἐντυγχάνοντες ἐπιστολαῖς συνετῶν ἀνδρῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον· εἰ δὲ καὶ αὐτοί τι ἄξιον σπουδῆς εὑρίσκετε (45) παρ' ἡμῖν, ὑμέτερον εἰδέναι τῶν ἐντυγχανόντων. Εἰ μὲν οὖν μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀσχολιῶν ἀπηγόμεθα (46), οὐκ ἂν τῆς ἐκ τοῦ γράφειν συνεχῶς εὐφροσύνης ἀπειχόμεθα· ὑμεῖς δὲ, οἷς ἐλάττους αἱ φροντίδες, ὁσάκις ἂν οἷόν τε ᾖ, κατακηλεῖτε ἡμᾶς τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ τὰ φρέατά φασιν ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι (47). Ἐοίκασι δὲ σου αἱ ἐξ ἰατρικῆς παραινέσεις εἰς πάρεργον χωρεῖν, οὐχ ἡμῶν ἐπαγόντων (48) τὸν σίδηρον, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκπιπτόντων τῶν ἀπαχρειουμένων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Στωϊκοῦ λόγος· Ἐπειδὴ, φησὶ, μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, ὡς γίνεται βουλόμεθα (49)· ἐγὼ δὲ τοῖς μὲν πράγμασι τὴν γνώμην συγκατατίθεσθαι (50) οὐ καταδέχομαι· τὸ δὲ ἀσωλήτως τινὰς ποιεῖν τι τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἀποδοκιμάζω. Οὔτε γὰρ ὑμῖν τοῖς ἰατροῖς τὸ καίειν τὸν ἄῤῥωστον, ἢ ἄλλως ποιεῖν ἀλγεῖν, βουλητόν· ἀλλ' οὖν καταδέχεσθε πολλάκις τῇ δυσχερείᾳ τοῦ πάθους ἑπόμενοι. Οὔτε οἱ πλέοντες ἑκουσίως ἐκβάλλουσι τὰ ἀγώγιμα· ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὰ ναυάγια, ὑφίστανται τὴν ἐκβολὴν, τὸν ἐν πενίᾳ βίον τοῦ ἀπαλλαγῆναι προτιμῶντες. Ὥστε καὶ ἡμᾶς οἷον ἀλγεινῶς μὲν καὶ μετὰ μυρίων ὀδυρμῶν φέρειν τὸν χωρισμὸν τῶν ἀφισταμένων (51)· φέρειν δ' οὖν ὅμως· ἐπεὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος οὐδὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς προτιμότερον.

EPISTOLA CLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΒ'.

Silentii sui causam exponit Basilius, confidenter deinceps scripturum se promittit. Gratias agit quod suas pro Ecclesia preces Victor antevertit.

Victori exercitus duci.

Οὐίκτορι στρατηλάτῃ.

Ad aliquem alium si non scriberem, forte non immerito sustinerem segnitiei aut oblivionis crimen. Tui vero quomodo possim oblivisci, cujus nomen apud omnes homines prædicatur? aut quomodo te negligere, qui omnes fere in terrarum orbe fastigio dignitatum antecellis? Sed silentii mei manifesta est causa. Viro tanto molestiam

Ἄλλῳ μέν τινι μὴ ἐπιστέλλων, τάχα ἂν δεξαίμην δικαίως ἔγκλημα ῥᾳθυμίας ἢ λήθης· σοῦ δὲ πῶς ἔστιν ἐπιλαθέσθαι, οὗ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις λαλεῖται τὸ ὄνομα; πῶς δὲ καταῤῥᾳθυμῆσαι, ὃς πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην τῷ ὕψει τῶν ἀξιωμάτων ὑπερανέστηκας; Ἀλλὰ δήλη ἡμῶν ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς. Ὀχνοῦμεν δι' ὄχλου γίνεσθαι (52) ἀνδρὶ

Vaticanus ὑμετέρων. *Si qua utilitas vestrarum litterarum.*

* Alias CCCLXXIV. Scripta circa ann. 373.

(45) *Εὑρίσκετε*, Ita septem mss. Editi εὑρήσετε.

(46) *Ἀπηγόμεθα*. Non male Coisl. secundus et Reg. secundus ἀπειργόμεθα.

(47) *Γίνεσθαι*. Iidem duo codices γίνεται et φησίν.

(48) *Ἐπαγόντων*. Tres codices non antiquissimi ἐναγόντων. Ibidem Harl. τὸ σιδήριον, et Reg. secundus περιπιπτόντων.

(49) *Βουλόμεθα*. Ita Harl. et Med. Sic etiam videtur prima manu habuisse Coisl. primus. Editi βουλώμεθα. Reg. secundus et Coisl. secundus ὡς ἂν γίνηται βουλώμεθα.

(50) *Συγκατατίθεσθαι*. Harl., Reg. primus et Vat. συμμετατίθεσθαι.

(51) *Τῶν ἀφισταμένων*. Hæc intelligi non debent de Eustathii separatione a communione Basilii, sed potius de Sebastenorum nonnullorum ab ipso Eustathio discessione. Tota res enitescit ex superioribus verbis, *sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, non improbo*. Hæc profecto referenda ad *separationem eorum, qui se separaverunt*. Huic eorum facto non assentiebatur ex animo Basilius, quemadmodum nec medici libenter urunt, nec navigantes libenter merces ejiciunt. Sed tamen eos non improbabat, quia *veritatis amatoribus nihil est Deo et spe in Deum antiquius*. Hæc optime congruunt Sebastenis illis, qui, ut supra vidimus in epist. 238, *occulto pravæ opinionis Eustathii vulnere detecto aliquam ecclesiasticam sollicitudinem* a Basilio poscebant. Unde Basilius Eusebium consulit, quid Sebastenis respondendum sit. Eis autem Basilium communionem et patrocinium concessisse perspicimus cum ex hac epistola, tum etiam ex epist. 233, ubi narrat Basilius eos, qui secum Sebastiæ communicant, curiæ additos a Demosthene fuisse, magnos autem honores amicis Eustathii delatos.

(52) *Γίνεσθαι*. Multi codices mss. γενέσθαι.

Digitized by Google

σούτῳ. Εἰ δὲ πρὸς τῇ λοιπῇ σου ἀρετῇ καὶ τοῦτο A exhibere vereor. Quod si ad reliquas virtutes tuas
ιτεδέξω, οὐ μόνον πεμπόμενα παρ' ἡμῶν δέχεσθαι hæc accessit, ut non modo litteras quæ a me mit-
γράμματα, ἀλλὰ καὶ ἐλλειφθέντα ἐπιζητεῖν, ἰδοὺ tuntur suscipias, sed eas etiam quæ non mittuntur,
καὶ γράφομεν νῦν τεθαῤῥηκότως (53), καὶ γράψομέν requiras; ecce et nunc confidenter scribo, et scri-
τοις τὸ ἑφεξῆς· εὐχόμενοι τῷ ἁγίῳ Θεῷ δοθῆναί σοι bam deinceps: Deum sanctum orans, ut tibi ho-
ἣν ἀμοιβὴν τῆς περὶ ἡμᾶς τιμῆς. Ὑπὲρ δὲ τῆς noris, quem mihi habes, vices rependat. Meas
Ἐκκλησίας προέλαβες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, πάντα porro pro Ecclesia preces antevertisti, cum omnia
ποήσας ὅσα ἂν ἡμεῖς ἐπεζητήσαμεν. Ποιεῖς δὲ οὐκ feceris, quæcunque ego petiissem. Facis autem
ἀνθρώποις χαριζόμενος, ἀλλὰ Θεῷ τῷ τιμήσαντί σε· non hominibus gratificans, sed honoranti te Deo:
ὃς τὰ μὲν ἔδωκεν ἐν τῇ νῦν ζωῇ ἀγαθὰ, τὰ δὲ δώσει qui tibi alia quidem bona in præsenti vita largitus
ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἀνθ' ὧν μετὰ ἀληθείας ἐπο- est, alia autem dabit in futuro ævo, propterea quod
ρεύθης τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἀκλινῆ τὴν καρδίαν ἐν τῇ cum veritate in illius viis ambulasti, ac cor tuum
ἀῤῥάπτῳ τῆς πίστεως ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διασωσά- ab initio ad usque finem in fidei integritate im-
μενος. motum ac inconcussum servasti.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΓ'.

243 EPISTOLA CLIII'.

Gratias agit Victori Basilius quod sui memor sit, nec amorem ob ullam calumniam imminuat.

Βίκτορι ἀπὸ ὑπάτων. B *Victori ex-cônsuli.*

Ὁσάκις ἂν ἡμῖν ὑπάρξῃ γράμμασιν ἐντυχεῖν τῆς Quoties mihi contingit litteras legere dignitatis
ἀξιώσεώς σου, τοσαυτάκις χάριν ὁμολογοῦμεν τῷ tuæ, toties gratias ago Deo sancto, quod perstes
θεῷ, ὅτι διαμένεις καὶ μεμνημένος ἡμῶν, καὶ ὑπ' et memor mei, et amorem, quem semel rectissimo
οὐδεμιᾶς διαβολῆς τὴν ἀγάπην ἐλαττῶν, ἣν ἅπαξ judicio, aut bona consuetudine suscipere voluisti,
ἐβούλου τῇ ὀρθοτάτῃ ἢ συνηθείᾳ χρηστῇ ἀναλαβεῖν nullam ob calumniam imminuens. Rogo igitur
περιδέξῃ. Εὐχόμεθα οὖν τῷ ἁγίῳ Θεῷ καὶ σὲ δια- Deum sanctum, ut et tu permaneas in eodem erga
μεῖναι ἐν τῇ ὁμοίᾳ πρὸς ἡμᾶς διαθέσει, καὶ ἡμᾶς me animo, et ego dignus sim honore, quo me per
ἀξίους εἶναι τῆς παρὰ σοῦ τιμῆς, ἣν τιμᾷς ἡμᾶς διὰ epistolam prosequeris.
τοῦ γράμματος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΔ'.

EPISTOLA CLIV *.

Respondet Basilius litteris Ascholii, cujus laudat charitatem, ut rem maxime raram, ac studium in beatissimum Athanasium, ut certissimum sanctæ doctrinæ argumentum. Rogat ut qualibet occasione oblata scribat.

Ἀσχολίῳ (54), *ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.* C *Ascholio, episcopo Thessalonicensi.*

Καλῶς ἐποίησας, καὶ κατὰ τὸν τῆς πνευματικῆς Recte fecisti, et secundum dilectionis spiritua-
ἀγάπης νόμον, κατάρξας τῶν πρὸς ἡμᾶς γραμμάτων, lis legem, quod prior ad nos scripseris, nosque
καὶ τῷ ἀγαθῷ ὑποδείγματι πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον egregio exemplo ad simile studium provocaveris.
ἡμᾶς ἐκκαλεσάμενος. Καὶ γὰρ ἡ μὲν τοῦ κόσμου Nam mundi amicitia oculis indiget ac congressu,
φιλία ὀφθαλμῶν δεῖται καὶ συντυχίας, ὥστε ἐκεῖθεν ut inde nascatur consuetudinis initium: sed qui
ἄρχὴν τῆς συνηθείας γενέσθαι· οἱ δὲ πνευματικῶς spiritualiter amare sciunt, nequaquam carne utun-
ἀγαπᾶν εἰδότες οὐ τῇ σαρκὶ προξένῳ κέχρηνται τῆς tur amicitiæ conciliatrice; sed fidei communione
φιλίας, ἀλλὰ τῇ τῆς πίστεως κοινωνίᾳ πρὸς τὴν ad spiritualem conjunctionem ducuntur. Itaque
πνευματικὴν συνάφειαν ἄγονται. Χάρις οὖν τῷ grates Deo, qui corda nostra consolatus est, dum
κυρίῳ τῷ παρακαλέσαντι ἡμῶν τὰς καρδίας, ἐν τῷ charitatem non in omnibus refrixisse ostendit:
μὴ ἔξαι (55), ὅτι οὐκ ἐν πᾶσι κατέψυκται ἡ ἀγάπη· sed reperiri alicubi terrarum, qui discipulorum
ἀλλ' εἰσί που τῆς οἰκουμένης, οἱ τῆς Χριστοῦ μα- Christi propriam notam præ se ferant. Ac res qui-
θητείας τὸν χαρακτῆρα δεικνύντες. Καὶ τοίνυν ἔδοξέ dem vestræ persimiles mihi visæ sunt sideribus in
μοι τὸ καθ' ὑμᾶς ἐοικέναι πρᾶγμα ἄστροις ἐν νυκτε- nebulosa nocte alias aliis cœli partes illustranti-
ρινῇ συναφείᾳ. ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τοῦ οὐρανοῦ D bus: quorum gratus quidem splendor, sed eo gra-
καταλάμπουσιν, ὧν χαρίεσσα μὲν ἡ λαμπρότης, χα- tior, quod non exspectatur. Tales et vos estis,
ριέστερον δὲ δήπου τὸ ἀπροσδόκητον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ Ecclesiarum lumina, pauci admodum et facile nu-
ὑμεῖς, οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν φωστῆρες, ὀλίγοι πανυ merabiles, in hac tristi rerum conditione, quasi
πάνυ καὶ εὐαρίθμητοι ἐν τῇ σκυθρωπῇ ταύτῃ κατα- in nocte illuni coruscantes, præter virtutis gra-
στάσει, οἷον ἐν σκοτομήνῃ διαφαινόμενοι, πρὸς τῷ tiam, inde etiam quod rari sitis inventu, deside-

(53) *Τεθαῤῥηκότως.* Sic uterque Coisl. cum aliis. Editi τεθαῤῥηκότες. Paulo post editi πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Tres antiquissimi codices, Harl., Med., Coisl. ut in textu.

(54) *Ἀσχολίῳ*, etc. Ita editi et vetustissimi codices. At in Coisl. secundo, Reg. secundo, Vat. et Paris. sic legitur titulus Ἀσχολίῳ μονάζοντι καὶ πρεσβυτέρῳ, *Ascholio monacho et presbytero.* Reg. primus et Bigot. habent tantum Ἀσχολίῳ μονάζοντι.

(55) *Ἐν τῷ δεῖξαι.* Ita Med., Harl. et Coisl. primus. Editi ἐκ τοῦ δεῖξαι.

* Alias CCCCXXXVIII. Scripta anno 373.

** Alias CCCXXXVII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

rium moventes. Cæterum litteræ tuæ tuum nobis animum abunde patefecere. Quanquam enim breves erant syllabarum numero, at ex recta sententia idoneum nobis tui propositi specimen dedere. Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanæ in maximis rebus sententiæ. Pro accepta ergo ex litteris lætitia, plurimam habemus gratiam prætantissimo filio nostro Euphemio : cui et ipse precor auxilium omne a sancto contingere, et te hortor ut mecum preceris ut cito eum recipiamus cum ornatissima conjuge ipsius, filia nostra in Domino. Ipse autem exorari te sine, ut ne lætitiam nostram exordio circumscribas, sed oblata **244** quovis tempore occasione scribas, et amorem in nos tuum colloquio frequenti adaugeas : ac de Ecclesiis, quæ apud vos sunt, quomodo concordiam servent, significes; pro nostris autem preceris, ut etiam apud nos tranquillitas magna fiat, Domino nostro ventos ac mare increpante.

A ἐκ τῆς ἀρετῆς χαρίεντι, ἔτι καὶ τῷ σπανίῳ τῆ εὑρέσεως, τὸ περιπόθητον ἔχοντες. Ἐγνώρισε δ σου τὴν διάθεσιν ἡμῖν τὸ γράμμα αὐτάρκως. Εἰ γὰ καὶ μικρὸν ἦν τῷ πλήθει τῶν συλλαβῶν, ἀλλὰ τῇ γε ὀρθότητι τῆς διανοίας, ἀρκοῦσαν ἡμῖν τῆς προαι ρέσεως τὴν ἀπόδειξιν ἔδωκε. Τὸ γὰρ περὶ τὸν μα καριώτατον Ἀθανάσιον ἐσπουδακέναι δεῖγμα ἐναρ γέστατον τοῦ ὑγιῶς ἔχειν (56) περὶ τὰ μέγιστα. Ἀντὶ οὖν τῆς ἐπὶ τοῖς γράμμασιν εὐφροσύνης πολ λὴν οἴδαμεν χάριν τῷ τιμιωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Εὐφη μίῳ· ᾧ καὶ αὐτὸς εὔχομαι πᾶσαν ὑπάρχειν βοήθειαν ἐξ ἁγίου· καὶ σὲ συνεύχεσθαι ἡμῖν παρακαλῶ, ὅπως ἂν ἀπολάβοιμεν αὐτὸν ἐν τάχει μετὰ τῆς κοσμιωτά της ὁμόζυγος (57) αὐτοῦ, θυγατρὸς δὲ ἡμῶν ἐν Κυ ρίῳ. Παρακλήθητι δὲ καὶ αὐτὸς μὴ ἐν προοιμίοις ἡμῖν στῆσαι (58) τὴν εὐφροσύνην, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀε B παραπιπτούσης προφάσεως ἐπιστέλλειν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς διάθεσιν τῷ πυκνῷ τῆς ὁμιλίας αὔξειν, καὶ τὰ περὶ τῶν αὐτοῦ (59) Ἐκκλησιῶν, ὅπως ἔχει κατὰ τὴν συμφωνίαν, σημαίνειν· περὶ δὲ τῶν ἐν ταῦθα προσεύχεσθαι, ὥστε γενέσθαι καὶ παρ' ἡμῖν γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμήσαντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

EPISTOLA CLV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΕ'.

Basilius Sorani Scythiæ ducis, propinqui sui, querelis respondet : rationem readit cur ad eum non scripserit, demonstrat se illius oblivisci non posse, nec in precibus ecclesiasticis, nec privatim : et a se et a chorepiscopo accusationem nescio quam repellit. Hortatur ut persecutionem pro Christo patientibus pergat succurrere. Rogat denique ut patris mittat reliquias martyrum.

Sine inscriptione causa aliptæ.

Epistola, quam primam et solam dignata est nobis nobilitas tua scribere, multæ continentur accusationes, quibus incertus sum quomodo respondeam ; non justarum rationum inopia, sed quia in criminationum multitudine difficilis est præcipuarum delectus, et unde initium nobis medelæ sumendum sit. Sed forte eodem ordine quo res scriptæ sunt, incedentes, sic singulis occurrere debemus. Quinam hinc in Scythiam proficiscerentur hactenus ignoravi ; ac ne de iis quidem, qui e domo tua profecti sunt, admonitus sum, ut per illos te salutarem ; quamvis omnino id mihi studio habeam, ut dignitatem tuam quavis occasione oblata salutem. Fieri autem non potest tui ut obliviscar in precibus, nisi prius nostrum illud opus, ad quod nos Dominus destinavit, oblivioni tradamus. Nam profecto meministi ecclesiasticarum prædicationum, cum fidelis sis Dei gratia, in

Ἀνεπίγραφος (60) ἐπὶ ἀλείπτῃ

Πρὸς πολλὰς τὰς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν πρώτην C καὶ μόνην κατηξίωσεν ἡμῖν ἡ εὐγένειά σου διαπέμψασθαι, ἐγγεγραμμένας κατηγορίας ἄπορῶ (61) ἀπολογήσασθαι· οὐ διὰ τὴν τοῦ δικαίου ἔνδειαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν πλήθει τῶν ἐπιφερομένων δύσκολον εἶναι τῶν καιριωτέρων τὴν προτέμησιν, καὶ ὅθεν δεῖ πρῶτον ἡμᾶς ἄρξασθαι τῆς θεραπείας. Ἡ τάχα δεῖ αὐτῇ τῇ (62) τάξει τῶν γεγραμμένων χρησαμένους ὁδῷ πρὸς ἕκαστον ἀπαντᾷν. Τοὺς ἐπὶ Σκυθίαν ἀπαί ροντας ἐντεῦθεν μέχρι σήμερον οὐκ ἐγνωρίσαμεν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐκ τῆς οἰκίας (63) ὑπέμνησαν ἡμᾶς, ὥστε προσειπεῖν σε (64) δι' αὐτῶν· καίτοι πάνυ διὰ σπουδῆς τιθεμένους ἐπὶ πάσης προφάσεως προσφέ γεσθαί σου τὴν τιμιότητα. Ἐπιλαθέσθαι δέ σου ἐν προσευχαῖς ἀδύνατον, εἰ μὴ πρότερον τοῦ ἔργου ἡμῶν ἐπιλαθώμεθα, εἰς ὃ ἔταξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. D Μέμνησαι γὰρ πάντως τῶν κηρυγμάτων (65) τῶν ἐκκλησιαστικῶν, πιστὸς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι· ἐπι

* Alias CCXLI. Scripta anno 373.

(56) *Ὑγιῶς ἔχειν.* Ita mss. omnes quos quidem viderimus. Editi ἁγίως ἔχειν. Paulo post iidem editi ὑπάρξειν, mss. ut in textu.

(57) *Ὁμόζυγος.* Ita tres antiquissimi codices : alii et editi συζύγου.

(58) *Ἡμῖν στῆσαι.* Deest prima vox in quinque mss., non tamen in tribus antiquissimis.

(59) *Τῶν αὐτοῦ.* Ita septem mss. Editi τῶν σαυτοῦ.

(60) *Ἀνεπίγραφος.* Hanc epistolam Sorano Scythiæ duci scriptam esse probamus in *Vita S. Basilii*. Vide Addenda.

61) *Ἀπορῶ.* Duo mss. recentiores ἄπορον.

(62) *Δεῖ αὐτῇ τῇ.* Hæc scriptura etsi in duobus tantum occurrit codicibus, nempe Coisl. secundo et Reg. secundo, non dubium tamen quin præferenda sit vulgatæ δι' αὐτὴν τῇ.

(63) *Οἰκίας.* Ita mss. quatuor. Editi οἰκείας.

(64) *Προσειπεῖν σε.* Vocula addita ex quatuor mss.

(65) *Τῶν κηρυγμάτων.* Eadem voce Firmilianus Cæsariensis episcopus ecclesiasticas preces designavit in epistola *ad Cyprianum*. Nam in Latina interpretatione ejusdem epistolæ, quæ est inter Cyprianicas 75, legimus mulierem quamdam hoc facinus ausam esse, *ut et invocatione non contemptibili sanctificare se panem et Eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domini non sine sacramento solitæ prædicationis offerret*

Digitized by Google

καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀποδημίαις ἀδελφῶν δεόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς στρατείαις ἐξεταζομένων, καὶ ὑπὲρ παῤῥησιαζομένων διὰ τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἐπιδεικνυμένων, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα· ὧν πάντως ἐν τοῖς πλείοσιν (66) ἢ καὶ ἐν τοῖς πᾶσι νομίζομεν καὶ τὴν σὴν ἐμπεριλαμβάνεσθαι τιμιότητα. Ἰδίᾳ δέ σου ἡμεῖς πῶς ἂν ἐπιλαθώμεθα, τοσαῦτα ἔχοντες τὰ κινοῦντα ἡμᾶς πρὸς μνήμην, ἀδελφὴν τοιαύτην, ἀδελφιδοὺς τοιούτους, συγγένειαν οὕτω χρηστὴν, οὕτως ἀγαπῶσαν ἡμᾶς, οἶκον, οἰκέτας, φίλους· ἐξ ὧν, κἂν μὴ βουλώμεθα, ἀναγκαίως ὑπομιμνῃσκόμεθά σου τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως; Περὶ δὲ τοῦδε ὁ ἀδελφὸς ὁ δεῖνα οὐδὲν ἡμῖν ἤνεγκεν ἐπαχθὲς, οὐδὲ παρ' ἡμῶν βλάπτουσα αὐτόν τις κρίσις ἐξενήνεκται οὐδεμία. Τρέψον οὖν τὴν λύπην ἐπὶ τοὺς τὰ ψευδῆ διηγησαμένους, ἀπολύσας πάσης μέμψεως καὶ τὸν χωρεπίσκοπον καὶ ἐμέ. Εἰ δέ τινα δίκην γυμνάζει ὁ σχολαστικὸς ὁ δεῖνα, ἔχει δικαστήρια δημόσια καὶ νόμους. Ἀξιῶ οὖν ὑμᾶς ἐπὶ τούτοις μηδεμίαν ἔχειν μέμψιν. Αὐτὸς δὲ ὅσα ποιεῖς ἀγαθὰ, σαυτῷ θησαυρίζεις· καὶ ἣν παρέχῃ ἀνάπαυσιν τοῖς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου διωκομένοις, ταύτην σεαυτῷ εἰς ἡμέραν τῆς μισθαποδοσίας προετοιμάζεις. Καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐὰν καὶ λείψανα μαρτύρων τῇ πατρίδι ἐπέμψῃς· εἴπερ, ὡς ἐπέστειλας ἡμῖν, ὁ ἐκεῖ διωγμὸς ποιεῖ καὶ νῦν μάρτυρας τῷ Κυρίῳ.

A quibus et pro fratribus peregrinantibus precamur; et pro iis qui inter militares copias recensentur, et pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, et pro iis qui spirituales fructus edunt, preces in sancta Ecclesia facimus: quorum omnino in plerisque vel etiam in omnibus arbitramur tuam quoque præstantiam comprehendi. Cæterum qui tui privatim possem oblivisci, cum tam multa sint, quæ commoveant me ad recordationem: talis soror, filii sororis tales, cognatio tam egregia, tam nostri amans, domus, domestici, amici: quæ quidem nobis, etiamsi nolimus, bonam tuam voluntatem in memoriam necessario revocant? Quod autem ad aliud attinet, ille frater nihil mihi intulit molestiæ, neque sententia ulla fuit a nobis prolata, B quæ illum læderet. Dolorem itaque in eos qui mendacia retulerunt, converte, meque et chorepiscopum reprehensione omni exsolve. Quod si litem intendat ille scholasticus, tribunalia publica et leges habet. Itaque te rogo, ut de his nihil prorsus conqueraris. Tu vero quidquid facis boni, tibi ipse colligis: et quod levamen affers his qui **245** ob Domini nomen persecutionem patiuntur, illud tibi ipsi in antecessum in die remunerationis præparas. Recte autem feceris, si et reliquias martyrum patriæ mittas; siquidem ut nobis scripsisti, persecutio illic etiamnum Domino martyres facit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝϚ'.

EPISTOLA CLVI*.

Laudat Basilius in Evagrio et ipse præ se fert studium pacis; sed eam conciliare difficillimum fatetur esse, nec sibi congruere ut id solus aggrediatur; cum præsertim episcopus sit Antiochiæ Meletius, ad quem proficisci non potest; sed tamen scripturum se ad illum promittit. Declarat se nec partium studiosum esse, nec accusationibus in quemquam præoccupatum. Mirum sibi accidisse dicit, quod ex Dorotheo acceperat, Evagrium noluisse Dorothei conventus esse participem. Addit sibi integrum non esse Romam mittere: animam suam ab adversariis quæri, nec tamen se quidquam de suo Ecclesiæ defendendæ studio remissurum.

Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ.

C

1. Τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ δυσχεραίνειν πρὸς τὸ μῆκος τῶν γραμμάτων, ὥστε καὶ μικρά μοι ἔδοξεν εἶναι ἡ ἐπιστολὴ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἡδονῆς. Τί γὰρ ἥδιον ἄκουσμα τοῦ τῆς εἰρήνης ὀνόματος; ἢ τί τοῦ ὑπὲρ (67) τῶν τοιούτων βουλεύεσθαι προπρεπέστερον, καὶ μᾶλλον τῷ Κυρίῳ κεχαρισμένον; Σοὶ μὲν οὖν παράσχοι ὁ Κύριος τὸν μισθὸν τῆς εἰρηνοποιΐας, οὕτω καλῶς προαιρουμένῳ, καὶ σπουδαίως ἐγκειμένῳ πράγματι μακαριστῷ· ἡμᾶς δὲ νομίζε, τιμία κεφαλή, ἕνεκα μὲν τοῦ προῃρῆσθαι, καὶ εὔχεσθαι ἰδεῖν ποτε τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ πάντες τὸν αὐτὸν πληρώσουσι σύλλογον, οἱ ταῖς διανοίαις ἀλλήλων μὴ ἀπεσχισμένοι, μηδενὶ παραχωρεῖν τῶν εἰς τὴν σπουδὴν ταύτην πρωτείων. Καὶ γὰρ ἂν εἴημεν D οἷς ἀληθῶς πάντων ἀνθρώπων ἀτοπώτατοι, σχίσμασι καὶ κατατομαῖς Ἐκκλησιῶν ἐφηδόμενοι (68), καὶ μὴ τὴν συνάφειαν τῶν μελῶν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τιθέμενοι. Ὅσον οὖν ἐπὶ τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν περίεστι, τοσοῦτον γίνω-

Evagrio presbytero.

1. Tantum abfuit ut moleste ferrem longitudinem litterarum, ut contra brevis mihi visa sit epistola præ legendi voluptate. Quid enim pacis nomine jucundius auditu? aut quid sanctius et Domino gratius, quam de rebus hujusmodi consilium inire? Tibi igitur præstet Dominus mercedem pacificationis, tam præclara tibi proponenti, et tam studiose in rem, quæ beata prædicatur, incumbenti. Nos autem existima, caput verendum, quod spectat ad voluntatem et desiderium videndi aliquando illius diei, quo omnes eumdem cœtum implebunt qui sententia inter se divisi non sunt, nemini in hoc studio primas concedere. Profecto enim essemus vere mortalium omnium absurdissimi, si schismatibus ac divisionibus Ecclesiarum oblectaremur, nec conjunctionem membrorum corporis Christi maximum bonorum duceremus. At quantum nobis inest desiderii, tantum scito facultatis deesse. Non enim ignorat perfecta

(66) Ἐν τοῖς πλείοσιν. Ita quinque mss. Editi ἐν τοῖς χρόνοις. Codex a Combefisio citatus ἐν τοῖς τρόποις.

(67) Ἢ τί τοῦ ὑπέρ. Deest ἢ in Med. et Harl.

(68) Ἐφηδόμενοι. Harl. et Reg. secundus ἐνηδόμενοι.

* Alias CCCXLII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

tua prudentia, tempore corroborata mala primum quidem tempore indigere ut sanentur : deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut ægrotantium morbi radicitus evellantur. Non te fugit quod dico, ac si clarius loquendum nullus timor.

2. Amorem sui consuetudine diutina radices in animis habentem neque vir unus exstirpare potest, nec epistola una, nec tempus breve. Suspiciones enim ac contradictionum jurgia, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, omnino tolli non possunt. Quod si gratiæ rivi in me affluerent, si et sermone et opere et donis spiritualibus idoneus essem, ut eos qui sibi invicem adversantur, flecterem, negotium tantum esset suscipiendum. Forte tamen ne tunc quidem nobis suaderes, ut soli ad emendationem aggrederemur, cum episcopus sit Dei gratia, ad quem Ecclesiæ cura præcipue pertinet, qui neque ad nos venire potest, neque nobis interim ob hiemem peregrinari facile, vel potius nullo modo integrum est, non solum quia corpus mihi **246** infirmitate diutina confectum est, sed etiam quia Armeniacorum montium transitus paulo post fiet impervius etiam iis qui ætate omnino vigent. Atque hæc quidem ei per litteras significare non gravabor. Nihil tamen exspecto ex litteris alicujus momenti eventurum, tum viri accuratam agendi rationem considerans, tum ipsam litterarum naturam, quia non solet idoneus esse ad clare persuadendum sermo transmissus. Nam multa opus est dicere, ac multa vicissim audire, et quæ objiciuntur solvenda, et inferenda quæ suffulciunt, quorum nihil potest litterarum sermo, iners et inanimus in charta projectus. Verumtamen, quod jam dixi, scribere non gravabor. Scias autem, frater vere religiosissime et nobis desideratissime, nullam mihi cum quoquam, Dei gratia, privatam esse contentionem. Neque enim memini me curiose inquirere crimina, quibus quisque obnoxius est aut dicitur. Quare sic vos attendere sententiæ meæ convenit ut hominis, qui nihil ex propensione facere possit, neque accusationibus in quemquam præoccupatus sit. Tantum-

A σκε τῆς δυνάμεως ἐνδεῖν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ σου ἡ τελεία φρόνησις, ὅτι τὰ χρόνῳ κρατυνθέντα πάθη πρῶτον μὲν χρόνου δεῖται πρὸς τὴν διόρθωσιν· ἔπειτα ἰσχυρᾶς καὶ εὐτονωτέρας ἀγωγῆς (69), εἰ μέλλοι τις τοῦ βάθους αὐτοῦ καθικνεῖσθαι, ὥστε πρόῤῥιζα ἐξελεῖν τῶν καμνόντων τὰ ἀῤῥωστήματα. Οἶδας δὲ ὃ λέγω, καὶ εἰ δεῖ τρανότερον εἰπεῖν, οὐδεὶς ὁ φόβος.

2. Τὴν φιλαυτίαν ἔθει μακρῷ ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥιζωθεῖσαν εἷς ἀνὴρ (70) ἀνελεῖν οὐχ οἷός τε, οὐδ' ἐπιστολὴ μία, οὐδὲ χρόνος βραχύς. Τὰς γὰρ ὑπονοίας καὶ τὰς ἐξ ἀντιλογιῶν παρατριβὰς παντελῶς ἀναιρεθῆναι, μὴ ἀξιοπίστου τινὸς μεσιτεύοντος τῇ εἰρήνῃ, ἀμήχανον. Καὶ εἰ μὲν ἐπέῤῥει ἡμῖν τὰ παρὰ τῆς χάριτος, καὶ ἦμεν δυνατοὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ τοῖς B πνευματικοῖς χαρίσμασι δυσωπῆσαι τοὺς ἀντιδιατεθεμένους (71), ἔδει κατατολμῆσαι τοῦ τοσούτου πράγματος· τάχα δὲ οὐδ' ἂν τότε συνεδούλευσε ἡμῖν μόνοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἐπανόρθωσιν, ὄντος τοῦ ἐπισκόπου τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ᾧ ἡ φροντὶς ἀνῆκε (72) προηγουμένως τῆς Ἐκκλησίας· ὃν οὔτε αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς οἷόν τε, καὶ ἡμῖν ἀποδημήσειν τέως ὑπὸ τοῦ χειμῶνος οὐ ῥᾴδιον, μᾶλλον δὲ παντελῶς ἀδύνατον, οὐ μόνον καθότι τὸ σῶμά μοι (73) ὑπὸ μακρᾶς ἀῤῥωστίας ἀπείρηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αἱ τῶν Ἀρμενιακῶν αἱ ὑπερβάσεις μικρὸν ὕστερον ἄβατοι (74) γίνονται καὶ τοῖς πάνυ καθ' ἡλικίαν σφριγῶσι. Γράμματι δὲ αὐτῷ σημᾶναι (75) ταῦτα οὐ παραιτήσομαι. Οὐ μέντοι προσδοκῶ τι ἐκ τῶν γραμμάτων ἀξιόλογον ἀποβήσεσθαι, τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς C ἀκριβείας στοχαζόμενος καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν γραμμάτων· ὅτι οὐ πέφυκεν ἐναργῶς δύνασθαι ἀσωπεῖν ὁ διαπεμπόμενος λόγος. Πολλὰ καὶ ἀνταχοῦσαι, καὶ λῦσαι τὰ ὑποπίπτοντα, καὶ ἀνθυπενεγκεῖν (76) τὰ ὑφορμοῦντα, ὧν οὐδὲν δύναται ὁ ἐν τοῖς γράμμασι λόγος, ἀργὸς καὶ ἄψυχος ἐν τῷ χάρτῃ διερριμμένος. Πλὴν ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οὐκ ἀποκνήσω (77) γράψαι. Γίνωσκε μέντοι, ὡς ἀληθῶς εὐλαβέσθαι καὶ πολυπόθητε ἡμῖν ἀδελφὲ, ὅτι οὐδεμία μοι πρὸς οὐδένα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἰδιάζουσά ἐστι φιλονεικία. Οὐδὲ γὰρ πολυπραγμονήσας οἶδα τὰ ἐγκλήματα, οἷς ἕκαστος ὑπεύθυνος ἢ ἔστιν, ἢ ὀνομάζεται. Ὥστε οὕτως ὑμᾶς προσέχειν τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ προσήκει, ὡς μηδὲν ἡμῶν δυναμένων ποιῆσαι κατὰ πρόσκλισιν (78), μηδὲ προειλημμένων εἰς τὴν κατὰ

69) Ἀγωγῆς. Ita mss. octo. Editi διαγωγῆς. Nec multo post editi καὶ οὐδεὶς ὁ φόβος. Deest conjunctio in tribus vetustissimis codicibus et Regio secundo.

(70) Ἀνήρ. Deest in Coisl. primo et Med.

(71) *Τοὺς ἀντιδιατιθεμένους.* Ita sex mss. Editi τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις.

(72) Ἀνῆκε. Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἀνήκει. Paulo post tres eosdem codices cum Regio secundo sequimur in hac voce ἀποδημήσειν pro eo quod erat in editis ἀποδημεῖν.

(73) *Σῶμά μοι.* Med. et Coisl. primus et unus ex Regiis σῶμά μου.

(74) Ἄβατοι. Sic editi et Harl. secunda manu; at in aliis septem mss. legitur ἀδύνατοι. Sic etiam habuit Harlæanus codex prima manu. Crediderim Basilium scripsisse ἄδυτοι.

(75) *Σημᾶναι.* Tres mss. non antiquissimi σημῆναι.

(76) Ἀνθυπενεγκεῖν. Coisl. primus ἀντεπενεγκεῖν. Idem codex cum Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. habet τὰ ὑφορμοῦντα.

(77) *Οὐκ ἀποκνήσω.* Ita sex mss. Editi οὐδ'.

(78) *Πρόσκλισιν.* Nititur hæc scriptura Regio secundo codice et Coisl. secundo, et Harl. secunda manu. Editi πρόσκλησιν. Hic autem licet animadvertere summam Basilii inter ipsas dissensiones charitatem. Meletium et causa et sanctitate potiorem deserere non poterat; sed a Paulino illiusque sectatoribus, ut orthodoxis fratribus, diligendis non discedebat, idque confirmat in epist. 211 *ad Terentium comitem.* Eamdem animi moderationem præ se fert in epist. 258 *ad Epiphanium*, ubi significat se multa quidem ex fratribus audivisse de

Digitized by Google

τινων διαβολήν. Μόνον εἰ εὐδοκία γένοιτο (79) τοῦ Κυρίου ἐκκλησιαστικῶς πάντα καὶ ἀκολούθως πραχθῆναι.

3. Ἐλύπησε δὲ ἡμᾶς ὁ ποθεινότατος υἱὸς Δωρόθεος (80) ὁ συνδιάκονος, ἀπαγγείλας περὶ τῆς εὐλαβείας σου, ὅτι ὤκνησας μετασχεῖν αὐτῷ τῆς συνάξεως. Καίτοι οὐ τοιαῦτα ἡμῖν ἦν τὰ ὠμιλημένα (81), εἴ τι ἐγὼ μέμνημαι. Ἀποστεῖλαι μέντοι πρὸς τὴν ὕσιν ἐμοὶ μὲν παντελῶς ἐστιν ἀδύνατον, οὐδένα ἔχοντι τῶν εἰς τὴν διακονίαν ταύτην ἐπιτηδείων. Τῶν δὲ αὐτόθεν ἀδελφῶν, ἐάν τις αἰρῆται τὸν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν κόπον ἀναδέξασθαι, οἶδε (82) δηλονότι καὶ πρὸς τίνας ὁρμήσει, καὶ ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ, καὶ παρὰ τίνων ἐφοδιασθῇ τοῖς γράμμασι, καὶ ποταποῖς τούτοις. Ἐγὼ μὲν γὰρ, ἐν κύκλῳ περισκεψάμενος, ἐρῶ μεθ' ἑαυτοῦ οὐδένα. Καὶ εὔχομαι μὲν τοῖς τετρακισχιλίοις ἐναριθμηθῆναι τοῖς μὴ κάμψασι γόνυ τῇ Βάαλ (83). Πλὴν ὅτι ζητοῦσι καὶ ἡμῶν τὴν ψυχήν, οἱ πᾶσι τὰς ἑαυτῶν ἐπιβάλλοντες χεῖρας. Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν ἐλλείψομέν τι τῆς ὀφειλομένης σπουδῆς ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

A modo, Dei voluntate, omnia ex institutis ecclesiasticis et rite fiant.

3. Tristitia autem nos affecit desideratissimus filius Dorotheus condiaconus, dum de pietate tua nuntiavit, refugisse te illius conventus esse participem. Atqui hæc non erant, de quibus collocuti inter nos fueramus, si ego memini. Mittere autem in Occidentem mihi prorsus integrum non est, neminem habenti idoneum ad hoc ministerium. Quod si quis ex fratribus qui apud vos sunt, Ecclesiarum causa laborem suscipere volet, is scit procul dubio et ad quos profecturus sit, et ad quem finem, et quorum sit litteris communiendus et qualibus. Ego namque conjectis in orbem oculis B mecum video neminem. Ac precor quidem, ut inter septies mille viros numerer, qui genu ante Baal non incurvavere. Cæterum animam quoque nostram quærunt, qui suas manus in omnes injiciunt; sed non propterea de studio Ecclesiis Dei debito quidquam remittam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΖ'.

247 EPISTOLA CLVII'.

Dolorem suum significat Basilius quod præterita æstate non inviserit Eusebium. Queritur quod ad se ne scribat quidem Eusebius, eumque accusat pigritiæ; rogat ut pro se precetur.

Ἀντιόχῳ (84).

Πῶς οἴει βαρέως ἤνεγκα διαμαρτών σου τῆς συντυχίας κατὰ τὸ θέρος; Καίτοι οὐδὲ ἡ τῶν (85) ἄλλων τοιαύτη γέγονεν, ὥστε μέχρι κόρου ἡμῖν προελθεῖν· ἀλλ' οὖν καὶ ὀναρ ἰδεῖν τὰ ποθούμενα φέρει τινὰ τοῖς ἐραστῇσι παραμυθίαν. Σὺ δὲ οὐδὲ ἐπιστέλλεις, οὕτως ἀργὸς εἶ· ὥστε μηδὲ τὴν ὑπόλειψιν ἄλλῃ τινὶ αἰτίᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ ἀργῶς ἔχειν πρὸς τὰς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης ἀποδημίας, λογίζεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πεπαύσθω ἡμῖν. Εὔχου δὲ ὑπὲρ ἡμῶν (86), καὶ παρακάλει τὸν Κύριον μὴ ἐγκαταλιπεῖν ἡμᾶς· ἀλλ' ὡς ἐκ τῶν ἐπελθόντων παρήγαγεν ἡμᾶς πειρασμῶν, οὕτω καὶ ἐκ τῶν προσδοκωμένων ῥύσασθαι εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ἠλπίσαμεν.

Antiocho.

Quam moleste tulisse me putas, quod tuo congressu præterita æstate caruerim? Atqui ne aliis quidem annis congressus talis fuit, mihi ut satietatem afferret, sed tamen res desideratæ etiam per somnium visæ nonnihil afferunt diligentibus solatii. Tu vero ne scribis quidem, adeo piger es: unde et tua absentia nulli alii causæ magis tribuenda, quam quod pigreris ad peregrinationes charitatis causa suscipiendas. Sed ea de re nihil amplius a nobis dicatur. Precare autem pro me, ac Dominum roga, ut ne me deserat: sed quemadmodum me a præteritis tentationibus exemit, ita etiam ab imminentibus liberet, ad gloriam nominis ipsius, in quo spem collocavimus.

Paulino, sed minime comprobasse, eo quod non adesset is qui incusabatur. Quamvis autem Paulini fama apud ecclesiasticos scriptores nulla prorsus criminatione videatur fuisse contacta, ex his tamen Basilii locis nonnulla ei objecta esse perspicitur: sed hæc fortasse iniquis magis suspicionibus, quam certis indiciis continebantur.

(79) *Γένοιτο.* Ita quatuor mss., quorum tres vetustissimi. Editi γίγνοιτο.

(80) *Δωρόθεος.* Unus ex Regg. codicibus Θεόδωρος. Paulo post editi μετασχεῖν αὐτῶν. Harl., Med., Clarom. et unus ex Regiis ut in textu.

(81) *Ὡμιλημένα.* Sic tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi τὰ ὡμολογημένα. Scriptura quam in textum recepimus, confirmatur ex primis verbis epistolæ 150.

(82) *Οἶδε.* Ut hæc intelligantur, conferenda sunt cum aliis locis. His enim verbis, *is scit procul dubio et ad quos profecturus sit*, indicat Basilius sibi Occidentales parum satisfacere, id quod in aliis epistolis vehementius declarat, nempe in epist. 212 et 235. Nec profecto placere illi poterant, quæ Evagrius Roma rediens ei narraverat, ut supra vidimus in epist. 138. Illud autem, *et ad quem finem*, illustratur ex epistola 129, n. 3, ubi fatetur Basilius reperire se non posse, qua de re scribendum sit in Occidentem; quæ enim necessaria sunt, jam præoccupata esse, superflua autem scribere, vanum ac inutile esse, de iisdem autem rebus obstrepere, etiam ridiculum videri. Ait autem se neminem habere quem mittat, quia episcopi cum Basilio communione conjuncti, operam ei navare nolebant, D qua de re queritur in epist. 141. Cæterum et a suis desertus et ab hæreticis impugnatus precatur, ut inter septies mille viros numeretur qui genu ante Baal non incurvavere, seque de studio Ecclesiis Dei debito nihil remissurum pollicetur.

(83) *Τῇ Βάαλ.* Ita novem mss. Editi τῷ Βάαλ.

(84) *Ἀντιόχῳ.* Quamvis Antiocho hanc epistolam tribuant omnes codices mss. et editi, eam tamen Eusebii restituendam fatebitur, quisquis leget attentius.

(85) *Οὐδὲ ἡ τῶν.* Ut aliqua hic constet sententia, legendum οὐδὲ ἐτῶν ἄλλων, ut in interpretatione expressimus. Cui lectioni favet codex Med. in quo legitur οὐδὲ *el* τῶν ἄλλων. Bis enim Eusebium invisit Basilius: primum quidem anno 369, nondum episcopus, deinde anno 372.

(86) *Ὑπὲρ ἡμῶν.* Duo codices non antiquissimi περὶ ἡμῶν

Alias CCLXX. Scripta anno 373.

Digitized by Google

EPISTOLA CLVIII*.

Dolet Basilius quod Antiochum non viderit; rogat ut pro se precetur ; commendat fratrem camelis præpositum.

Antiocho.

Quandoquidem obstiterunt mihi peccata mea, quominus possem quod dudum habebam tui congressus desiderium, ad exitum perducere ; litteris saltem absentiam delinio, atque adhortor, ut ne mei in tuis precibus intermittas meminisse, ut si vivam, mihi te perfrui donetur : sin minus precibus tuis adjutus cum bona spe ex hoc mundo emigrem. Cæterum fratrem camelis præpositum tibi commendamus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΗ'.

A

Ἀντιόχῳ.

Ἐπειδὴ ἀντέστησάν μοι αἱ ἁμαρτίαι μου πρὸς τὸ μὴ δυνηθῆναί με ἣν πάλαι εἶχον (87) ἐπιθυμίαν τῆς ὑμετέρας συντυχίας ἀγαγεῖν εἰς πέρας· γράμμασι γοῦν παραμυθοῦμαι τὴν ἀπόλειψιν, καὶ παρακαλῶμεν (88) μὴ διαλιπεῖν μεμνημένους ἡμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς, ἵνα, ἐὰν ζῶμεν, καταξιωθῶμεν ὑμῶν ἀπολαῦσαι· εἰ δὲ μή, διὰ τῆς βοηθείας τῶν προσευχῶν ὑμῶν μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος μεταναστεύσωμεν (89) ἀπὸ τοῦ κόσμου τούτου. Τὸν δὲ ἀδελφὸν, τὸν ἐπὶ ταῖς καμήλοις (90), παρατιθέμεθα ὑμῖν.

EPISTOLA CLIX**.

Gaudet Basilius interrogari se ab hominibus timentibus Deum. Declarat se adhærere fidei Nicænæ, sed ob exortam de Spiritu sancto quæstionem, addere glorificationem Spiritus sancti cum Patre et Filio, nec ad communionem admittere eos, qui Spiritum sanctum creaturam dicunt. Differt in aliud tempus uberiora documenta.

Eupaterio, et filiæ.

1. Quantum voluptatis attulerint mihi litteræ dignitatis tuæ, conjicis profecto ex his ipsis quæ scripsisti. Quid enim jucundius sit homini, in optatis habenti cum timentibus Deum semper colloqui, et utilitatis, quæ ab illis percipitur, esse participem, quam ejusmodi litteræ, quibus Dei inquiritur cognitio ? Si enim vita nobis Christus est, consequens est et sermonem nostrum de Christo esse, et cogitationem atque actionem omnem ex illius pendere mandatis, et animam nostram ad illius imaginem debere effingi. Itaque de ejusmodi rebus interrogatus, gaudeo ac gratulor interrogantibus. A nobis igitur, **248** ut verbo dicam, Patrum Nicææ congregatorum fides omnibus postea excogitatis præfertur : in qua confitentur Filium esse consubstantialem Patri, ejusdemque naturæ, cujus est qui genuit. Nam lumen de lumine, et Deum de Deo, et bonum de bono, tum sancti illi Patres confessi sunt, tum nos qui eorum vestigiis insistere laudi ducimus, hoc ipsum nunc testificamur.

2. Sed quia nunc prodiens ab hominibus semper novi aliquid inducere conantibus quæstio, ab antiquioribus autem prætermissa eo quod nemo contradiceret, relicta est inexplanata (dico quæstionem de Spiritu sancto), ideo aliquid ea de re adjicimus, Scripturæ menti convenienter ; quia ut baptizamur, ita et credimus : ut credimus, ita et glorificamus. Cum igitur baptisma nobis a Salvatore datum sit, in nomen Patris et Filii et Spi-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΘ'.

B

Εὐπατερίῳ (91), καὶ τῇ θυγατρί.

1. Ὅσην εὐφροσύνην παρέσχε μοι τὸ γράμμα τῆς κοσμιότητός σου, εἰκάζεις πάντως αὐτοῖς τοῖς (92) ἐπεσταλμένοις. Τί γὰρ ἂν ἥδιον γένοιτο ἀνθρώπῳ εὐχὴν ποιουμένῳ φοβουμένοις Θεὸν ἀεὶ προσομιλεῖν, καὶ τοῦ παρ' αὐτῶν κέρδους μεταλαμβάνειν, γραμμάτων τοιούτων, δι' ὧν ἡ Θεοῦ γνῶσις ἐπιζητεῖται ; Εἰ γὰρ τὸ ζῆν ἡμῖν Χριστὸς, ἀκολούθως καὶ ὁ λόγος ἡμῶν περὶ Χριστοῦ ὀφείλει εἶναι, καὶ ἡ ἔννοια καὶ πᾶσα πρᾶξις τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ ἠρτῆσθαι, καὶ ἡ ψυχὴ ἡμῶν κατ' αὐτὸν μεμορφῶσθαι. Χαίρω τοίνυν περὶ τοιούτων ἐρωτώμενος, καὶ συγχαίρω τοῖς ἐρωτῶσιν. Ἡμῖν τοίνυν ἐνὶ μὲν λόγῳ ἡ τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων Πατέρων πίστις πασῶν τῶν ὕστερον ἐφευρεθεισῶν προτετίμηται· ἐν ᾗ ὁμοούσιος ὁμολογεῖται ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, καὶ τῆς αὐτῆς ὑπάρχων φύσεως ἧς ὁ γεννήσας. Φῶς γὰρ ἐκ φωτὸς, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ ἀγαθὸν ἐξ ἀγαθοῦ, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὑπό τε τῶν ἁγίων ἐκείνων ὡμολογήθη, καὶ ὑφ' ἡμῶν νῦν, τῶν εὐχομένων κατ' ἴχνη βαίνειν ἐκείνων, προσμαρτυρεῖται.

2. Ἐπειδὴ δὲ τὸ νῦν ἀνακύψαν παρὰ τῶν ἀεὶ (93) καινοτομεῖν ἐπιχειρούντων ζήτημα, παρασιωπηθὲν τοῖς πάλαι διὰ τὸ ἀναντίῤῥητον, ἀδιάρθρωτον κατελείφθη (λέγω δὴ τὸ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος), προστίθεμεν τὸν περὶ τούτου λόγον, ἀκολούθως τῇ τῆς Γραφῆς ἐννοίᾳ· ὅτι ὡς βαπτιζόμεθα, οὕτω καὶ πιστεύομεν· ὡς πιστεύομεν, οὕτω καὶ δοξολογοῦμεν. Ἐπειδὴ οὖν βάπτισμα ἡμῖν δέδοται παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος·

* Alias CCLXXI. Scripta anno 373.

** Alias CCCLXXXVII. Scripta circa an. 373.

(87) *Εἶχον*. Quatuor mss. Sed recentiores ἔσχον.

(88) *Παρακαλοῦμεν*. Editi addunt ὑμᾶς, sed deest in tribus vetustissimis codicibus. Ibidem editi μὴ διαλείπειν. Sex mss. ut in textu.

(89) *Μεταναστεύσωμεν*. Ita tres vetustissimi codices. Editi μεταναστῶμεν.

(90) *Ἐπὶ ταῖς καμήλοις*. Sic Med., Coisl. primus, Clarom. et Harl. qui tamen secunda manu habet ἐπὶ τῶν καμήλων. Editi ἐπὶ τὰς καμήλους.

(91) *Εὐπατερίῳ*. Coisl. primus et Med. Εὐπατρίῳ.

(92) *Αὐτοῖς τοῖς*. Ita Coisl. uterque, Med., Harl. et Reg. secundus. Editi αὐτὸς τοῖς.

(93) *Παρὰ τῶν ἀεί*. Editi addunt τι, sed cum desit hæc vocula in vetustissimis tribus codicibus nostris, delendam existimavimus. Paulo post Med. et Coisl. primus ἀδιόρθωτον κατελείφθη, *citra emendationem relicta est*.

Digitized by Google

ἀκόλουθον τῷ βαπτίσματι τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως παρεχόμεθα, ἀκόλουθον δὲ καὶ τὴν δοξολογίαν τῇ πίστει· συνδοξάζοντες Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τῷ πεπεῖσθαι μὴ ἀλλότριον εἶναι τῆς θείας φύσεως. Οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν μετέσχε τιμῶν τὸ ἀπεξενωμένον κατὰ τὴν φύσιν. Τοὺς δὲ κτίσμα λέγοντας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλεοῦμεν, ὡς εἰς τὸ ἀσυγχώρητον πτῶμα (94) τῆς εἰς αὐτὸ βλασφημίας διὰ τῆς τοιαύτης φωνῆς καταπίπτοντας. Ὅτι γὰρ διώρισται κτίσις θεότητος, οὐδενὸς λόγου προσδεῖ τοῖς κατὰ μικρὸν (95) ταῖς Γραφαῖς ἐγγεγυμνασμένοις. Ἡ μὲν γὰρ κτίσις δουλεύει, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐλευθεροῖ· ἡ κτίσις ζωῆς προσδεής ἐστι, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· ἡ κτίσις διδασκαλίας προσδεῖται, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ διδάσκον· ἡ κτίσις ἁγιάζεται, τὸ Πνεῦμά ἐστι τὸ ἁγιάζον. Κἂν ἀγγέλους εἴπῃς, κἂν ἀρχαγγέλους, κἂν πάσας τὰς ὑπερκοσμίους (96) δυνάμεις, διὰ τοῦ Πνεύματος τὴν ἁγιωσύνην λαμβάνουσιν. Αὐτὸ δὲ τὸ Πνεῦμα φυσικὴν ἔχει τὴν ἁγιότητα, οὐ κατὰ χάριν λαβόν, ἀλλὰ συνουσιωμένην αὐτῷ· ὅθεν καὶ τῆς προσηγορίας τῆς τοῦ ἁγίου ἐξαιρέτως τετύχηκεν. Ὅ τοίνυν φύσει ἅγιον, ὡς φύσει ἅγιος ὁ Πατὴρ, καὶ φύσει ἅγιος ὁ Υἱός, οὔτε αὐτοὶ τῆς θείας καὶ μακαρίας Τριάδος χωρίσαι καὶ διατεμεῖν ἀνεχόμεθα, οὔτε τοὺς εὐκόλως τῇ κτίσει συναριθμοῦντας ἀποδεχόμεθα. Ταῦτα, ὥσπερ ἐν κεφαλαίῳ, ἀρκούντως τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν εἰρήσθω. Ἀπὸ γὰρ μικρῶν σπερμάτων γεωργήσετε τὸ πλεῖον τῆς εὐσεβείας, συνεργοῦντος ὑμῖν (97) τοῦ ἁγίου Πνεύματος. *Δίδου γὰρ σοφῷ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται.* Τὴν δὲ τελειοτέραν διδασκαλίαν εἰς τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίαν ὑπερθησόμεθα· δι' ἧς καὶ τὰ ἀντικείμενα ἐπιλύσασθαι, καὶ πλατυτέρας τὰς ἐκ τῶν Γραφῶν παρασχέσθαι μαρτυρίας, καὶ πάντα τύπον τὸν ὑγιῆ τῆς πίστεως βεβαιώσασθαι δυνατόν. Τὸ δὲ νῦν ἔχον συγγνώμην νείματε τῇ βραχύτητι. Καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἐπέστειλα τὴν ἀρχὴν, εἰ μὴ μείζονα ἡγούμην τὴν βλάβην ἀρνήσασθαι τὴν αἴτησιν παντελῶς, ἢ ἐλλιπῶς παρασχέσθαι.

ritus sancti; consentaneam baptismati confessionem fidei, consentaneam etiam fidei glorificationem adhibemus: Spiritum sanctum una cum Patre et Filio glorificantes; eo quod persuasum sit nobis, illum a natura divina non esse alienum. Neque enim eorumdem honorum esset particeps quod alienum foret secundum naturam. Eorum autem qui Spiritum sanctum creaturam esse dicunt, miseremur, ut qui in peccatum non condonabile blasphemiæ in illum emissæ, per hanc vocem incidant. Nam rem creatam a divinitate divisam esse nihil opus est eos monere, qui vel tantillum in Scripturis exercitati sunt. Creatura servit, Spiritus liberat; creatura vita indiget, Spiritus est qui vivificat; creatura doctrina eget, Spiritus est qui docet; creatura sanctificatur, Spiritus est qui sanctificat. Sive dixeris angelos, sive archangelos, sive cœlestes omnes potestates, per Spiritum sanctimoniam accipiunt. Spiritus autem naturalem habet sanctitatem, non gratia acceptam, sed ipsius essentiæ insitam: unde et sancti appellationem singulari ratione obtinet. Quod ergo natura sanctum est, quemadmodum Pater natura sanctus est, et Filius natura sanctus; id nec patimur a beata ac divina Trinitate separari et abscindi; nec admittimus eos, qui facile ipsum inter creaturas recensent. Hæc quasi in summa dicta sint, vestræ tamen pietati satis copiose. Nam ab exiguis seminibus uberem pietatis fructum, Spiritu sancto vobis opitulante, demetetis. *Da enim occasionem sapienti, et erit sapientior* [32]. Cæterum uberiora documenta in congressum differemus, in quo et objecta solvere, et ampliora ex Scripturis proferre testimonia, et sanam omnem fidei rationem confirmare poterimus. Impræsentiarum autem, brevitati ignoscite. Nam ne scripsissem quidem omnino, nisi damnum majus existimassem petita prorsus denegare, quam inchoate satisfacere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞ'.

249 EPISTOLA CLX*.

Cum Basilius ab infitio episcopatus prohibuisset matrimonium cum uxoris mortuæ sorore; quidam hac lege offensus litteras sub Diodori nomine adversus eum circumtulit. Inde nata occasio hujus Basilii epistolæ, in qua decretum suum defendit ex consuetudine Ecclesiæ suæ: objectum ex Moysis silentio argumentum dissolvit; imo Moysem non tacuisse contendit: ac postremo naturalem cognationem his nuptiis confundi demonstrat.

Διοδώρῳ.

1. Ἀφίκετο ἡμῖν γράμματα τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα Διοδώρου, τὰ δὲ ἐφεξῆς ἄλλου τινὸς πρέποντα εἶναι μᾶλλον ἢ Διοδώρου. Δοκεῖ γάρ μοί τις τῶν τεχνικῶν (98), τὸ σὸν πρόσωπον ὑποδὺς, οὕτως ἑαυτὸν

Diodoro.

1. Venerunt nobis litteræ nomine Diodori inscriptæ, at in reliquis quemvis alium potius decentes quam Diodorum. Videtur enim astutus aliquis personam tuam induens, sic sibi voluisse

[32] Prov. IX, 9.

(94) *Πτῶμα.* Duo mss. πταῖσμα.

(95) *Κατὰ μικρόν.* Editi κἂν μικρόν, quæ lectio etsi sua sponte nihil habet vitii, non tamen videtur a Basilio adhibita hoc loco. Plus enim tribuendum vetustissimis tribus codicibus, in quibus legitur κατὰ μικρόν, quam editis et aliis mss. Verisimile est hanc loquendi rationem ut minus accuratam a librariis immutatam fuisse. Sed tamen ea Basilius in rebus similimis persæpe utitur. Eosdem codices paulo post sequimur in hac voce προσδεῖται. Editi δεῖται.

(96) *Τὰς ὑπερκοσμίους.* Sic mss. sex. Editi τὰς ὑπερκοσμίας.

(97) *Συνεργοῦντος ὑμῖν.* Harl. συνεργοῦντος ἡμῖν.

(98) *Τις τῶν τεχνικῶν.* Pro his vocibus habet Harl. codex τάχα τις τῶν βαναύσων τεχνιτῶν, *forte aliquis ex mechanicis artificibus.* Medicæus cum duobus aliis τῶν βαναύσων τεχνῶν.

* Alias CXCVII. Scripta circa an. 375.

Digitized by Google

auctoritatem apud auditores comparare. Qui quidem ab aliquo interrogatus, an sibi liceret mortuæ uxoris sororem in matrimonium ducere, interrogationem non perhorruit, sed placide etiam audivit, ac lascivam libidinem fortiter prorsus et pugnaciter adjuvit. Quod si adessent litteræ, eas ad te misissem, satisque haberes facultatis et ad tuam et ad veritatis defensionem. Sed quia qui illas ostenderat, rursus abstulit, et contra nos, qui id ab initio prohibuimus, velut tropæum quoddam circumtulit, licentiam se habere dictitans scripto mandatam; nunc ad te scripsi, ut duplici manu spuriam illam epistolam oppugnemus; nec quidquam ei roboris relinquamus, ne facile possit legentibus nocere.

2. Primum itaque, quod in ejusmodi rebus maximum est, morem nostrum objicere possumus, ut vim legis habentem, eo quod nobis a viris sanctis traditæ sint regulæ. Mos autem ille est ejusmodi, ut si quis impuritatis vitio aliquando victus in illicitam duarum sororum conjunctionem inciderit, neque id matrimonium existimetur, neque omnino in Ecclesiæ cœtum admittantur, priusquam a se invicem dirimantur. Quare etiamsi nihil aliud dici posset, satis esset ipsa consuetudo ad boni custodiam. Sed quia qui hanc scripsit epistolam, adulterino argumento malum tantum conatus est in mores hominum inducere, necesse est, ut nec ratiocinationum subsidium omittamus, quanquam, in rebus valde conspicuis, argumentatione potior est uniuscujusque prænotio.

3. Scriptum est, inquit, in Levitico: *Uxorem super sorore ejus non accipies æmulam, ad revelandam turpitudinem ejus super eam, adhuc vivente ea*[33]. Inde igitur manifestum esse dicit mortuæ sororem accipere licere. Ad hoc primum quidem dicam, quæcunque lex dicit, iis qui in lege sunt dicere; alioqui sic et circumcisioni et Sabbato et abstinentiæ ciborum subjiciemur. Neque enim si quid inveniamus appositum nostris voluptatibus, jugo servitutis legis nos ipsi subjiciemus: si quid autem visum fuerit grave in legalibus, tunc ad libertatem, **250** quæ in Christo est, confugiemus. Interrogati sumus an scriptum sit, ut accipiatur uxor post ipsius sororem. Di-

A ἀξιόπιστον ἐθελῆσαι ποιῆσαι τοῖς ἀκροωμένοις. Ὅς γε, ἐρωτηθεὶς ὑπό τινος, εἰ θεμιτὸν αὐτῷ (99) πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι τῆς γυναικὸς τελευτησάσης τὴν ἀδελφήν, οὐκ ἔφριξε τὴν ἐρώτησιν, ἀλλὰ καὶ πράως ἤνεγκε τὴν ἀκοήν, καὶ τὸ ἀσελγὲς ἐπιθύμημα πάνυ γενναίως (1) καὶ ἀγωνιστικῶς συγκατέπραξεν. Εἰ μὲν οὖν παρῆν μοι τὸ γράμμα, αὐτὸ ἂν ἀπέστειλα, καὶ ἐξήρκεις (2) σαυτῷ τε ἀμῦναι καὶ τῇ ἀληθείᾳ· ἐπεὶ δὲ ὁ δείξας πάλιν ἀφεῖλετο, καὶ ὥσπερ τι τρόπαιον καθ' ἡμῶν περιέφερε, κεκωλυκότων τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἔγγραφον ἔχειν λέγων τὴν ἐξουσίαν· ἐπέστειλα νῦν σοι, ὥστε διπλῇ τῇ χειρὶ ἡμᾶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸν νόθον ἐκεῖνον λόγον, καὶ μηδεμίαν αὐτῷ ἰσχὺν καταλιπεῖν, ἵνα μὴ ἔχῃ βλάπτειν ῥᾳδίως τοὺς ἐντυγχάνοντας.

B 2. Πρῶτον μὲν οὖν, ὃ μέγιστον ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐστὶ, τὸ πρ' ἡμῖν ἔθος, ὃ ἔχομεν προβάλλειν, νόμου δύναμιν ἔχον, διὰ τὸ ὑφ' ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς θεσμοὺς ἡμῖν παραδοθῆναι. Τοῦτο δὲ τοιοῦτόν ἐστιν· ἐάν τις, πάθει ἀκαθαρσίας ποτὲ κρατηθείς, ἐκπέσῃ πρὸς δυεῖν ἀδελφῶν ἄθεσμον κοινωνίαν, μήτε γάμον ἡγεῖσθαι τοῦτον (3), μηθ' ὅλως εἰς Ἐκκλησίας πλήρωμα παραδέχεσθαι πρότερον, ἢ διαλῦσαι αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων. Ὥστε εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον εἰπεῖν ἦν, ἐξήρκει τὸ ἔθος πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ (4) φυλακήν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ τὴν ἐπιστολὴν γράψας, ἐπιχειρήματι κιβδήλῳ κακὸν τοσοῦτον ἐπειράθη τῷ βίῳ ἐπαγαγεῖν, ἀνάγκη μηδὲ ἡμᾶς τῆς ἐκ τῶν λογισμῶν βοηθείας ὑφέσθαι· καίτοι γε ἐπὶ τῶν σφόδρα ἐναργῶν μείζων ἐστὶ τοῦ C λόγου ἡ παρ' ἑκάστου (5) πρόληψις.

3. Γέγραπται, φησὶν, ἐν τῷ Λευϊτικῷ· *Γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ ἀντίζηλον, ἀποκαλύψαι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτῆς ἐπ' αὐτῇ, ἔτι ζώσης αὐτῆς.* Δῆλον δὴ οὖν ἐκ τούτου εἶναί φησιν, ὅτι συγχωρεῖται λαμβάνειν τελευτησάσης. Πρὸς δὴ τοῦτο πρῶτον μὲν ἐκεῖνο ἐρῶ· ὅτι, ὅσα ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ (6)· ἐπεὶ οὕτω γε καὶ περιτομῇ, καὶ Σαββάτῳ, καὶ ἀποχῇ βρωμάτων ὑποκεισόμεθα. Οὐ γὰρ δὴ, ἐὰν μέν τι εὕρωμεν συντρέχον ἡμῶν ταῖς ἡδοναῖς, τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας τοῦ νόμου ἑαυτοὺς ὑποθήσομεν· ἐὰν δέ τι φανῇ βαρὺ τῶν νομίμων, τότε πρὸς τὴν ἐν Χριστῷ ἐλευθερίαν ἀποδραμούμεθα. Ἠρωτήθημεν (7) εἰ γέγραπται λαμβάνειν D γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ. Εἴπομεν, ὅπερ ἀσφαλὲς ἡμῖν

[33] Levit. XVIII, 18.

(99) *Αὐτῷ.* Sic tres vetustissimi codices et Coisl. secundus. Editi αὐτόν. Deest ea vox in codice Coisl. qui sæculo nono exaratus, atque hanc epistolam cum aliis synodorum et sanctorum Patrum canonibus complectitur.

(1) *Γενναίως.* Editi addunt αὐτῷ, quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(2) *Ἐξήρκεις.* Sic mss. novem. Editi ἐξήρκει.

(3) *Τοῦτον.* Ita octo mss. quorum quatuor longe vetustissimi. Editi τοῦτο.

(4) *Καλοῦ.* Sic editi et codices Harl. et Med. Legitur in tribus Coislinianis codicibus et quatuor aliis κακοῦ, *ad malum cavendum.* Utra scriptura potior videri debeat, nec facile est statuere, nec magni momenti. Vulgatam retinere malui, quam confirmat Gregorius Nazianzenus orat. XXIII, p. 410, ubi Heronem canem esse dicit, *non latratu, sed boni custodia, et vigiliis pro animarum salute susceptis.* Οὐδὲ τὴν ὑλακὴν, ἀλλὰ τὴν φυλακὴν τοῦ καλοῦ, καὶ τὸ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἄγρυπνον.

(5) *Παρ' ἑκάστου.* Quatuor mss. recentiores παρ' ἑκάστῳ. Sic etiam habet vetustissima canonum collectio Coisliniana.

(6) *Λαλεῖ.* Quatuor codices non antiquissimi λέγει.

(7) *Ἠρωτήθημεν.* Non male unus codex Regius ἠρώτησεν, et paulo post εἴπωμεν, *interrogavit... dicamus*, etc. Consentit in secunda voce Coisl. secundus.

Digitized by Google

καὶ ἀληθές, ὅτι οὐ γέγραπται. Τὸ δ' ἐκ τῆς τοῦ ἀκολούθου ἐπιφορᾶς, τὸ σιωπηθὲν συλλογίζεσθαι νομοθετοῦντός ἐστιν, οὐ τὰ τοῦ νόμου λέγοντος· ἐπεὶ οὕτως γε ἐξέσται τῷ βουλομένῳ κατατολμῆσαι καὶ ἔτι ζώσης τῆς γυναικὸς λαμβάνειν τὴν ἀδελφήν. Τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦτο σόφισμα καὶ ἐπ' ἐκείνου ἁρμόζει. Γέγραπται γάρ, φησὶν, *Οὐ λήψῃ ἀντίζηλον*, ὡς τήν γε ἐξω τοῦ ζῆλου λαβεῖν οὐκ ἐκώλυσεν. Ὁ δὴ συνηγορῶν τῷ πάθει ἀζηλότυπον εἶναι διορίζεται τὸ ἦθος τῶν ἀδελφῶν. Ἀνῃρημένης οὖν τῆς αἰτίας, δι' ἣν ἀπηγόρευσε τὴν ἀμφοτέρων συνοίκησιν, τί τὸ κωλύον ἔσται (8) λαμβάνειν τὰς ἀδελφάς; Ἀλλ' οὐ γέγραπται ταῦτα, φήσομεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖνα ὥρισται. Ἡ δὲ ἔννοια τοῦ ἀκολούθου ὁμοίως ἀμφοτέραις (9) τὴν ἄδειαν δίδωσιν. Ἔδει δὲ, καὶ μικρὸν (10) ἐπὶ τὰ κατόπιν τῆς νομοθεσίας ἐπαναδραμόντα, ἀπηλλάχθαι πραγμάτων. Ἔοικε γὰρ οὐ πᾶν εἶδος ἁμαρτημάτων περιλαμβάνειν ὁ νομοθέτης· ἀλλ' ἰδίως ἀπαγορεύειν τὰ τῶν Αἰγυπτίων, ὅθεν ἀπῆρεν ὁ Ἰσραὴλ, καὶ τὰ τῶν Χαναναίων, πρὸς οὓς μεθίστατο. Ἔχει γὰρ οὕτως ἡ λέξις· *Κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῆς Αἰγύπτου, ἐν ᾗ παρῳκήσατε ἐπ' αὐτῆς, οὐ ποιήσετε· καὶ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα γῆς Χαναὰν, εἰς ἣν ἐγὼ εἰσάξω ὑμᾶς ἐκεῖ, οὐ ποιήσετε, καὶ ἐν τοῖς νομίμοις* (11) *αὐτῶν οὐ πορεύσεσθε.* Ὥστε τοῦτο εἰκός που (12) τὸ εἶδος τῆς ἁμαρτίας μὴ ἐμπολιτεύεσθαι τότε παρὰ τοῖς ἔθνεσι· διὸ μηδὲ τῆς ἐπ' αὐτῷ φυλακῆς προσδεῆσθαι τὸν νομοθέτην, ἀλλ' ἀρκεσθῆναι τῷ ἀδιδάκτῳ ἔθει πρὸς τὴν τοῦ μύσους διαβολήν. Πῶς οὖν, τὸ μεῖζον ἀπαγορεύσας, τὸ ἔλαττον ἐσιώπησεν; Ὅτι ἐδόκει πολλοὺς τῶν φιλοσάρκων, πρὸς τὸ ἔτι ζώσαις ἀδελφαῖς συνοικεῖν, τὸ ὑπόδειγμα βλάπτειν τοῦ πατριάρχου. Ἡμᾶς δὲ τί χρὴ ποιεῖν; Τὰ γεγραμμένα λέγειν, ἢ τὰ σωπηθέντα προσεξεργάζεσθαι; Αὐτίκα τὸ μὴ δεῖν μιᾷ ἑταίρᾳ κεχρῆσθαι πατέρα καὶ υἱὸν ἐν μὲν τοῖς νόμοις τούτοις οὐ γέγραπται, παρὰ δὲ τῷ Προφήτῃ μεγίστης κατηγορίας ἠξίωται. Υἱὸς γὰρ, φησὶ, *καὶ πατὴρ πρὸς τὴν αὐτὴν παιδίσκην εἰσεπορεύοντο.* Πόσα δὲ εἴδη ἄλλα τῶν ἀκαθάρτων παθῶν τὸ μὲν τῶν δαιμόνων διδασκαλεῖον ἐξεῦρεν, ἡ δὲ θεία Γραφὴ ἀπεσιώπησε, τὸ σεμνὸν ἑαυτῆς ταῖς τῶν αἰσχρῶν ὀνομασίαις καταῤῥυπαίνειν οὐχ αἱρουμένη, ἀλλὰ γενικοῖς ὀνόμασι τὰς ἀκαθαρσίας διέβαλεν! Ὡς καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· *Πορνεία δὲ καὶ ἀκαθαρσία πᾶσα μηδὲ ὀνομαζέσθω ἐν ὑμῖν, καθὼς πρέπει ἁγίοις*· τῷ τῆς ἀκαθαρσίας ὀνόματι τάς τε τῶν ἀῤῥένων ἀῤῥητοποιίας καὶ τὰς τῶν θηλειῶν περιλαμβάνων. Ὥστε οὐ πάντως ἡ σιωπὴ ἄδειαν φέρει τοῖς φιληδόνοις.

cimus, quod tutum nobis est et verum, hoc scriptum non esse. Quod autem silentio prætermissum est, id per consecutionis illationem colligere, legislatoris est, non legem recitantis; siquidem hoc pacto licebit volenti fascinus aggredi, etiam adhuc viventis uxoris accipere sororem. Nam ipsum illud sophisma etiam ad eam rem appositum est. Scriptum est, inquit, *Non accipies æmulam*: proinde accipi eam extra æmulationem non prohibuit. Qui autem libidini patrocinabitur, æmulationis expertem esse affirmabit indolem sororum. Quare sublata causa, ob quam ambarum connubium prohibuit, quid impediet quominus sorores accipiantur? Sed hæc scripta non sunt, aiemus. Sed neque illa statuta sunt. Consecutionis autem intelligentia pariter ambabus licentiam tribuit. Verum oportebat paulisper ad ea quæ legem præcedunt recurrendo, difficultate liberari. Videtur enim non omne peccatorum genus comprehendere legislator: sed peculiariter Ægyptiorum unde Israel exierat, et Chananæorum ad quos transferebatur, mores interdicere. Sic enim habet ad verbum: *Secundum instituta terræ Ægypti, in qua habitastis in ea, non facietis: et secundum instituta terræ Chanaan, in quam ego inducam vos illuc, non facietis, neque in legitimis eorum ambulabitis* [34]. Verisimile est hoc peccati genus tunc inter gentes non viguisse. Quapropter opus non fuit legislatori, ut illud cavendum curaret: sed satis ei fuit mos non doctus ad sceleris reprehensionem. Quomodo igitur majore vetito, minus prætermisit? Quia videbatur multis carni indulgentibus, ut cum sororibus adhuc viventibus habitarent, noxium esse exemplum patriarchæ. Nos autem quid facere oportet? Quæ scripta sunt dicere, an prætermissa accuratius scrutari? Protinus, non oportere uti una pellice patrem et filium, in his legibus scriptum non est, sed apud Prophetam crimini maximo datur. *Filius enim*, inquit, *et pater ad eamdem puellam ingrediebantur* [35]. Quot autem alia cupiditatum impurarum genera dæmonum quidem doctrina excogitavit, tacuit vero divina Scriptura, honestatem suam rerum turpium appellationibus fœdare nolens, sed generatim impuritates vituperavit! Sic ut et Apostolus Paulus ait: *Fornicatio autem et omnis immunditia ne nominetur quidem in vobis, sicut decet sanctos* [36]: immunditiæ nomine tum virorum tum mulierum obscena facinora comprehendens. Quare non omnino silentium licentiam dat voluptariis.

[34] Levit. XVIII, 3. [35] Amos II, 7. [36] Ephes. V, 3.

8) *Κωλύον ἔσται.* Ita mss. octo. Editi κωλύον ἐστί.

(9) *Ἀμφοτέραις.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἀμφοτέροις.

(10) *Καὶ μικρόν.* Deest conjunctio in uno codice Regio et in Coisliniana canonum collectione.

(11) *Ἐν τοῖς νομίμοις.* Præpositio addita ex tribus vetustissimis mss.

(12) *Τοῦτο εἰκός που.* Editi τοῦτ' εἰ καί που, et paulo post φυλακῆς προσδεχθῆναι. Omnes mss. ut in textu, nisi quod nonnulli habent δεηθῆναι. Non multo post editi πολλοῖς τῶν φιλοσάρκων, quod emendavimus ope codicis Coisl. secundi.

Digitized by Google

4. Ego autem neque tacitam illam partem fuisse dico : imo etiam a legislatore vehementer admodum fuisse prohibitam. Illud enim, *Non ingredieris ad omnem carnis tuæ affinem ad revelandam eorum turpitudinem* [37], hanc etiam affinitatis speciem complectitur. Etenim quid **251** viro affine magis est quam sua ipsius uxor, imo quam sua ipsius caro? Non enim amplius duæ sunt, sed una caro. Itaque per uxorem soror ad viri affinitatem transit. Quemadmodum enim matrem uxoris non assumet, neque filiam uxoris, propterea quod neque suam ipsius matrem, neque suam ipsius filiam; ita nec uxoris sororem, propterea quod neque suam ipsius sororem. Et vice versa, neque uxori licebit sese viri affinibus conjungere. Sunt enim utrinque communia affinitatis jura. Ego porro cuilibet de nuptiis consulenti testificor, præterire figuram hujus mundi, et tempus breve esse, *Ut qui habent uxores tanquam non habentes sint* [38]. Quod si mihi perperam legat illud: *Crescite et multiplicamini* [39] : rideo legum tempora non discernentem. Fornicationis remedium nuptiæ secundæ, non occasio lasciviæ. Si se non continent, nubant, inquit [40], non vero et nubentes legem violent.

5. Isti autem, quorum animus vitio turpitudinis lippus est, ne ad naturam quidem respiciunt, quæ jam olim generis nomina discrevit. Ex qua enim cognatione natos appellabunt? Fratresne, an consobrinos vocabunt? siquidem nomen utrumque eis ob confusionem congruit. Ne facias, o homo, amitam novercam infantium; nec quæ in matris loco fovere debet, eam æmulatione implacabili armaveris. Nam solum novercarum genus etiam post mortem odium ac inimicitiam extendit. Imo, alii inimici mortuis reconciliantur; novercæ odisse post mortem incipiunt. Summa dictorum hæc est : Si quis legitime nuptias appetit, totus orbis terrarum patet : sin libidine impellitur, ob id magis etiam excludatur, *Ut discat vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii* [41]. Me plura dicere parantem modus epistolæ cohibet. Precor autem, ut vel nostra admonitio vitium superet, vel non serpat in nostram regionem hoc piaculum; sed in quibus admissum est locis, in his permaneat.

4. Ἐγὼ δὲ οὐδὲ σεσιωπῆσθαι τὸ μέρος τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ πάνυ σφοδρῶς ἀπηγορευκέναι τὸν νομοθέτην. Τὸ γὰρ, *Οὐκ εἰσελεύσῃ πρὸς πάντα οἰκεῖον σαρκός σου, ἀποκαλύψαι ἀσχημοσύνην αὐτῶν*, ἐμπεριεκτικόν ἐστι καὶ τούτου τοῦ εἴδους τῆς οἰκειότητος. Τί γὰρ ἂν γένοιτο οἰκειότερον ἀνδρὶ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς, μᾶλλον δὲ τῆς ἑαυτοῦ σαρκός; Οὐ γὰρ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία. Ὥστε διὰ τῆς γυναικὸς ἡ ἀδελφὴ πρὸς τὴν τοῦ ἀνδρὸς οἰκειότητα μεταβαίνει. Ὡς γὰρ μητέρα γυναικὸς οὐ λήψεται, οὐδὲ θυγατέρα τῆς γυναικὸς, διότι μηδὲ τὴν ἑαυτοῦ μητέρα, μηδὲ τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα· οὕτως οὐδ' ἀδελφὴν γυναικὸς, διότι μηδὲ ἀδελφὴν ἑαυτοῦ. Καὶ τὸ ἀνάπαλιν, οὐδὲ ἡ γυναικὶ ἐξέσται τοῖς οἰκείοις τοῦ ἀνδρὸς συνοικεῖν. Κοινὰ γὰρ ἐπ' ἀμφοτέρων τῆς συγγενείας τὰ δίκαια. Ἐγὼ δὲ παντὶ τῷ περὶ γάμου βουλευομένῳ διαμαρτύρομαι, ὅτι παράγει τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ὁ καιρὸς συνεσταλμένος ἐστὶν, *Ἵνα καὶ οἱ ἔχοντες γυναῖκας ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν*. Ἐὰν δέ μοι παραναγινώσκῃ τὸ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*· καταγελῶ τοῦ τῶν νομοθεσιῶν τοὺς καιροὺς μὴ διακρίνοντος. Πορνείας παραμυθία ὁ δεύτερος γάμος, οὐκ ἐφόδιον εἰς ἀσέλγειαν. Εἰ οὐκ ἐγκαρτερεύονται, γαμησάτωσαν, φησίν· οὐχὶ δὲ καὶ γαμοῦντες παρανομείτωσαν.

5. Οἱ δὲ οὐδὲ πρὸς τὴν φύσιν ἀποβλέπουσιν, οἱ τὴν ψυχὴν λημῶντες τῷ πάθει τῆς ἀτιμίας, πάλαι διακρίνασαν τὰς τοῦ γένους προσηγορίας. Ἐκ ποίας γὰρ συγγενείας τοὺς γεννηθέντας προσαγορεύσουσιν; Ἀδελφοὺς αὐτοὺς ἀλλήλων ἢ ἀνεψιοὺς προσεροῦσιν; ἀμφότερα γὰρ αὐτοῖς προσαρμόσει διὰ τὴν σύγχυσιν. Μὴ ποιήσῃς, ὦ ἄνθρωπε, τὴν θείαν μητρυιὰν τῶν νηπίων· μηδὲ τὴν ἐν μητρὸς τάξει θάλπειν ὀφείλουσαν, ταύτην ἐφοπλίσῃς ταῖς ἀμειλίκτοις ζηλοτυπίαις. Μόνον γὰρ τὸ γένος (13) τῶν μητρυιῶν καὶ μετὰ θάνατον ἐλαύνει τὴν ἔχθραν· μᾶλλον δὲ οἱ μὲν ἄλλως πολέμιοι τοῖς τεθνηκόσι σπένδονται· αἱ δὲ μητρυιαὶ τοῦ μίσους μετὰ τὸν θάνατον ἄρχονται. Κεφάλαιον δὲ τῶν εἰρημένων, Εἰ μὲν νόμῳ τις ὁρμᾶται πρὸς τὸν γάμον, ἡνοικται πᾶσα ἡ οἰκουμένη· εἰ δὲ ἐμπαθὴς αὐτῷ ἡ σπουδὴ, διὰ τοῦτο καὶ πλέον ἀποκλεισθήτω, *Ἵνα μάθῃ τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ, μὴ ἐν πάθει ἐπιθυμίας*. Πλείονά με λέγειν ὡρμημένον τὸ μέτρον ἐπέχει (14) τῆς ἐπιστολῆς. Εὔχομαι δὲ ἡ τὴν παραίνεσιν ἡμῶν ἰσχυροτέραν τοῦ πάθους ἀποδειχθῆναι, ἢ μὴ ἐπιδημῆσαι τῇ ἡμετέρᾳ (15) τὸ ἄγος τοῦτο· ἀλλ' ἐν οἷς ἂν ἐτολμήθη τόποις ἐναπομεῖναι.

[37] Levit. XVIII, 6. [38] I Cor. VII, 29. [39] Gen. I, 28; IX, 1. [40] I Cor. VII, 9. [41] I Thess. IV, 4.

(13) *Τὸ γένος*. Sic tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi τὸ μῖσος. Ibidem Coisl. primus καὶ ὑπὲρ θάνατον.

(14) *Ἐπέχει*. Sic iidem codices. Editi ἐπέσχε.

(15) *Τῇ ἡμετέρᾳ*. Perspicitur ex conclusione hujus epistolæ incestas illas nuptias, quæ huic epistolæ occasionem dederunt, non contractas in Ecclesia Cæsariensi fuisse. Ac profecto, qua erat constantia Basilius in vindicandis Ecclesiæ suæ institutis, minime dubium quin ei, qui uxoris mortuæ sororem duxerat, longe fuisset epistolæ Diodoro afflictæ præsidium.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΑ'.

EPISTOLA CLXI*

Amphilochium consolatur Basilius, tum cum fugeret ordinationem, gratiæ retibus irretitum. Hortatur ut pravæ doctrinæ pravisque moribus constanter obsistat. Rogat ut si se longo morbo debilitatum invisere velit, nec tempus nec signum expectet.

Ἀμφιλοχίῳ (16), χειροτονηθέντι ἐπισκόπῳ. A

1. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν εὐαρεστοῦντας αὐτῷ ἐκλεγόμενος, καὶ γνωρίζων τὰ σκεύη τῆς ἐκλογῆς, καὶ κεχρημένος αὐτοῖς πρὸς τὴν λειτουργίαν τῶν ἁγίων· ὁ καὶ νῦν σε φεύγοντα, ὡς αὐτὸς φῂς, οὐχ ἡμᾶς, ἀλλὰ τὴν δι' ἡμῶν προσδοκωμένην κλῆσιν, τοῖς ἀφύκτοις δικτύοις τῆς χάριτος σαγηνεύσας, καὶ ἀγαγὼν εἰς τὰ μέσα τῆς Πισιδίας, ὥστε ἀνθρώπους ζωγρεῖν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἕλκειν ἀπὸ τοῦ βυθοῦ εἰς τὸ φῶς τοὺς ἐζωγρημένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα. Λέγε οὖν καὶ σὺ τὰ τοῦ μακαρίου Δαβίδ· *Ποῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου; καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω;* Τοιαῦτα γὰρ θαυματουργεῖ ὁ φιλάνθρωπος ἡμῶν Δεσπότης. Ὅνοι (17) ἀπόλλυνται, ἵνα βασιλεὺς Ἰσραὴλ γένηται. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, Ἰσραηλίτης ὤν, τῷ Ἰσραὴλ ἐδόθη· σὲ δὲ ἡ θρεψαμένη καὶ πρὸς τοσοῦτον ἀναβιβάσασα τῆς ἀρετῆς ὕψος οὐκ ἔχει, ἀλλὰ τὴν γείτονα ὁρᾷ τῷ ἰδίῳ κόσμῳ σεμνυνομένην. Ἐπειδὴ δὲ εἷς λαὸς πάντες οἱ εἰς Χριστὸν ἐλπικότες, καὶ μία Ἐκκλησία νῦν οἱ Χριστοῦ, κἂν ἐκ διαφόρων τόπων προσαγορεύηται, χαίρει καὶ ἡ πατρὶς καὶ εὐφραίνεται ταῖς τοῦ Κυρίου οἰκονομίαις, καὶ οὐχ ἡγεῖται ἕνα ἄνδρα ἐζημιῶσθαι, ἀλλὰ δι' ὅλης Ἐκκλησίας ὅλας προσειληφέναι. Μόνον παράσχοι ὁ Κύριος καὶ παρόντας ὁρᾶν ἡμᾶς (18), καὶ ἀπόντας ἀκούειν τὴν προκοπήν σου, τὴν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, καὶ τὴν εὐταξίαν τῶν Ἐκκλησιῶν.

2. Ἀνδρίζου τοίνυν καὶ ἴσχυε, καὶ προπορεύου τοῦ λαοῦ, ὃν ἐπίστευσε τῇ δεξιᾷ σου ὁ Ὕψιστος. Καὶ ὡς νοήμων κυβέρνησιν ποιησάμενος, πάσης ζάλης ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν πνευμάτων ἐγειρομένης ὑψηλότερος γενόμενος τῇ γνώμῃ, ἀδάπτιστον τοῖς ἁλμυρίς καὶ πικροῖς τῆς κακοδοξίας κύμασι διαφύλασσε (19) τὴν ὁλκάδα, ἀναμένων τὴν γαλήνην, ἣν ποιήσει ὁ Κύριος, ἐπειδὰν εὑρεθῇ φωνὴ ἀξία τοῦ διεγεῖραι αὐτὸν πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν τῶν πνευμάτων καὶ τῆς θαλάσσης. Εἰ δὲ βούλει ἡμᾶς λοιπὸν ὑπὸ τῆς μακρᾶς ἀῤῥωστίας ἐπειγομένους (20) πρὸς τὴν ἀναγκαίαν ἔξοδον ἐπισκέψασθαι, μήτε καιρὸν ἀναμείνῃς μήτε τὸ παρ' ἡμῶν σύνθημα· εἰδὼς, ὅτι πατρικοῖς σπλάγχνοις πᾶσα εὐκαιρία ἐπὶ περιπτύσσεσθαι τέκνον ἀγαπητὸν, καὶ λόγου παντὸς κρείττων ἡ κατὰ ψυχὴν διάθεσις. Βάρος δὲ ὑπερβαῖνον τὴν δύναμιν μὴ ὀδύρου. Εἰ μὲν γὰρ αὐτὸς ἦς ὁ μέλλων φέρειν τὸ βάσταγμα τοῦτο,

Amphilochio, ordinato episcopo.

1. Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus eligit, electionisque secernit vasa, et his utitur ad ministerium sanctorum: qui nunc etiam te, cum fugeres, ut tumet dixisti, non nos, sed vocationem quam per nos futuram suspicabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit, ut homines Domino capias, et ex profundo pertrahas ad lucem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius faciant voluntatem. Dic **252** igitur et tu quæ beatus David dicebat: *Quo ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam* [a]? Talia enim operatur miracula benignissimus Dominus noster. Asinæ pereunt [b], ut rex Israel fiat. Sed ille cum Israelita esset, Israeli datus est: te vero non habet quæ enutrivit et ad tantum perduxit virtutis apicem: sed vicinam videt proprio ornatu decoram. Sed quia unus populus sunt quotquot in Christum sperant, et nunc una Ecclesia qui Christi sunt, quanquam ex multis locis nominatur; gaudet etiam patria, et lætatur Dominii dispensationibus, neque amisisse se unum virum existimat, sed per unum totas Ecclesias acquisivisse. Tantummodo largiatur Dominus, ut et præsentes videamus, et absentes audiamus tuum in Evangelio profectum ac rectum Ecclesiarum ordinem.

2. Proinde age viriliter, corroborare, et præ populo, quem credidit dextræ tuæ Altissimus. Atque, ut peritus gubernator, tempestate omni ab hæreticorum ventis excitata superior animo, immersabile custodi salsis et amaris pravæ doctrinæ fluctibus navigium; exspectans tranquillitatem, quam faciet Dominus, simul ut vox inventa fuerit digna, quæ ipsum excitet ut ventos et mare increpet. Quod si nos jam longa ægritudine properantes ad necessarium exitum invisere cupis, nec tempus nec a nobis signum exspectes: quippe cum scias nullum tempus paternis visceribus commodum non esse ad dilecti filii complexum, ac sermone omni præstantiorem esse mentis affectionem. Noli onus viribus fortius lamentari. Si enim ipse hoc esses oneris portaturus, ne sic quidem grave foret, sed prorsus intolerabile. Si vero Dominus tecum portat, *Jacta super Dominum curam tuam,*

[a] Psal. cxxxviii, 7. [b] I Reg. ix, 3.

(16) Ἀμφιλοχίῳ, etc. Hunc titulum eruimus ex codicibus Coisl. primo, Med., Vat. et uno ex Regiis. Editi habent tantum τῷ αὐτῷ.

(17) Ὅνοι. Ita Coisl. primus et Med. cum duobus Regiis et utroque Bigot. Editi ἐχθροί, *inimici pereant.* Non exstat hæc epistola in codice Harlæano.

(18) Ὁρᾶν ἡμᾶς. Ita plerique mss. Editi ὁρᾶν ὑμᾶς, *ut te videam.*

(19) Διαφύλασσε. Ita mss. novem. Editi διαφύλαξαι.

(20) Ἐπειγομένους. Coisl. primus ἐπαγομένους.

* Alias CCCXCIII. Scripta anno 374.

Digitized by Google

et ipse faciet [44]. Sine te hoc unum commoneam, ut in omnibus caveas, ne ipse pravis moribus una cum aliis abripiare, sed mala quæ prius obtinuerunt, per datam a Deo tibi sapientiam in melius transferas. Misit enim te Christus, non ut alios sequare, sed ut ipse præeas his qui salvantur. Quin etiam, rogo, pro me preceris, ut si adhuc in hac vita remaneo, dignus habear qui te una cum tua Ecclesia videam; sin hinc jam abire jubeor, illic vos videamus apud Dominum, illam quidem, tanquam vitem, bonis operibus affluentem; te vero, tanquam sapientem agricolam et bonum servum demenso conservis tempestive distribuendo, mercedem fidelis prudentisque dispensatoris reportantem. Quotquot mecum sunt, pietatem tuam salutant. Valens lætusque sis in Domino: clarus in donis Spiritus et sapientiæ custodiaris.

A οὐδὲ οὕτως ἂν ἦν βαρὺ, ἀλλὰ φορητὸν (21) παντελῶς· εἰ δὲ Κύριος ὁ συνδιαφέρων, *Ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτὸς ποιήσει.* Μόνον ἐκεῖνο παραφυλάσσειν ἐν πᾶσι παραλήθητι, μὴ αὐτὸς τοῖς μοχθηροῖς ἔθεσι συμπεριφέρεσθαι, ἀλλὰ τὰ κακῶς προειλημμένα διὰ τῆς δεδομένης σοι παρὰ Θεοῦ σοφίας μετατιθέναι πρὸς τὸ χρήσιμον. Καὶ γὰρ ἀπέστειλέ σε Χριστὸς οὐχ ἑτέρας κατακολουθεῖν, ἀλλ' αὐτὸν καθηγεῖσθαι τῶν σωζομένων. Καὶ παρακαλοῦμεν προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα, ἐὰν μὲν ἔτι ὦμεν ἐπὶ τῆς ζωῆς ταύτης, ἰδεῖν σε μετὰ τῆς Ἐκκλησίας καταξιωθῶμεν· ἐὰν δὲ ἀπελθεῖν λοιπὸν προσταχθῶμεν, ἐκεῖ ὑμᾶς ἴδωμεν παρὰ τῷ Κυρίῳ, τὴν μὲν ὡς ἄμπελον εὐθηνοῦσαν ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις· σὲ δὲ, ὡς σοφὸν γεωργὸν καὶ ἀγαθὸν δοῦλον ἐν καιρῷ διδόντα τοῖς ὁμοδούλοις τὸ σιτομέτριον, πιστοῦ καὶ φρονίμου οἰκονόμου τὸν μισθὸν κομιζόμενον. Οἱ σὺν ἡμῖν πάντες ἀσπάζονταί σου τὴν εὐλάβειαν. Ἐῤῥωμένος καὶ εὔθυμος ἐν Κυρίῳ εἶης· εὐδοκιμῶν ἐπὶ χαρίσμασι Πνεύματος καὶ σοφίας φυλαχθείης.

B

253 EPISTOLA CLXII*. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΒ'.

Non desperat Basilius se precibus Eusebii impetraturum, ut ad eum veniat, et morbo sanetur, quo a die Paschæ usque ad hunc diem laborat, tam vario et multiplici ut exprimi non possit. Sperat tamen Barachum fratrem satis multa dicturum, ut causa dilationis probetur.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Videtur me res eadem et tardum facere ad scribendum, et rursus scribendi necessitatem afferre. Cum enim ad itineris mei respicio debitum, et congressus emolumentum considero, plane mihi epistolas contemnere subit, ut quæ ne umbræ quidem rationem explere possint, si cum veritate comparentur. Rursus autem cum cogito hoc unicum solatium maximis et præcipuis privato superesse, ut virum tantum salutem, et pro more solito rogem, ut ne mei obliviscatur in precibus; subit mihi litteras non parvi facere. Ac spem quidem adventus nec ipse projicere animo volo, nec tuam pietatem desperare. Pudet enim me, si non precibus tuis tantum videar confidere, ut vel juvenis ex sene fiam, si hoc necessarium sit, non solum paulo valentior, ex infirmo et prorsus attenuato, qualis sane nunc sum. Cur autem jam non adsim, causas verbis dicere haud mihi facile, non solum præsenti infirmitate impedito, sed etiam nunquam habenti tantam dicendi facultatem, ut multiplicem ac varium morbum perspicue exprimam. Cæterum a die Paschæ usque ad hunc diem febres, ventris resolutiones, et viscerum commotiones, sicut fluctus me immergentes, emergere

C

D

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Ἔοικέ μοι τοῦτο καὶ ὄκνον ἐμποιεῖν πρὸς τὸ γράφειν, καὶ ἀναγκαῖον αὐτὸ πάλιν ὑποδεικνύναι. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὸ τῆς ἐπιδημίας τῆς ἐμαυτοῦ ἀφίδω (22) χρέος, καὶ τὸ τῆς συντυχίας ὑπολογίσωμαι ὄφελος, πάνυ μοι τῶν ἐπιστολῶν ὑπερορᾶν ἔπεισιν, ὡς οὐδὲ σκιᾶς λόγον ἐκπληροῦν δυναμένων πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὅταν δὲ πάλιν λογίσωμαι, ὅτι μόνη παραμυθία ἐστὶ τῶν μεγίστων καὶ πρώτων διαμαρτόντα προσειπεῖν ἄνδρα τοσοῦτον, καὶ ἱκετεῦσαι συνήθως (23), ὥστε μὴ ἐπιλανθάνεσθαι ἡμῶν ἐπὶ τῶν προσευχῶν, οὐ μικρόν τί μοι κρίνειν τὸ τῶν ἐπιστολῶν ἔπεισι. Τὴν μὲν οὖν ἐλπίδα τῆς παρουσίας οὔτε αὐτὸς ῥίψαι τῆς ψυχῆς βούλομαι, οὔτε τὴν σὴν θεοσέβειαν ἀπογνῶναι. Αἰσχύνομαι γὰρ εἰ μὴ ταῖς σαῖς εὐχαῖς τοσοῦτον φανείην θαρσῶν, ὡς καὶ νέος (24) ἐκ γέροντος ἔσεσθαι, εἰ τούτου γένοιτο χρεία, οὐχ ὅπως ἐῤῥωμενέστερος μικρὸν ἐξ ἀσθενοῦς καὶ ἐξιτήλου παντάπασιν, ὁποῖος δὴ νῦν εἰμι. Τοῦ δὲ μὴ ἧδη παρεῖναι τὰ αἴτια λόγῳ μὲν εἰπεῖν οὐ ῥᾴδιον, οὐ μόνον ὑπὸ τῆς παρούσης ἀσθενείας ἐξειργομένῳ, ἀλλ' οὐδὲ σχόντι ποτὲ τοσαύτην τοῦ λόγου δύναμιν, ὥστε παντοδαπὴν (25) καὶ ποικίλην νόσον ἐξαγγεῖλαι. Πλὴν ὅτι ἀπὸ τῆς ἡμέρας τοῦ Πάσχα μέχρι νῦν (26) πυρετοὶ καὶ διάῤῥοιαι, καὶ σπλάγχνων ἐπαναστάσεις,

[44] Psal. LIV, 23.

* Alias CCLVIII. Scripta anno 374.

(21) *Ἀλλὰ φορητόν.* Legendum ἀφόρητον, ut sententiam habeamus Basilio dignam. Non enim is erat qui episcopale onus sine Christo prorsus tolerabile diceret.

(22) *Ἀπίδω.* Sic mss. septem. Editi ἐπίδω. Mox editi πάνυ με. Octo mss. πάνυ μοι.

(23) *Συνήθως.* Sic tres vetustissimi codices. Editi τὰ συνήθη.

(24) *Ὡς καὶ νέος.* Sic Harl., Coisl. primus et plerique alii. Editio 1 Paris. ὡς καὶ νέους. Mox editi εἰ καὶ τοῦτο γένοιτο χρεῖος. Novem mss. ut in textu, nisi quod in tribus recentioribus legitur γένηται.

(25) *Παντοδαπὴν.* Quatuor mss. non vetustissimi addunt οὕτω.

(26) *Μέχρι νῦν.* Sic tres vetustissimi codices et alii nonnulli. Editi μέχρι τοῦ νῦν.

Digitized by Google

ὥσπερ κύματά με ἐπιβαπτίζοντα ὑπερσχεῖν οὐκ ἐᾷ. Τὰ δὲ παρόντα οἷα καὶ τίνα (27) ἦν, εἴποι ἂν καὶ ὁ ἀδελφὸς Βάραχος (28), εἰ καὶ μὴ τῆς ἀληθείας ἀξίως, ἀλλ' ὅσον μαρτυρῆσαι τῇ αἰτίᾳ τῆς ὑπερθέσεως (29). Πάνυ δὲ πέπεισμαι, εἰ γνησίως ἡμῖν συνεύξαιο, πάνθ' ἡμῖν λυθήσεσθαι (30) ῥᾳδίως τὰ δυσχερῆ.

non sinunt. Præsentia autem quæ et qualia sint, dicere poterit et frater Barachus, si minus eo modo qui dignus sit veritate, saltem quantum satis est ad dilationis causam significandam. Omnino autem persuasum mihi est, si nobiscum sincere precatus fueris, me ab omnibus molestiis facile liberatum iri.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΓ'.

EPISTOLA CLXIII*.

Laudat Jovini litteras, in quibus ejus animus depictus erat. Libenter eum inviseret, nisi morbo detineretur, qui et quantus sit, narrandum testi oculato Amphilochio relinquit.

Ἰοβίνῳ κόμητι.

Εἶδόν σου τὴν ψυχὴν ἐν τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ τῷ ὄντι οὐδεὶς γραφεὺς χαρακτῆρα σώματος οὕτως ἀκριβῶς ἐκλαβεῖν δύναται, ὡς λόγος ἐξεικονίσαι τῆς ψυχῆς τὰ ἀπόῤῥητα. Τότε γὰρ τὸ τοῦ ἤθους εὐσταθὲς, καὶ τὸ τῆς τιμῆς ἀληθινὸν (31), καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐν πᾶσιν ἀκέραιον (32) ἱκανῶς ἡμῖν ὁ ἐν τοῖς γράμμασι λόγος ἐχαρακτήρισεν· ὅθεν καὶ μεγάλην ἡμῖν παραμυθίαν τῆς ἀπολείψεώς σου παρέσχετο. Μὴ τοίνυν διαλίπῃς τῇ ἀεὶ παραπιπτούσῃ προφάσει χρώμενος πρὸς τὸ ἐπιστέλλειν, καὶ τὴν διὰ μακροῦ ταύτην ὁμιλίαν χαρίζεσθαι· ἐπειδὴ τῆς κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίας (33) ἀπόγνωσιν ἡμῖν λοιπὸν ἡ ἀσθένεια τοῦ σώματος ἐμποιεῖ. Ἦν ὁπόση ἐστὶν ἐρεῖ σοι ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἀμφιλόχιος, ὁ καὶ γνωρίσας τῷ ἐπὶ πλεῖον συγγεγενῆσθαι ἡμῖν, καὶ δυνατὸς ὢν λόγῳ παραστῆσαι τὰ θεαθέντα. Γνωρίζεσθαι δὲ βούλομαι τὰ ἐμαυτοῦ δυσχερῆ οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκεν ἢ τῆς πρὸς τὸ ἐφεξῆς συγγνώμης, ὡς μὴ ῥᾳθυμίας ἔχειν κατάγνωσιν, ἐὰν ἄρα ἐλλίπωμεν τὴν ἐπίσκεψιν ὑμῶν. Καίτοιγε οὐκ ἀπολογίας μᾶλλον ἢ παραμυθίας δεῖ πρὸς τὴν ζημίαν ταύτην. Εἰ γὰρ ἦν μοι δυνατὸν συνεῖναί σου τῇ σεμνότητι, πολλῷ ἂν ἐγὼ τῶν παρ' ἄλλοις σπουδαζομένων ταύτην ἐμαυτῷ προτιμοτέραν ἐθέμην

Jovino comiti.

Vidi tuum animum in litteris. Nam revera pictor nullus tam accurate corporis effigiem assequi potest, quam oratio mentis arcana exprimere. Nam et morum gravitatem, et honoris veritatem, et animi in omnibus sinceritatem apte nobis effinxit litterarum sermo; unde et tuæ absentiæ magnum nobis solatium attulit. Quare non te fugiat qualibet oblata scribendi occasione uti, atque hoc ex longo intervallo colloquium impertire; quandoquidem **254** coram conveniendi spem abstulit corporis infirmitas; quæ quanta sit dicet tibi religiosissimus episcopus Amphilochius, qui et rem novit eo quod multum nobiscum fuerit, et quæ vidit verbis exprimere potest. Cæterum nota esse volo incommoda mea, non aliam ob causam, nisi ut deinceps veniam consequar, et pigritiæ crimen effugiam, si vos invisere omittam. Quanquam hujus rei jactura non tam accusatione indiget quam consolatione. Nam si possem cum tua gravitate convenire, id equidem iis, quæ studio digna aliis videntur, longe antiquius haberem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΔ'

EPISTOLA CLXIV**.

Laudat Basilius eximias Ascholii litteras, et gratias agit ob missum ad se martyris corpus, cujus hortator fuerat Ascholius. Sed mœrore affectum se dicit, dum comparat cum præsenti rerum statu, quæ de beato Eutyche et de martyrum constantia scripserat Ascholius.

Ἀσχολίῳ, ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.

1. Ὅσης ἡμᾶς εὐφροσύνης ἐνέπλησε τὰ γράμματα τῆς ὁσιότητός σου, ἡμεῖς μὲν οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἐνδείξασθαι δυνηθείημεν, ἀσθενοῦντος τοῦ λόγου πρὸς τὴν ἐνάργειαν (34)· αὐτὸς δὲ καὶ παρὰ σεαυτῷ (35) εἰκάζειν ὀφείλεις, τεκμαιρόμενος τῷ κάλλει τῶν ἐπεσταλμένων. Τί γὰρ οὐκ εἶχε τὰ γράμ-

Ascholio, episcopo Thessalonicæ.

1. Quanto nos gaudio repleverint litteræ sanctitatis tuæ, nos sane non facile demonstrare possimus; sermo siquidem rei clare explicandæ impar est; ipse autem apud teipsum existimare debes, ex eorum quæ scripsisti pulchritudine conjecturam faciens. Quid enim non habebat epistola?

(27) *Καὶ τίνα.* Hæc addita ex tribus vetustissimis codicibus et pluribus aliis.

(28) *Βάραχος.* Sic scribitur hoc nomen in utroque Coisl., Med., Harl., duobus Regiis et utroque Bigot. Editi Βάρουχος.

(29) *Ὑπερθέσεως.* Male in septem mss. non vetustissimis ὑποθέσεως.

(30) *Λυθήσεσθαι.* Sic mss. summo consensu. Editi λυθήσεται.

(31) *Ἀληθινόν.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἀληθές.

(32) *Ἀκέραιον.* Sic Medicæus codex, melius multo quam editi καίριον, *sententiæ in omnibus opportunitatem.* Codex Harlæanus prima manu εὔκαιρον.

(33) *Συντυχίας.* In hac voce tres vetustissimos codices secuti sumus. Editi ὁμιλίας.

34) *Πρὸς τὴν ἐνάργειαν.* Ita quinque codices non antiquissimi, nempe Coisl. secundus, Regius secundus, Clarom., Paris. et Bigot. In aliis legitur ἐνέργειαν, sicque habuit prima manu Harlæanus. Sed cum in aliis hujus epistolæ simillimis locis legatur ἐνάργειαν, nullo dissentiente codice; nihil mutandum duximus.

(35) *Παρὰ σεαυτῷ.* Harl. παρὰ σεαυτοῦ.

* Alias CCCLXXVIII. Scripta anno 374.

** Alias CCCXXXVIII. Scripta anno 374.

Digitized by Google

Nonne in Dominum amorem? Nonne mirum quiddam de martyribus, ita perspicue certaminis modum describens, ut res nobis poneret ob oculos? Nonne et in nos ipsos honorem ac dilectionem? Nonne quidquid præclarissimum quis dixerit? ita ut, ubi epistolam in manus sumpsi, eamque legi sæpius, ac redundantem in ea gratiam Spiritus perspexi, mihi viderer priscis temporibus versari, cum florerent Ecclesiæ Dei, fide radicatæ, conjunctæ charitate, membris variis quasi in corpore uno unam conspirationem habentibus : cum manifesti essent qui persequebantur, manifesti itidem qui patiebantur persecutionem : cum populi bello oppugnati multiplicarentur, ac martyrum sanguis Ecclesias irrigans, veritatis athletas multo plures aleret, posterioribus priorum exemplo sese ad certamen parantibus. Tunc Christiani pacem habebamus inter nos : pacem illam quam reliquit Dominus, cujus nunc ne vestigium quidem nobis jam superest, adeo illam crudeliter a nobis invicem abegimus. Verumtamen redierunt animi nostri ad priscam illam beatitudinem, ubi litteræ ex remota regione venerunt, dilectionis pulchritudine efflorescentes; ac martyr nobis advenit a barbaris ultra Istrum habitantibus, per se ipse prædicans fidei illic vigentis integritatem. Quis animarum nostrarum his in rebus lætitiam enarrare possit? Quænam excogitetur dicendi vis, quæ clare valeat affectum in corde nostro reconditum **255** enarrare? Profecto cum vidimus athletam, illius hortatorem felicem prædicavimus : qui apud justum judicem justitiæ coronam et ipse recipiet, eo quod multos ad certandum pro pietate corroboraverit.

2. Quoniam beatum virum Eutychen in memoriam nobis revocasti, patriamque nostram exornasti, ut quæ pietatis semina præbuerit, oblectasti quidem nos recordatione præteritorum, sed affecisti tristitia his quæ videmus arguendis. Enimvero nemo nostrum Eutychi virtute similis : qui utique tantum abest ut barbaros Spiritus virtute ac donorum illius efficacia mansuefaciamus, ut eos etiam qui mansueti sunt, peccatorum nostrorum magnitudine feroces reddamus. Nobis enim causam et peccatis nostris ascribimus, cur tantopere diffusa sit hæreticorum potentia. Etenim nulla fere pars orbis terrarum hæresis incendium effugit. Tua autem narratio, athletica certamina, corpora pro pietate dilacerata, furor barbarorum ab hominibus corde impavidis contemptus, varia tormenta persequentium, decertantium in omnibus constantia, lignum, aqua, quibus consummati martyres. No-

(36) *Τῆς ἀθλήσεως.* Male in quatuor mss. non vetustissimis legitur τῆς φύσεως.

(37) *Ἡμῖν.* Ita Harl. et Coisl. primus. Editi ἡμῶν. Ibidem editi τὴν καθ' ἡμᾶς. Tres antiquissimi codices cum duobus aliis ut in textu.

(38) *Ἤγομεν.* Ita Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi εἴχομεν.

A ματα; Οὐ τὴν πρὸς Κύριον ἀγάπην; Οὐ τὸ περὶ τοὺς μάρτυρας θαῦμα, οὕτως ἐναργῶς τὸν τρόπον τῆς ἀθλήσεως (36) ὑπογράφοντα, ὥστε ὑπ' ὄψιν ἡμῖν (37) ἀγαγεῖν τὰ πράγματα; Οὐ τὴν περὶ ἡμᾶς αὐτὸς τιμήν τε καὶ διάθεσιν; Οὐχ ὅ τι ἂν εἴποι τις τῶν καλλίστων; ὥστε, ὅτε εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμεθα, καὶ ἀνέγνωμεν αὐτὴν πολλάκις, καὶ τὴν βρύουσαν ἐν αὐτῇ χάριν τοῦ Πνεύματος κατεμάθομεν, νομίσαι ἡμᾶς ἐπὶ τῶν ἀρχαίων καιρῶν γεγενῆσθαι, ἡνίκα ἤνθουν αἱ Ἐκκλησίαι τοῦ Θεοῦ, ἐρριζωμέναι τῇ πίστει, ἡνωμέναι τῇ ἀγάπῃ, ὥσπερ ἐν ἑνὶ σώματι μιᾶς συμπνοίας διαφόρων μελῶν ὑπαρχούσης· ὅτε φανεροὶ μὲν οἱ διώκοντες, φανεροὶ δὲ οἱ διωκόμενοι· πολεμούμενοι δὲ οἱ λαοὶ πλείους ἐγίνοντο, καὶ τὸ αἷμα τῶν μαρτύρων, ἄρδον τὰς Ἐκ-
B κλησίας, πολυπλασίονας τοὺς ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας ἐξέτρεφε, τῷ ζήλῳ τῶν προλαβόντων ἐπαπο-δυομένων τῶν ἐφεξῆς. Τότε Χριστιανοὶ μὲν πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην ἤγομεν (38)· εἰρήνην ἐκείνην, ἣν ὁ Κύριος ἡμῖν κατέλιπεν, ἧς νῦν οὐδ' ἴχνος ἡμῖν λοιπὸν ὑπολέλειπται, οὕτως αὐτὴν ἀπηνῶς ἀπ' ἀλλήλων ἀπεδιώξαμεν. Πλὴν ἀλλ' ὅτι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν πρὸς τὴν παλαιὰν ἐκείνην μακαριότητα ἐπανῆλθον, ἐπειδὴ γράμματα μὲν ἦλθεν ἐκ τῆς μακρόθεν (39), ἀνθοῦντα τῷ τῆς ἀγάπης κάλλει, μάρτυς δὲ ἡμῖν ἐπεδήμησεν ἐκ τῶν ἐπέκεινα Ἴστρου βαρβάρων, δι' ἑαυτοῦ κηρύσσων τῆς ἐκεῖ πολιτευομένης πίστεως τὴν ἀκρίβειαν. Τίς ἂν τὴν ἐπὶ τούτοις εὐφροσύνην τῶν ψυχῶν ἡμῶν διηγήσαιτο.; Τίς ἂν ἐπινοηθείη δύ-
C ναμις λόγου ἐναργῶς ἐξαγγεῖλαι τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας ἡμῶν διάθεσιν δυναμένη; Ὅτε μέντοι εἴδομεν τὸν ἀθλητὴν, ἐμακαρίσαμεν αὐτοῦ τὸν ἀλείπτην· ὃς παρὰ τῷ δικαίῳ κριτῇ τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον καὶ αὐτὸς ἀπολήψεται, πολλοὺς εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐπιρρώσας ἀγῶνα.

2. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦ μακαρίου ἀνδρὸς Εὐτυχοῦς εἰς μνήμην ἡμᾶς ἤγαγες, καὶ ἐσέμνυνας ἡμῶν τὴν πατρίδα, ὡς αὐτὴν παρασχομένην τῆς εὐσεβείας τὰ σπέρματα· εὐφρανας μὲν ἡμᾶς τῇ ὑπομνήσει τῶν παλαιῶν, ἐλύπησας δὲ τῷ ἐλέγχῳ τῶν ὁρωμένων. Οὐδεὶς γὰρ ἡμῶν Εὐτυχεῖ τὴν ἀρετὴν παραπλήσιος· οἵ γε τοσοῦτον ἀπέχομεν βαρβάρους ἐξημερῶσαι τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, καὶ τῇ ἐνεργείᾳ τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων, ὥστε καὶ τοὺς ἡμέρως ἔχοντας
D τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐξηγριῶσθαι. Ἑαυτοῖς γὰρ λογιζόμεθα καὶ ταῖς ἡμετέραις ἁμαρτίαις τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπὶ τοσοῦτον χυθῆναι τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν. Σχεδὸν γὰρ οὐδὲν μέρος (40) τῆς οἰκουμένης διαπέφευγε τὸν ἐκ τῆς αἱρέσεως ἐμπρησμόν. Τὰ δὲ σὰ διηγήματα, ἐνστάσεις ἀθλητικὰς καὶ (41), σώματα ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας καταξαινόμενα, θυμὸς βαρβαρικὸς ὑπὸ τῶν ἀκαταπλήκτων τὴν καρδίαν καταφρονούμενος, αἱ ποικίλαι βάσανοι τῶν

(39) *Ἐκ τῆς μακρόθεν.* Harl., Med., Reg. primus, Vat. et Bigot. alter ἐκ γῆς μακρόθεν

(40) *Μέρος.* Editi addunt ἔτι, quod melius videtur deesse in tribus antiquissimis codicibus.

(41) *Ἐνστάσεις ἀθλητικαί.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἔνστασις ἀθλητική.

Digitized by Google

διοικόντων, αἱ διὰ πάντων ἐνστάσεις τῶν ἀγωνιζομένων, τὸ ξύλον, τὸ ὕδωρ (42), τὰ τελειωτικὰ τῶν μαρτύρων. Τὰ δὲ ἡμέτερα οἷα ; Ἀπέψυκται ἡ ἀγάπη. Πορθεῖται ἡ τῶν Πατέρων διδασκαλία· ναυάγια περὶ τὴν πίστιν πυκνά· σιγᾷ τῶν εὐσεβούντων τὰ στόματα· λαοὶ τῶν εὐκτηρίων οἴκων ἐξελαθέντες ἐν τῷ ὑπαίθρῳ πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς δεσπότην τὰς χεῖρας αἴρουσι. Καὶ αἱ μὲν θλίψεις βαρεῖαι, μαρτύριον δὲ οὐδαμοῦ, διὰ τὸ τοὺς κακοῦντας ἡμᾶς τὴν αὐτὴν ἡμῖν ἔχειν προσηγορίαν. Ὑπὲρ τούτων αὐτός τε δεήθητι τοῦ Κυρίου, καὶ πάντας τοὺς γενναίους ἀθλητὰς τοῦ Χριστοῦ εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν (43) προσευχὴν συμπαράλαβε· ἵνα, εἴπερ ἔτι χρόνοι τινὲς ὑπολείπονται τῇ συστάσει τοῦ κόσμου, καὶ μὴ πρὸς τὴν ἐναντίαν φορὰν συνελαύνεται τὰ πάντα, διαλλαγεὶς ὁ Θεὸς ταῖς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαις, ἐπαναγάγῃ αὐτὰς πρὸς τὴν ἀρχαίαν εἰρήνην.

A stra vero qualia sunt? Refrixit charitas. Patrum vastatur doctrina : naufragia circa fidem crebra : silent piorum ora : populus a precationis ædibus abactus, sub dio ad Dominum, qui in cœlis est, manus attollit. Ac graves quidem sunt afflictiones, nusquam tamen martyrium; eo quod qui nos vexant, eodem ac nos appellentur nomine. Eam ob causam cum ipse Dominum precare, tum strenuos omnes Christi athletas ad adhibendas pro Ecclesiis preces tibi adjunge : ut si quid adhuc temporis superest mundi constitutioni, nec jam in contrarium impetum feruntur omnia, reconciliatus Ecclesiis suis Deus, ipsas ad priscam pacem reducat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΕ'.

EPISTOLA CLXV*.

Lætat Basilius acceptam ex Sorani litteris lætitiam, eumque laudat, quod et antea pro fide certamina sustinuerit, et nunc martyris nuper coronati corpore patriam honoraverit. Rogat ut pro se precetur.

Ἀσχολίῳ (44), *ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.*

Ascholio, episcopo Thessalonicæ.

B

Παλαιὰν ἡμῖν εὐχὴν ὁ ἅγιος Θεὸς ἐξεπλήρωσε, καταξιώσας ἡμᾶς γράμμασι τῆς ἀληθινῆς σου θεοσεβείας ἐντυχεῖν. Τὸ μὲν γὰρ μέγιστον καὶ τῆς μεγίστης σπουδῆς ἄξιον, αὐτόν σε ἰδεῖν καὶ ὀφθῆναί σοι, καὶ τῶν ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων δι' ἑαυτῶν ἀπολαῦσαι· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἥ τε τοῦ τόπου διάστασις ἀφαιρεῖται, καὶ αἱ ἰδίᾳ ἑκάτερον ἡμῶν κατέχουσαι περιστάσεις· δευτέρας εὐχῆς ἄξιον γράμμασι συνεχέσι τῆς ἐν Χριστῷ σου (45) ἀγάπης τρέφεσθαι τὴν ψυχήν. Ὅ καὶ νῦν ἡμῖν ὑπῆρξεν, ὅτε ἐλάβομεν εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολὴν τῆς συνέσεώς σου. Πλέον γὰρ ἢ διπλασίους ἐγενόμεθα τῇ ἀπολαύσει τῶν ἐπεσταλμένων. Καὶ γὰρ ἦν τῷ ὄντι καὶ αὐτὴν σου καθορᾶν τὴν ψυχήν, οἷον δι' ἐσόπτρου τινὸς τῶν λόγων διαφαινομένην. Πολυπλασίονα δὲ ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην ἐποίει οὐ μόνον τὸ τοιοῦτον εἶναί σε ὁποῖον ἡ πάντων μαρτυρία παρίστησιν, ἀλλ' ὅτι τὰ ἐν σοὶ καλὰ τῆς πατρίδος ἡμῶν ἐστι σεμνολογήματα. Οἷον γὰρ εὐθαλής τις κλάδος ῥίζης γενναίας ἀφορμηθείς, τῶν πνευματικῶν καρπῶν τὴν ὑπερφυΐαν ἐνέπλησας. Ὥστε εἰκότως ἡ πατρὶς ἡμῶν τοῖς οἰκείοις βλαστήμασιν ἐπαγάλλεται. Καὶ ἡνίκα τοὺς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀγῶνας διῆθλεις (46), ἐδόξαζε τὸν Θεὸν, ἀκούουσα τὴν τῶν Πατέρων ἀγαθὴν κληρονομίαν διαφυλαττομένην ἐν σοί. Οἷα δέ

Votum nobis antiquum adimplevit Deus sanctus, cum nobis dignatus est concedere, ut veræ pietatis tuæ litteras acciperemus. Hoc enim maximum est et maxime exoptandum, videre te et videri a te, ac Spiritus donis, quæ in te sunt, per nosmetipsos perfrui. Sed quia id et loci distantia aufert, et negotia quibus privatim uterque nostrum detinemur; in **256** secundis votis fuerit, ut anima frequentibus tuæ in Christo charitatis litteris alatur. Quod et nunc nobis contigit, cum prudentiæ tuæ epistolam in manus sumpsimus. Plus enim quam gemini facti sumus, iis quæ a te scripta sunt perfruentes. Erat enim revera et tuam ipsius intueri animam, velut in speculo quodam, ita in C sermone relucentem. Illud autem multiplici me lætitia affecit, non solum quod is sis quem omnium testimonia prædicant : sed etiam quod egregiæ tuæ dotes patriæ nostræ sint ornamenta. Enim vero veluti viridis quidam surculus ab eximia radice profectus, fructibus spiritualibus nationem exteram replevisti. Quare nec injuria patria nostra de suis gloriatur germinibus. Et cum pro fide certa mina sustineres, Deum glorificabat, bonam Patrum hæreditatem in te audiens custodiri. Tua autem nunc qualia sunt? Martyre, qui nuper in vicina

(42) *Τὸ ξύλον, τὸ ὕδωρ.* Hæc facile explicantur et illustrantur ex epistola Ecclesiæ Gotthiæ, quæ simul cum corpore S. Sabæ martyris ad Ecclesiam D Cæsariensem missa est. Sic legitur sub finem hujus epistolæ : Τότε κατάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ὕδωρ εὐχαριστοῦντα καὶ δοξάζοντα τὸν Θεόν... Καὶ ῥίψαντες αὐτὸν, καὶ ἐπιθέντες αὐτῷ ξύλον κατὰ τοῦ τραχήλου, ἐπίεζον εἰς τὸ βάθος. Καὶ οὕτω τελεωθεὶς διὰ ξύλου καὶ ὕδατος, ἅρπαντον ἐφύλαξε τῆς σωτηρίας τὸ σύμβολον, ὢν ἐτῶν τριάκοντα ὀκτώ. *Tunc ab eis deductus est ad aquam, gratias agens et glorificans Deum. Ac præcipitem illum dantes, et lignum illius collo imponentes, mersaverunt profundo. Sicque consummatus per lignum et aquam, intaminatum servavit salutis symbolum, annos natus triginta octo.*

(43) *Ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν.* Sic iidem tres antiquissimi codices. Editi ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας.

(44) *Ἀσχολίῳ.* Quamvis omnes codices mss. et editi hanc epistolam Ascholio inscribant, nullus tamen dubito, quin Sorano Scythiæ duci scripta fuerit : idque in *Vita S. Basilii* probare conabimur.

(45) *Τῆς ἐν Χριστῷ σου.* Illud pronomen, quod ad sententiæ seriem necessarium videtur, desumpsimus ex codice Harlæano.

(46) *Διηθλεις.* Ita novem mss. Editi διῆθλες.

* Alias CCCXXIX. Scripta anno 374.

Digitized by Google

vobis barbaria decertavit, patriam honorasti, velut gratus agricola ad eos qui semina præbuerunt, fructuum primitias mittens. Vere digna Christi athleta dona; martyr veritatis nuper justitiæ corona redimitus, quem et læti suscepimus, ac Deo, qui jam in omnibus gentibus Christi sui Evangelium adimplevit, gloriam dedimus. Sine autem hoc te rogem, ut nostri qui te diligimus, memineris in precibus, ac sedulo Dominum pro animabus nostris preceris; ut et nobis aliquando donetur Deo incipere servire secundum viam mandatorum ipsius, quæ nobis dedit ad salutem.

A σου (47) καὶ τὰ παρόντα; Μάρτυρι, νέον (48) ἀθλήσαντι ἐπὶ τῆς γείτονος ὑμῖν βαρβάρου, τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐτίμησας, οἷόν τις εὐγνώμων γεωργὸς τοῖς παρασχομένοις τὰ σπέρματα τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν ἀποπέμπων. Ὄντως (49) πρέποντα ἀθλητῇ Χριστοῦ τὰ δῶρα· μάρτυς (50) τῆς ἀληθείας ἁρπὸν τῆς δικαιοσύνης ἀναδησάμενος στέφανον, ὃν καὶ ὑπεδεξάμεθα χαίροντες, καὶ ἐδοξάσαμεν τὸν θεὸν τὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι πληρώσαντα λοιπὸν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Παρακέκλησο δὲ καὶ ἡμῶν τῶν ἀγαπώντων σε μεμνῆσθαι ἐν ταῖς προσευχαῖς καὶ σπουδαίως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν προσεύχεσθαι τῷ Κυρίῳ, ἵνα καταξιωθῶμέν ποτε ἄρξασθαι καὶ αὐτοὶ δουλεύειν τῷ Θεῷ, κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἃς ἔδωκεν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν.

EPISTOLA CLXVI*. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞϚ'.

Basilius seu potius Gregorius beatum prædicat Eupraxium, quo ad Eusebium se conferat; sed multo beatiorem ipsum Eusebium, cui exsilium gratulatur, eumque rogat ut pro se precetur et ad se vergat scribere.

Eusebio, episcopo Samosatorum. B *Εὐσεβίῳ* (51), *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

Carus mihi in omnibus, etc. **257** Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, κ. τ. λ.

Vide inter S. Gregorii Nazianzeni Epistolas, epist. 65.

EPISTOLA CLXVII**. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΖ'.

Basilius, seu potius Gregorius acceptam ex litteris Eusebii lætitiam significat; molestias excusat et negotia, quod eum non invisat; ipsius litteras sibi et lucro et honori apud multos esse testatur.

Eusebio, episcopo Samosatorum. *Εὐσεβίῳ* (52), *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

Et cum scribis, et cum nostri memor es, lætitia nos afficis; et quod hoc majus est, cum nobis in litteris benedicis. Nos porro, si digni tuis laboribus et tuo pro Christo certamine essemus, concessum nobis fuisset, ut ad te profecti pietatem tuam complecteremur, ac patientiæ in ærumnis exemplum caperemus. Sed quia ea re indigni sumus, molestiis multis ac negotiis detenti, quod secundum est, facimus; salutamus tuam præstantiam, precamurque ut ne nostri defatigeris meminisse. Nam litteris tuis dignos haberi non lucrum duntaxat nobis est; sed gloriatio etiam apud multos atque ornamentum, quod apud virum virtute tanta præditum, tamque Deo conjunctum, ut ei alios etiam tum sermone, tum exemplo conjungere queat, aliquo in numero simus.

C Καὶ γράφων καὶ μεμνημένος εὐφραίνεις ἡμᾶς, καὶ τὸ τούτου μεῖζον, εὐλογῶν ἡμᾶς ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἡμεῖς δὲ, εἰ μὲν (53) ἄξιοι τῶν σῶν παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀθλήσεως, κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαί σου τὴν θεοσέβειαν, καὶ τύπον λαβεῖν τῆς ἐν τοῖς παθήμασι καρτερίας· ἐπειδὴ δὲ ἀνάξιοι τούτου τυγχάνομεν, πολλαῖς θλίψεσι καὶ ἀσχολίαις ἐνεχόμενοι, ὃ δεύτερόν ἐστι ποιοῦμεν· προσαγορεύομεν τὴν σὴν τελειότητα, καὶ ἀξιοῦμεν μὴ κάμνειν σε μεμνημένον ἡμῶν. Οὐ γὰρ ὠφέλεια μόνον ἡμῖν τῶν σῶν καταξιοῦσθαι γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ καύχημα πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ καλλώπισμα, ὅτι λόγος ἡμῶν ἐστι παρὰ ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν καὶ τοσαύτην ἔχοντι πρὸς θεὸν οἰκειότητα, ὥστε καὶ ἄλλους οἰκειοῦν δύνασθαι καὶ λόγῳ καὶ ὑποδείγματι.

EPISTOLA CLXVIII***. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΗ'.

Quantum dolet Basilius Ecclesiam pastore destitutam, tantum Antiochi felicitatem prædicat, quod cum Eusebio versetur.

Antiocho, presbytero, fratris Eusebii filio, qui cum patruo exsulante versabatur. D *Ἀντιόχῳ, πρεσβυτέρῳ, ἀδελφιδῷ συνόντι ἐν τῇ ἐξορίᾳ.*

Quantum doleo Ecclesiam pastoris tanti destitu- Ὅσον ὀδύρομαι τὴν Ἐκκλησίαν τὴν στερηθεῖσαν

* Alias CCLI. Scripta anno 374.
** Alias CCLII. Scripta anno 374.
*** Alias CCLXIX. Scripta anno 374.

(47) *Οἷα δέ σου.* Med. et alii nonnulli οἷα δέ σοι.

(48) *Μάρτυρι νέον.* Ita Coisl. primus, Vat., Reg. secundus et Paris. Editi μαρτυρεῖ νέῳ. Ibidem quinque mss. ἀνθήσαντα. Bigot. et Harl. secunda manu ἀθλήσαντα.

(49) *Ὄντως.* Editi addunt γάρ, quod melius deest in sex mss. Ibidem editi ἀληθῆ Χριστοῦ.

(50) *Μάρτυς... ἀναδησάμενος.* Medicæus codex cum Regio secundo et Coisl. secundo μάρτυρα... ἀναδησάμενον.

(51) *Εὐσεβίῳ*, etc. Addunt editi πρεσβύτερος ὤν, sed prorsus vitiose; nec leguntur apud Gregorium Nazianzenum, cujus inter epistolas hæc trigesima est, ipsique videtur tribuenda. Hinc a nostris codicibus abest, excepto Coisliniano primo.

(52) *Εὐσεβίῳ.* Hæc etiam epistola Gregorio adjudicanda, nec eam ullus habet ex codicibus nostris præter Coislinianum primum.

(53) *Εἰ μέν.* Sic Gregorius Nazianzenus et Coisl. primus. Editiones Basilii ἐσμέν. Paulo post pro co

Digitized by Google

τῆς τοῦ τοιούτου ποιμένος ἐπιστασίας, τοσοῦτον μα- A καρίζω ὑμᾶς καταξιωθέντας ἐν τοιούτῳ καιρῷ συνεῖναι ἀνδρὶ τὸν μέγαν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας (54) διαθλοῦντι ἀγῶνα. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι ὁ Κύριος καὶ ὑμᾶς τῆς αὐτῆς μερίδος καταξιώσει, τοὺς καλῶς ἐλείροντας καὶ ἐπεγείροντας αὐτοῦ τὴν προθυμίαν. Ἤλικον δὲ κέρδος ἐν ἡσυχίᾳ βαθείᾳ ἀπολαύειν ἀνδρὸς τοσαῦτα μὲν ἐκ τῆς μαθήσεως, τοσαῦτα δὲ ἐκ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων συνειληχότος! Ὥστε πέπεισμαι ὑμᾶς νῦν ἐγνωκέναι τὸν ἄνδρα, ἡλίκος ἐπὶ τὴν σύνεσιν· διότι ἓν τῷ παρελθόντι χρόνῳ καὶ αὐτὸς τὴν διάνοιαν εἶχεν εἰς πολλὰ σχιζομένην, καὶ ὑμεῖς οὐκ ἦγετε σχολὴν ἀπὸ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, ὥστε ὅλοι προσκεῖσθαι τῷ πνευματικῷ νάματι τῷ ἀπὸ καθαρᾶς καρδίας τοῦ ἀνδρὸς προχεομένῳ. Ἀλλὰ παράσχοι ὁ Κύριος ὑμᾶς καὶ αὐτῷ παράκλησιν B εἶναι, καὶ αὐτοὺς μὴ δεῖσθαι τῆς ἑτέρων παρηγορίας. Ὅπερ οὖν καὶ πέπεισμαι περὶ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, τεκμαιρόμενος τῇ τε ἐμαυτοῦ πείρᾳ, ἣν πρὸς ὀλίγον ὑμῶν ἐπειράθην, καὶ τῇ μεγάλῃ διδασκαλίᾳ τοῦ καλοῦ καθηγητοῦ, οὗ μιᾶς ἡμέρας συνουσία αὐταρκές ἐστιν ἐφόδιον πρὸς σωτηρίαν.

tam regimine, tantum felices vos prædico, quibus contigit ejusmodi tempore cum viro esse magnum pro pietate certamen decertante. Persuasum enim mihi est vos quoque, a quibus propensa illius voluntas præclare excitatur et exstimulatur, eamdem sortem a Domino consecuturos. Quantum autem lucrum in summo otio perfrui viro tot ac tanta tum ex doctrina, tum ex rerum experientia consecuto! Quare certo scio vobis nunc demum cognitum esse virum illum, quali sit prudentia; propterea quod præterito tempore et ipse mentem habebat in multa distractam, nec vobis tantum erat a vitæ negotiis otii, ut toti **258** accumberetis ad spirituale fluentum e puro viri pectore promanans. Sed largiatur Dominus, ut et vos ei sitis solatio, et ipsi aliorum non indigeatis consolatione. Quod utique persuasum habeo de cordibus vestris, conjecturam faciens et ex mea ipsius experientia, qua vestri paulisper periculum feci, et ex optimi magistri summa doctrina, quocum vel unum diem versari satis est ad salutem viatici.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΘ'.

EPISTOLA CLXIX*.

Glycerius quidam diaconus, cum multas virgines congregasset, et noctu aufugiens choros cum illis ducerét, Gregorius hanc captivitatem collegit. Unde eum rogat Basilius, ut Glycerium redire jubeat, virginesque a tyrannide liberet, saltem eas quæ redire volunt. Glycerio modeste redeunti veniam promittit; secus vero, depositionem minatur.

Γρηγορίῳ (55) *Βασίλειος.*

Πρᾶγμα μὲν ὑπέστης ἐπιεικὲς καὶ ἥμερον (56) καὶ φιλάνθρωπον, τὴν τοῦ καταφρονητοῦ Γλυκερίου (οὕτω γὰρ οὕτω γράφομεν) αἰχμαλωσίαν συναγαγών, καὶ τὴν κοινὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν, ὡς οἷόν τε ἦν, συγκαλύψας· δὲ δὲ ὅμως τὴν σὴν εὐλάβειαν μαθοῦσαν τὰ κατ' αὐτὸν, οὕτω λῦσαι τὴν ἀτιμίαν. Οὗτος ὁ νῦν σεβαρὸς καὶ σεμνὸς ὑμῖν Γλυκέριος ἐχειροτονήθη μὲν παρ' ἡμῶν τῆς κατὰ Οὐήνεσαν (57) Ἐκκλησίας διάκονος, ὡς καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ διακονήσων, καὶ τοῦ ἔργου τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμελησόμενος. Καὶ γάρ ἐστιν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα δύστροπος ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ τὰ ἐπίχειρα οὐκ ἀφυής. Ἐπεὶ δὲ κατέστη, τοῦ μὲν ἔργου ἐμέλησε τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γεγονότος. Παρθένους δὲ ἀθλίας συναγαγὼν, κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν καὶ αὐθεντίαν, τὰς μὲν ἑκούσας προσδραμούσας αὐτῷ (οἶσθα δὲ τὸ τῶν νέων περὶ τὰ τοιαῦτα πρόχειρον), τὰς δὲ ἀκούσας ἀγελαρχεῖν ἐπεχείρησε, καὶ πατριαρχίας ὄνομα ἑαυτῷ καὶ σχῆμα περιθεὶς, ἐξαίφνης ἐσοβαρεύσατο, οὐκ ἔκ τινος ἀκολουθίας (58) καὶ εὐσεβείας ἐπὶ τοῦτο ἐλθὼν, ἀλλ' ἀφορμὴν βίου ταύτην

Gregorio Basilius.

Negotium quidem suscepisti lene, atque humanum, cum contemptoris Glycerii (sic enim interim scribimus) captivitatem collegisti, communeque nostrum dedecus, quoad ejus fieri potuit, contexisti. Operæ autem pretium est, ut pietas tua gestarum ab eo rerum certior facta, sic ignominiam diluat. Gravis ille nunc et venerandus apud vos Glycerius a me quidem ordinatus est Venensis Ecclesiæ diaconus, ut et presbytero ministraret, et opus Ecclesiæ curaret. Est enim, quamvis ad alia absurdus, saltem ad manuum officia haud male a natura comparatus. Posteaquam autem diaconus institutus est, opus quidem perinde neglexit, ac si nullum ei prorsus impositum esset. Coactis autem miseris virginibus, privata auctoritate atque potentia, partim sua sponte ad eum accurrentibus (nec enim te fugit, quam ad hujusmodi res prompta sit juventus), partim invitis et repugnantibus, gregis imperium sibi arrogare aggressus est; ac patriarchæ nomine et habitu sibi imposito, statim insolenter se efferre

quod desumpsimus ex Gregorio, κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαί σου τὴν θεοσέβειαν, editiones Basilii habebant εὐχόμεθα ἰδεῖν τὴν σὴν θεοσέβειαν.

(54) *Τῆς εὐσεβείας.* Tres codices recentiores τῆς Ἐκκλησίας.

(55) *Γρηγορίῳ.* Nyssenum aut Nazianzenum intelligit Tillemontius, sed Nazianzeno inscribunt vetusti codices. Nam in Coisl. primo inscribitur τῷ αὐτῷ. Præcedit autem epistola 71, quam ad Nazianzenum scriptam esse nemo dubitat. In Harlæano autem legitur manu recentiore Γρηγορίῳ ἑταίρῳ, qui titulus jejunior quidem est et exilior, quam ut episcopos deceat, sed tamen indicat epistolam ad Gregorium Nazianzenum scriptam fuisse. Reperitur eadem epistola cum duabus sequentibus inter epistolas Gregorii Nazianzeni, suntque 205, 206, 207.

(56) *Ἐπιεικὲς καὶ ἥμερον.* Harl. recentiore manu ἐπιεικῶς ἥμερον. Sic etiam legitur apud Gregorium Nazianzenum.

(57) *Οὐήνεσαν.* Harl. Σύννασαν. Coisl. Οὐήεσαν. Naz. Οὐήνατα.

(58) *Ἀκολουθίας.* Editi addunt δικαίας, quod merito expungunt codices Med. et Coisl. primus. In Harlæano tota pene epistola scripta est manu recenti.

* Alias CCCCXII. Scripta circa annum 374.

Digitized by Google

cœpit, non causa aliqua probabili ac pietate eo deveniens, verum hanc parandi victus rationem, ut alius quamlibet aliam, sibi proponens: ac parum abfuit quin totam etiam Ecclesiam sedibus suis commoveret; contemnens presbyterum suum, virum et vitæ instituto et ætate venerandum, contemnens chorepiscopum, ac nos etiam tanquam nullius pretii homines; semperque tumultibus ac perturbationibus urbem atque universum clerum implens. Ac tandem, ubi a me et a chorepiscopo levibus verbis objurgatus est, ne contemptor evaderet (nam juvenes etiam ad eamdem contumaciam exercebat), facinus admodum audax et inhumanum excogitat. Virgines, quotquot potuit, per sacrilegium prædatus, nocte observata, fugam capessit. Omnino tibi gravia hæc videbuntur. Tempus **259** quoque considera. Habebatur ibi conventus, atque ingens undecunque, ut par est, confluebat multitudo. Ille autem vicissim chorum suum introduxit, juvenes sequentem ac tripudiantem, ac plurimum quidem tristitiæ piis afferentem, plurimum autem risus lascivis et lingua procacibus. Neque his contentus, etsi tam atrocibus et horrendis; sed etiam parentes, ut audio, virginum orbitatem non ferentes, atque dispersam turbam reducere cupientes, et ad filiarum suarum pedes cum gemitibus, ut consentaneum est, accidentes, admirandus juvenis cum prædatoria sua manu contumeliis atque ignominia afficit. Hæc velim ne ferenda existimet pietas tua: etenim hoc ludibrium commune omnium nostrum est; sed in primis jube eum cum virginibus redire. Misericordiam enim aliquam, si modo cum tuis litteris revertatur, poterit consequi; sin minus, virgines saltem ad Ecclesiam earum matrem remitte. Quod si hoc fieri nequit, at certe in eas quæ redire volunt, tyrannidem exerceri ne patiaris; sed persuade ut ad nos revertantur; alioqui Deum et homines testamur hæc minime recte fieri, nec ex Ecclesiæ legibus. Glycerius autem si cum disciplina et congruenti modestia redeat, id optimum: secus vero, sit a ministerio remotus.

A ὥσπερ ἄλλος ἄλλην τινὰ προστησάμενος, καὶ μαρσῦ τὴν Ἐκκλησίαν πᾶσαν ἀνάστατον πεποίηκε, περιφρονῶν μὲν τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον, ἄνδρα καὶ πολιτείᾳ καὶ ἡλικίᾳ αἰδέσιμον, περιφρονῶν δὲ τὸν χωρεπίσκοπον (59), καὶ ἡμᾶς ὡς οὐδενὸς ἀξίους· θορύβων δὲ ἀεὶ καὶ ταραχῶν πληρῶν τὴν πόλιν, καὶ σύμπαν τὸ ἱερατεῖον. Καὶ τέλος, ἵνα τι (60) λόγῳ ἐπιτιμηθῇ μικρὸν παρ' ἡμῶν καὶ τοῦ χωρεπισκόπου, πρὸς τὸ μὴ καταφρονεῖν αὐτὸν (καὶ γὰρ καὶ τοὺς νέους ἐγύμναζεν εἰς τὴν αὐτὴν ἀπόνοιαν), πρᾶγμα διανοεῖται λίαν τολμηρὸν καὶ ἀπάνθρωπον. Συλήσας τῶν παρθένων ὅσας ἠδύνατο, καὶ νύκτα τηρήσας, δραπέτης γίνεται. Πάνυ σοι δεινὰ ταῦτα φανεῖται (61). Σκόπει καὶ τὸν καιρόν. Ἦγετο μὲν ἡ ἐκεῖσε σύνοδος, καὶ πολὺ πανταχόθεν, ὡς εἰκὸς, ἐπέῤῥει τὸ πλῆθος. Ὁ δὲ
B ἀντεξῆγε τὸν ἑαυτοῦ χορὸν νέοις (62) ἑπόμενον, καὶ περιχορεύοντα, καὶ πολλὴν μὲν κατήφειαν κινοῦντα τοῖς εὐλαβέσι, πολὺν δὲ γέλωτα τοῖς ἀκρατέσι καὶ τὴν γλῶσσαν ἑτοιμοτέροις. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ ταῦτα, καίπερ τηλικαῦτα ὄντα τὸ μέγεθος· ἀλλ' ἔτι καὶ τοὺς γονεῖς, ὡς πυνθάνομαι, τῶν παρθένων τὴν ἀτεκνίαν φέροντας, καὶ τὴν διασπορὰν ἐπαναγαγεῖν βουλομένους, καὶ μετ' ὀδυρμῶν προσπίπτοντας, ὡς εἰκὸς, ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσι, περιῦβρίζει καὶ ἀτιμοῖ (63) ὁ θαυμαστὸς νεανίσκος μετὰ τοῦ ληστρικοῦ συνπάγματος. Ταῦτα μὴ ἀνεκτὰ φανήτω τῇ σῇ εὐλαβείᾳ· καὶ
C γὰρ κοινὸς (64) πάντων ἡμῶν ὁ γέλως· ἀλλὰ μάλιστα μὲν αὐτὸν κέλευσον μετὰ τῶν παρθένων ἐπανελθεῖν. Τύχοι γὰρ ἂν τινος φιλανθρωπίας, εἰ μετὰ τῶν ἐπανήκοι γραμμάτων· εἰ δὲ μή, τάς γε παρθένους ἀπόπεμψον τῇ μητρὶ αὐτῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ μὴ (65), τάς γε βουλομένας τυραννεῖσθαι μὴ συγχωρήσῃς, ἀλλ' ἐπανελθεῖν τύπωσον (66) πρὸς ἡμᾶς· ἢ μαρτυρόμεθά σοι (67) ὃ καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὅτι μὴ καλῶς ταῦτα γίνεται, μηδὲ θεσμοῖς Ἐκκλησίας. Γλυκέριος δὲ εἰ μὲν ἐπανέλθοι μετ' ἐπιστήμης (68) καὶ τῆς πρεπούσης (69) εὐσταθείας, τοῦτο ἄριστον· εἰ δὲ μή, ἔστω πεπαυμένος τῆς ὑπηρεσίας.

(59) *Τὸν χωρεπίσκοπον*. Med. et Coisl. primus τὸν ἐπίσκοπον.

(60) *Ἵνα τι*. Combefisius legendum putat ἵνα μή. Quasi dicat Basilius Glycerium ne increpararetur aufugisse. Sed nihil prorsus mutandum, cum illud ἵνα idem sonet hoc loco ac *ubi* sive *postquam*. Hoc enim sensu usurpatur in epist. 199. Sic etiam in oratione S. Ephrem *in S. Basilium* p. 58. Ἵνα οὖν καὶ ὁ Κύριος σπλαγχνίσθῇ ἐπ' ἐμέ: *Ubi ergo Dominus erga me misericordia commotus fuit.*

(61) *Φανεῖται*. Harl. φαίνεται.

(62) *Ὁ δὲ... νέοις*. Legitur Ὁ δὲ... νέος apud Gregorium.

(63) *Ἀτιμοῖ*. Harl. ἀτιμάζει. Sed prima manu habuit ἀτιμοῖ. Legitur etiam ἀτιμάζει apud Gregorium.

(64) *Καὶ γὰρ κοινός*. Ita tres nostri vetustissimi codices: plures enim in hanc epistolam reperire non licuit. Sic etiam apud Greg. Editiones Basilii Καὶ γὰρ κοινόν.

(65) *Εἰ δὲ μή*. Editi addunt τοῦτο, quod deest in tribus nostris mss.

(66) *Τύπωσον*. Vox Basilio familiaris. Sic enim pluribus in locis usurpatur.

(67) *Μαρτυρόμεθά σοι*. Coisl. μαρτυρόμεθά σε. Harl. μαρτυρόμεθα Θεὸν καὶ ἀνθρώπους· *testamur Deum et homines*. Sic etiam apud Gregorium, nisi quod legitur μαρτυρώμεθα.

(68) *Ἐπιστήμης*. Legendum putat Combefisius ἐπιστολῆς. Sic legitur apud Greg. Nazianz., et ad marginem ἐπιστήμης. Quæ quidem vox cum legatur in tribus nostris vetustissimis codicibus, non video cur mutanda sit. Sæpe enim idem valet ac disciplina et ordo.

(69) *Πρεπούσης*. Ita mss. et Greg. Naz. Editiones Basilii παρούσης.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟ'.

EPISTOLA CLXX*.

Glycerio veniam pollicetur Basilius, si cito redeat, secus vero, depositionem minatur.

Γλυκερίῳ.

Μέχρι τίνος ἀπονοῇ, καὶ κακῶς μὲν βουλεύῃ περὶ σεαυτοῦ, κινεῖς δὲ (70) ἡμᾶς, αἰσχύνεις δὲ τὸ κοινὸν τάγμα τῶν μοναστῶν; Ἐπάνελθε οὖν τῷ Θεῷ θαῤῥῶν καὶ ἡμῖν, οὗ τὴν φιλανθρωπίαν μιμούμεθα. Εἰ γὰρ καὶ πατρικῶς ἐπετιμήσαμεν, ἀλλὰ καὶ συγγνωσόμεθα πατρικῶς (71). Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν· ἐπειδὴ πολλοί τε ἱκετεύουσιν ἄλλοι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ὁ ὡς πρεσβύτερος, οὗ τὴν πολιὰν αἰδούμεθα καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν. Εἰ δὲ μακρύνεις (72) ἀφ' ἡμῶν, τοῦ βαθμοῦ μὲν πάντως (73) ἐκπέπτωκας· ἐκπεσῇ δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν μελῶν σου καὶ τῆς στολῆς, οἷς ἄγεις τὰς νέας οὐ πρὸς Θεὸν, ἀλλ' εἰς βάραθρον.

Glycerio

Quousque tandem amentia præceps ageris, et tibi quidem ipse male consules, animos autem nostros concitabis, atque universum monachorum cœtum infamia et dedecore afficies? Redi igitur Deo fretus et nobis, qui ejus benignitatem imitamur. Nam si paterno animo reprehendimus, etiam paterno animo ignoscemus. Ita tecum agimus: siquidem multi alii tua causa supplicant, et ante alios presbyter tuus, cujus canitiem et misericordiam reveremur. Quod si diutius a nobis te removes, gradu quidem omnino excidisti; Deum autem etiam amittes, cum tuis cantilenis et stola: quibus rebus ducis adolescentulas non ad Deum, sed ad barathrum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΑ'.

EPISTOLA CLXXI**.

Queritur iterum Basilius, quod Glycerius et virgines nondum redierint.

Γρηγορίῳ.

Ἐπέσταλκά σοι καὶ πρώην περὶ Γλυκερίου καὶ τῶν παρθένων. Οἱ δὲ οὐδέπω καὶ τήμερον ἐπανῆκασιν, ἀλλ' ἔτι μέλλουσιν, οὐκ οἶδα ὅθεν καὶ ὅπως. Οὐ γὰρ ἂν ἐκεῖνό σου κατηγορήην, ὡς ἐφ' ἡμετέρᾳ βασκανίᾳ τοῦτο ποιεῖς, ἢ αὐτὸς πάσχων τι πρὸς ἡμᾶς, ἢ ἄλλοις χαριζόμενος. Ἥκετωσαν οὖν μηδὲν δεδοικότες· σὺ γενοῦ τούτου (74) ἐγγυητής. Καὶ γὰρ ἀλγοῦμεν τεμνομένων (75) τῶν μελῶν, εἰ καὶ καλῶς (76) ἐτμήθησαν. Εἰ δὲ ἀντιτείνοιεν, ἐπ' ἄλλους τὸ βάρος, ἡμεῖς δὲ ἀποπλυνόμεθα.

Gregorio.

Scripsi ad te et antea de Glycerio et virginibus. At illi necdum hodie redierunt: verum adhuc morantur; qua de causa, et quomodo nescio. Neque enim tibi hoc crimen intulerim, quod invidiæ nobis creandæ **260** causa id facias, vel ipse nonnihil nobis offensus, vel gratiam ab aliis iniens. Veniant igitur, omni metu posito: esto tu hujus rei sponsor. Angimur enim dum membra abscinduntur, etiamsi recte præcisa sint. Quod si restiterint, aliorum erit onus, nos autem abluimur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΒ'.

EPISTOLA CLXXII***.

Significat Basilius se ex Sophronii litteris et lætitiam eo majorem, quo tunc rarior erat charitas, collegisse; et summum cum hoc Patrum fidei defensore colloquendi desiderium concepisse.

Σωφρονίῳ ἐπισκόπῳ (77).

Ὅπως ηὐφράνας ἡμᾶς τοῖς γράμμασιν, οὐδὲν δεόμεθα γράφειν. Εἰκάζεις γὰρ πάντως αὐτοῖς οἷς ἐπέστειλας τοιούτοις οὖσι. Τὸν γὰρ πρῶτον καρπὸν τοῦ Πνεύματος, τὴν ἀγάπην, ἔδειξας ἡμῖν διὰ τοῦ γράμματος. Τούτου δὲ τί ἂν γένοιτο τιμιώτερον ἡμῖν ἐν τῇ παρούσῃ τῶν καιρῶν καταστάσει, ἡνίκα, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ἐψύγη τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη; Οὐδὲν γὰρ οὕτω σπάνιον νῦν ὡς ἀδελφοῦ συντυχία πνευματικοῦ, καὶ ῥῆμα εἰρηνικὸν, καὶ πνευματικὴ κοινωνία, ἣν εὑρόντες ἐν τῇ σῇ τελειότητι ὑπερευχαριστήσαμεν τῷ Κυρίῳ, δεόμενοι καὶ τῆς τελείας ἐπὶ σοὶ μετασχεῖν εὐφροσύνης. Εἰ γὰρ

Sophronio episcopo.

Quanta me lætitia litteræ tuæ affecerint, scribere nihil mihi opus est. Id enim profecto conjicis ex his quæ scripsisti, cum talia sint. Primum enim Spiritus fructum, charitatem, mihi per epistolam ostendisti. Quid autem ea re mihi possit esse antiquius in hoc temporum statu, quo propter multiplicatam iniquitatem refrixit multorum charitas? Nunc enim nihil est tam rarum, quam spiritualis fratris congressus, et verbum pacificum, et spiritualis communio: quam in tua integritate nactus, Domino gratias egi, orans ut et cumulata in te lætitia perfruar. Si enim tales epistolæ, qualis con-

(70) *Κινεῖς δέ.* Ita Harl. Editi κινεῖς μέν. Habet etiam Gregorius Nazianzenus ut edidimus.

(71) *Συγγνωσόμεθα πατρικῶς.* Male apud Gregorium legitur πνευματικῶς.

(72) *Μακρύνεις.* Harl. μακρύνοις.

(73) *Πάντως.* Reg. secundus παντός.

(74) *Σὺ γενοῦ τούτου.* Ita mss. tres. Editi συγγένου τούτων. Legitur etiam τούτων apud Greg.

(75) *Τεμνομένων.* Legitur apud Greg. τεμνόμενοι τῶν μελῶν· *abscissi a membris.*

(76) *Καλῶς.* Ita Harlæani codicis ope emendavimus quod in editis legebatur κακῶς.

(77) *Σωφρονίῳ ἐπισκόπῳ.* Sic editi, Coisl. primus, Med. et alii nonnulli. Vat. et Clarom. habent tantum Σωφρονίῳ. At prorsus mendose Harlæanus codex et alii nonnulli, in quibus præcedit epistola ad Sophronium magistrum, habent τῷ αὐτῷ. Perspicuum enim est hanc epistolam ad episcopum, non ad magistrum officiorum scriptam esse.

* Alias CCCCXIV. Scripta circa annum 374.

** Alias CCCCXIII. Scripta circa annum 374.

*** Alias CCCXXXV. Scripta circa annum 374.

Digitized by Google

gressus? Et si eminus sic capis, quanti eris pretii tum cum cominus conspicieris? Scito autem, nisi negotiorum innumerabilium multitudo detineret ac ineluctabilis illa necessitas qua constringor, ipsum me ad tuam integritatem properaturum fuisse. Quanquam magnum quidem impedimentum est, quominus movear, vetus illa corporis ægritudo; sed tamen ob speratam utilitatem hoc impedimentum esse non duxissem. Congredi enim cum viro, eadem sentiente, et Patrum fidem defendente, uti de te venerandi fratres et compresbyteri narrant, est profecto ad priscam Ecclesiarum beatitudinem reverti; cum pauci quidem disputandi morbo laborarent, omnes autem tranquillo essent animo, mandata citra pudorem perficientes, per nudam et simplicem confessionem Domino servientes [48], ac fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum inviolabilem et minime curiosam servantes.

ἐπιστολαὶ τοιαῦται, ὁποία ἡ συντυχία; Καὶ εἰ πόρρωθεν οὕτως αἱρεῖς, πόσου ἄξιος ἔσῃ ἐγγύθεν ἡμῖν ἐπιφανείς; Εὖ δὲ ἴσθι (78), εἰ μὴ μυρίων ἀσχολιῶν περιεῖχε πλῆθος (79), καὶ αἱ ἀπαραίτητοι αὗται ἀνάγκαι αἷς ἐνδεδέμεθα, αὐτόν με ἐπειχθῆναι πρὸς τὴν σὴν τελειότητα. Καίτοιγε μέγα μοι ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὰς κινήσεις ἡ παλαιὰ αὕτη τοῦ σώματος ἀῤῥωστία, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἂν ὑπελογισάμην τοῦτο ἐμπόδιον τῆς προσδοκωμένης ἕνεκεν ὠφελείας. Τὸ γὰρ ἀνδρὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντι, καὶ τὴν τῶν Πατέρων πρεσβεύοντι πίστιν, ὡς ὁ τῶν τιμίων ἀδελφῶν καὶ συμπρεσβυτέρων λόγος (80), καταξιωθῆναι περιτυχεῖν, ὄντως ἐστὶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπανελθεῖν, ὅτε ὀλίγοι μὲν ἦσαν οἱ νοσοῦντες περὶ ζητήσεις, ἐν ἡσυχίᾳ δὲ ἦσαν πάντες, ἐργάται ὄντες τῶν ἐντολῶν (81) ἀνεπαίσχυντοι, διὰ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπεριέργου ὁμολογίας λατρεύοντες τῷ Κυρίῳ (82), καὶ ἄσυλον τὴν πίστιν καὶ ἀπερίεργον τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα διαφυλάσσοντες.

EPISTOLA CLXXIII[*].

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΓ'.

Declarat Basilius se raro scribere, dum metuit ne litteræ intercipiantur: exponit in quo consistat vitæ evangelicæ institutum, quod Theodora amplexa fuerat.

Theodoræ canonicæ.

Tardus sum ad scribendum, quod minime persuasum mihi sit litteras meas omnino reddi charitati tuæ, sed perferentium improbitate innumeros alios eas prius legere; **261** cum præsertim ea nunc sit rerum perturbatio in orbe terrarum. Quare exspecto dum quodam modo incuser, ac litteræ violenter reposcantur: ut hoc argumento eas reddi cognoscam. Sive autem scribam, sive taceam, unum mihi opus est, in animo dignitatis tuæ retinere memoriam, ac Dominum precari, ut det tibi cursum boni illius instituti, quod elegisti, absolvere. Vere enim non leve certamen est promittenti, quæ ex promissis consequuntur adjicere. Nam evangelicum vivendi genus amplecti cujusvis est: sed etiam ad minima quæque observationem perducere, nec quidquam eorum, quæ illic scripta sunt negligere, hoc pauci admodum ex his quos novimus, perfecere: nempe lingua refrænata uti, et erudito ex Evangelii mente oculo: operari manibus secundum propositum Deo placendi: pedes item movere, et uno quo-

Πρὸς Θεοδώραν καρονικήν (83).

Ὀκνηροὺς ἡμᾶς ποιεῖ πρὸς τὸ γράφειν τὸ μὴ πεπεῖσθαι τὰς ἐπιστολὰς ἡμῶν πάντως (84) ἐγχειρίζεσθαι τῇ σῇ ἀγάπῃ, ἀλλὰ κακίᾳ τῶν διακονούντων μυρίους προεντυγχάνειν ἑτέρους, καὶ μάλιστα νῦν οὕτω τεταραγμένων (85) τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην πραγμάτων. Διόπερ ἀναμένω τρόπον τινὰ μεμφθῆναι, καὶ ἀπαιτηθῆναι βιαίως τὰς ἐπιστολάς, ὥστε αὐτῷ τούτῳ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῆς ἀποδόσεως. Καὶ γράφοντες μὲν οὖν καὶ σιωπῶντες ἐν ἔργῳ ἐχόμεθα, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν φυλάσσειν τὴν μνήμην τῆς κοσμιότητός σου, καὶ προσεύχεσθαι τῷ Κυρίῳ δοῦναί σοι τελέσαι τὸν δρόμον τῆς ἀγαθῆς πολιτείας, καθὰ προείλου. Τῷ ὄντι γὰρ οὐ μικρὸν ἀγὼν ὁμολογοῦντι (86) τῆς ἐπαγγελίας τὰ ἐφεξῆς ἐπάγειν. Τὸ μὲν γὰρ προελέσθαι τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν παντός· τὸ δὲ καὶ μέχρι τῶν μικροτάτων ἄγειν τὴν παρατήρησιν, καὶ μηδὲν τῶν ἐκεῖ γεγραμμένων παροῤῥᾶν, τοῦτο πάνυ ὀλίγοις τῶν εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἡκόντων κατώρθωται· ὥστε καὶ γλώσσῃ πεπεδημένῃ (87) κεχρῆσθαι καὶ ὀφθαλμῷ

[48] II Tim. II, 15.

[*] Alias CCCII. Scripta circa annum 374.

(78) *Εὖ δὲ ἴσθι.* Pro his vocibus legitur in Coisl. primo ὥστε με. In Medicæo ὥστε μοι.

(79) *Πλῆθος.* Editi addunt ἡμᾶς, quod deest in novem codicibus mss.

(80) *Λόγος.* Hic etiam editi addunt περὶ σοῦ, quæ verba nullo prorsus in codice ms. reperiuntur.

(81) *Ἐντολῶν.* Editi addunt τοῦ Θεοῦ sine necessaria ratione et præter omnium codicum mss. fidem.

(82) *Λατρεύοντες τῷ Κυρίῳ, καί.* Desunt hæc verba in Coisliniano primo et in Medicæo.

(83) *Πρὸς Θεοδώραν καρονικήν.* Ita mss. sex. Editi Θεοδώρᾳ κανονικῇ. Addit Harl. Περὶ βίου κανονικοῦ, *de vita canonica.*

(84) *Πάντως.* Ita omnes nostri veteres libri. Editi παντας. Paulo post iidem editi μυρίοις... ἑτέρους. Septem mss. ut in textu.

(85) *Τεταραγμένων.* Ita Coisl. uterque. Harl., Med. et Bigot. Editi τεταγμένων. Paulo post editi ἀναμένομεν. Omnes mss. ut in textu.

(86) *Ὁμολογοῦντι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ὁμολογοῦντά τι. Ibidem quinque mss. τῇ ἐπαγγελίᾳ. Sed sequi maluimus tres vetustissimos, qui hoc loco cum editis consentiunt, nisi quod habent ἐπάγειν pro eo quod erat in editis ἐπαγγεῖν.

(87) *Πεπεδημένῃ.* Magis placuit hæc scriptura codicum Harl. et Coisl. primi, quam vulgata πεπαιδευμένῃ, *lingua castigata.* Iidem codices et alii nonnulli κεχρῆσθαι. Editi χρῆσθαι.

Digitized by Google

πεπαιδαγωγημένῳ κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ χερσὶν ἐνεργεῖν κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς εὐαρεστήσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ πόδας κινεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν μελῶν οὕτω κεχρῆσθαι, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ Δημιουργὸς ἡμῶν ᾠκονόμησε· τὸ ἐν τῇ καταστολῇ κόσμιον, τὸ ἐν ταῖς συντυχίαις τῶν ἀνδρῶν πεφυλαγμένον, τὸ ἐν βρώμασιν αὐτάρκες, τὸ ἐν τῇ κυήσει τῶν ἀναγκαίων ἐπίριτον. Ταῦτα πάντα μικρὰ μὲν ἁπλῶς οὕτω λεγόμενα, μεγάλου δὲ ἀγῶνος εἰς τὸ κατορθωθῆναι χρῄζοντα, ὡς ἐπ' αὐτῆς (88) τῆς ἀληθείας εὑρομεν. Καὶ μὲν καὶ τὸ ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ τέλειον, ὡς μήτε προγόνων περιφανείας μεμνῆσθαι, μήτε, εἴ τι ὑπάρχει (89) ἡμῖν ἐκ φύσεως πλεονέκτημα ἢ κατὰ τοῦμα ἢ κατὰ ψυχήν, τούτῳ ἐπαίρεσθαι, μήτε τὰς ἔξωθεν περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις ἀφορμὴν ἐπάρσεώς τε καὶ φυσιώσεως ποιεῖσθαι, ταῦτα τοῦ εὐαγγελικοῦ ἕπεται βίου. Τὸ ἐν ἐγκρατείᾳ εὔτονον, τὸ ἐν προσευχαῖς φιλόπονον, τὸ ἐν φιλαδελφίᾳ συμπαθὲς, τὸ πρὸς τοὺς δεομένους κοινωνικὸν, τὸ τοῦ φρονήματος κατεβεβλημένον, ὁ συντριμμὸς τῆς καρδίας, τὸ τῆς πίστεως ὑγιὲς, τὸ ἐν σκυθρωπότητι ὁμαλὸν, μηδέποτε τῆς ἐννοίας ἡμῶν λειπούσης (90) τοῦ φοβεροῦ ἐπειγόμεθα μὲν ἅπαντες, μέμνηνται δὲ αὐτοῦ, στοι (91).

que membro sic uti, ut initio Conditor noster ordinavit: modestia in vestitu, cautio in virorum colloquiis, in cibis frugalitas, in rerum necessariarum possessione nihil superflui. Hæc omnia exigua quidem dum sic simpliciter narrantur, sed magno certamine ad perficiendum indigent, quemadmodum reipsa comperimus. Sed et humilitatis perfectio, adeo ut neque majorum claritatis meminerimus, nec si quid nobis insit a natura aut corporis aut animi ornamentum, inde efferamur, neque externas de nobis opiniones ansam elationis ac tumoris faciamus: hæc cum vita evangelica connexa sunt. Ad hæc constantia in abstinentia, in precando sedulitas, in fraterna dilectione commiseratio, liberalitas erga indigentes, spiritus animique abjectio, cordis contritio, fidei sanitas, in mœrore æquabilitas; nunquam intermittente cogitatione nostra terribilis illius et ineluctabilis judicii recordationem, ad quod omnes quidem festinamus, sed qui illius reminiscantur, ac de illius exitu sint solliciti, paucissimi sunt.

καὶ ἀπαραιτήτου δικαστηρίου τὴν μνήμην· πρὸς δ καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ ἔκβασιν ἀγωνιῶσιν ἐλάχι-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΑ'.

EPISTOLA CLXXIV.

Haro scribit huic viduæ Basilius, ne quid ei periculi creet. Hortatur ut a divini judicii cogitatione animum non dimoveat, nec tamen nimia distringatur sollicitudine.

Πρὸς ἐλευθέραν.

Ad viduam.

Ἐγὼ, καὶ πάνυ βουλόμενος συνεχῶς ἐπιστέλλειν τῇ εὐγενείᾳ ὑμῶν, ἐπέσχον (92) ἐμαυτὸν ἀεὶ, μήπως δόξω τινὰς ὑμῖν πειρασμοὺς ἐπεγείρειν, διὰ τοὺς φιλέχθρως πρὸς ἡμᾶς διακειμένους· καὶ, ὡς ἀκούω, μέχρι καὶ τούτων τὴν ἔχθραν ἐλαύνοντας. Ὥστε πολυπραγμονεῖν (93) εἴ πού τις καὶ γράμμα ἡμέτερον ἔχοιτο. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὴ, καλῶς ποιοῦσα, κατῆρξας τοῦ γράμματος, καὶ ἐπέστειλας ἡμῖν ἃ ἐχρῆν περὶ τῶν κατὰ τὴν ψυχήν σου πραγμάτων ἀνακοινουμένη, προετράπην εἰς τὸ ἀντεπιστεῖλαι· ὁμοῦ μὲν τὰ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐλλειφθέντα ἐπανορθούμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἐπεσταλμένα παρὰ τῆς σῆς εὐγενείας ἀποκρινόμενος. Ὅτι μακαρία ἐστὶ ψυχὴ, ἡ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μηδεμίαν ἄλλην μέριμναν στρέφουσα, ἢ πῶς ἐπὶ τῆς μεγάλης ἡμέρας, καθ' ἣν πᾶσα ἡ κτίσις περιστήσεται τὸν κριτὴν, τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀποδιδοῦσα, καὶ αὐτὴ

Equidem etsi omnino cupiebam ad tuam nobilitatem sæpissime scribere, me ipse semper cohibui, ne quas vobis tentationes viderer suscitare, propter eos qui infenso in me sunt animo, atque etiam, ut audio, inimicitiam eo usque perducunt, ut curiosius inquirant, an quis a me litteras accipiat. Sed quia **262** ipsa præclare faciens, litteras cœpisti mittere, ac scripsisti nobis, ut par erat, de rebus animæ tuæ communicans, incitatus sum ad rescribendum, cum ea quæ præterito tempore omissa sunt, sarciens, tum etiam ad ea quæ a tua nobilitate scripta sunt, respondens. Nempe beata est anima illa, quæ noctu ac interdiu nullam aliam curam versat, nisi quomodo in die illa magna, in qua creatura omnis actionum suarum rationem redditura judicem circumstabit, possit et ipsa vitæ suæ rationem facile ponere. Qui enim

(88) Ὡς ἐπ' αὐτῆς. Deest ὡς in quatuor mss. non antiquissimis. Ibidem editi εὑρήκαμεν. Tres vetustissimi codices et alii nonnulli ut in textu.

(89) Ὑπάρχει. Ita tres antiquissimi codices. Editi ἐνυπάρχει. Ibidem Med. et Coisl. primus φύσεως πλεονέκτημα sine præpositione.

(90) Ἡμῶν λειπούσης... τὴν μνήμην. Ita tres vetustissimi codices et Clarom. nisi quod Harlæanus codex habet ἐπιλειπούσης. Editi non habent τὴν μνήμην, sed hunc locum sic exhibent: μηδέποτε τῆς ἐννοίας ἐπιλειπούσης ἡμᾶς τοῦ, etc. *Nunquam a nobis recedente cogitatione terribilis illius*, etc.

(91) Supplementum ad hanc epistolam ut anecdotum Latine tantum et corruptissime edidit Petrus Aloysius Galletius (ap. Amaduzzi *Anecdota litteraria*, tom. I, p. 23). Incipit: *Multis vero exsistentibus quæ a divina Scriptura manifestata sunt, et his qui a studiosis debent dirigi et Deo placere festinantibus in præsentiarum moti, a vobis solum, sicut didici*, etc., corrupte. Desinit: *Fructusque dignos pœnitentiæ ostendere Dei beneplacentia et cooperatione Domini nostri Jesu Christi. Amen.* Sed quæ inedita putavit vir doctissimus, ea totidem verbis Græce et Latine, emendatius etiam, legere est epist. 22, supra. Edit.

(92) Ἐπέσχον. Ita mss. summo consensu, et paulo post φιλέχθρως. Editi ἀπέσχον et φιλεχθῶς.

(93) Πολυπραγμονεῖν. Harl. et Coisl. primus φιλοπραγμονεῖν, quod idem significat. Paulo post idem Coisl. ὡς ἐχρῆν.

* Alias CCLXXXIII. Scripta circa anno 374.

Digitized by Google

diem illam atque horam ante oculos positam habet, semperque suam pro illo tribunali, quod decipi nequit, defensionem meditatur, is aut nihil aut omnino levissima peccabit; quia peccare nobis ob absentiam timoris Dei contingit. Quibus autem clare obversabitur intentarum minarum exspectatio, his nullum tempus dabit insitus timor in involuntarias actiones aut cogitationes incidendi. Itaque Dei memineris, et illius timorem in corde habeto, atque ad communionem precum omnes adjunge. Magnum enim est eorum qui Deum placare possunt auxilium. Neque hæc facere intermiseris. Nam et viventibus nobis in hac carne bona erit adjutrix precatio, et inde proficiscentibus idoneum viaticum ad futurum ævum. Quemadmodum autem sollicitudo res bona est, ita rursus animum despondere et desperare, ac de salute diffidere, res sunt animæ noxiæ. Spem itaque in Dei bonitate colloca, et illius auxilium exspecta: certo sciens, si recte ac sincere ad ipsum convertamur, futurum ut non modo nos omnino non rejiciat, sed etiam nobis adhuc precum verba proferentibus dicat: Ecce adsum.

A δυνηθῇ κούφως ἀποθέσθαι τὸν λόγον τῶν βεβιωμένων. Ὁ γὰρ ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπαραλογίστου (94) κριτηρίου ἀπολογίαν, ὁ τοιοῦτος ἢ οὐδὲν παντελῶς, ἢ ἐλάχιστα ἁμαρτήσεται· διότι τὸ ἁμαρτάνειν ἡμῖν κατὰ ἀπουσίαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ (95) γίνεται. Οἷς δ' ἂν ἐναργὴς παρῇ τῶν ἀπειλουμένων ἡ προσδοκία, οὐδένα καιρὸν δώσει τοῖς τοιούτοις ὁ σύνοικος φόβος εἰς ἀβουλήτους πράξεις ἢ ἐνθυμήσεις ἐκπεσεῖν (96). Καὶ μέμνησο τοίνυν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχε τὸν αὐτοῦ φόβον ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ πάντας εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν εὐχῶν παραλάμβανε. Μεγάλη γὰρ καὶ ἡ τῶν δυναμένων δυσωπεῖν τὸν Θεὸν βοήθεια. Καὶ μὴ διαλίπῃς ταῦτα ποιοῦσα. Καὶ γὰρ καὶ ζῶσιν ἡμῖν τὴν ἐν σαρκὶ ταύτῃ ζωὴν ἀγαθὴ B ἔσται βοηθὸς ἡ προσευχή· καὶ ἀπερχομένοις ἐντεῦθεν ἐφόδιον διαρκὲς πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Ὥσπερ δὲ ἡ φροντὶς πρᾶγμά ἐστιν ἀγαθὸν, οὕτω πάλιν ἡ ἀθυμία καὶ ἡ ἀπόγνωσις, καὶ τὸ δυσελπίστως ἔχειν πρὸς σωτηρίαν, τῶν βλαπτόντων ἐστὶ τὴν ψυχήν. Ἐπέλπιζε τοίνυν τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκκάλου αὐτοῦ τὴν ἀντίληψιν, γινώσκουσα, ὅτι, ἐὰν καλῶς καὶ γνησίως πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφῶμεν, οὐ μόνον οὐκ ἀποῤῥίψει ἡμᾶς εἰς τὸ παντελὲς, ἀλλ' ἔτι λαλούντων ἡμῶν τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμ

EPISTOLA CLXXV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΕ'.

De fide nihil vult scribere Basilius, ac de calumniatoribus suis queritur.

Magneniano comiti.

C *Μαγνηνιανῷ* (97) *κόμητι.*

Non ita pridem scribebat mihi gravitas tua, cum nonnulla alia, tum ut de fide scriberem, aperte præcipiens. Ego porro tuum hujus rei admiror studium, ac Deum rogo, ut indefessa tibi insit bonorum electio, ac semper progrediens tum scientia, tum bonis operibus, perfectus evadas. Sed quia nolo de fide scriptum relinquere, nec diversas fidei professiones scribere, recusavi mittere quæ postulastis. Cæterum mihi videmini erudiri ab hominibus illic nihil agentibus, qui ut me calumnientur nonnulla proferunt; quasi inde seipsos sint commendaturi, si de me turpissima mentiantur. Illos enim nudat præteritum tempus, et progrediens experientia notiores faciet. Nos autem præcipimus iis, qui in Christum sperant, nihil curiose præter antiquam **263** fidem inquirere: sed quemadmodum credimus, ita et baptizari, et quemadmodum baptizamur, ita et glorificare. Nomina autem nobis satis est ea confiteri quæ a sancta Scriptura accepimus, et in his novitatem vitare. Non enim in inventione

Πρώην ἐπέστελλέ μοι ἡ σεμνότης σου ἄλλα τινὰ, καὶ περὶ πίστεως γράψαι ἡμᾶς ἐναργῶς προστάσσουσα. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν μὲν σὴν περὶ τὸ πρᾶγμα ἄγαμαι σπουδὴν, καὶ εὔχομαι τῷ Θεῷ ἀνενδότως σοι τῶν ἀγαθῶν τὴν αἵρεσιν ἐνυπάρχειν, καὶ ἀεὶ τὰ προκόπτοντα καὶ γνώσει καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς τελειοῦσθαι· διὰ δὲ τὸ μὴ βούλεσθαι περὶ πίστεως σύνταγμα καταλιμπάνειν, μηδὲ γράφειν διαφόρους πίστεις, παρετηρησάμην ἀποστεῖλαι ἃ ἐπεζητήσατε. Πλὴν δοκεῖτέ μοι περιηχεῖσθαι παρὰ τῶν αὐτόθι, τῶν μηδὲν ἐργαζομένων, οἳ ἐπὶ (98) διαβολῇ ἡμετέρᾳ λέγουσί τινα, ὡς ἐκ τούτου ἑαυτοὺς συστήσοντες (99), ἐὰν ἡμῶν τὰ αἴσχιστα καταψεύσωνται. D Ἐκείνους μὲν γὰρ φανεροῖ ὁ παρελθὼν χρόνος, καὶ προοῦσα ἡ πεῖρα φανερωτέρους ποιήσει· ἡμεῖς δὲ παρακαλοῦμεν τοὺς ἐλπικότας εἰς Χριστὸν, μηδὲν παρὰ τὴν ἀρχαίαν περιεργάζεσθαι πίστιν· ἀλλ' ὡς πιστεύομεν, οὕτω καὶ βαπτίζεσθαι, ὡς δὲ βαπτιζόμεθα, οὕτω καὶ δοξολογεῖν. Ὀνόματα δὲ ἡμῖν ἀρκεῖ (1) ἐκεῖνα ὁμολογεῖν, ἃ παρελάβομεν παρὰ τῆς

* Alias CCCCX. Scripta circa ann. 374.

(94) *Ἀπαραλογίστου.* Ita mss. septem. Editi ἀπαραλογήτου. Paulo post ope codicum Harl. et Coisl. primi emendavimus quod erat in editis ἢ οὐδὲν ἢ παντελῶς ἐλάχιστα.

(95) *Τοῦ Θεοῦ.* Ita tres vetustissimi codices. Desunt in aliis. Editi τοῦ Κυρίου. Paulo post editi ἐνεργὴς παρῇ τῶν ἀπαιτουμένων. Omnes mss. ut in textu.

(96) *Ἐκπεσεῖν.* Multi codices non antiquissimi ἐκπίπτειν. Non multo post plures mss. ταύτην ζωήν.

(97) *Μαγνηνιανῷ.* Med. Μαγνινιανῷ. Editi Μαγνημιανῷ.

(98) *Οἳ ἐπί.* Ita Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ὁ ἐπί.

(99) *Συστήσοντες.* Ita Coisl. primus, Med., Val., Clarom. et Reg. secundus. Editi συστήσαντες.

(1) *Ἀρκεῖ.* Medicæus codex ἀρκεῖν.

Digitized by Google

ἁγίας Γραφῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις καινοτομίαν διαφεύγειν. Οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐφευρέσει τῶν προσηγορῶν ἡ σωτηρία ἡμῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ὑγιεῖ περὶ τῆς θεότητος εἰς ἣν πεπιστεύκαμεν ὁμολογίᾳ.

nominum nostra salus, sed in sana divinitatis, in quam credimus, confessione.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟϚ'.

EPISTOLA CLXXVI*.

Amphilochium invitat Basilius ad diem festum S. Eupsychii, rogatque ut tribus diebus ante ipsum diem festum adveniat

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, episcopo Iconii.

Παράσχοι ὁ ἅγιος Θεὸς ἐρρωμένῳ σοι τὸ σῶμα, καὶ ἀπὸ πάσης ἀσχολίας ἀνειμένῳ, καὶ πάντα πράττοντι κατὰ νοῦν, τὴν ἐπιστολὴν ἡμῶν ταύτην εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ἵνα μὴ ἄπρακτος ἡμῶν ἡ παράκλησις γένηται, ἣν παρακαλοῦμεν νῦν ἐπιφανῆναί σε ἡμῶν τῇ πόλει, ἐπὶ τῷ σεμνοτέραν γενέσθαι τὴν πανήγυριν, ἣν δι' ἔτους ἄγειν ἐπὶ τοῖς μάρτυσιν ἔθος ἐστὶν ἡμῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Πέπεισο γὰρ, τιμιώτατέ μοι καὶ ποθεινότατε ὡς ἀληθῶς, ὅτι πολλῶν εἰς πεῖραν ἐλθὼν ὁ παρ' ἡμῖν (2) λαὸς, τῆς οὐδενὸς οὕτως ἀντέχεται ἐπιτυχίας, ὡς τῆς σῆς παρουσίας· τοιοῦτον κέντρον ἀγάπης ἐκ τῆς μικρᾶς ἐκείνης συντυχίας ἀνῆψας. Ἵνα οὖν καὶ ὁ Κύριος δοξασθῇ, καὶ λαοὶ εὐφρανθῶσι, καὶ τιμηθῶσι μάρτυρες, καὶ ἡμεῖς οἱ γέροντες τῆς ὀφειλομένης ἡμῖν παρὰ τέκνου γνησίου τύχωμεν θεραπείας, καταξίωσον ἀόκνως μέχρις ἡμῶν διαβῆναι, καὶ προλαβεῖν τὰς ἡμέρας τῆς συνόδου· ὥστε ἐπὶ σχολῆς ἡμᾶς ἀλλήλοις συγγενέσθαι, καὶ συμπαρακληθῆναι διὰ τῆς κοινωνίας τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Ἔστι δὲ ἡ ἡμέρα τῇ πέμπτῃ (3) τοῦ Σεπτεμβρίου. Διὸ παρακαλοῦμεν πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἐπιστῆναι, ἵνα καὶ τοῦ πτωχοτροφείου τὴν μνήμην (4) μεγάλην ποιήσῃς τῇ παρουσίᾳ. Ἐρρωμένος καὶ εὔθυμος ἐν Κυρίῳ ὑπερευχόμενός μου διαφυλαχθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ χάριτι τοῦ Κυρίου.

Faxit Deus sanctus, ut tibi corpore valenti, et omnibus negotiis soluto, et omnia ex sententia gerenti hæc epistola nostra in manus veniat; ut inanis et irrita non sit nostra adhortatio, qua te rogamus, ut nunc in civitatem nostram advenias, quo conventus, quem quotannis agere in honorem martyrum mos est Ecclesiæ nostræ, illustrior fiat. Nam persuasum sit tibi, vir mihi colendissime et vere quam desideratissime, populum nostrum, cum multos expertus sit, nullius præsentiam ita desiderare, ut tuam, tantum ei amoris aculeum brevi illo congressu immisisti. Ut igitur et Domino gloria tribuatur, et populi lætitia, et honore martyres afficiantur, ac nos senes debita nobis a filio germano consequamur obsequia, ne dedigneris ad nos usque impiger accedere, atque conventus dies prævertere; ut otiose mutuum inter nos colloquium habeamus, nosque invicem donorum spiritualium communicatione consolemur. Præstitutus porro dies est Septembris quintus. Quamobrem, quæso, tribus diebus tempus illud anticipato, ut et memoriam ptochotrophii præsentia tua insignem efficias. Sanus, lætusque in Domino, et pro me deprecans serveris mihi et Ecclesiæ Dei per gratiam Domini.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΖ'.

EPISTOLA CLXXVII**.

Commendat Basilius Eusebium, qui calumniis appetitus gravissimum judicium sustinebat tempore molestissimo.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.

Sophronio magistro.

Καταλέγειν μὲν πάντας τοὺς δι' ἡμᾶς (5) εὐεργετηθέντας παρὰ τῆς σῆς μεγαλονοίας οὐ ῥᾴδιον· οὕτω πολλοὺς μὲν σύνισμεν ἑαυτοῖς εὐπεποιηκόσι διὰ τῆς μεγάλης σου χειρὸς, ἣν ὁ Κύριος ἡμῖν σύμμαχον ἐπὶ τῶν μεγίστων καιρῶν ἐχρίσατο· δικαιότατον ἦν ἐλθόντας τοὺς ἐν τῇ ἐσχατιᾷ ταύτῃ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τῆς ἀρετῆς, ἐπὶ τὸν ἀνώτατον τῆς ἀγάπης θρόνον, ἐπὶ τὸν ἐν ἀγγέλοις καὶ ἀρχαγγέλοις ἱδρυμένον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις ἐπιφανῆ, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ὁσίοις ἐνδοξότατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς μάρτυσι μαρτυρικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀποστόλοις ἀποστολικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς προφήταις προφητικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς διδασκάλοις διδασκαλικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς εὐαγγελισταῖς εὐαγγελικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ποιμέσι ποιμαντικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν ἱερατικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἐξομολογηταῖς ἐξομολογητικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀσκηταῖς ἀσκητικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἐγκρατέσι ἐγκρατέστατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἁγνοῖς ἁγνότατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἐλεήμοσιν ἐλεήμοσιν ἐλεημοσύνης ἀνελθόντας, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγαπητικοῖς ἀγαπητικώτατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγαπητοῖς ἀγαπητότατον, ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς ἀγαπῶσιν ἀγαπῶντα

Omnium autem dignissimus est qui juvetur, is quem nunc tibi per litteras **264** meas sisto, colendissimus frater noster Eusebius, absurda appetitus calumnia, quam propulsare solius tuæ est probitatis. Quapropter rogo, ut et juris habens rationem, et ad humanam conditionem respiciens, et consueta in me beneficia conferens, huic viro omnium loco sis, eumque una cum veritate adjuves. Nam præsidii non parum in jure positum habet; quod quidem, nisi tempus præsens læserit, facile erit clare et ineluctabiliter demonstrare.

A τατος δὲ πάντων καὶ ὁ νῦν προσαγόμενος διὰ τῶ γράμματος ἡμῶν τυγχάνει (6), ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς (7) Εὐσέβιος, παραλόγῳ συκοφαντίᾳ περιπεσών, ἣν ἀποσκεδάσαι μόνης ἐστὶ τῆς σῆς ὀρθότητος. Διὸ παρακαλοῦμεν, καὶ τῷ δικαίῳ χαριζόμενον, καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἀφορῶντα, καὶ ἡμῖν τὰς συνήθεις παρεχόμενον χάριτας, ἀντὶ πάντων γενέσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ προστῆναι αὐτοῦ μετὰ τῆς ἀληθείας. Ἔχει γὰρ οὐ μικρὰν συμμαχίαν τὴν ἀπὸ τοῦ δικαίου· ἢν, εἰ μὴ ὁ παρὼν καιρὸς καταβλάψει, πάνυ ῥᾴδιον σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως ἐπιδειχθήσεσθαι (8).

EPISTOLA CLXXVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΗ.

Commendat Basilius eumdem Eusebium, ac rogat, ne quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, in eum hæc suspicio redundet

Aburgio.

B

Scio me tuæ dignitati multos sæpenumero commendasse, et gravissimis temporibus non parum afflictis profuisse. Sed nullum antea missum a me ad tuam præstantiam memini, qui mihi charior foret, aut qui de rebus majoris momenti decertaret, quam desideratissimus filius Eusebius, qui nunc tibi has a me litteras reddit. Qui quidem quali implicatus sit negotio, ipse, si modo tempus idoneum nanciscatur, gravitati tuæ narrabit. Quæ autem a me dici par est, hæc sunt: non committendum esse ut viri causa detorqueatur; aut quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi sunt, in eum hæc multorum suspicio redundet; sed judicium ei concedendum esse, et in illius vitam inquirendum. Ita enim facillime calumnia manifesta fiet, ac vir ille justissimum patrocinium nactus, perpetuus erit beneficii a tua humanitate accepti præco.

Ἀβουργίῳ.

Πολλοὺς οἶδα πολλάκις συστήσας τῇ τιμιότητί σου, καὶ γενόμενος ἐπὶ μεγίστων καιρῶν χρήσιμος ἱκανῶς τοῖς καταπονουμένοις. Οὐ μὴν τιμιώτερόν γε ἐμοὶ, οὐδ' ὑπὲρ μειζόνων ἀγωνιζόμενον οἶδα πρότερον παραπέμψας τῇ κοσμιότητί σου τοῦ ποθεινοτάτου υἱοῦ Εὐσεβίου, τοῦ νῦν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐγχειρίζοντός σοι παρ' ἡμῶν. Ὅς ποταπῷ μὲν συμπέπλεκται πράγματι, αὐτὸς, ἂν τύχοι τινὸς καιροῦ, διηγήσεταί σου τῇ σεμνότητι· ἃ δὲ παρ' ἡμῶν λεχθῆναι προσῆκε, ταῦτά ἐστι· μὴ παρασυρῆναι τὸν ἄνδρα, μηδὲ τῷ πολλοὺς πεφηνέναι τοὺς ἐπὶ ταῖς χαλεπωτάταις (9) πράξεσιν ἁλωκότας, καὶ αὐτόν τι τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας παραπολαῦσαι· ἀλλὰ τυχεῖν δικαστηρίου, καὶ εἰς ἐξέτασιν αὐτοῦ τὸν βίον ἀχθῆναι. Ῥᾷστα γὰρ οὕτω καὶ ἡ συκοφαντία φανερὰ γενήσεται, καὶ ὁ ἀνὴρ τυχὼν τῆς δικαιοτάτης προστασίας κήρυξ ἔσται διηνεκὴς τῶν ὑπηργμένων αὐτῷ παρὰ τῆς σῆς ἡμερότητος.

C

EPISTOLA CLXXIX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΘ'.

Commendat Basilius hominem gravi calumnia in judicium vocatum.

Arinthæo.

Libertati amicum te esse et perhumanum satis nos docent et generosa indoles, et quod te communem omnibus præbes. Quapropter fidenter deprecatorem me præbeo pro viro ex longa quidem majorum serie claro, sed per se majori honore ac reverentia digno ob insitam morum suavitatem; ut meo rogatu opem illi feras, judicium sustinenti leve illud quidem et contemnendum, si veritas spe-

D

Ἀριν θαίῳ.

Καὶ φιλελεύθερόν σε εἶναι καὶ φιλάνθρωπον τό τε τῆς φύσεως εὐγενὲς καὶ τὸ πρὸς πάντας κοινωνικὸν ἱκανῶς ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. Διὸ θαῤῥούντως (10) πρεσβεύομεν ὑπὲρ ἀνδρὸς λαμπροῦ μὲν ἄνωθεν καὶ ἐκ προγόνων (11), πλείονος δὲ δι' ἑαυτὸν τιμῆς καὶ αἰδοῦς ἀξίου διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ τῶν τρόπων ἡμερότητα· ὥστε σε παρακληθέντα ὑφ' ἡμῶν παραστῆναι αὐτῷ ἀγωνιζομένῳ δίκην, τῆς μὲν ἀλη-

* Alias CCCLX. Scripta anno 374.

** Alias CCCLXXX. Scripta anno 374.

(6) *Τυγχάνει.* Sic mss. octo. Editi τυγχάνειν.

(7) *Ἀδελφός.* Ante hanc vocem editi apponunt ἡμῶν, quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(8) *Ἐπιδειχθήσεσθαι.* Ita Harl. codex, cui favent sex alii, in quibus legitur ἐπιδειχθήσεται. Editi ἐπιδειχθῆναι.

(9) *Ἐπὶ ταῖς χαλεπωτάταις.* Indicat Basilius horribilem illam tragœdiam, quæ sub Valente acta est, cum deprehensi fuissent qui de illius successore per sortes inquisierant. Tunc *omnium fere ordinum multitudo, quam nominatim recensere est arduum*, inquit Ammianus, *in plagas calumniarum conjecta, percussorum dexteras fatigarit, tormentis et plumbo et verberibus ante debilitata: sumptumque est de quibusdam sine spiramento vel mora supplicium, dum quæritur an sumi deberet: et ut perdum ubique trucidatio cernebatur.* Rerum crudeliter gestarum seriem et modos accurate describit idem scriptor lib. XXIX, c. 1 et 2. Merito ergo metuebat Basilius, ne his calumniis implicatus Eusebius parum haberet in sua innocentia præsidii.

(10) *Θαῤῥούντως.* Tres recentiores codices θαῤῥοῦντες.

(11) *Καὶ ἐκ προγόνων.* Conjunctio addita ex Coisl. primo et Harl.

Digitized by Google

θείας ἕνεκεν (12) εὐκαταφρόνητον, ἐναγώνιον δὲ ἄλλως διὰ τὸ τῆς συκοφαντίας βαρύ. Μεγάλη γὰρ ἂν γένοιτο αὐτῷ ῥοπὴ πρὸς σωτηρίαν, εἰ καταξιώσειάς τι ῥῆμα φιλάνθρωπον ὑπὲρ αὐτοῦ προέσθαι (13), προηγουμένως μὲν τῷ δικαίῳ χαριζόμενος, ἔπειτα καὶ ἡμῖν τοῖς ἐξαιρέτοις σου τὴν συνήθη τιμὴν καὶ χάριν καὶ ἐν τούτῳ χαριζόμενος.

A ctetur, sed alioqui difficile et molestum ob calumniæ vehementiam. Multum enim illi accedet ad salutem momenti, si quid benigne pro eo dicere digneris, in primis id juri deferens: deinde etiam et nobis summis tuis amicis, consuetum honorem et officium in hoc quoque tribuens.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠ'.

265 EPISTOLA CLXXX*.

Sophronio Basilius commendat Eumathium nobilem et disertum virum gravissima calumitate afflictum.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ, Εὐμαθίου ἕνεκεν.

Ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ περιτυχὼν περιστάσει οὐκ ἀνεκτῇ κεχρημένῳ, ἔπαθον τὴν ψυχήν. Τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, ἄνθρωπος ὤν, ἀνθρώπῳ ἐλευθέρῳ παρ' ἀξίαν ἐμπεπλεγμένῳ πράγμασι συναλγεῖν; Καὶ βουλευσάμενος (14) πῶς ἂν γενοίμην αὐτῷ χρήσιμος, μίαν εὗρον λύσιν τῆς κατεχούσης αὐτὸν δυσχερείας, εἰ τῇ σῇ κοσμιότητι ποιήσαιμι γνώριμον. Σὸν οὖν τὸ ἐφεξῆς, τὴν σαυτοῦ σπουδήν, ἣν εἰς πολλοὺς ἐφ' ἡμῖν (15) μάρτυσιν ἐπιδέδειξαι, καὶ αὐτῷ παρασχέσθαι. Τὸ δὲ πρᾶγμα γνωρίσει ἡ ἐπιδοθεῖσα παρ' αὐτοῦ δέησις τοῖς βασιλεῦσιν, ἣν καὶ λαβεῖν εἰς χεῖρας, καὶ συμπράξαι τῷ ἀνδρὶ τὰ δυνατὰ παρακλήθητι. Καὶ γὰρ Χριστιανῷ χαρίζῃ (16), καὶ εὐγενεῖ, καὶ ἀπὸ λόγου πολλοῦ τὸ αἰδέσιμον ἐπαγομένῳ. Ἐὰν δὲ προσθῶμεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς μεγάλην διὰ τῆς εἰς αὐτὸν εὐποιίας ὑποδεχόμεθα (17) χάριν, πάντως, κἂν μικρὸν ᾖ ἄλλως τὸ ἡμέτερον, ἀλλὰ τῆς σῆς σεμνότητος (18) ἀεὶ ἐν λόγῳ ποιεῖσθαι τὰ καθ' ἡμᾶς ἀνεχομένης, οὐ μικρὸν φανεῖται τὸ χαρισθὲν ἡμῖν.

B

Sophronio magistro, in Eumathii gratiam.

In egregium virum cum incidissem calamitate intolerabili afflictum, animum invasit dolor. Quomodo enim potuissem, cum sim homo, hominis ingenui præter meritum negotiis implicati dolore non moveri? Mecum autem reputans quomodo ei prodesse possem, unam inveni molestiæ illum detinentis solutionem, si eum tuæ dignitati notum facerem. Jam autem tuum est, idem studium, quod in multos, nobis testibus, ostendisti, huic quoque exhibere. Rem autem cognitam faciet supplex libellus ab eo imperatoribus traditus: quem velim et in manus sumas, et pro virili adsis homini. Certe enim in Christianum beneficus eris, et nobilem, et ob multam doctrinam venerandum. Quod si addiderim te conferendo in eum beneficio magnam apud nos quoque inire gratiam, certe quamvis res meæ parvi sint pretii, tua tamen gravitate earum semper rationem habere non dedignante, non parvum videbitur quod mihi gratum fiet.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΑ'.

EPISTOLA CLXXXI**.

Rogat Otreium Basilius ut sese invicem consolentur; iste quidem quæ Samosatis perferentur, ad Basilium scribendo: Basilius vero, quæ ex Thracia didicerit, ei nuntiando.

Ὀτρηίῳ Μελητίνης.

Οἶδα, ὅτι καὶ τῆς σῆς εὐλαβείας τοσοῦτον ἅπτεται ὁ χωρισμὸς τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Εὐσεβίου, ὅσον καὶ ἡμῶν αὐτῶν. Ἐπεὶ οὖν ἀμφότεροι χρήζομεν παρακλήσεως, ἀλλήλοις γενώμεθα παραμυθία. Καὶ σύ τε ἡμῖν ἐπίστελλε τὰ ἐκ Σαμοσάτων, ἡμεῖς τε ἅπερ ἂν μάθωμεν ἀπὸ τῆς Θράκης, ἀπαγγελοῦμεν. Φέρει γὰρ ἐμοὶ μὲν τὸ γινώσκειν τοῦ ἑαυτοῦ τὴν ἕνστασιν οὐ μικρὰν ῥαστώνην ἐκ τῶν παρόντων λυπηρῶν, τῇ δὲ σῇ χρηστότητι τὸ διδάσκεσθαι ἐν οἷς ἐστιν ὁ κοινὸς ἡμῶν πατήρ. Ἀμέλει καὶ νῦν οὐ γράμμασι σημαίνειν ἔχομεν· ἀλλ' αὐτὸν παρεστήσαμέν σοι τὸν ἀκριβῶς εἰδότα, καὶ *ἀπαγγέλλοντα* (19) ἐν οἷς αὐτὸν κατέλιπε, καὶ ὅπως καὶ φέροντα (20) τὰ συμπίπτοντα. Εὔχου τοίνυν καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ὁ Κύριος ταχεῖαν ἀπαγάγῃ τῶν δεινῶν τούτων τὴν λύσιν.

C

Otreio Meletines.

Haud ignoro tuam pietatem separatione ac exsilio Eusebii episcopi religiosissimi tam moveri, quam memetipsum. Cum itaque uterque indigeamus consolatione, simus alter alteri solatio. Et tu scribe nobis quæ Samosatis ad te perferentur, et ego quæ ex Thracia didicero, nuntiabo. Nam nec mihi, populi constantiam cognoscere, parvam affert ex præsentibus molestiis allevationem, nec tibi, de communis patris nostri rebus edoceri. Nunc sane non possumus hæc perscribere: sed tibi sistimus, qui ea accurate novit, et narrabit quo in statu ipsum reliquerit, et quo animo ærumnas perferentem. Precare igitur et pro ipso et pro me, ut Dominus quam celerrime ab his nos angustiis liberet.

(12) *Ἕνεκεν.* Ita sex mss. Editi ἕνεκα.

(13) *Προέσθαι.* Ita mss. sex. Editi προῖσθαι.

(14) *Βουλευσάμενος.* Editi addunt οὖν, quod abest a novem mss.

(15) *Ἐφ' ἡμῖν.* Sic Med. et Coisl. 1, melius quam alii et editi ὑφ' ἡμῖν.

(16) *Χαρίζῃ.* Ita Coisl. primus cum quatuor aliis et Harl. secunda manu. Editi χαρίζει.

(17) *Ὑποδεχόμεθα.* Ita mss. sex. Coisl. primus ἀποδεχόμεθα. Editi ἀποδεξόμεθα.

(18) *Τῆς σῆς σεμνότητος.* Sic tres vetustissimi codices, et paulo post ἀνεχορένης. Quæ quidem D scriptura, cum per se nihil habeat vitii et tanta auctoritate nitatur, visa est præferenda vulgatæ τῇ σῇ σεμνότητι... ἀνεχομένῃ. Videntur ita scripsisse librarii, ut scriptura clarior fieret, quamvis non esset obscura.

(19) *Ἀπαγγέλλοντα.* Coisl. secundus et Reg. secundus ἀπαγγελοῦντα.

(20) *Καὶ φέροντα.* Ita tres vetustissimi codices cum aliis quatuor. Vulgata scriptura φέροιτο nullo prorsus in codice ms. legitur.

* Alias CCCXXXIII. Scripta anno 374.

** Alias CCCXVI. Scripta anno 374.

Digitized by Google

EPISTOLA CLXXXII*.

Gratulatur de præliis pro fide; precatur ut perseverantia donetur a Domino Presbyteris Samosatensibus.

Quantum doleo orbatam considerans Ecclesiam, tantum vos beatos prædico, ad talem perductos certaminis mensuram: quam **266** quidem det vobis Dominus patienter decurrere, ut et fidelis dispensationis et generosæ constantiæ, quam pro Christi nomine ostendistis, mercedem magnam consequamini.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΒ'.

Τοῖς πρεσβυτέροις Σαμοσάτων (21).

Ὅσον λυπούμεθα ἐνθυμούμενοι τὴν ἐρημίαν τῆς Ἐκκλησίας, τοσοῦτον μακαρίζομεν ὑμᾶς, εἰς τοῦτο φθάσαντας τὸ μέτρον τῆς ἀθλήσεως, ὃ παράσχοι ὑμῖν (22) ὁ Κύριος μακροθύμως παρελθεῖν, ἵνα καὶ τῆς πιστῆς οἰκονομίας, καὶ τῆς γενναίας ἐνστάσεως, ἣν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ ἐπεδείξασθε, τὸν μέγαν μισθὸν ὑποδέξησθε.

EPISTOLA CLXXXIII**.

Laudat Basilius Samosatensium labores et pro fide prælia: hortatur ad perseverantiam ac rogat ut ad se scribant.

Samosatorum senatui.

Cum considero tentationem per totum jam orbem esse diffusam, ac maximas Syriæ urbes eadem ac vos mala expertas; nullibi tamen adeo spectatum, ac bonis operibus clarum senatum esse, ut nunc vester ob bonorum operum studium fama celebratur: parum abest quin gratias etiam habeam his quæ Deus fieri permisit. Nisi enim evenisset illa calamitas, probatio vestra non inclaruisset. Quare videtur, quod caminus est auro, id esse virtutis cultoribus, tolerata pro spe in Deum afflictatio. Ergo agite, o admirandi, date operam, ut jam exantlatis laboribus alios deinceps dignos adjiciatis, ac fundamento amplo videamini imponere coronidem illustriorem, et circumstetis ecclesiæ pastorem, ubi Dominus ei dederit in suo conspici throno, alii aliud pro Dei Ecclesia gestum narrantes, in illa autem magna Domini die, unusquisque pro laborum ratione a Deo magnificentissimo mercedem recepturi. Quod si memineritis nostri, et ad nos, quoties integrum erit, detis litteras; æqua sane facietis, par pari referentes, et simul nos voluptate afficietis non levi, vocis vestræ nobis jucundissimæ manifesta per litteras signa mittentes.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΓ'.

Πολιτευομένοις Σαμοσάτων (23).

Ὅταν ἀπίδω, ὅτι ὁ μὲν πειρασμὸς κατὰ πάσης ἤδη κέχυται τῆς οἰκουμένης, καὶ αἱ μέγισται τῶν ἐπὶ Συρίας πόλεων τῶν ἴσων ὑμῖν (24) πεπείρανται παθημάτων, οὐ πανταχοῦ δὲ οὕτω δόκιμον καὶ διαπρεπὲς ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις τὸ βουλευτήριον, ὡς τὸ ὑμέτερον νῦν ἐπὶ τῇ σπουδῇ τῶν ἀγαθῶν ἔργων διαβεβόηται· ἐγγύς εἰμι καὶ χάριν ἔχειν τοῖς οἰκονομηθεῖσιν (25). Εἰ γὰρ μὴ ἐγεγόνει ἡ θλῖψις αὕτη, οὐκ ἂν ὑμῶν διεφάνη τὸ δόκιμον. Ὥστε ἔοικεν, ὅπερ ἐστὶ κάμινος χρυσῷ, τοῦτο εἶναι ἡ ὑπὲρ τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος θλῖψις τοῖς ἀντιποιουμένοις τινὸς ἀρετῆς. Ἄγε οὖν, ὦ θαυμάσιοι, ὅπως τοῖς προπεπονημένοις ἄξια ἐπαγάγητε τὰ ἑπόμενα, καὶ φανῆτε μεγάλῃ χρηπῖδι ἀξιολογωτέραν ἐπιτιθέντες τὴν χορυφήν (26)· καὶ περίστητε μὲν τὸν ποιμένα τῆς ἐκκλησίας, ὅταν δῷ ὁ Κύριος αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἰδίων (27) φανῆναι θρόνων, ἄλλος ἄλλο τι τῶν ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πεπολιτευμένων ἡμῖν διηγούμενοι, ἐν δὲ τῇ μεγάλῃ τοῦ Κυρίου ἡμέρᾳ ἕκαστος κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῶν πεπονημένων παρὰ τοῦ μεγαλοδώρου Θεοῦ δεχόμενοι τὴν ἀντίδοσιν. Ἡμῶν δὲ μεμνημένοι, καὶ ἐπιστέλλοντες ὁσάκις ἂν ᾖ δυνατόν, δίκαιά τε ποιήσετε τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀμειβόμενοι, καὶ ἅμα οὐ μικρῶς ἡμᾶς εὐφρανεῖτε, τῆς ἡδίστης ἡμῖν φωνῆς ὑμῶν ἐναργῆ σύμβολα διὰ τῶν γραμμάτων διαπεμπόμενοι.

* Alias CCLXVI. Scripta anno 374.

** Alias CCXCIV. Scripta anno 374.

(21) *Τοῖς πρεσβυτέροις Σαμοσάτων.* Sic legitur hic titulus in tribus vetustissimis codicibus et ad marginem in Claromontano. Occurrit iterum hæc epistola in codice Medicæo, ac secundo loco inscribitur Παυλίνῳ πρεσβυτέρῳ. Sic etiam habent Reg. uterque, Coisl. secundus et Parisiensis. Codex Claromontanus Παυλίνῳ πρεσβυτέρῳ ἐν ἐξορίᾳ ὄντι, *Paulino presbytero exsulanti.* Editi Παυλίνῳ πρεσβύτῃ, *Paulino seni.* Appositam in contextu lectionem confirmat ipsa epistola non unum tantummodo alloquens, sed omnes generatim Samosatenses presbyteros, quorum in persecutione enituit, absente Eusebio, constantia.

(22) *Ὑμῖν.* Coisl. primus et Medicæus utroque loco ἡμῖν.

(23) *Πολιτευομένοις Σαμοσάτων.* Editi et Reg. secundus ac Coisl. secundus addunt ἀγαπητικὴ προσφώνησις, *amica salutatio;* sed hæc desunt in aliis mss.

(24) *Τῶν ἴσων ὑμῖν.* Editi et nonnulli mss. τῶν ἴσων ἡμῖν.

(25) *Ἔχειν τοῖς οἰκονομηθεῖσιν.* Nititur hæc scriptura solo codice Medicæo; sed prorsus necessaria videtur esse, ut dignam habeamus Basilio sententiam. Nam si legamus cum editis et aliis mss. χάριν ἔχειν ἐπὶ τοῖς οἰκονομηθεῖσιν, sensus erit: Parum abfuit quin gratias agerem Deo ob ea quæ vobis evenire permisit. At quomodo Basilius parum abfuisse dicit, quin faceret quod præscriptum est, ut Deo in omnibus gratiæ agantur? Multo ergo dignior Basilio sententia: *Parum abfuit quin gratias haberem iis quæ vobis evenerunt.* In eamdem sententiam loquitur Basilius in libro *De Spiritu sancto* cap. 6, p. 10, cum ait se inimicis gratias acturum ob eorum convicia, nisi de ipsorum exitio doleret. Sic etiam Machabæorum mater apud Gregorium Nazianzenum orat. 22, p. 405, ait se tyranno pene gratias agere.

(26) *Κορυφήν.* Reg. secundus et Coisl. secundus ac Paris. κορωνίδες. Paulo post iidem ἐὰν δῷ.

(27) *Ἐπὶ τῶν ἰδίων*, etc. Ita Harl. cum tribus aliis. Editi ἐπὶ τὸν ἴδιον φανῆναι θρόνον.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΔ'.

EPISTOLA CLXXXIV*.

Eustathium rogat Basilius ut quamvis in defendenda Ecclesia occupatus sit ad se tamen scribat, quoties poterit, seque idem facturum promittit.

Εὐσταθίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰμμεριας (28).

Οἶδα, ὅτι στυγνοποιὸν πρᾶγμα ἡ ὀρφανία, καὶ πολυάσχολον, διὰ τὸ ἐρημίαν ἐπάγειν τῶν προεστώτων. Ὅθεν λογίζομαι καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν ἐπιστυγνάζουσαν τοῖς συμβεβηκόσι μὴ ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ ὁμοῦ ἐν πλείονι εἶναι νῦν ἀσχολίᾳ, περιτρέχειν (29) τὰ τοῦ Χριστοῦ ποίμνια, διὰ τὴν παντα- χόθεν τῶν ἐχθρῶν ἐπανάστασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάσης λύπης παρηγορία ἡ πρὸς τοὺς ὁμοψύχους ἐστὶν ὁμιλία, καταξίου, ὁσάκις ἂν δυνατόν σοι, ἐπιστέλλειν ἡμῖν, καὶ αὐτός τε ἀναπαύεσθαι ἐν τῷ ψθέγγεσθαι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἡμᾶς παρηγορεῖν ἐν τῷ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν σεαυτοῦ ῥημάτων. Τοῦτο δὲ καὶ ἡμεῖς σπουδάσομεν ποιῆσαι, ὁσάκις ἂν ἡμῖν ἐνδιδῷ τὰ πράγματα. Εὔχου δὲ καὶ αὐτὸς καὶ πᾶσαν τὴν ἀδελφότητα παρακάλεσον σπουδαίως δυσωπεῖν τὸν Κύριον, ἵνα δείξῃ ποτὲ ἡμῖν λύσιν τῆς περιεχούσης ἡμᾶς κατηφείας.

Eustatmo, Himmeriæ episcopo.

Scio rem permolestam esse orbitatem ac negotiosam, eo quod solitudinem a præpositis inducat. Unde arbitror tuam quoque pietatem de iis quæ acciderunt ingemiscentem ad me non scribere, et simul nunc pluribus negotiis occupari, ac circumcursare Christi ovilia, ob hostium undelibet insurgentium impetum. Sed quia omnis mœroris solatium est cum unanimis colloquium, fac, quoties poteris, ad me scribas, ac nobiscum colloquendo et ipse acquiescas, et nos verbis tuis impertiendo consoleris. **267** Idem et ego facere studebo, quoties mihi per negotia licuerit. Tute autem et ipse precare ac fratres omnes hortare, Dominum ut sedulo exorent, ut tandem a circumstante nos tristitia liberet.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΕ'.

EPISTOLA CLXXXV**.

Rogat Theodotum Basilius ne oblatas scribendi occasiones omittat: precatur ut sibi eum videre contingat.

Θεοδότῳ, ἐπισκόπῳ Βεροίας.

Οἶδα, ὅτι, εἰ καὶ μὴ ἐπιστέλλεις ἡμῖν, ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὑπάρχει ἡ μνήμη ἡμῶν. Καὶ τοῦτο τεκμαίρομαι, οὐχ ὅτι αὐτὸς ἄξιός εἰμι μνήμης τινὸς δεξιᾶς, ἀλλ' ὅτι ἡ σὴ ψυχὴ πλουτεῖ ἐν τῇ τῆς ἀγάπης περιουσίᾳ. Πλὴν ἀλλ' ὅσον δυνατόν σοι, ταῖς παριμπιπτούσαις προφάσεσι κέχρησο εἰς τὸ ἐπιστέλλειν ἡμῖν, ἵνα καὶ ἡμεῖς μᾶλλον εὐψυχῶμεν μανθάνοντες τὰ περὶ ὑμῶν, καὶ ἀφορμὴν λαμβάνωμεν εἰς τὸ καὶ αὐτοὶ σημαίνειν ὑμῖν τὰ ἡμέτερα. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τρόπος τῆς ὁμιλίας τοῖς τοσοῦτον διεζευγμένοις (30) τῷ σώματι, ὁ δι' ἐπιστολῶν, οὗ μὴ ἀποστερῶμεν ἀλλήλους, καθόσον ἂν ἐνδιδῷ τὰ πράγματα. Παράσχοι δὲ ὁ Κύριος καὶ τὴν κατ' ὀφθαλμοὺς ἡμῖν συντυχίαν, ἵνα καὶ τὴν ἀγάπην αὐξήσωμεν, καὶ τὴν εἰς τὸν Δεσπότην ἡμῶν εὐχαριστίαν πλεονάσωμεν, ἐπὶ μείζοσι ταῖς παρ' αὐτοῦ δωρεαῖς.

Theodoto, episcopo Berææ.

Quanquam ad nos non scribis, scio tamen nostri memoriam tuo pectori insidere. Hoc autem conjicio, non quod ipse officiosa ulla recordatione dignus sim, sed quod anima tua charitatis copia ditescat. Sed tamen, quantum in te erit, occasionibus occurrentibus utere ad mittendas nobis litteras; ut et nos meliore animo simus vestrarum rerum facti certiores, et ipsi etiam occasionem nostrarum vobis significandarum accipiamus. Nam hic colloquendi modus est his qui corpore adeo disjuncti sunt, per litteras videlicet; quo quidem nos invicem non defraudemus, quantum per negotia licuerit. Largiatur autem Dominus, ut coram etiam inter nos congrediamur; quo et augeamus charitatem, et Domino nostro gratiarum actionem ob majora ab eo accepta dona multiplicemus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠϚ'.

EPISTOLA CLXXXVI***.

Festive gratulatur præsidi Basilius, quod eum crambe aceto condita pristino vigori restituerit.

Ἀντιπάτρῳ ἡγεμόνι.

Ὡς καλὴ ἡ φιλοσοφία, τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι οὐδὲ ἰατρεύεσθαι πολυτελῶς τοῖς τροφίμοις αὐτῆς ἐπιτρέπει· ἀλλὰ τὸ αὐτὸ καὶ ὄψον ἐστὶ παρ' αὐτῇ, καὶ πρὸς ὑγίειαν (31) ἀρκεῖ. Τὰς γάρ τοι ὀρέξεις ἀποκαμούσας, ὡς ἐπυθόμην, κράμβαις ἐν ὄξει ταριχευθείσαις ἀνεκαλέσω· ἃς ἐγὼ πρότερον μὲν ἐδυσχέραινον καὶ διὰ τὴν παροιμίαν, καὶ ὅτι ὑπόμνημα ἦσαν τῆς συντρόφου πενίας· νῦν δέ μοι δοκῶ καὶ ἐμαυτὸν

Antipatro præsidi.

Quam pulchra est philosophia, cum ob alia, tum quia suis alumnis ne curari quidem magnis sumptibus sinit, sed eadem res apud ipsam et opsonium est, et ad sanitatem sufficit! Nam, appetentiam ciborum jam lassam, ut audivi, crambe aceto condita revocasti: quam ego prius quidem ægre ferebam, tum ob proverbium, tum quia comitem paupertatem mihi in memoriam revocabat. Nunc vero mihi

(28) *Ἰμμερίας.* Coisl. secundus et Reg. secundus Ἐμέρεως. Deest ea vox in codice Harlæano.

(29) *Περιτρέχειν.* Coisl. primus et Med. περιέπειν. Legendum περιτρέχειν τε.

(30) *Διεζευγμένοις.* Sic tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi διαζευγνυμένοις.

(31) *Πρὸς ὑγίειαν.* Med. et alii nonnulli ποὸς ὑγείαν.

* Alias CCCVI. Scripta anno 374.

** Alias CCCX. Scripta circa an. 374

*** Alias CCXIII. Scripta circa an. 374.

Digitized by Google

videor et sententiam mutare, et proverbium ridere, videns tam eximiam juventutis nutricem, quæ nostrum præsidem pristino vigori restituit. Nec quidquam jam præ illa æstimabo: non modo Homeri lotum, sed ne illam quidem ambrosiam, quæcunque tandem fuerit, quæ cœlestes exsatiabat.

μεταπείσειν (32), καὶ τῆς παροιμίας καταγελάσεσθαι, ὁρῶν αὐτὴν οὕτως ἀγαθὴν κουροτρόφον, ἣ τὸν ἄρχοντα ἡμῶν εἰς ἀκμὴν ἐπανήγαγε. Καὶ οὐδὲν εἶναι τοῦ λοιποῦ κατ' αὐτὴν ἡγήσομαι, οὐχ ὅπως τὸν Ὁμηρικὸν λωτὸν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀμβροσίαν ἐκείνην, ἥτις ποτ' ἄρα ἦν, ἡ τοὺς Ὀλυμπίους χορτάζουσα.

EPISTOLA CLXXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΖ'.

Respondet præses peraculæ Basilii epistolæ.

Antipater Basilio.

Bis crambe mors, ait invidum proverbium. Ego vero qui sæpe petii, semel moriar: omnino vero, etiamsi non petiissem. Quod si omnino: ne te pigeat comedere suave obsonium, frustra a proverbio vituperatum.

Ἀντίπατρος Βασιλείῳ.

Δὶς κράμβη θάνατος, ἡ βάσκανός φησι παροιμία. Ἐγὼ δὲ, πολλάκις αἰτήσας, ἅπαξ ἀποθανοῦμαι· πάντως δὲ καὶ μὴ αἰτήσας. Εἰ δὲ πάντως, μὴ κατόκνει ἐσθίειν ὄψον ἡδὺ, μάτην ὑπὸ τῆς παροιμίας λοιδορηθέν.

268 EPISTOLA CLXXXVIII** CANONICA PRIMA.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠΗ'. ΚΑΝΟΝΙΚΗ Α'.

Respondet Basilius pluribus Amphilochii quæstionibus ad canones pertinentibus, ac nonnulla Scripturæ loca ejusdem episcopi rogatu explicat.

Amphilochio de canonibus.

Stulto interroganti, inquit, *sapientia reputabitur* [66]. Sapientis autem, ut videtur, interrogatio etiam stultum sapientem efficit: quod Dei gratia accidit nobis, quoties laboriosæ tuæ animæ litteras accipimus. Etenim doctiores quam eramus, ac prudentiores fimus ex ipsa interrogatione, multa quæ ignorabamus ediscentes; ac nobis magistri loco est respondendi cura. Certe et nunc cum de interrogatis tuis nunquam hactenus sollicite cogitassem, coactus sum diligenter attendere, et si quid a senioribus audieram, recordari, et cognata iis quæ didiceram, per me ipse ratiocinari.

Ἀμφιλοχίῳ περὶ κανόνων.

Ἀνοήτῳ, φησὶν, *ἐπερωτήσαντι* (33) *σοφία λογισθήσεται*. Σοφοῦ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐπερώτημα καὶ τὸν ἀνόητον σοφίζει· ὅπερ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι συμβαίνει ἡμῖν, ὁσάκις ἂν δεξώμεθά σου τῆς φιλοπόνου ψυχῆς τὰ γράμματα. Ἐπιστατικώτεροι γὰρ ἑαυτῶν καὶ ἐμφρονέστεροι γινόμεθα ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐρωτήσεως, πολλὰ, ὧν οὐκ ἐπιστάμεθα, διδασκόμενοι· καὶ γίνεται ἡμῶν διδάσκαλος ἡ περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι (34) μέριμνα. Ἀμέλει καὶ νῦν, οὐδέποτε λαβόντες ἐν φροντίδι τὰ ἐπερωτήματά σου, ἠναγκάσθημεν ἐπισκέψασθαι ἀκριβῶς, καὶ εἴ τέ τι ἠκούσαμεν παρὰ τῶν πρεσβυτέρων, ἀναμνησθῆναι, καὶ τὰ συγγενῆ ὧν ἐδιδάχθημεν, παρ' ἑαυτῶν ἐπιλογίσασθαι.

Canon I. Quod igitur ad Catharos pertinet, et prius dictum est, et recte admonuisti uniuscujusque regionis morem sequi oportere: quod ii, qui tunc de illis statuerunt, in varias de ipsorum baptismate sententias abierint. Pepuzenorum autem baptisma nullam mihi habere rationem videtur, et miratus sum quomodo hoc Dionysium, hominem canonum

Α'. Τὸ μὲν οὖν περὶ τοὺς Καθαροὺς ζήτημα καὶ εἴρηται πρότερον, καὶ καλῶς ἀπεμνημόνευσας, ὅτι δεῖ τῷ ἔθει τῶν καθ' ἑκάστην χώραν ἕπεσθαι, διὰ τὸ διαφόρως ἐνεχθῆναι (35) περὶ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν τοὺς τότε περὶ τούτων διαλαβόντας· τὸ δὲ τῶν Πεπουζηνῶν οὐδένα μοι λόγον ἔχειν δοκεῖ· καὶ ἐθαύμασα πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν Διονύσιον (36) παρ-

[66] Prov. xvii, 28.

* Alias CCXIV. Scripta circa an. 274.

** Alias I. Scripta anno 374.

(32) *Μεταπείσειν*. Sic mss. summo consensu. Editi μεταπεσεῖν.

(33) *Ἐπερωτήσαντι*. Editi addunt σοφίαν, *Interroganti sapientiam sapientia reputabitur*. Quæ quidem vox a recentioribus librariis videtur addita fuisse. Deest enim in tribus Coislinianis codicibus, et in quatuor Regiis. Deest etiam in codice Alexandrino et pluribus aliis sacræ Scripturæ codicibus.

(34) *Περὶ τὸ ἀποκρίνεσθαι*. Nonnulli codices ἀποκρίνασθαι. Unus περὶ τοῦ. Legitur περὶ τὸ ἀκριβές in Coisliniano vetustiore et duobus aliis. Illud autem ex verbis Basilii colligi non debet, eum hactenus in canonibus parum fuisse versatum. Nam ab initio episcopatus multa de matrimonio, de ordinationibus clericorum et eorum singularitate statuerat, ut patet ex epistolis ad Diodorum, ad chorepiscopos, ad episcopos sibi subditos, et ad Paregorium. Scripserat etiam ad clericos Antiochenos de jurejurando, ut ipse testatur can. 18. Sed cum latissime pateat hæc materia, non mirum si vel doctissimis semper novi aliquid occurrit. Idem de se fatetur Innocentius papa in epist. ad Exsuperium. *Mihi quoque ipsi*, inquit, *de collatione docilitas accedit, dum perscrutatis rationibus ad propositum respondere compellor: eoque fit ut aliquid semper addiscat, qui postulatur ut doceat.*

(35) *Ἐνεχθῆναι*. Ita mss. summo consensu. Editi ἐνδιενεχθῆναι.

(36) *Τὸν Διονύσιον*. Editi τὸν μέγαν Διονύσιον. Sed deest hoc loco in nostris sexdecim codicibus hæc honorifica appellatio, quæ tamen postea eidem Dionysio in hoc ipso canone tribuitur, consentientibus libris veteribus et editis. Duo autem in hoc Basilii testimonio observanda. 1° Pugnat aperte Basilius cum Hieronymo, qui in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* testatur Dionysium idem ac Cy-

Digitized by Google

ἦλθεν. Ἐκεῖνο γὰρ ἔκρινον οἱ παλαιοὶ δέχεσθαι βάπτισμα, τὸ μηδὲν τῆς πίστεως παρεκβαῖνον (37)· ὅθεν τὰς μὲν αἱρέσεις ὠνόμασαν, τὰ δὲ σχίσματα (38), τὰς δὲ παρασυναγωγάς. Αἱρέσεις μὲν τοὺς παντελῶς ἀπῤῥηγμένους, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν πίστιν ἀπηλλοτριωμένους· σχίσματα δὲ τοὺς δι' αἰτίας τινὰς ἐκκλησιαστικὰς καὶ ζητήματα ἰάσιμα πρὸς ἀλλήλους ἀνεχθέντας· παρασυναγωγὰς δὲ τὰς συνάξεις τὰς παρὰ τῶν ἀνυποτάκτων πρεσβυτέρων ἢ ἐπισκόπων καὶ παρὰ τῶν ἀπαιδεύτων λαῶν γινομένας. Οἷον εἴ τις, ἐν πταίσματι ἐξετασθείς, ἐπεσχέθη τῆς λειτουργίας, καὶ μὴ ὑπέκυψε τοῖς κανόσιν, ἀλλ' ἑαυτῷ ἐξέδικησε τὴν προεδρίαν καὶ τὴν λειτουργίαν, καὶ συναπῆλθον τούτῳ τινὲς καταλιπόντες τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, παρασυναγωγὴ τὸ τοιοῦτο. Σχίσμα δὲ τὸ περὶ τῆς μετανοίας διαφόρως ἔχειν πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Αἱρέσεις δὲ, οἷον ἡ τῶν Μανιχαίων, καὶ Οὐαλεντίνων, καὶ Μαρκιονιστῶν, καὶ αὐτῶν τούτων τῶν Πεπουζηνῶν· εὐθὺς γὰρ περὶ αὐτῆς τῆς εἰς θεὸν πίστεώς ἐστιν ἡ διαφορά. Ἔδοξε τοίνυν τοῖς ἐξ ἀρχῆς (39), τὸ μὲν τῶν αἱρετικῶν παντελῶς

perium, fugerit. Antiqui enim illud baptisma suspiciendum putavere, quod nihil a fide recedit; unde alias quidem hæreses, alia schismata, alias parasynagogas appellarunt. Hæreses quidem eos, qui penitus resecti sunt, et in ipsa fide abalienati; schismata vero, eos, qui propter ecclesiasticas quasdam causas et quæstiones inter utramque partem non insanabiles dissident; parasynagogas autem, conventus illos qui ab immorigeris presbyteris aut episcopis et a populis **269** disciplinæ expertibus fiunt. Velut si quis in delicto deprehensus, a ministerio arceatur, nec se canonibus summittat, sed sibi principatum et ministerium vindicet, ac nonnulli una cum eo, relicta catholica Ecclesia, discedant; hoc dicitur parasynagoga. Schisma autem est, de pœnitentia ab iis qui ex Ecclesia sunt, dissentire. Hæreses autem, velut Manichæorum, et Valentinianorum, et Marcionistarum, et horum ipsorum Pepuzenorum; statim enim de ipsa in Deum fide dissensio est. Visum est ergo antiquis hæreticorum quidem baptisma penitus re-

prianum de baptismo sensisse. Videtur hac in re major auctoritas Basilio attribuenda quam Hieronymo. Plus operæ insumpserat Basilius in ea re examinanda. Præterea cum illius testimonio congruit tota Dionysii agendi ratio, qui deprecatorem se pro Asiaticis et Afris interposuit : nedum in eadem ac illi causa versaretur. Quin etiam suam ac decessorum suorum sententiam satis declaravit, cum hominem impio et blasphemiæ pleno baptismo apud hæreticos initiatum, sed jamdudum sine baptismo ab antecessoribus suis receptum, ante non ausus est baptizare, quam Xystum episcopum Romanum consuluisset, Euseb. *Hist.* l. VII, c. 9. Etsi testatur Basilius non rejectum a Dionysio fuisse baptisma Pepuzenorum; non tamen videtur existimasse magnum illum virum eadem indulgentia in alios hæreticos usum fuisse. Miratur enim cur tam liberaliter egerit cum Pepuzenis utpote hæreticis; quod profecto mirum ei visum non fuisset, si ipsos etiam Marcionitas et Valentinianos ab eo sine baptismo receptos credidisset. Quamobrem Basilii sententia paulo restrictius accipienda, quam vulgo accipitur. Constat illius de Pepuzenis sine baptismo receptis testimonium, atque ex hoc testimonio illud etiam colligi potest, quodlibet baptisma, modo ritus legitimus non deesset, ratum a Dionysio habitum fuisse. Sed Basilius ipse de solis Pepuzenis loquitur, et in hoc ipso canone magni Dionysii erratum (sic enim appellat) in eo manifestum et ante oculos positum esse declarat, quod discesserit a sancita priscis canonibus regula, ut aliter hæretici, aliter schismatici recipiantur. Credebat ergo opinatam illam regulam in aliis hæresibus a Dionysio observatam fuisse.

(37) *Τὸ μηδὲν τῆς πίστεως παρεκβαῖνον.* His verbis Basilius, *qui nihil a fide recedit*, baptisma intelligit, quod ab hominibus nihil in fidem peccantibus extra Ecclesiam datur. Nam in toto hoc canone non quærit, utrum observata necne fuerit præscripta a Christo forma : sed eam rem, ut minime controversam prætermittens, baptismi rejiciendi aut probandi regulam repetit ex sana aut hæretica doctrina. Hinc illa hæresum, schismatum et parasynagogarum distinctio, ex qua profecto dignosci non possit, utrum observati necne fuerint legitimi ritus. Hinc etiam Basilius hæreticorum baptisma, etsi *a fide recedit*, interdum tamen ratum esse patitur, si ita postulet publica utilitas. At profecto nunquam tanta usus esset indulgentia, si baptisma a fide recedere aut non recedere existimasset, prout præscripta a Christo forma violatur aut servatur. Denique sancit can. 47 baptizandos Encratitas, quamvis dicant, *In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizati sumus.* Rejiciebat ergo illud baptisma non ob violatos baptizandi ritus, sed quia Encratitæ, ut ibidem testatur, Deum auctorem malorum existimabant, itidem ut Marcion et aliæ hæreses.

(38) *Τὰ δὲ σχίσματα.* Sic plerique mss. Editi τὰς δέ. Nonnulli codices habent τὰς δὲ παρασυναγωγάς.

(39) *Τοῖς ἐξ ἀρχῆς.* Quosnam hic antiquos intelligit Basilius? An Firmilianum, an ejus antecessores, an successores? Non loquitur de Firmiliano; ejus enim sententiam non parum ab ista discrepantem infra exponit. Si de successoribus loquitur, nihil erit ambigui, nihil non accurate dictum. Nam cum Firmilianus nullo discrimine habuisset baptisma sive in hæresi, sive in schismate, sive in parasynagogis datum, ut patet ex ejus epistola ad Cyprianum et ex hoc ipso canone; de illius severitate aliquid postea limatum, et ea inducta distinctio quam Basilius commemorat. Sed videtur Basilius episcopos Firmiliano antiquiores designare. Hæc enim verba τοῖς ἐξ ἀρχῆς satis apte eos indicant, qui de baptismo primi pertractarunt. Præterea miratur Basilius, quod Dionysius, qui æqualis fuit Firmiliani, ab hac distinctione discesserit in recipiendo Pepuzenorum baptismo. Jam tum ergo illam viguisse credebat. Hæc autem sancti doctoris opinio cum sua sponte non verisimilis est, tum ab ipso Firmiliano refellitur, qui sententiam suam a majoribus accepisse se testatur. *Nec meminimus*, inquit in epistola inter Cyprianicas 75, p. 149 novæ edit., *hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut non nisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptisma non nisi sanctæ Ecclesiæ computaremus.* Credebat ergo Firmilianus ignotam majoribus suis fuisse distinctionem hæreticorum et schismaticorum in baptismate : longe aliter visum Basilio. Unde patet summos illos viros, Firmilianum et Basilium, errasse, dum suam uterque opinionem justo longius repetit, alter ab ipsis apostolis, alter a temporibus ante Firmilianum elapsis.

Digitized by Google

jicere; schismaticorum vero, ut adhuc ex Ecclesia exsistentium, admittere; eos tandem qui sunt in parasynagogis, justa pœnitentia et animadversione emendatos rursus Ecclesiæ conjungere; adeo ut sæpe et ii qui in gradu collocati una cum rebellibus abierant, postquam pœnitentiam egerint, in eumdem ordinem admittantur. Pepuzeni ergo sunt aperte hæretici : nam in Spiritum sanctum blasphemaverunt, Montano et Priscillæ Paracleti appellationem nefarie impudenterque attribuentes. Igitur, sive quia hominibus divinitatem attribuunt, condemnandi sunt : sive quia Spiritum sanctum afficiunt injuria, dum eum comparant cum hominibus, sic etiam sunt æternæ condemnationi obnoxii, quod condonari non possit blasphemia in Spiritum sanctum. Qua igitur ratione eorum baptisma admittatur, cum in Patrem et Filium et Montanum aut Priscillam baptizent? non enim baptizati sunt qui in ea, quæ nobis tradita non sunt, baptizati fuere. Quare, etsi hoc Dionysium magnum latuit, servanda nobis non est imitatio erroris. Hoc enim quam absurdum sit, sua sponte perspicuum est, ac omnibus evidens, qui vel leviter ratiocinari possunt. Cathari sunt et ipsi ex iis qui sunt abscissi. Cæterum antiquis visum est, Cypriano **270** dico, et nostro Firmiliano, hos omnes uni calculo subjicere, Catharos, et Encratitas, et Hydroparastatas; propterea quod principium quidem separationis per schisma factum fuerat : qui autem ab Ecclesia se separaverant, non habebant amplius in se gratiam

A ἀθετῆσαι, τὸ δὲ τῶν ἀποσχισάντων (40), ὡς ἔτι ἐκ τῆς Ἐκκλησίας ὄντων, παραδέξασθαι· τοὺς δὲ ἐν ταῖς παρασυναγωγαῖς, μετανοίᾳ ἀξιολόγῳ καὶ ἐπιστροφῇ βελτιωθέντας, συνάπτεσθαι πάλιν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὥστε πολλάκις καὶ τοὺς ἐν βαθμῷ, συναπελθόντας τοῖς ἀνυποτάκτοις, ἐπειδὰν (41) μεταμεληθῶσιν, εἰς τὴν αὐτὴν παραδέχεσθαι τάξιν. Οἱ τοίνυν Πεπουζηνοὶ προδήλως εἰσὶν αἱρετικοί· εἰς γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐβλασφήμησαν, Μοντανῷ καὶ Πρισκίλλῃ τὴν τοῦ Παρακλήτου προσηγορίαν ἀθεμίτως καὶ ἀναισχύντως ἐπιφημίσαντες. Εἴτε οὖν ὡς ἀνθρώπους θεσποιοῦντες, κατάκριτοι· εἴτε ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῇ πρὸς ἀνθρώπους συγκρίσει καθυβρίζοντες (42), καὶ οὕτω τῇ αἰωνίῳ κατακρίσει ὑπεύθυνοι, διὰ τὸ ἀσυγχώρητον εἶναι τὴν εἰς τὸ B Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν. Τίνα οὖν λόγον ἔχει τὸ τούτων βάπτισμα ἐγκριθῆναι τῶν βαπτιζόντων εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν (43); οὐ γὰρ ἐβαπτίσθησαν οἱ εἰς τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν βαπτισθέντες. Ὥστε, εἰ καὶ τὸν μέγαν Διονύσιον τοῦτο παρέλαθεν, ἀλλ' ἡμῖν οὐ φυλακτέον τὴν μίμησιν τοῦ σφάλματος. Τὸ γὰρ ἄτοπον αὐτόθεν πρόδηλον, καὶ πᾶσιν ἐναργὲς, οἵς τι καὶ μικρὸν τοῦ λογίζεσθαι μέτεστιν. Οἱ Καθαροὶ καὶ αὐτοὶ τῶν ἀπεσχισμένων εἰσί. Πλὴν ἀλλ' ἔδοξε τοῖς ἀρχαίοις, τοῖς περὶ Κυπριανὸν λέγω καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἡμέτερον, τούτους πάντας μιᾷ ψήφῳ ὑποβαλεῖν, Καθαροὺς, καὶ Ἐγκρατίτας, καὶ Ὑδροπαραστάτας (44)· διότι ἡ μὲν ἀρχὴ τοῦ χωρισμοῦ διὰ σχίσματος γέ C γονεν· οἱ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντες οὐκέτι

(40) *Ἀποσχισάντων*. Ita plerique mss. Editi ἀποσχισθέντων. Coisl. primus ἀποσχίστων. Quod autem addit Basilius, *ut adhuc ex Ecclesia exsistentium*, non idcirco addit quod schismaticos in Ecclesiæ membris numeraret. Illius verba si quis in deteriorem partem rapiat, facilis et expedita responsio. Nam sub finem hujus canonis de Encratitis ipsis, id est, de hæreticis Incarnationem et Dei singularitatem negantibus, ait sibi non jam integrum esse eos qui huic sectæ conjuncti sunt *ab Ecclesia separare*, quia duos eorum episcopos sine baptismo ac sine nova ordinatione receperat. Nemo autem suspicabitur Basilium ejusmodi hæreticos ab Ecclesia alienissimos non judicasse. Quare quidquid schismaticis tribuit, in sola baptismi societate positum est. Nam cum Cyprianus et Firmilianus schismaticos et hæreticos ita ab Ecclesia distractos crederent, ut nihil prorsus ad eos ex fontibus Ecclesiæ perflueret; Basilius huic sententiæ non assentitur, et in schismaticis quia fidem Ecclesiæ retinent, vestigium quoddam agnoscit necessitudinis et societatis cum Ecclesia, ita ut valida sacramentorum administratio ab Ecclesia ad illos permanare possit. Hinc sibi integrum negat detestandos hæreticos *ab Ecclesia separare*, quorum baptisma ratum habuerat. Idem docent duo præstantissimi unitatis defensores, Optatus et Augustinus. *Quod enim scissum est*, inquit Optatus lib. III, n. 9, *ex parte divisum est, non ex toto : cum constet merito, quia nobis et vobis ecclesiastica una est conversatio, et si hominum litigant mentes, non litigant sacramenta*. Vid. lib. IV, n. 2. Sic etiam Augustinus lib. I *De baptismo*, n. 3 : *Itaque isti* (hæretici et schismatici) *in quibusdam rebus nobiscum sunt : in quibus autem nobiscum non sunt, ut veniendo accipiant, vel redeundo recipiant, adhortamur*. Vid. lib. III, n. 26. Sic ex Basilio hæretici nobiscum sunt quoad baptisma.

(41) *Ἐπειδάν*. Editi addunt δέ, sed hæc vocula deest in omnibus mss.

(42) *Καθυβρίζοντες*. Ita omnes mss. Editi καθυβρίσαντες.

(43) *Μοντανὸν ἢ Πρίσκιλλαν*. Nonnulli mss. codices καὶ Πρίσκιλλαν. Non ait Basilius Pepuzenos in baptizando Montanum aut Priscillam nominatim appellasse; sed Pepuzenorum baptisma rejicit, quia aperte sunt hæretici; et cum eos Montano credere Spiritus sancti nomen deferre, inde concludit eos dum baptizant in nomine Spiritus sancti, Montanum intelligere. Simili ratione rejicit Cyprianus baptisma Marcionis in epist. ad Jubaianum, p. 131 novæ edit. *Nunquid*, inquit, *hanc Trinitatem Marcion tenet? Nunquid eumdem asserit, quem et nos Patrem creatorem? Nunquid eumdem novit Filium Christum de Maria virgine natum?* Firmilianus D negat Cataphrygas in eumdem ac Catholicos Christum baptizare, quia *si quæramus quem Christum prædicent, respondebunt eum se prædicare qui miserit Spiritum per Montanum et Priscillam locutum*, p. 145 ejusdem edit. Quemadmodum ex his Cypriani et Firmiliani testimoniis non sequitur hæreticos aliis ac catholicos in baptizando verbis usos fuisse; ita nec de Montanistis id Basilius testari credendus est.

(44) *Ὑδροπαραστάτας*. Editi addunt ἀποτακτίτας, sed hæc desunt in nostris omnibus codicibus, et apud Balsamonem ac Zonaram. Ibidem editi δὲ ἢ. Melius plerique codices quos secuti sumus. Paulo post sex mss. ἐφ' ἑαυτούς. Sic etiam vetustissima canonum collectio Joannis patriarchæ Constantinopolitani, quæ asservatur in bibliotheca Coisliniana. Sed alii codices cum editis consentiunt.

Digitized by Google

ἔσχον τὴν χαριν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ἑαυτοῖς· ἐλείπετο γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν. Οἱ μὲν γὰρ πρῶτοι ἀναχωρήσαντες παρὰ τῶν πατέρων ἔσχον τὰς χειροτονίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν εἶχον τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν· οἱ δὲ ἀπορραγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι, οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε τοῦ χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν, οὐκέτι δυνάμενοι χάριν Πνεύματος ἁγίου ἑτέροις παρέχειν, ἧς αὐτοὶ ἐκπεπτώκασι. Διὸ, ὡς παρὰ λαϊκῶν βαπτιζομένους τοὺς παρ' αὐτῶν, ἐκέλευσαν ἐρχομένους ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν τῷ ἀληθινῷ βαπτίσματι τῷ τῆς Ἐκκλησίας ἀνακαθαίρεσθαι. Ἐπειδὴ δὲ ὅλως ἔδοξέ τισι τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οἰκονομίας ἕνεκα τῶν πολλῶν δεχθῆναι αὐτῶν τὸ βάπτισμα, ἔστω δεκτόν. Τὸ δὲ τῶν Ἐγκρατιτῶν (45) κακούργημα νοῆσαι ἡμᾶς δεῖ, ὅτι, ἵν' αὐτοὺς ἀπροσδέκτους ποιήσωσι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐπεχείρησαν λοιπὸν ἰδίῳ προκαταλαμβάνειν βαπτίσματι· ὅθεν καὶ τὴν συνήθειαν τὴν ἑαυτῶν παρεχάραξαν. Νομίζω τοίνυν, ὅτι, ἐπειδὴ οὐδέν ἐστι περὶ αὐτῶν φανερῶς διηγορευμένον, ἡμᾶς προσῆκεν ἀθετεῖν αὐτῶν τὸ βάπτισμα· κἄν τις ᾖ παρ' αὐτῶν εἰληφὼς, προσιόντα τῇ Ἐκκλησίᾳ βαπτίζειν. (Ἐὰν μέντοι μέλλοι (46) τῇ καθ' ὅλου οἰκονομίᾳ ἐμπόδιον ἔσεσθαι τοῦτο, πάλιν τῷ ἔθει χρηστέον, καὶ τοῖς οἰκονομήσασι τὰ καθ' ἡμᾶς Πατράσιν ἀκολουθητέον. Ὑφορῶμαι γὰρ μήποτε, ὡς βουλόμεθα ὀκνηροὺς αὐτοὺς περὶ τὸ βαπτίζειν ποιῆσαι, ἐμποδίσωμεν τοῖς σωζομένοις διὰ τὸ τῆς προτάσεως αὐστηρόν.) Εἰ δὲ ἐκεῖνοι φυλάσσουσι τὸ ἡμέτερον βάπτισμα, τοῦτο ἡμᾶς μὴ δυσωπείτω. Οὐ γὰρ ἀντιδιδόναι αὐτοῖς ὑπεύθυνοι χάριν ἐσμὲν, ἀλλὰ δουλεύειν ἀκριβείᾳ κανόνων. Παντὶ δὲ λόγῳ τυπωθήτω, τοὺς ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων (47) προσερχομένους χρίεσθαι ἐπὶ τῶν πιστῶν δηλονότι, καὶ οὕτω προσιέναι τοῖς μυστηρίοις. Οἶδα δὲ, ὅτι τοὺς ἀδελφοὺς τοὺς περὶ Ἰζοῖν (48), καὶ Σατορνῖνον, ἀπ' ἐκείνης ὄντας τῆς τάξεως, προσεδεξάμεθα εἰς τὴν καθέδραν τῶν ἐπισκόπων. Ὥστε τοὺς τῷ

Spiritus sancti: defecerat enim communicatio, interrupta continuatione. Qui enim primi recesserant, ordinationem a patribus habebant, et per manuum eorum impositionem habebant donum spirituale; qui autem resecti sunt, laici effecti, nec baptizandi, nec ordinandi habebant potestatem, ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis præbere, a qua ipsi exciderant. Quare eos, qui ab ipsorum partibus stabant, tanquam a laicis baptizatos, jusserunt vero Ecclesiæ baptismate ad Ecclesiam venientes expurgari. Sed quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est eorum baptisma, pluribus consulendi causa, suscipiendum esse, suscipiatur. Encratitarum autem facinus oportet nos intelligere. Nimirum, ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant, aggressi sunt deinceps proprio baptismate præoccupare: unde et suam ipsorum consuetudinem violarunt. Existimo itaque, quoniam nihil de illis aperte dictum est, eorum baptisma a nobis rejiciendum esse; ac si quis ab eis acceperit, accedentem ad Ecclesiam baptizandum. (Quod si hoc generali œconomiæ impedimento erit, rursus consuetudine utendum est, et sequi oportet Patres, qui quæ ad nos pertinent, dispensaverunt. Vereor enim, ne, dum eos volumus ad baptizandum tardos facere, impedimento propter sententiæ severitatem simus iis qui salvantur.) Quod si illi nostrum baptismum servant, hoc nos non moveat. Neque enim debemus par pari referre, sed accuratæ canonum observationi servire. Omni autem ratione statuatur, ut ii qui ab illorum baptismo veniunt, ungantur coram fidelibus videlicet, et ita demum ad mysteria accedant. Scio autem, fratres, Izoinum, et Saturninum, qui erant ex illorum ordine, in episcoporum cathedram a nobis esse susceptos. Quare eos qui illorum ordini conjuncti sunt, non possumus amplius ab Ecclesia separare; qui scilicet com-

(45) *Τῶν Ἐγκρατιτῶν.* Hoc Encratitarum facinore non corrupta essentialis baptismi forma, sed novæ quædam adjectæ cæremoniæ. Nam in canone 67 sic eos loquentes inducit, *In Patrem et Filium et Spiritum baptizati sumus.* Hinc eorum baptisma ratum habet, si qua inciderit magni momenti causa. Quod autem ait hoc facinus eos iucipere, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, videtur id prima specie in eam sententiam accipiendum, quasi Encratitæ baptisma suum ea mente immutassent, ut Catholicos ad illud rejiciendum incitarent, sicque plures in secta contineret odium et fuga novi baptismatis. Abhorrebat enim ab omnium animis iteratus baptismus, ut pluribus exemplis probat Augustinus, lib. v *De baptismo*, n. 6. Videtur ergo prima specie Encratitis, ea, quam dixi, exstitisse causa, cur baptismum immutarent. Atque ita hunc locum interpretatur Tillemontius, tom. IV, p. 628. Sic etiam illius exemplo interpretatus sum in Præf. novæ Cypriani operum editioni præmissa cap. 4, p. 12. Sed huic interpretationi non convenit cum his quæ addit Basilius. Vereri enim se significat ne Catholici, dum Encratitas ab hac baptismi immutatione deterrere volunt, nimium restricti sint et severi in eorum baptismo rejiciendo. Sperabant ergo Catholici tardiores ad ejusmodi baptisma Encratitas futuros, si illud Catholici ratum habere nollent; nedum ipsi Encratitæ baptismatis immutationem eo consilio induxerint, ut ejusmodi baptisma a Catholicis rejiceretur. Quamobrem hæc verba, *ut reditum sibi in Ecclesiam intercludant*, non consilium et propositum Encratitarum designant, sed incommodum quod ex eorum facinore consequebatur; velut si dicamus aliquem scelus admittere, ut æternam sibi damnationem accersat.

(46) *Μέλλοι.* Sic plerique mss. Editi μέλλῃ.

(47) *Ἀπὸ τοῦ βαπτισμοῦ ἐκείνων.* Sic emendavimus ope duorum codicum Regiorum, nempe 2505 et 2508, quod legebatur in editis ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνῳ. Quidam codices ἐπὶ τῷ βαπτισμῷ ἐκείνῳ. Alii cum editis consentiunt, nisi quod habent ἐκείνων. Ibidem editi ὑπὸ τῶν πιστῶν. Omnes mss. ut in textu.

(48) *Ἰζοῖν.* Cum magna sit hac in voce codicum mss. varietas, sequi maluimus tres codices optimæ notæ, nempe duos Regios et Coisliniauum primum. His favent plures alii in quibus legitur, Ἰζώην, vel Ἰζωΐον, vel Ἰζόην. Alii habent Ζωΐον. Pauci cum editis Ζοῖν.

Digitized by Google

munionis cum ipsis quasi canonem quemdam, episcopos suscipiendo, ediderimus.

271 II. Quæ de industria fetum corrupit, cædis pœnas luit. De formato autem aut informi subtilius non inquirimus. Hic enim non id modo quod nasciturum erat, vindicatur, sed etiam illa ipsa, quæ sibi insidias paravit, quoniam ut plurimum intereunt in ejusmodi inceptis mulieres. Huc autem accedit et fetus interitus, cædes altera, saltem si consilii eorum qui hæc audent, ratio habeatur. Oportet autem non ad obitum usque pœnitentiam earum extendere, sed decem quidem annorum mensuram accipiant; definiatur autem curatio non tempore, sed pœnitentiæ modo.

III. Diaconus post diaconatum fornicatus, diaconatu ejicietur quidem, sed in laicorum detrusus locum, a communione non arcebitur. Quoniam antiquus est canon, ut ii qui gradu exciderunt, huic soli pœnæ generi subjiciantur, antiquis, opinor, secutis legem illam, *Non vindicabis bis in idipsum* [47]: atque etiam propter aliam causam; quod qui in ordine sunt laico, si a loco fidelium ejiciantur, rursus in eum, ex quo ceciderunt, locum recipiuntur; diaconus vero semel habet semper mansuram pœnam depositionis. Quoniam igitur diaconatus ei non restituitur, in ea sola mulcta steterunt. Atque hæc quidem sunt quæ ex constitutionibus habentur. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato. Quare qui propter carnis voluptatem gratiam abjecit, is si carnem conterendo et in omnem, secundum continentiæ præscripta, servitutem redigendo secedat a voluptatibus, a quibus victus et prostratus est, plenum nobis suæ curationis specimen dabit. Itaque scire nos utraque oportet, et quæ sunt summi juris, et quæ sunt consuetudinis: sequi autem in iis quæ summum jus non admittunt, formam traditam.

[47] Nahum I, 9.

(49) *Ἐκείνων.* Ita mss. plerique. Editi ἐκείνῳ.

(50) *Γεννηθησόμενον.* Hic locus sic legitur in pluribus mss. codicibus: γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ ἑαυτῷ ἐπιβουλεύσας.

(51) *Δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον.* Consentiunt hoc loco codices mss. Unde miror in editis legi μετὰ τὸ μέτρον, *post mensuram decem annorum eas oportet recipere.*

(52) *Ἀρχαιός ἐστι κανών.* Respicit, ni fallor, ad canonem 25 apostolorum, ad quem Balsamon et Zonaras observant nonnulla esse peccata, quibus excommunicatio, non solum depositio infligitur; velut si quis pecunia, vel magistratus potentia sacerdotium assequatur, ut sancitur can. 29 et 30.

(53) *Συντριμμοῦ τῆς σαρκός.* Duo veteres libri συντριμμοῦ τῆς καρδίας, *per contritionem cordis.* Constat autem hic canon duabus partibus. Prima diaconis excommunicationis et graduum pœnitentiæ molestiam eximit. Altera veram et *in omnibus* servandam præscribit medicinam, quæ est recessus a peccato, nec diaconos ab exhibendo curationis suæ specimine immunes relinquit. Unde colligitur clericis lapsis non statim concessum fuisse corpus

A τάγματι ἐκείνων (49) συνημμένους οὐκέτι δυνάμεθα διακρίνειν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας, οἷον κανόνα τινὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας ἐκθέμενοι διὰ τῶν ἐπισκόπων παραδοχῆς.

Β'. Φθείρασα κατ' ἐπιτήδευσιν, φόνου δίκην ὑπέχει. Ἀκριβολογία δὲ ἐκμεμορφωμένου καὶ ἀνεξεικονίστου παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἐκδικεῖται ὡ μόνον τὸ γεννηθησόμενον (50), ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ἑαυτῇ ἐπιβουλεύσασα· διότι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐναποθνήσκουσι ταῖς τοιαύταις ἐπιχειρήσεσιν αἱ γυναῖκες. Πρόσεστι δὲ τούτῳ καὶ ἡ φθορὰ τοῦ ἐμβρύου, ἕτερος φόνος, κατά γε τὴν ἐπίνοιαν τῶν ταῦτα τολμώντων. Δεῖ μέντοι μὴ μέχρι τῆς ἐξόδου παρατείνειν αὐτῶν τὴν ἐξομολόγησιν, ἀλλὰ δέχεσθαι μὲν τὸ μέτρον (51) τῶν δέκα ἐτῶν· ὁρίζειν δὲ μὴ χρόνῳ,
B ἀλλὰ τρόπῳ τῆς μετανοίας τὴν θεραπείαν.

Γ'. Διάκονος, μετὰ τὴν διακονίαν πορνεύσας, ἀποβλητος μὲν τῆς διακονίας ἔσται· εἰς δὲ τὸν τῶν λαϊκῶν ἀπωσθεὶς τόπον, τῆς κοινωνίας οὐκ εἰργήσεται. Διότι ἀρχαῖός ἐστι κανὼν (52) τοὺς ἀπὸ βαθμοῦ πεπτωκότας τούτῳ μόνῳ τῷ τρόπῳ τῆς κώλυσεως ὑποβάλλεσθαι· ἀκολουθησάντων, ὡς οἶμαι, τῶν ἐξ ἀρχῆς τῷ νόμῳ ἐκείνῳ τῷ, *Οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό*· καὶ δι' ἑτέραν δὲ αἰτίαν· ὅτι οἱ μὲν ἐν τῷ λαϊκῷ ὄντες τάγματι, ἐκβεβλημένοι τοῦ τόπου τῶν πιστῶν, πάλιν εἰς τὸν ἀφ' οὗ ἐξέπεσον τόπον ἀναλαμβάνονται· ὁ δὲ διάκονος ἅπαξ ἔχει διαρκῆ τὴν δίκην τῆς καθαιρέσεως. Ὡς οὖν οὐκ ἀποδιδομένης αὐτῷ τῆς διακονίας, ἐπὶ ταύτης ἔστησαν μόνης τῆς ἐκδικήσεως. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ ἐκ τῶν
C τύπων. Καθόλου δὲ ἀληθέστερόν ἐστιν ἴαμα ἡ τῆς ἁμαρτίας ἀναχώρησις. Ὥστε ὁ διὰ σαρκὸς ἡδονὴν ἀθετήσας τὴν χάριν, διὰ τοῦ συντριμμοῦ (53) τῆς σαρκὸς καὶ πάσης δουλαγωγίας τῆς κατ' ἐγκράτειαν ἀποστὰς τῶν ἡδονῶν, ὑφ' ὧν κατεστράφη, τελείαν ἡμῖν παρέξει τῆς ἰατρεύσεως αὐτοῦ τὴν ἀπόδειξιν. Ἀμφότερα τοίνυν εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ, καὶ τὰ τῆς ἀκριβείας καὶ τὰ τῆς συνηθείας· ἕπεσθαι δὲ ἐπὶ τῶν μὴ καταδεξαμένων τὴν ἀκρότητα τῷ παραδοθέντι τύπῳ.

Domini, sed eorum conversionem propatam aliquandiu fuisse, quamvis depositionis pœnæ excommunicatio non adderetur. Sic etiam Basilius, can. I, testatur clericos, qui cum rebellibus abierant, redeuntes sæpe in eodem ordine recipi, sed *postquam pœnitentiam egerint*, non illam quidem publicam, sed eam quæ in vitiorum emendatione et legitimis conversi cordis significationibus posita est. Late patet hæc observatio in canonibus Basilii; eademque adhibita ratio in iis curandis et sanandis, qui quamvis inter pœnitentes non amandarentur, sed cum fidelibus consisterent, non tamen idcirco ad Eucharistiam accedebant. Hinc iis qui in bello occiderunt auctor est Basilius, ut a communione per tres annos abstineant, can. 13. Eamdem pœnam imponit iis qui adversus latrones arma sumpserunt, can. 55. Furi sponte confesso locum inter alios fideles relinquit; ita tamen ut annum unum communione careat. Eum autem qui usuras accipit, ad sacerdotium admitti patitur, sed *si voluerit injustum lucrum in pauperes insumere, et deinceps ab avaritiæ morbo liberari.*

Digitized by Google

Δ'. Περὶ τριγάμων καὶ πολυγάμων τὸν αὐτὸν ὥρισαν (54) κανόνα, ὃν καὶ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἀναλόγως· ἐνιαυτὸν μὲν γὰρ ἐπὶ τῶν διγάμων, ἄλλοι δὲ δύο ἔτη. Τοὺς δὲ τριγάμους ἐν τρισὶ καὶ τέταρσι πολλάκις ἔτεσιν ἀφορίζουσιν. Ὀνομάζουσι δὲ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἔτι γάμον, ἀλλὰ πολυγαμίαν, μᾶλλον δὲ πορνείαν κεκολασμένην. Διὸ καὶ ὁ Κύριος τῇ Σαμαρίτιδι πέντε ἄνδρας διαμειψάσῃ, *Ὃν νῦν*, φησὶν, ἔχεις, οὐκ ἔστι σου ἀνήρ· ὡς οὐκέτι ἀξίων ὄντων τῶν ὑπερεκπεσόντων τοῦ μέτρου τῆς διγαμίας τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῆς γυναικὸς καλεῖσθαι προσρήματι. Συνήθειαν δὲ κατελάβομεν ἐπὶ τῶν τριγάμων πεντετίας ἀφορισμόν· οὐκ ἀπὸ κανόνων (55), ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν προειληφότων ἀκολουθίας. Δεῖ δὲ μὴ πάντη αὐτοὺς ἀπείργειν τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλ' ἀκροάσεως αὐτοὺς ἀξιοῦν ἐν δύο που ἔτεσιν ἢ τρισί· καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιτρέπειν συστήκειν μὲν, τῆς δὲ κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ ἀπέχεσθαι, καὶ οὕτως ἐπιδειξαμένους καρπόν τινα μετανοίας ἀποκαθιστᾷν τῷ τόπῳ τῆς κοινωνίας.

IV. De trigamis et polygamis definiere eumdem canonem, quem et de digamis, servata proportione : annum videlicet in digamis, alii vero duos annos. Trigamos autem tribus, et sæpe quatuor annis segregant. Id autem non amplius conjugium, sed polygamiam appellant, vel potius moderatam fornicationem. Quapropter et Dominus Samaritanæ, quæ maritos quinque per vices habuerat, *Quem nunc*, inquit, *habes*, *maritus non est* [68] : quippe quod ii qui digamiæ mensura exciderunt, digni non sint qui vel mariti vel uxoris nomine appellentur. Jam vero consuetudine accepimus in trigamis quinquennii segregationem, non a canonibus, sed eos qui præcesserunt sequendo. Oportet **272** autem eos non omnino arcere ab Ecclesia, sed auditione dignari duobus vel tribus annis : ac posthac ipsis permittere, ut consistant quidem, abstineant vero a boni communione, et sic, exhibito pœnitentiæ aliquo fructu, communionis loco restituere.

Ε'. Τοὺς δὲ ἐπὶ ἐξόδῳ μετανοοῦντας τῶν αἱρετικῶν δέχεσθαι χρή· δέχεσθαι δὲ δηλονότι οὐκ ἀκρίτως, ἀλλὰ δοκιμάζοντας εἰ ἀληθινὴν ἐπιδείκνυνται μετάνοιαν, καὶ εἰ τοὺς καρποὺς (56) ἔχουσι μαρτυροῦντας τῇ πρὸς τὸ σωθῆναι σπουδῇ.

V. Hæreticos in exitu pœnitentiam agentes recipere oportet. Recipere autem, non sine judicio, sed examinantes an veram pœnitentiam ostendant, fructusque habeant, qui salutis studium testificentur.

Ϛ'. Τῶν κανονικῶν (57) τὰς πορνείας εἰς γάμον μὴ καταλογίζεσθαι, ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ διασπᾷν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. Τοῦτο γὰρ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς ἀσφάλειαν λυσιτελὲς, καὶ τοῖς αἱρετικοῖς οὐ δώσει καθ' ἡμῶν λαβὴν, ὡς διὰ τὴν τοῦ ἁμαρτάνειν ἄδειαν ἐπισπωμένων πρὸς ἑαυτούς.

VI. Canonicarum stupra pro matrimonio non reputentur, sed earum conjunctio omnino divellatur. Hoc enim et Ecclesiæ ad securitatem est utile, et hæreticis non dabit adversus nos ansam, quasi per peccandi libertatem ad nos attrahamus.

Ζ'. Ἀρσενοφθόροι καὶ ζωοφθόροι, καὶ φονεῖς, καὶ φαρμακοὶ, καὶ μοιχοὶ, καὶ εἰδωλολάτραι τῆς αὐτῆς καταδίκης εἰσὶν ἠξιωμένοι. Ὥστε ὃν ἔχεις ἐπὶ τῶν ἄλλων τύπον, καὶ ἐπὶ τούτων φύλαξον. Τοὺς δὲ ἐν τριάκοντα ἔτεσι (58) μετανοήσαντας ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ,

VII. Masculorum et animalium corruptores, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et idololatræ, eadem condemnatione digni habentur. Quare quam in aliis habes formam, in iis quoque serva. Ii autem qui triginta annos pœnitentiam egerunt pro-

[68] Joan. IV, 18.

(54) *ὥρισαν*. Sic mss. summo consensu. Editi ὡρίσαμεν.

(55) *Ἀπὸ κανόνων*. Plures codices mss. ἀπὸ τανόνος. Ibidem post vocem ἀκολουθίας legitur in uno codice Regio et in uno Coisliano recentiore ἤτοι τοῖς προλαβοῦσιν ἀκολουθοῦντες πατράσι, *scilicet eos qui præcesserunt patres sequendo*. Sed hæc explicandi causa ad marginem apposita, in contextum postea irrepsisse perspicuum est.

(56) *Τοὺς καρποὺς*. Statuit synodus Eliberitana, can. 39, ut gentilibus, si vita eorum honesta fuerit, baptismus in fine concedatur. Sed non puto Basilium in eamdem sententiam de hæreticis loqui. Fructus enim in hæreticis redeuntibus intelligendi sunt, non anteacta vita, sed præsens hæresis detestatio, veritatis amor, ac sincerus omnibus Ecclesiæ documentis assensus. Porro non mirum si Basilius redeuntes hæreticos non sine examine in exitu recipi jubeat ; cum de Catholicis ipsis sanciat synodus Nicæna, can. 13, ut quisquis communionem petat in exitu, eum episcopus μετὰ δοκιμασίας, *cum examine* impertiat oblatione.

(57) *Τῶν κανονικῶν*. Clericos sive eos qui in canone recensentur hac voce designari hactenus existimarunt Basilii interpretes, ac ipsi etiam Zonaras et Balsamon. Sed ut canonicas sive sacras virgines interpreter, plurimus rationum momentis adducor : 1° Basilius hoc nomine clericos appellare non solet, sed sacras virgines, ut perspici potest ex epistolis 52 et 173 ; 2° præscriptum Basilii non convenit in clericos, quorum nonnullis, nempe lectoribus et aliis ejusmodi venia dabatur ineundi matrimonii, quamvis in canone recenserentur ; 3° prohibet Basilius ejusmodi stupra quæ honesto matrimonii nomine prætexi solebant. At id non quadrat in clericos, quorum aliis, ut jam dixi, non inconcessum erat matrimonium, alios vero matrimonium post ordinationem inire nulla prorsus Ecclesia patiebatur, aut certe matrimonii pretium erat depositio. Contra virginibus nubentibus non longior pœna pluribus in locis imponebatur, quam digamis, ut perspicitur ex canone 18, ubi Basilius hanc consuetudinem abrogat, ac virginum matrimonia instar adulterii existimat.

(58) *Ἐν τριάκοντα ἔτεσι*. Manifestum est in hoc triginta annorum numero erratum, quamvis omnes libri veteres cum editis consentiant. Quomodo enim triginta annorum pœnitentia ejusmodi peccato imprudenter commisso imposita fuisset, quod qui scientes et volentes admiserant, per annos tantum quindecim a communione arcebantur, ut patet ex canonibus 58, 62, 63 ? Deinde vero testatur Basi-

Digitized by Google

pter immunditiam, quam in ignorantia fecerunt, quin recipiendi sint, ne dubitare quidem nos oportet. Nam eos venia dignos efficit et ignoratio, et spontanea confessio, et temporis tanta diuturnitas. Fere enim totam hominis ætatem Satanæ traditi sunt, ut discant non gerere se turpiter. Quamobrem jube eos absque dilatione suscipi, maxime si lacrymas habent, quæ tuam clementiam flectant, et vitam ostendunt commiseratione dignam.

VIII. Qui ob iracundiam securi adversus uxorem suam usus est, est homicida. Recte autem me admonuisti, et uti tuam sapientiam decuit, ut fusius de his dicerem, propterea quod multa in voluntariis et involuntariis discrimina. Est enim involuntarium omnino, et longe a consilio ejus qui incepit, remotum, dum lapis jacitur in canem aut arborem, hominem attingere. Propositum enim fuit bestiam propulsare aut fructum excutere : sed ictum fortuito subiit qui transiens occurrit, quare hoc involuntarium est. Et illud quoque involuntarium est, si quis volens aliquem castigare, loro vel virga non dura eum percutiat, moriatur autem qui percussus est. Propositum enim hic consideratur, **273** quia peccantem corrigere voluit, non interimere. Recensetur et illud inter involuntaria, cum quis in pugna aliquem ligno vel manu repellens, non parce in præcipuas partes ictum torquet, ut eum lædat, non ut omnino interficiat. Sed hoc quidem accedit ad voluntarium. Qui enim ejusmodi instrumento ad se defendendum usus est, vel qui non parce ictum inflixit, liquet eum ideo homini non pepercisse, quod ira victus fuerit. Sic et qui gravi ligno, et qui lapide majore, quam pro viribus humanis, usus est, in involuntariis numeratur, ut qui aliud voluerit, aliud fecerit. Nam præ ira ictum talem intulit, ut etiam percussum interficeret; quamquam forte in animo habebat eum conterere, non autem omnino interimere. Qui autem ense vel quavis re simili usus est, nullam habet excusationem : et maxime, qui securim jaculatus est. Manifestum est enim illum manu non percussisse, ita ut ictum ad arbitrium moderari posset : sed jaculatus est, ita ut et gravitate ferri et acie et motu e longinquo, ictus necessario lethalis fieret. Rursus autem omnino est voluntarium, ac nullam habens dubitationem, quod fit a latronibus, et in bellicis incursionibus. Hi enim propter pecunias

A ην ἐν ἀγνοίᾳ ἔπραξαν, οὐδ' ἀμφιβάλλειν ἡμᾶς προσῆκεν εἰς τὸ παραδέξασθαι. Ἥ τε γὰρ ἄγνοια συγγνώμης ἀξίους αὐτοὺς ποιεῖ, καὶ τὸ ἑκούσιον τῆς ἐξαγορεύσεως, καὶ ἡ παράτασις ἐν τοσούτῳ χρόνῳ γενομένη. Σχεδὸν γὰρ ὅλην γενεὰν ἀνθρώπου παρεδόθησαν τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ ἀσχημονεῖν. Ὥστε κέλευσον αὐτοὺς ἤδη ἀνυπερθέτως δεχθῆναι, μάλιστα εἰ καὶ δάκρυα ἔχουσι δυσωποῦντά σου τὴν εὐσπλαγχνίαν, καὶ βίον ἐπιδείκνυνται ἄξιον συμπαθείας.

Η'. Ὁ ἀξίνῃ παρὰ τὸν θυμὸν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς χρησάμενος φονεύς ἐστι. Καλῶς δέ με ὑπέμνησας καὶ ἀξίως τῆς σεαυτοῦ συνέσεως εἰπεῖν περὶ τούτων πλατύτερον· διότι πολλαὶ ἐν τοῖς ἑκουσίοις καὶ ἀκουσίοις διαφοραί. Ἀκούσιον μὲν γάρ B ἐστι παντελῶς καὶ πόρρω τοῦ κατάρξαντος τὸ, ἀκοντίσαντα (59) λίθον ἐπὶ κύνα ἢ δένδρον, ἀνθρώπου τυχεῖν. Ἡ μὲν γὰρ ὁρμὴ ἦν τὸ θηρίον ἀμύνασθαι, ἢ τὸν καρπὸν κατασεῖσαι· ὑπέβη δὲ αὐτομάτως τῇ πληγῇ κατὰ πάροδον ὁ παραπεσών· ὥστε τὸ τοιοῦτον ἀκούσιον. Ἀκούσιον μέντοι καὶ εἴ τις βουλόμενος ἐπιστρέψαι τινὰ, ἱμάντι ἢ ῥάβδῳ μὴ σκληρᾷ τύπτων, ἀποθάνῃ δὲ ὁ τυπτόμενος. Ἡ γὰρ πρόθεσις ἐνταῦθα σκοπεῖται, ὅτι βελτιῶσαι ἠβούλετο τὸν ἁμαρτάνοντα, οὐκ ἀνελεῖν. Ἐν τοῖς ἀκουσίοις ἐστὶ κἀκεῖνο (60), τὸ, ἀμυνόμενόν τινα ἐν μάχῃ ξύλῳ ἢ χειρὶ, ἀφειδῶς ἐπὶ τὰ καίρια τὴν πληγὴν ἐνεγκεῖν, ὥστε κακῶσαι αὐτὸν, οὐχ ὥστε παντελῶς ἀνελεῖν. Ἀλλὰ τοῦτο ἤδη προσεγγίζει τῷ ἑκουσίῳ. Ὁ γὰρ τοσούτῳ χρησάμενος ὀργάνῳ πρὸς ἄμυναν, ἢ ὁ μὴ πεφεισμένως τὴν πληγὴν C ἐπαγαγών, δῆλός ἐστι, διὰ τὸ κεκρατῆσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀφειδῶν τοῦ ἀνθρώπου. Ὁμοίως καὶ ὁ ξύλῳ βαρεῖ, καὶ ὁ λίθῳ μείζονι τῆς δυνάμεως τῆς ἀνθρωπίνης χρησάμενος, τοῖς ἀκουσίοις ἐναριθμεῖται, ἄλλο μέν τι (61) προελόμενος, ἄλλο δέ τι ποιήσας. Τῷ γὰρ τοῦ θυμοῦ τοιαύτην ἤνεγκε τὴν πληγὴν, ὥστε ἀνελεῖν τὸν πληγέντα· καίτοι ἡ σπουδὴ ἦν αὐτῷ συντρῖψαι τυχὸν, οὐχὶ δὲ καὶ παντελῶς θανατῶσαι. Ὁ μέντοι ξίφει χρησάμενος, ἢ ὠτενιοῦν τοιούτῳ, οὐδεμίαν ἔχει παραίτησιν· καὶ μάλιστα ὁ τὴν ἀξίνην ἀκοντίσας. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἀπὸ χειρὸς φαίνεται πλήξας· ὥστε τὸ μέτρον τῆς πληγῆς ἐπ' αὐτῷ εἶναι, ἀλλ' ἠκόντισεν, ὥστε καὶ τῷ βάρει τοῦ σιδήρου, καὶ τῇ ἀκμῇ, καὶ τῇ διὰ πλείστου φορᾷ, ὀλεθρίαν ἀναγκαίως τὴν πληγὴν γενέσθαι. Ἑκούσιον δὲ πάλιν D παντελῶς, καὶ οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἔχον, οἷόν ἐστι τὸ τῶν λῃστῶν καὶ τὸ τῶν πολεμικῶν ἐφόδων. Οὗτοι μὲν γὰρ διὰ χρήματα ἀναιροῦσι, τὸν ἔλεγχον ἀπο-

lius eos *fere hominis ætatem* Satanæ traditos fuisse. At ætas hominis (γενεά) sæpe annorum viginti spatio existimatur : velut cum ait Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, lib. VII, cap. 21, Israelitas in deserto fuisse duabus ætatibus. Ipse Basilius in epistola 201, quæ scripta est anno 375, Neocæsarienses incusat quod sibi jam totam fere hominis ætatem succenseant; quos tamen non ita pridem amicos habuerat, ac anno 368, Musonii morte afflictos litteris amicissimis consolatus fuerat. Sæculum apud Latinos non semper stricte sumitur; velut cum ait Hieronymus in epist. 27 *ad Marcellam*, in Christi verbis explicandis *ver tanta jam sæcula tantorum ingenia sudasse* : vel cum auctor libri *De rebaptismate* in Cyprianum tacito nomine invehitur, quod *adversus prisca consulta post tot sæculorum tantam seriem nunc primum repente sine ratione* insurgat, p. 357. De hoc ergo triginta annorum numero non paucos deducendos esse crediderim.

(59) *Ἀκοντίσαντα.* Sic plerique mss. Editi ἀκοντίζοντα.

(60) *Κἀκεῖνο.* Editi addunt ὁμοίως, quod deest in omnibus mss.

(61) *Ἄλλο μέντι*, etc. Sic plerique mss. codices. Editi ἄλλο μέν τοι, et paulo post ἄλλο δὲ ποιήσας.

Digitized by Google

φεύγοντες· οἵ τε ἐν τοῖς πολέμοις ἐπὶ φόνους ἔρχονται, οὔτε φοβῆσαι, οὔτε σωφρονίσαι, ἀλλ' ἀνελεῖν τοὺς ἐναντιουμένους (62) ἐκ τοῦ φανεροῦ προαιρούμενοι. Καὶ μέντοι, κἂν δι' ἄλλην τινὰ αἰτίαν περίεργον φάρμακόν τις ἐγκεράσῃ, ἀνέλῃ δὲ, ἑκούσιον τιθέμεθα τὸ τοιοῦτον· οἷον ποιοῦσιν αἱ γυναῖκες πολλάκις, ἐπαοιδαῖς τισι καὶ καταδέσμοις πρὸς τὸ ἑαυτῶν φίλτρον ἐπάγεσθαί τινας πειρώμεναι, καὶ προσδιδοῦσαι αὐτοῖς φάρμακα, σκότωσιν ἐμποιοῦντα ταῖς διανοίαις. Αἱ τοιαῦται τοίνυν ἀνελοῦσαι, εἰ καὶ ἄλλο προελόμεναι, ἄλλο ἐποίησαν, ὅμως διὰ τὸ περίεργον καὶ ἀπηγορευμένον τῆς ἐπιτηδεύσεως ἐν τοῖς ἑκουσίως φονεύουσι καταλογίζονται. Καὶ αἱ τοίνυν τὰ ἀμβλωθρίδια διδοῦσαι φάρμακα φονεύτριαί εἰσι καὶ αὐταὶ, καὶ αἱ δεχόμεναι τὰ ἐμβρυοκτόνα δηλητήρια. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

A interimunt, caventes ne convincantur : et qui in bellis ad cædem feruntur, his nec terrere, nec castigare, sed adversarios interficere aperte propositum est. Atque etiamsi quis propter aliquam aliam causam curiosum pharmacum miscuerit, et interfecerit, id pro voluntario ducimus; ut sæpe faciunt mulieres, quæ quibusdam incantationibus et amuletis ad sui amorem aliquos attrahere conantur, dantque eis pharmaca mentibus tenebras offundentia. Hæ ergo, si interfecerint, etiamsi aliud volentes, aliud fecerint, tamen propter curiosum et prohibitum opus inter voluntarios homicidas reputantur. Itaque et quæ præbent pharmaca abortum cientia, sunt et ipsæ homicidæ, sicut et quæ venena fetum necantia accipiunt. Hæc quidem huc B usque.

Θ. Ἡ δὲ τοῦ Κυρίου ἀπόφασις, κατὰ μὲν τὴν τῆς ἐννοίας ἀκολουθίαν, ἐξ ἴσου καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἁρμόζει, περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι γάμου ἐξίστασθαι, παρεκτὸς λόγου πορνείας. Ἡ δὲ συνήθεια οὐχ οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν γυναικῶν πολλὴν εὑρίσκομεν ἀκριβολογίαν, τοῦ μὲν Ἀποστόλου λέγοντος· *Ὅτι ὁ κολλώμενος τῇ πόρνῃ, ἓν σῶμά ἐστι·* τοῦ δὲ Ἱερεμίου· *Ὅτι, ἐὰν γένηται γυνὴ ἀνδρὶ ἑτέρῳ, οὐκ ἐπιστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἀλλὰ μιαινομένη μιανθήσεται·* καὶ πάλιν· *Ὁ ἔχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής.* Ἡ δὲ συνήθεια καὶ μοιχεύοντας ἄνδρας καὶ ἐν πορνείαις ὄντας κατέχεσθαι ὑπὸ γυναικῶν προστάσσει. Ὥστε ἡ τῷ ἀφειμένῳ ἀνδρὶ συνοικοῦσα οὐκ οἶδα εἰ δύναται μοιχαλὶς χρηματίζειν (63). Τὸ γὰρ ἔγκλημα ἐνταῦθα τῆς ἀπολυσάσης τὸν ἄνδρα ἅπτεται, κατὰ ποίαν αἰτίαν (64) ἀπέστη τοῦ γάμου. Εἴτε καὶ τυπτομένη, μὴ φέρουσα (65) τὰς πληγὰς, ὑπομένειν ἐχρῆν μᾶλλον ἢ διαζευχθῆναι τοῦ συνοικοῦντος· εἴτε τὴν εἰς τὰ χρήματα ζημίαν μὴ φέρουσα, οὐδὲ αὕτη ἡ πρόφασις ἀξιόλογος. Εἰ δὲ διὰ τὸ ἐν πορνείᾳ αὐτὸν ζῆν, οὐκ ἔχομεν τοῦτο ἐν τῇ συνηθείᾳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ τὸ παρατήρημα· ἀλλὰ καὶ ἀπίστου ἀνδρὸς χωρίζεσθαι οὐ προσετάχθη (66) γυνὴ, ἀλλὰ παραμένειν, διὰ τὸ ἄδηλον τῆς ἐκβάσεως. *Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις;* Ὥστε ἡ καταλιποῦσα, μοιχαλὶς, εἰ ἐπ' ἄλλον ἦλθεν ἀνδρα. Ὁ δὲ καταλειφθεὶς συγγνωστός ἐστι, καὶ ἡ συνοικοῦσα τῷ τοιούτῳ οὐ κατακρίνεται. Εἰ μέντοι ὁ ἀνὴρ, ἀποστὰς τῆς γυναικὸς, ἐπ' ἄλλην ἦλθε, καὶ αὐτὸς μοιχὸς,

IX. Æque viris et mulieribus convenit secundum sententiæ consecutionem quod a Domino pronuntiatum est, non licere a matrimonio discedere, nisi ob fornicationem. Consuetudo autem non ita se habet, sed mulieribus quidem multa accurate observari deprehendimus, cum Apostolus quidem dicat, *Quod qui adhæret meretrici, fit unum corpus* [49]; Jeremias vero, *Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta polluetur* [50]; et iterum, *Qui habet adulteram, stultus est et impius* [51]. Consuetudo autem etiam adulteros viros et in fornicationibus versantes jubet a mulieribus retineri. Quare quæ una cum viro dimisso habitat, nescio an possit adultera appellari. C Crimen enim hic attingit mulierem, quæ **274** virum dimisit, quanam de causa a conjugio discesserit. Sive enim percussa plagas non ferat, ferre satius erat quam a conjuge separari : sive damnum in pecuniis non ferat, ne hæc quidem justa excusatio : sin autem, quoniam ipse vivit in fornicatione, non habemus hanc in ecclesiastica consuetudine observationem, imo vero ab infideli viro non jussa est mulier separari, sed propter eventum incertum remanere. *Quid enim scis, mulier, an virum salvum sis factura* [52]? Quare, quæ reliquit, est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem relictus est, dignus est venia, et quæ una cum eo habitat, non condemnatur. Sed si vir, qui ab uxore D discessit, accessit ad aliam, est et ipse adulter,

[49] I Cor. VI, 16. [50] Jerem. III, 1. [51] Prov. XVIII, 22. [52] I Cor. VII, 16.

(62) *Τοὺς ἐναντιουμένους.* Editi αὐτοὺς ἐναντιουμένους. Melius in plerisque mss. quos secuti sumus.

(63) *Χρηματίζειν.* Ita fere omnes mss. Editi χρηματίσαι.

(64) *Κατὰ ποίαν αἰτίαν.* Sequitur in hoc canone Basilius Romanas leges, quas tamen fatetur cum Evangelio minus consentire. Lex Constantini jubet *in repudio mittendo a femina hæc sola crimina inquiri, si homicidam, vel medicamentarium, vel sepulcrorum dissolutorem maritum suum esse probaverit.* At eadem lege viris conceditur, ut adulteras uxores dimittant. Aliud discrimen hoc in canone uxores inter et maritos ponitur, quod uxor injuste dimissa, si ab alio ducatur, adulterii notam non effugiat; dimissus autem injuste maritus nec adulter sit, si aliam ducat, nec quæ ab eo ducitur, adultera. Cæterum Basilius ante episcopatum eodem jure uxorem ac maritum esse censebat. Nam in *Moralibus*, reg. 73, p. 308, statuit *virum ab uxore, aut uxorem a viro non debere separari, nisi quis deprehendatur in adulterio.* Utrique pariter interdicit novis nuptiis, sive repudient, sive repudientur.

(65) *Μὴ φέρουσα.* Sic mss. plerique omnes. Editi μὴ φέρει.

(66) *Προσετάχθη.* Sic mss. plerique omnes. Editi προσετάγη.

Digitized by Google

quia facit ut ipsa adulterium committat; et quæ una cum ipso habitat, est adultera, quia alienum virum ad se traduxit.

X. Qui jurant se ordinationem non accepturos, ejurantes, ne cogantur pejerare. Etsi enim videtur aliquis esse canon, qui ejusmodi hominibus concedat; experientia tamen cognovimus eos qui pejerarunt, felices exitus non habere. Consideranda autem sunt, et species jurisjurandi, et verba, et animus quo juraverunt, et sigillatim quæ verbis addita fuerunt, adeo ut si nulla prorsus sit rei leniendæ ratio, tales omnino dimittendi sint. Quod autem attinet ad Severi negotium, videlicet ad presbyterum ab ipso ordinatum, videtur mihi res temperamentum ejusmodi habere, si idem et tibi videatur. Agrum illum Mestiæ subjectum, cui ille vir addictus fuit, jube Vasodis subesse. Sic enim nec pejerabit ille a loco non recedens, nec Longinus, secum habens Cyriacum, in causa erit cur deserta sit ecclesia, neque animam suam per otium damnabit. Neque nos aliquid præter canones efficere videbimur, accommodatione utentes in Cyriacum, qui cum se Mindanis permansurum jurasset, tamen translationem suscepit. Reditus enim erit jurisjurandi observatio. **275** Œconomiæ autem a

Α διότι ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι· καὶ ἡ συνοικοῦσα αὐτῷ, μοιχαλίς, διότι ἀλλότριον ἄνδρα πρὸς ἑαυτὴν μετέστησεν.

Ι'. Οἱ ὀμνύοντες μὴ καταδέχεσθαι τὴν χειροτονίαν, ἐξομνύμενοι, μὴ ἀναγκαζέσθωσαν ἐπιορκεῖν. Εἰ γὰρ καὶ δοκεῖ τις εἶναι κανὼν (67) ὁ συγχωρῶν τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ πεῖρα ἐγνώκαμεν, ὅτι οὐκ εὐοδοῦνται οἱ παρορκήσαντες. Σκοπεῖν δὲ δεῖ καὶ τὸ εἶδος τοῦ ὅρκου, καὶ τὰ ῥήματα, καὶ τὴν διάθεσιν ἀφ' ἧς ὠμόκασι, καὶ τὰς κατὰ λεπτὸν ἐν τοῖς ῥήμασι προσθήκας· ὡς, ἐὰν μηδεμία ᾖ μηδαμόθεν παραμυθία, χρὴ παντελῶς ἐᾶν τοὺς τοιούτους. Τὸ μέντοι κατὰ Σεῆρον (68) πρᾶγμα, ἤτοι τὸν ὑπὸ τούτου χειροτονηθέντα πρεσβύτερον, τοιαύτην τινά μοι δοκεῖ παραμυθίαν ἔχειν, εἰ καί σοι συνδοκεῖ. Τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον τὸν ὑποκείμενον τῇ Μηστείᾳ (69), ᾧ ἐπεκρίνθη ὁ ἄνθρωπος, κέλευσον Οὐασόδοις ὑποτελεῖν. Οὕτω γὰρ κἀκεῖνος οὐ παρορκήσει (70) μὴ ἀναχωρῶν τοῦ τόπου· καὶ ὁ Λογγῖνος, ἔχων τὸν Κυριακὸν μεθ' ἑαυτοῦ, οὐκ ἐρημώσει τὴν ἐκκλησίαν, οὐδὲ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν διὰ τῆς ἀργίας καταδικάσει (71). Καὶ ἡμεῖς δόξομεν μὴ παρὰ κανόνας ποιεῖν τι, συμπεριφερόμενοι τῷ Κυριακῷ, ὁμόσαντι μὲν συμπαραμένειν Μινδανοῖς (72), καταδεξαμένῳ δὲ τὴν μετάθεσιν. Ἡ γὰρ ἐπάνοδος φυλακὴ ἔσται τοῦ ὅρκου. Τὸ δὲ εἶξαι αὐτὸν τῇ οἰκο-

(67) *Κανών*. Videtur hunc canonem secutus esse S. Athanasius, cum Dracontium, qui juraverat se abiturum, si ordinaretur episcopus, ac ordinatus fugerat, ad suscipiendam Ecclesiæ curam, nulla habita jurisjurandi ratione, hortatus est.

(68) *Κατὰ Σεῆρον*. Perobscurus hic canon videtur sic explicari posse. Longinus presbyter erat in agro Mestiæ subjecto. Sed cum is depositus esset ob aliquod delictum, ac forte honorem sacerdotii retineret, ut nonnunquam fiebat, Severus episcopus in ejus locum transtulit Cyriacum, quem antea Mindanis ordinaverat, ac jurare coegerat se Mindanis mansurum. Nihil hac in re statui posse videbatur, quod non in magnam aliquam difficultatem incurreret. Nam si in agro Mestiæ subjecto Cyriacus remaneret, perjurii culpam sustinebat. Si rediret Mindana, ager Mestiæ subjectus presbytero carebat, atque hujus incommodi culpa redundabat in caput Longini, qui ob delictum depositus fuerat. Quid igitur Basilius? Utrique occurrit incommodo; jubet agrum, qui Mestiæ subjectus erat, Vasodis subjici, id est loco, cui subjecta erant Mindana. Hoc ex remedio duo consequebatur Basilius, ut et ager ille presbytero non careret, et Cyriacus ibi remanens, Mindana tamen redire censeretur, cum jam hic locus eidem ac Mindana chorepiscopo pareret.

(69) *Μηστείᾳ*. Sic quatuor mss. Editi Μισθίᾳ. Coisl. primus Μηστίᾳ. Nonnulli mss. Μησθείᾳ. Paulo post editi Οὐασάδοις, plerique mss. ut in textu.

(70) *Παρορκήσει*. Sic mss. plerique. Editi παρορκίσει.

(71) *Διὰ τῆς ἀργίας καταδικάσει*. His vocibus rite explicatis, totus canon qui valde obscurus est, illustrabitur. Balsamon et Zonaras tenebras offundunt, dum Longinum illum existimant hominem potentem fuisse, qui se vastaturum Ecclesiam minabatur, nisi in agro suo retineret Cyriacum presbyterum. At illud, διὰ τῆς ἀργίας, *neque per otium animam suam condemnabit*, depositum fuisse probat Longinum agri Mestiæ subjecti presbyterum. Id enim sonat ἀργία apud Basilium. Sic can. 69: *Lector si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit*, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, *postquam anno otiatus fuerit, ad legendum suscipietur*. Paregorio in epist. 55 sic minas intentat, nisi mulierem dimittat subintroductam: Τελευτήσεις ἀργῶν, καὶ δώσεις τῷ Κυρίῳ λόγον τῆς σεαυτοῦ ἀργίας. *Morieris otiosus et rationem Domino reddes otii tui*. In canone 15 Apostol. ἀργία est depositionis pœna. Eodem sensu apud Epiphanium, hæres. 73, cap. ultimo usurpatur verbum ἀργεῖν. Erat ergo dejectus sacerdotio Longinus ob aliquod delictum, quod multo gravius visum fuisset, si recedente Cyriaco, nemo alius regendæ Ecclesiæ idoneus occurrisset. Huic incommodo ut medeatur Basilius, rem tractat ita prudenter, ut nec Cyriacus perjurii reus sit, nec Longini peccato quidam veluti cumulus ob desertam et viduam ecclesiam addatur.

(70) *Ἰδίᾳ δὲ ἐνεργεῖν.* Sæpe vituperantur apud sanctos Patres, qui sacra in privatis ædibus sive domesticis oratoriis celebrant. Hinc Irenæus, lib. IV, cap. 26, oportere ait eos, qui *absistunt a principali successione et quocunque loco colligunt, suspectos habere, vel quasi hæreticos et malæ sententiæ, vel quasi scindentes et elatos et sibi placentes; aut rursus ut hypocritas quæstus gratia et vanæ gloriæ hoc operantes.* Basilius, *in psalm.* XXVII, n. 3: *Non igitur extra sanctam hanc aulam adorare oportet, sed intra*

Digitized by Google

τῶν πρεσβυτέρων. Τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ὑπηρεσίαν ἄδειαν αὐτῷ παρέχει· διότι οὐκ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐστὶν ἡ ἱερωσύνη, ἀλλ' ἐν Ἰκονίῳ· ἣν, ὡς αὐτὸς ἐπέστειλας ἡμῖν, τῆς Ἀντιοχείας εἰς οἴκησιν ἀντηλλάξατο. Ἔστιν οὖν δεκτὸς ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, ἀπαιτούμενος παρὰ τῆς εὐλαβείας σου μεταμέλεσθαι ἐπὶ τῇ εὐκολίᾳ τοῦ ὅρκου, ὃν ἐπὶ τοῦ ἀπίστου ἀνδρὸς (71) ἐξωμόσατο, βαστάσαι τὴν ἐνόχλησιν τοῦ μικροῦ ἐκείνου κινδύνου μὴ δυνηθείς.

munia obeant presbyterorum. Id ipsum autem etiam ei muneris sui peragendi præbet libertatem, quod non sit Antiochiæ sacerdotium, sed Iconii: quam urbem, ut ipse ad nos scripsisti, Antiochia ad habitandum permutavit. Ergo vir ille suscipi potest; postulante ab eo pietate tua, ut pœnitentiam agat, ob facilem et promptum ad jusjurandum animum, quod coram infideli viro juravit, molestiam ferre exigui illius periculi non valens.

ΙΗ'. Περὶ τῶν ἐκπεσουσῶν παρθένων τῶν καθομολογησαμένων τὸν ἐν σεμνότητι βίον τῷ Κυρίῳ, εἶτα, διὰ τὸ ὑποπεσεῖν τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς, ἀθετουσῶν τὰς ἑαυτῶν συνθήκας, οἱ μὲν πατέρες ἡμῶν, ἀκλῶς (72) καὶ πράως συμπεριφερόμενοι ταῖς ἀσθενείαις τῶν κατολισθαινόντων, ἐνομοθέτησαν δεκτὰς εἶναι μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν (73), καθ' ὁμοιότητα τῶν διγάμων διαταξάμενοι· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ, ἐπειδὴ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι προϊοῦσα ἡ Ἐκκλησία, κραταιοτέρα γίνεται, καὶ πληθύνεται νῦν τὸ τάγμα τῶν παρθένων (74), προσέχειν ἀκριβῶς τῷ τε κατ' ἔννοιαν φαινομένῳ πράγματι καὶ τῇ τῆς Γραφῆς διανοίᾳ, ἣν δυνατὸν ἐξευρεῖν ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου. Χηρεία γὰρ παρθενίας ἐλάττων· οὐκοῦν καὶ τὸ τῶν χηρῶν ἁμάρτημα πολλῷ δεύτερόν ἐστι τοῦ τῶν παρθένων. Ἴδωμεν τοίνυν τί γέγραπται Τιμοθέῳ παρὰ τοῦ Παύλου· *Νεωτέρας δὲ χήρας παραιτοῦ. Ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσιν, ἔχουσαι κρῖμα, ὅτι τὴν πρώτην πίστιν ἠθέτησαν.*

XVIII. De lapsis virginibus, quæ vitam castam professæ Domino, deinde carnis libidinibus victæ, pacta sua irrita faciunt, patres quidem nostri, cum simpliciter ac leniter sese ad eorum qui labuntur infirmitatem accommodarent, censuerunt ipsas post annum admitti posse, de illis ad similitudinem digamorum dijudicantes. Verum mihi quidem videtur, quoniam Dei dono progrediens Ecclesia fit fortior, ac nunc multiplicatur ordo virginum, diligenter considerandam esse et rem ipsam, prout consideranti manifesta est, et Scripturæ sententiam quæ ex consecutione invenirl potest. Viduitas enim virginitate inferior; ergo et viduarum delictum longe minus quam virginum. Videamus ergo quid ad Timotheum a Paulo scriptum sit: *Juniores autem viduas devita. Postquam enim lascivierunt adversus Christum, nubere volunt, habentes condemnationem, quod primam fidem irritam fecerunt*[a]. Itaque si vidua

[a] 1 Tim. v, 11, 12.

ipsam, etc. Similia habet Eusebius in eumdem psalmum p. 313. Sic etiam Cyrillus Alexandrinus in libro *adversus Anthropomorphitas*, cap. 12, et in libro decimo *De adorat.*, p. 356. Sed his in locis perspicuum est hæreticorum aut schismaticorum synagogas notari, vel quas vocat Basilius, can. 1, παρασυναγωγάς, sive illicitos conventus a presbyteris aut episcopis rebellibus habitos, aut a populis disciplinæ expertibus. At interdum graves causæ suberant, cur sacra in privatis ædibus impermissa non essent. Ipsa persecutio necessitatem hujus rei sæpe afferebat, cum catholici episcoporum hæreticorum communionem fugerent, ut Sebastiæ contigit; vel etiam, ut in pluribus aliis locis, ecclesiarum aditu prohiberentur. Minime ergo mirum, si presbyteris Antiochenis eam sacerdotii perfunctionem Basilius reliquit, quæ et ad jurisjurandi religionem et ad temporum molestias accommodata videbatur. Synodus Laodicena vetat, can. 58, *in domibus fieri oblationem ab episcopis vel presbyteris*. Canon 31 Trullanus id clericis non interdicit, modo accedat episcopi consensus. Non inusitata fuisse ejusmodi sacra in domesticis oratoriis confirmat canon Basilii 27, ubi vetatur, ne presbyter illicitis nuptiis implicatus privatim aut publice sacerdotii munere fungatur. Eustathius Sebastenus Ancyræ cum Arianis in domibus communicavit, ut ex pluribus Basilii epistolis discimus, cum apertam ab eis communionem impetrare non posset.

(71) Ἀπίστου ἀνδρός. Videtur infidelis ille vir, unus aliquis fuisse ex potentioribus Arianis, ejusque furor idcirco in presbyteros Antiochenos incitatus, quod hi Ecclesiam absente Meletio regerent, ac maximam civium partem in illius fide et communione continerent. Ejusmodi enim jusjurandum nemo extorquere potuit, nisi qui potestatem cum summa improbitate conjunctam haberet, et in abstrahendis a sacerdotio catholicis presbyteris magnum quiddam sibi proponeret: quod quidem, nisi Ariano, convenit nemini. Neque etiam jusjurandum ab aliis extorsit, quam a Meletii presbyteris. Nam præterquam quod Paulini partes persecutio non videtur attigisse, certe parum profuisset aliquos ei presbyteros auferre, cum per se ipse parvam ecclesiam regeret, et alios presbyteros creare posset. At si idem commissum fuisset in eos qui absente S. Meletio gubernacula tenebant, magnus lupis aditus ad gregem discerpendum patuisset. Præterea, cum iidem presbyteri Basilium consuluerint, id argumento est eos S. Meletio affixos fuisse. Nemo enim Meletio amicior erat quam Basilius, nemo in defendenda illius causa constantior. Longe errat Aristenus, cum presbyteros illos sua sponte et ulciscendæ alicujus injuriæ causa existimat jurasse. Non enim lenitatem in Bianore requirit Basilius, sed constantiam: eumque magis indicat periculo territum, quam ob acceptam injuriam iratum fuisse.

(72) Ἀπλῶς. Quamvis quatuor codices optimæ notæ habeant ἀπαλῶς, *clementer*, non tamen videtur vulgata lectio mutanda, cui multo plures codices favent, inter quos nonnulli perantiqui. Legitur in nonnullis aliis ἁπλοϊκῶς.

(73) Μετὰ τὸν ἐνιαυτόν. Respicere videtur ad canonem decimum nonum synodi Ancyranæ, in quo virginibus promissa violantibus pœna digamorum decernitur.

(74) Τὸ τάγμα τῶν παρθένων. Idem testatur S. Gregorius Nyssenus in libro *De virginitate* cap. 24, hujus vitæ decus sua ætate, si unquam alias, maxime florere, et ad summam perfectionem paulatim crescendo perductum esse.

Digitized by Google

judicio subjicitur gravissimo, ut quæ fidem in Christum irritam fecerit, quid nobis putandum de virgine, quæ sponsa est Christi, et sacrum vas Domino dedicatum? Magnum quidem est peccatum, vel ancillam clandestinis matrimoniis sese dantem, stupro domum implere, et deteriore vita injuriam possessori facere: longe autem gravius est sponsam fieri adulteram, ac suæ cum sponso conjunctioni dedecus ferentem, impudicis voluptatibus se dedere. Proinde vidua quidem, ut corrupta ancilla, condemnatur; virgo vero adulteræ judicio **292** subjicitur. Quemadmodum igitur eum qui cum aliena est muliere, adulterum nominamus, non prius admittentes ad communionem, quam a peccato cessaverit: ita profecto et de eo qui virginem habet statuemus. Illud autem nunc in antecessum statuere nobis necesse est, virginem vocari, quæ se sua sponte obtulit Domino, ac nuntium nuptiis remisit, et sanctimoniæ institutum amplexa est. Professiones autem ab eo tempore admittimus, quo ætas rationis complementum habuerit. Neque enim pueriles voces omnino ratas in ejusmodi rebus habere convenit: sed quæ supra sexdecim vel septemdecim annos nata, ratiocinationum suarum arbitra, diu examinata ac probata, deinceps perseveravit, et ut admittatur constanter rogaverit, tum demum inter virgines referenda, ejusque rata habenda professio, ac illius violatio inexorabiliter punienda. Multas enim parentes adducunt et fratres et propinquorum nonnulli ante ætatem, non sua sponte ad cælibem vitam inciitatas, sed ut sibi ipsi aliquod in vita commodum provideant. Tales non facile admittendæ, donec aperte ipsarum perscrutati fuerimus sententiam.

XIX. Virorum autem professiones non novimus, præterquam si qui se ipsi monachorum ordini ascripserint: qui quidem tacite vitam cælibem videntur suscepisse. Verumtamen in illis quoque illud opinor præmitti oportere, ut ipsi interrogentur, accipiaturque eorum professio clara ac perspicua: ut, cum se ad libidinosam et voluptariam vitam converterint, eorum qui fornicantur punitioni subjiciantur.

XX. Quæcunque mulieres, cum essent in hæresi, virginitatem professæ sunt, sed postea matrimonium prætulerunt, non arbitror eas condemnari oportere. *Quæcunque enim dicit lex, iis qui in lege sunt dicit* [66]. Quæ autem jugum Christi nondum subierunt, eæ nec Domini leges agnoscunt. Quare sunt in Ecclesiam recipiendæ; cum omnibus etiam horum remissionem habentes ex fide

[66] Rom. III, 19.

A Εἰ τοίνυν χήρα κρίματι ὑπόκειται βαρυτάτῳ, ὡς τὴν εἰς Χριστὸν ἀθετήσασα πίστιν, τί χρὴ λογίζεσθαι ἡμᾶς περὶ τῆς παρθένου, ἥτις νύμφη ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ, καὶ σκεῦος ἱερὸν ἀνατεθὲν τῷ Δεσπότῃ; Μέγα μὲν ἁμάρτημα καὶ δούλην λαθραίοις γάμοις ἑαυτὴν ἐπιδιδοῦσαν φθορᾶς ἀναπλῆσαι τὸν οἶκον, καὶ καθυβρίζειν διὰ τοῦ πονηροῦ βίου τὸν κεκτημένον· πολλῷ δὲ δήπου χαλεπώτερον τὴν νύμφην μοιχαλίδα γενέσθαι, καὶ τὴν πρὸς τὸν νυμφίον ἕνωσιν ἀτιμάσασαν, ἡδοναῖς ἀκολάστοις ἑαυτὴν ἐπιδοῦναι. Οὐκοῦν ἡ μὲν χήρα, ὡς δούλη διεφθαρμένη, καταδικάζεται· ἡ δὲ B παρθένος τῷ κρίματι τῆς μοιχαλίδος ὑπόκειται. Ὥσπερ οὖν τὸν ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ συνιόντα μοιχὸν ὀνομάζομεν, οὐ πρότερον παραδεξάμενοι εἰς κοινωνίαν, πρὶν ἢ παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας· οὕτω δῆλον ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ τὴν παρθένον ἔχοντος διατεθησόμεθα. Ἐκεῖνο δὲ νῦν προδιομολογεῖσθαι ἡμῖν ἀναγκαῖον, ὅτι παρθένος ὀνομάζεται ἡ ἑκουσίως ἑαυτὴν προσαγαγοῦσα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀποταξαμένη τῷ γάμῳ, καὶ τὸν ἐν ἁγιασμῷ βίον προτιμήσασα. Τὰς δὲ ὁμολογίας τότε ἐγκρίνομεν, ἀφ' οὗπερ ἂν ἡ ἡλικία τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν (75) ἔχῃ. Οὐδὲ γὰρ τὰς παιδικὰς φωνὰς πάντως κυρίας ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡγεῖσθαι προσῆκεν, ἀλλὰ τὴν ὑπὲρ τὰ δέκα ἓξ ἢ δέκα καὶ ἑπτὰ γενομένην ἔτη, κυρίαν οὖσαν τῶν λογισμῶν, ἀνακριθεῖσαν ἐπὶ πλεῖον, εἶτα παραμείνασαν, καὶ λιπαροῦσαν διὰ ἱκεσιῶν πρὸς τὸ παραδεχθῆναι, τότε ἐγκαταλέγεσθαι χρὴ ταῖς παρθένοις, καὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κυροῦν, καὶ τὴν ἀθέτησιν αὐτῆς ἀπαραιτήτως κολάζειν. Πολλὰς γὰρ γονεῖς προ- C άγουσι καὶ ἀδελφοί, καὶ τῶν προσηκόντων τινὲς πρὸ τῆς ἡλικίας, οὐκ οἰκοθεν ὁρμηθείσας πρὸς ἀγαμίαν, ἀλλά τι βιωτικὸν ἑαυτοῖς διοικούμενοι. Ἃς οὐ ῥᾳδίως προσδέχεσθαι δεῖ, ἕως ἂν φανερῶς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἐρευνήσωμεν γνώμην.

ΙΘ'. Ἀνδρῶν δὲ ὁμολογίας οὐκ ἔγνωμεν, πλὴν εἰ μή τινες ἑαυτοὺς τῷ τάγματι τῶν μοναζόντων ἐγκατηρίθμησαν· οἱ κατὰ τὸ σιωπώμενον δοκοῦσι παραδεδέχθαι τὴν ἀγαμίαν. Πλὴν καὶ ἐπ' ἐκείνων ἐκεῖνο ἡγοῦμαι προηγεῖσθαι προσήκειν (76), ἐρωτᾶσθαι αὐτοὺς, καὶ λαμβάνεσθαι τὴν παρ' αὐτῶν ὁμολογίαν ἐναργῆ, ὥστε, ἐπειδὰν μετατίθενται πρὸς τὸν φιλόσαρκον καὶ ἡδονικὸν βίον, ὑπάγειν αὐτοὺς τῷ τῶν πορνευόντων ἐπιτιμίῳ.

D Κ'. Ὅσαι γυναῖκες, ἐν αἱρέσει οὖσαι, παρθενίαν ὡμολόγησαν, εἶτα μετὰ ταῦτα γάμον ἀνθεῖλοντο, οὐχ ἡγοῦμαι χρῆναι καταδικάζεσθαι ταύτας. Ὅσα γὰρ ὁ νόμος λέγει, τοῖς ἐν τῷ νόμῳ λαλεῖ. Αἱ δὲ μήπω ὑπελθοῦσαι τὸν ζυγὸν τοῦ Χριστοῦ οὐδὲ τὴν νομοθεσίαν ἐπιγινώσκουσι τοῦ Δεσπότου. Ὥστε δεκταί εἰσι τῇ Ἐκκλησίᾳ, μετὰ πάντων καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄφεσιν ἔχουσαι (77) ἐκ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστόν.

(75) *Τὰς δὲ ὁμολογίας... συμπλήρωσιν.* Ita codices mss. summo consensu. Editi Τὴν δὲ ὁμολογίαν... ἐμπλήρωσιν. Hoc Basilii decretum de professionis ætate citatur in canone quadragesimo synodi in Trullo, et decem et septem anni, quos Basilius requirit, ad decem rediguntur.

(76) *Προσήκειν.* Editi et nonnulli codices mss. προσῆκεν. Sed in pluribus et antiquioribus legitur προσήκειν.

(77) *Ἔχουσαι.* Sic mss. summo consensu. Editi ἔχουσιν

Digitized by Google

Καὶ καθόλου τὰ ἐν τῷ κατηχουμένῳ βίῳ γενόμενα (78) εἰς εὐθύνας οὐκ ἄγεται. Τούτους δὲ δηλονότι ἄνευ βαπτίσματος ἡ Ἐκκλησία οὐ παραδέχεται. Ὥστε ἀναγκαιότατον (79) ἐπὶ τούτοις τὰ πρεσβεῖα τῆς γενέσεως.

ΚΑ'. Εἰ ἀνὴρ (80) γυναικὶ συνοικῶν, ἐπειδὰν, μὴ ἀρκεσθεὶς τῷ γάμῳ, εἰς πορνείαν ἐκπέσῃ, πόρνην κρίνομεν τὸν τοιοῦτον· καὶ πλεῖον αὐτὸν παρατείνομεν ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις· οὐ μέντοι ἔχομεν κανόνα, τῷ τῆς μοιχείας αὐτὸν ὑπαγαγεῖν (81) ἐγκλήματι, ἐὰν εἰς ἐλευθέραν γάμου ἡ ἁμαρτία γένηται· διότι ἡ μοιχαλὶς μὲν, *Μιαιρομένη*, φησὶ, *μιανθήσεται*, καὶ οὐκ ἀναστρέψει πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς· καὶ *Ὁ κατέχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής*· ὁ μέντοι πορνεύσας οὐκ ἀποκλεισθήσεται τῆς πρὸς γυναῖκα ἑαυτοῦ συνοικήσεως. Ὥστε ἡ μὲν γυνὴ ἀπὸ πορνείας ἐπανιόντα τὸν ἄνδρα αὐτῆς παραδέξεται, ὁ δὲ ἀνὴρ (82) τὴν μιανθεῖσαν τῶν οἴκων ἑαυτοῦ ἀποπέμψει. Καὶ τούτων δὲ ὁ λόγος οὐ ῥᾴδιος· ἡ δὲ συνήθεια οὕτω κεκράτηκε

ΚΒ'. Τοὺς ἐξ ἁρπαγῆς ἔχοντας γυναῖκας, εἰ μὲν ἄλλοις προμεμνηστευμένας εἶεν ἀφῃρημένοι, οὐ πρότερον χρὴ παραδέχεσθαι, πρὶν ἢ ἀφελέσθαι αὐτῶν, καὶ ἐπ' ἐξουσίᾳ (83) τῶν ἐξ ἀρχῆς μνηστευσαμένων ποιῆσαι, εἴτε βούλοιντο λαβεῖν αὐτὰς, εἴτε ἀποστῆναι· εἰ δὲ σχολάζουσάν τις λάβοι, ἀφαιρεῖσθαι μὲν δεῖ, καὶ τοῖς οἰκείοις ἀποκαθιστᾶν, ἐπιτρέπειν δὲ τῇ γνώμῃ τῶν οἰκείων, εἴτε γονεῖς εἶεν, εἴτε ἀδελφοὶ, εἴτε οἱτινεσοῦν προεστῶτες τῆς κόρης· κἂν μὲν ἕλωνται αὐτῷ παραδοῦναι, ἵστασθαι τὸ συνοικέσιον· ἐὰν δὲ ἀνανεύσωσι (84), μὴ βιάζεσθαι. Τὸν μέντοι

A in Christum. Ac omnino quæ in catechumenica vita facta sunt, in judicium non vocantur. Tales autem videlicet sine baptismate Ecclesia non recipit. Quare generationis jura sunt in ipsis maxime necessaria.

XXI. Si vir una cum uxore habitans, postea matrimonio non contentus, in fornicationem inciderit; fornicatorem eum judicamus, ipsumque longius producimus in impositis pœnis: sed tamen canonem non habemus, qui eum adulterii crimini subjiciat, si in solutam a matrimonio **293** peccatum commissum sit: propterea quod adultera quidem, inquit, *Polluta polluetur* et ad virum suum non revertetur [67], et, *Qui adulteram detinet, stultus est et impius* [68]: sed qui fornicatus est,

B non excludetur quominus cum uxore habitet. Quare uxor quidem a fornicatione revertentem virum suum excipiet: vir vero pollutam e suis ædibus ejiciet. Atque horum quidem ratio non facilis, sed consuetudo sic invaluit.

XXII. Qui ex raptu mulieres habent, siquidem aliis jam desponsas abripuerint, ante admittendi non sunt, quam ab eis ablatæ sint et eorum quibus ab initio desponsæ erant, potestati redditæ, utrum eas velint accipere, an desistere. Si quis autem vacantem acceperit, auferre quidem oportet, suisque restituere, et ipsorum voluntati permittere, sive sint parentes, sive fratres, sive quivis alii puellæ moderatores: ac si ei quidem tradere velint, oportet matrimonium constituere: sin

C autem renuerint, nequaquam vim inferre. Eum

[67] Jerem. III, 1. [68] Prov. XVIII, 22.

(78) *Γενόμενα*. Male Angli in Pandectis et alii interpretes reddunt, *quæ in catechumenica vita fiunt*. Non enim dicit Basilius ea non puniri quæ in hoc statu peccantur, sed tantum peccata ante baptismum commissa baptismo expiari, nec jam esse judicio ecclesiastico obnoxia. Hinc observat Zonaras non pugnare hunc canonem cum canone quinto Neocæsariensi, in quo pœnæ catechumenis peccantibus decernuntur.

(79) *Ἀναγκαιότατον*. Legitur in Regio quodam codice ἀναγκαιότατα.

(80) *Εἰ ἀνὴρ*. Deest conjunctio in duobus recentioribus codicibus. Legitur Ἐὰν ἀνὴρ in antiquissima collectione canonum Coisliniana et in Pandectis. Commodius sane est conjunctionem tollere, eoque consilio videtur in codicibus modo citatis deleta. Sed tamen plus tribuendum tot aliis codicibus.

(81) *Ὑπαγαγεῖν*. Consentiunt in hac voce mss. codices. Editi ὑπάγειν. Supra vidimus, can. 9, Basilium in iis quæ ad repudium attinent, duo virum inter et mulierem discrimina ponere. Hic autem tertium adjicit, ac virum quidem in ipso matrimonio, si cum soluta et libera peccaverit, adulterii nomine non condemnat, sed fornicationis: uxorem autem in eodem peccato certissimam adulteram declarat.

(82) *Ὁ δὲ ἀνὴρ... ἀποπέμψει*. Non solus Basilius hanc consuetudinem secutus. Auctor *Constitutionum apostolicarum* sic loquitur lib. VI, cap. 14: Ὁ κατέχων τὴν παραφθαρεῖσαν φύσεως θεσμοῦ παράνομος· ἐπεὶπερ ὁ κατέχων μοιχαλίδα ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ἀπότεμε γὰρ αὐτὴν, φησὶν, ἀπὸ τῶν σαρκῶν σου. Οὐ γάρ ἐστι βοηθὸς, ἀλλ' ἐπίβουλος, πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν. *Qui corruptam retinet, naturæ legem violat: quandoquidem* qui retinet adulteram, stultus est et impius. Abscinde enim eam, inquit, a carnibus tuis. *Nam adjutrix non est, sed insidiatrix, quæ mentem ad alium declinarit.* Canon 8 Neocæsariensis laicis, quorum uxores adulterii convictæ, aditum ad ministerium ecclesiasticum claudit; clericis depositionis pœnam irrogat, si adulteram nolint dimittere. Canon 65 Eliberitanus sic habet: *Si cujus clerici uxor fuerit mœchata, et scierit eam maritus suus mœchari, et non eam statim projecerit, nec in fine accipiat communionem.* Hermas lib. I, c. 2, adulteram ejici jubet, sed tamen pœnitentem recipi. S. Augustinus adulterium legitimam esse dimittendi causam pronuntiat, sed non necessariam, lib. II *De adulter. nuptiis*, cap. 5, n. 13.

(83) *Ἐπ' ἐξουσίᾳ*. Unus codex Reg. ἐπ' ἐξουσίας.

(84) *Ἀνανεύσωσι*. Sic veteres libri summo consensu. Editi ἀνανεύωσι. Mirari autem subit cur quos leges civiles capitali supplicio puniebant, nec rapto sinebant perfrui, ut videre est cod. Theodos., lib. IX, tit. 25, iis Basilius tam leves pœnas irroget, nec a matrimonio excludat, si parentum virginis consensus accedat, ut videre est in canone 22. Sed credo sanctum doctorem ea mente leniter egisse, ne quibus ipsa fuga impunitatem et licentiam dare poterat, hi et matrimonii desperatione et gravioris pœnæ metu in scelere obdurescerent. Hinc de sacrarum virginum raptu non loquitur, sed de iis tantum, quorum peccato matrimonium mederi poterat.

Digitized by Google

autem qui ex stupro, sive latenti sive violento, uxorem habet, necesse est fornicationis pœnam agnoscere. Est autem in quatuor annis præfinita fornicantibus pœna. Oportet eos anno primo a precibus expelli, et flere ad fores ecclesiæ : secundo ad auditionem admitti, tertio ad pœnitentiam : quarto ad standum una cum populo, abstinentes ab oblatione; deinde eis permitti boni communionem.

XXIII. De iis autem qui duas sorores uxores ducunt, vel de eis quæ duobus fratribus nubunt, a nobis edita est epistola, cujus misimus exemplar tuæ pietati. Qui autem sui fratris uxorem acceperit, non prius admittetur, quam ab ea recesserit.

XXIV. Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia alitur, judicavit Apostolus nubentem contemni debere[89]. Viro autem viduo lex imposita non est, sed tali sufficit pœna digamorum. Porro vidua sexaginta annos nata, si rursus una cum viro habitare voluerit, boni communione non dignabitur, donec ab impuritatis vitio destiterit. Sed si ante sexaginta annos eam ascripserimus, nostra est, non mulieris culpa.

XXV. Qui a se stupratam pro uxore detinet, stupri quidem pœnam subibit, sed ei licebit eam uxorem habere.

294 XXVI. Fornicatio matrimonium non est, sed ne matrimonii quidem initium. Quare si fieri potest, ut qui per fornicationem conjuncti sunt, separentur, id quidem optimum est. Sin autem eis omnino placeat conjugium, fornicationis quidem pœnam agnoscant; sed minime separentur, ne quid deterius accidat.

XXVII. De presbytero, qui insciens illicitis nuptiis implicatus est, statui quæ oportebat, cathedræ quidem participem esse, sed a reliquis muniis abstinere. Nam satis est ejusmodi homini venia. Ut autem alium benedicat, qui propria curare debet vulnera, minime consentaneum. Benedictio enim sanctificationis communicatio est. Quam qui non habet, propterea quod insciens lapsus est, quomodo aliis impertiet? Itaque nec publice nec privatim benedicat, nec corpus Christi distribuat aliis, nec quodvis aliud sacrum munus obeat, sed, honorifica sede contentus, roget cum lacrymis Dominum, ut sibi ignorantiæ peccatum remittatur.

[89] I Tim. v, 11, 12.

A ἐκ διαφθορᾶς εἴτε λαθραίας εἴτε βιαιοτέρας γυναῖκα ἔχοντα ἀνάγκη τὸ τῆς πορνείας ἐπιγνῶναι ἐπιτίμιον. Ἔστι δὲ ἐν τέσσαρσιν ἔτεσιν ὡρισμένη τοῖς πορνεύουσιν ἡ ἐπιτίμησις. Χρὴ τῷ πρώτῳ ἐκβάλλεσθαι τῶν προσευχῶν, καὶ προσκλαίειν αὐτοὺς τῇ θύρᾳ τῆς ἐκκλησίας· τῷ δευτέρῳ δεχθῆναι εἰς ἀκρόασιν· τῷ τρίτῳ εἰς μετάνοιαν· τῷ τετάρτῳ εἰς σύστασιν μετὰ τοῦ λαοῦ, ἀπεχομένους τῆς προσφορᾶς· εἶτα αὐτοὺς (85) ἐπιτρέπεσθαι τὴν κοινωνίαν τοῦ ἁγιάσματος.

ΚΓ'. Περὶ δὲ τῶν δύο ἀδελφὰς γαμούντων, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ γαμουμένων, ἐπιστολίδιον ἡμῖν ἐκπεφώνηται, οὗ τὸ ἀντίγραφον ἀπεστείλαμέν (86) σου τῇ εὐλαβείᾳ. Ὁ δὲ ἀδελφοῦ ἰδίου γυναῖκα λαβὼν οὐ πρότερον δεχθήσεται πρὶν ἀποστῆναι αὐτῆς.

B ΚΔ'. Χήραν, τὴν καταλεγεῖσαν εἰς τὸν ἀριθμὸν τῶν χηρῶν, τουτέστι, τὴν διακονουμένην (87) ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας, ἔκρινεν ὁ Ἀπόστολος γαμουμένην παρορᾶσθαι. Ἀνδρὶ δὲ χηρεύσαντι οὐδεὶς ἐπίκειται νόμος, ἀλλ' ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ τὸ τῶν διγάμων ἐπιτίμιον. Ἡ μέντοι χήρα, ἐξηκονταετὴς γεγονυῖα, ἐὰν ἕληται πάλιν ἀνδρὶ συνοικεῖν, οὐ καταξιωθήσεται τῆς τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίας, ἕως ἂν τοῦ πάθους τῆς ἀκαθαρσίας παύσηται. Ἐὰν μέντοι πρὸ ἑξήκοντα ἐτῶν ἀριθμήσωμεν (88) αὐτὴν, ἡμέτερον τὸ ἔγκλημα, οὐ τοῦ γυναίου.

ΚΕ'. Ὁ τὴν διεφθαρμένην ὑφ' ἑαυτοῦ εἰς γυναῖκα κατέχων τὸ μὲν ἐπὶ τῇ φθορᾷ ἐπιτίμιον ὑποστήσεται, τὴν δὲ γυναῖκα ἔχειν συγχωρηθήσεται.

C ΚΖ'. Ἡ πορνεία γάμος οὐκ ἔστιν· ἀλλ' οὐδὲ γάμου ἀρχή. Ὥστε, ἐὰν ᾖ δυνατὸν τοὺς κατὰ πορνείαν συναπτομένους χωρίζεσθαι, τοῦτο κράτιστον. Ἐὰν δὲ στέργωσιν ἐκ παντὸς τρόπου τὸ συνοικέσιον, τὸ μὲν τῆς πορνείας ἐπιτίμιον γνωριζέτωσαν· ἀφιέσθωσαν δὲ, ἵνα μὴ χεῖρόν τι γένηται.

ΚΖ'. Περὶ τοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ κατ' ἄγνοιαν ἀθέσμῳ γάμῳ (89) περιπαρέντος, ὥρισα ἃ ἐχρῆν· καθέδρας μὲν μετέχειν, τῶν δὲ λοιπῶν ἐνεργειῶν ἀπέχεσθαι. Ἀρκετὸν γὰρ τῷ τοιούτῳ ἡ συγγνώμη. Εὐλογεῖν δὲ ἕτερον, τὸν τὰ οἰκεῖα τημελεῖν ὀφείλοντα τραύματα, ἀνακόλουθον. Εὐλογία γὰρ ἁγιασμοῦ μετάδοσίς ἐστιν. Ὁ δὲ τοῦτο μὴ ἔχων, διὰ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας παράπτωμα πῶς ἑτέρῳ μεταδώσει; Μήτε τοίνυν δημοσίᾳ μήτε ἰδίᾳ εὐλογείτω, μήτε τὸ σῶμα D τοῦ Χριστοῦ κατανεμέτω ἑτέροις, μήτε τι ἄλλο λειτουργείτω, ἀλλὰ ἀρκούμενος τῇ προεδρίᾳ προσκλαιέτω (90) τῷ Κυρίῳ, συγχωρηθῆναι αὐτῷ τὸ ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀνόμημα.

(85) *Εἶτα αὐτούς*. Plures codices non antiquissimi εἶτα αὐτοῖς.

(86) *Ἀπεστείλαμεν*. Sic codices mss. pro eo quod erat in editis ἀπέστειλα. Epistolium, de quo hic Basilius, est epistola 160.

(87) *Διακονουμένην*. In hac voce interpretanda secutus sum Zonaram. Minus commode alii interpretes, *quæ ab Ecclesia in diaconatum suscepta est*. Illud autem παρορᾶσθαι idem esse monent interpretes ac contemni, nec jam Ecclesiæ sumptibus sustentari.

(88) *Ἀριθμήσωμεν*. Sic plerique codices mss. Editi ἀριθμήσομεν.

(89) *Ἀθέσμῳ γάμῳ*. Illicitas nuptias interpretatur Balsamon, si quis ducat eam, cujus vel ipse tutor est, vel ipsius pater, vel monialem, vel consanguineam. Zonaras consanguineam vel monialem intelligit, Alexius Aristenus viduam, aut insanam, aut e scenicis, aut Deo consecratam.

(90) *Προσκλαιέτω*. Addunt editi et tres recen-

Digitized by Google

ΚΗ'. Ἐκεῖνό γε μὴν γελοῖόν μοι κατεφάνη, τὸ A εὔξασθαί τινα ὑείων ἀπέχεσθαι κρεῶν. Ὥστε καταξίωσον διδάσκειν(91)αὐτοὺς τῶν ἀπαιδεύτων προσευχῶν καὶ ἐπαγγελιῶν ἀπέχεσθαι· τὴν μέντοι χρῆσιν ἀδιάφορον εἶναι συγχώρησον. Οὐδὲν γὰρ κτίσμα Θεοῦ ἀπόβλητον μετ' εὐχαριστίας λαμβανόμενον. Ὥστε ἡ εὐχὴ καταγέλαστος, οὐχ ἡ ἀποχὴ ἀναγκαία.

XXVIII. Illud quidem mihi visum est ridiculum, vovere aliquem se a suillis carnibus abstenturum. Quamobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis et promissis abstineant; sed usum nihilominus indifferentem esse sine. Nulla enim Dei creatura, quæ cum gratiarum actione percipitur, rejicienda est [70]. Quare votum est ridiculum, abstinentia non necessaria.

ΚΘ'. Ἄρχοντας μέντοι ὀμνύειν, ἐπὶ τὸ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, καὶ πάνυ θεραπεύεσθαι προσῆκε(92). Θεραπεία δὲ τούτων διττή· μία μὲν, μὴ ὀμνύειν αὐτοὺς διδάσκεσθαι προχείρως· ἑτέρα δὲ, μὴ ἐπιμένειν ἐν ταῖς πονηραῖς κρίσεσιν. Ὥστε, ὅρκῳ προληφθείς τις εἰς κακοποιίαν ἑτέρου, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μετάνοιαν ἐπιδεικνύσθω, μὴ μέντοι προσχήματι εὐλαβείας τὴν πονηρίαν ἑαυτοῦ B βεβαιούτω. Οὐδὲ γὰρ Ἡρῴδῃ συνήνεγκεν εὐορκήσαντι, ὃς, ἵνα μὴ ἐπιορκήσῃ δῆθεν, φονεὺς ἐγένετο τοῦ προφήτου. Ἅπας δὲ ὁ ὅρκος ἀπηγόρευται· πολλῷ δὲ δήπου εἰκὸς τὸν ἐπὶ κακῷ γινόμενον κατακεχρίσθαι. Ὥστε μεταφρονεῖν τὸν ὀμνύοντα χρὴ, οὐχὶ σπουδάζειν βεβαιοῦν ἑαυτοῦ τὸ ἀνόσιον. Ἐξέτασον γὰρ πλατύτερον τὴν ἀτοπίαν. Εἴ τις ὀμόσειεν (93) ἐνεξορύξειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἀδελφοῦ, εἰ καλὸν τὸ τοιοῦτον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν αὐτῷ; εἴ τις φονεύσειν; εἴ τις ὅλως δι' ὅρκου ἐντολήν τινα παραβήσεσθαι; Ὅμοσα γὰρ καὶ ἔστησα, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Ὥσπερ δὲ τὴν ἐντολὴν ἀμεταθέτοις κρίμασι προσῆκε βεβαιοῦσθαι, οὕτω τὴν ἁμαρτίαν παντοίως C καθήκει ἀκυροῦσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι.

XXIX. Quod homines potestate præditi jurant, se male iis quibus præsunt facturos, illud et maxime curatum oportet. Medela autem eorum est duplex: una quidem, ut doceantur non facile jurare, altera vero, ne in malis consiliis persistant. Idcirco qui jurejurando ad alterius malefi- cium præoccupatus est, is suæ in jurando temeritatis pœnitentiam ostendat, non autem per causam pietatis improbitatem suam confirmet. Neque enim Herodi jusjurandum observasse profuit, qui videlicet, ne pejeraret, prophetam occidit [71]. Omnino quidem jusjurandum prohibitum est [72]: sed multo magis consentaneum est, ut quod ad malum interponitur, condemnetur. Quare is qui juravit, sententiam mutare debet, non id studio habere ut proprium nefas confirmet. Fac enim latius consideres absurditatem. Si quis juret effossurum se oculos fratris, an præclarum est ejusmodi jusjurandum ad opus perducere? si quis se interfecturum? si quis omnino mandatum aliquod transgressurum? Juravi enim et statui, non peccatum patrare, sed servare judicia justitiæ tuæ [73]. Quemadmodum enim præceptum immutabilibus consiliis confirmandum est, ita peccatum omnino infirmare et delere convenit.

Λ'. Περὶ τῶν ἁρπαζόντων κανόνα μὲν παλαιὸν οὐκ ἔχομεν, ἰδίαν δὲ γνώμην ἐποιησάμεθα· τρία ἔτη (94), καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς συναρπάζοντας αὐτοῖς ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι. Τὸ δὲ μὴ βιαίως γινόμενον (95), ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὅταν μὴ φθορὰ ᾖ μηδὲ κλοπὴ ἡγουμένη τοῦ πράγματος. Αὐτεξουσία δὲ ἡ χήρα, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ ἀκολουθῆσαι. Ὥστε τῶν σχημάτων ἡμῖν οὐ φροντιστέον.

XXX. De iis qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam **295** proferimus, ut et ipsi et qui una cum ipsis rapiunt, tribus annis sint extra preces. Quod autem violenter non fit, pœnæ nulli obnoxium est, si nec stuprum nec furtum rem præcesserit. Est autem vidua sui juris, et sequendi potestas penes ipsam est. Quare simulationum ac prætextuum cura nulla nobis habenda est.

[70] I Tim. IV, 4. [71] Matth. XIV, 10. [72] Matth. V, 34. [73] Psal. CXVIII, 106.

liores mss. ἑτέροις καί, etc., *fleat coram aliis et coram Deo;* sicque legitur apud Balsamonem et Zonaram. Sed hæc desunt in omnibus aliis codicibus mss. et in concilio Trullano, ubi hic canon Basilii est inter canones concilii vicesimus sextus. Præterea repugnat ut Basilius eidem presbytero et honorem cathedræ conservet, et ad januas ecclesiæ flere præscribat.

(91) *Διδάσκειν.* Ita plerique mss. Editi διδάξαι.

(92) *Προσῆκε.* Sic legitur in omnibus mss. Editi προσήκει.

(93) *Ὀμόσειεν.* Editi ὀμόσει, et paulo post ἔχειν. Codices mss. vix ullo dissentiente habent ut in textu posuimus.

(94) *Τρία ἔτη.* Tres annos extra preces decernit, ac proinde quartus addetur inter consistentes. Nam supra, can. 22, quatuor annos decernit, ut fornicatoribus. Tres autem illos extra preces annos, inter audientes traduci existimant Zonaras et Balsamon inter substratos Aristenus. Zonaræ et Balsamonis sententia inde firmari possit, quod duo

precum genera in his Basilii canonibus distinguuntur. Aliæ enim sunt fidelium, aliæ substratorum preces. Nam, can. 75, de eo qui cum sua sorore pollutus est decernit, ut postquam tres annos inter flentes traduxerit, postea alio triennio *ad solam auditionem admittatur, ac Scripturis doctrinaque auditis ejiciatur, nec dignus habeatur oratione.* Vide canones 56 et 82. Expelli a precibus idem est in canone 22, ac inter flentes amandari. Si tamen pœnæ raptoribus eædem imponantur ac fornicatoribus, ut fatetur Aristenus, non video cur quatuor anni non eodem modo in utroque peccato disponantur. Nam fornicatores per triennium excluduntur in canone 22 a precibus fidelium, ita ut primo anno inter flentes sint, secundo inter audientes, tertio inter substratos, quarto consistant cum fidelibus.

(95) *Γινόμενον.* Plures codices mss. γενόμενον. Quod autem de vidua statuit hoc loco Basilius, id clarius ipse explanat can. 53.

Digitized by Google

XXXI. Cujus vir discessit, nec comparet, ea antequam de ejus morte certior facta sit, una cum alio habitans mœchatur.

XXXII. Peccatum ad mortem peccantes clerici, de gradu dejiciuntur, a laicorum autem communione non arcentur. *Non enim vindicabis bis in idipsum*[74].

XXXIII. Mulier quæ in via peperit, et fetus sui curam non suscepit, cædis crimini subjiciatur.

XXXIV. Mulieres adulterio pollutas, et ob pietatem confitentes, aut quoquomodo convictas publicari patres nostri noluerunt, ne causam mortis præbeamus convictis; consistere autem illas sine communione jusserunt, donec impleatur tempus pœnitentiæ.

XXXV. In marito ab uxore derelicto consideranda derelictionis causa: ac si eam præter rationem secessisse constiterit, ille quidem dignus venia, hæc vero mulcta. Venia autem ei, ut Ecclesiæ communicet, dabitur.

XXXVI. Militum uxores, quæ maritis suis non comparentibus, nupserunt, rationi eidem subjiciuntur, cui et illæ, quæ ob peregrinationem maritorum, reditum non exspectavere: sed tamen res nonnullam hic veniam admittit, quod major sit mortis suspicio.

XXXVII. Qui aliena sibi ablata uxorem duxit, in prima quidem adulterii crimen sustinebit, in secunda vero reus non agetur.

XXXVIII. Puellæ, quæ præter patris sententiam secutæ sunt, fornicantur: reconciliatis autem parentibus videtur res remedium accipere; non tamen statim in communionem restituuntur, sed triennio punientur.

XXXIX. Quæ vivit cum adultero, adultera est omni tempore.

XL. Quæ præter heri sententiam se viro tradit, fornicata est; quæ vero postea matrimonio libero

A ΛΑ'. Ἡ, ἀναχωρήσαντος (96) τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πεισθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἑτέρῳ συνοικήσασα μοιχᾶται.

ΛΒ'. Οἱ τὴν πρὸς θάνατον (97) ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ κατάγονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. *Οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.*

ΛΓ'. Ἡ γυνὴ, ἡ διὰ τῆς ὁδοῦ κυήσασα, καὶ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος, τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι ὑποκείσθω.

ΛΔ'. Τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας καὶ ἐξαγορευούσας δι' εὐλάβειαν, ἢ ὁπωσοῦν ἐλεγχομένας, δημοσιεύειν οὐκ ἐκέλευσαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἵνα μὴ θανάτου αἰτίαν παράσχωμεν ἐλεγχθείσαις· ἱστασθαι δὲ αὐτὰς ἄνευ κοινωνίας προσέταξαν, μέχρι τὸ B συμπληροῦσθαι τὸν χρόνον τῆς μετανοίας.

ΛΕ'. Ἐπὶ δὲ τοῦ καταλειφθέντος ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς χρὴ σκοπεῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἐγκαταλείψεως· κἂν φανῇ ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος, ἡ δὲ ἐπιτιμίου. Ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ δοθήσεται.

ΛϚ'. Στρατιώτιδες, αἱ τῶν ἀνδρῶν ἀφανῶν ὄντων γαμηθεῖσαι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ὥπερ ἂν καὶ αἱ διὰ τὴν ἀποδημίαν τῶν ἀνδρῶν μὴ ἀναμείνασαι τὴν ἐπάνοδον· πλὴν ἔχει τινὰ συγγνώμην τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς θάνατον εἶναι τὴν ὑπόνοιαν.

ΛΖ'. Μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀλλοτρίαν ὁ γαμήσας, ἐπὶ μὲν τῇ πρώτῃ μοιχείαν ἐγκληθήσεται· ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀνεύθυνος ἔσται.

C ΛΗ'. Αἱ κόραι, αἱ παρὰ γνώμην πατρὸς ἀκολουθήσασαι, πορνεύουσι· διαλλαγέντων δὲ τῶν γονέων, δοκεῖ θεραπείαν λαμβάνειν τὸ γεγονός· οὐκ εὐθὺς δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν ἀποκαθίστανται, ἀλλ' ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη (98).

ΛΘ'. Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα μοιχαλίς ἐστι πάντα τὸν χρόνον (99).

Μ'. Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐκδιδοῦσα (1) ἐπόρνευσεν· ἡ δὲ μετὰ ταῦτα πεπαί-

[74] Nah. I, 9.

(96) *Ἡ ἀναχωρήσαντος.* Synodi in Trullo nonagesimus tertius canon continet hunc canonem cum tricesimo sexto et quadragesimo sexto.

(97) *Τὴν πρὸς θάνατον.* Peccato *ad mortem* sive mortali sæpe veteres eamdem ac nos hodie adjungimus, sæpe aliam notionem subjiciunt. Sic ipse Basilius in cap. IV Isaiæ, n. 137, p. 475, peccata ad mortem vocat, quæ post acceptam cognitionem voluntarie admittuntur, ac ea opponit peccatis ignorantiæ. At in eodem Commentario, n. 166, p. 497, peccata ad mortem vocat quæcunque in infernum deducunt. Quænam ergo ad mortem peccata in hoc canone 32 intelligit? Id perspici potest ex canonibus 69 et 70. Ibi enim clericorum peccatis, quæ non gravissima quidem, sed tamen mortalia erant, et necessario confitenda, leviores pœnas inflixit, quam peccato *ad mortem* in canone 32. Videtur ergo hanc vocem paulo strictius in hoc canone 32 usurpasse, neque omnia peccata, quæcunque a Deo separant, sed graviora tantum designasse. Eodem sensu synodus Eliberitana vetat can. 32 apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, agere pœnitentiam debere, sed potius apud episcopum. Diaconus detectus in crimine mortis ante ordinationem commisso, D pœnitentiæ subjicitur can. 76 ejusdem synodi.

(98) *Ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη.* Zonaras, Balsamon et Aristenus hunc canonem accipiunt non de raptis virginibus, sed de iis quæ præter patris sententiam nubunt. Illis autem communionem post tres annos reddi existimant Balsamon et Zonaras. At Aristenus ait: τριετίαν ὑποπιπτέτω, *triennio substernatur.* Valde dubito an non præter tres annos substrationis alius inter consistentes præscriptus fuerit. Sic enim supra tres annos irrogat raptoribus, quibus tamen canone 22 itidem ut fornicatoribus quatuor annos imposuerat.

(99) *Πάντα τὸν χρόνον.* Sic mss. summo consensu. Sic etiam Zonaras, Balsamon et Alexius Aristenus. Editi pro his vocibus habent παντὶ τρόπῳ.

(1) *Ἐκδιδοῦσα.* Sic mss. quatuor, iique melioris notæ. Editi ἐκδοῦσα. Paulo post legitur in uno codice πεπαῤῥησιασμένη.

Digitized by Google

μησασμένῳ γάμῳ χρησαμένη ἐγήματο. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν πορνεία, τοῦτο δὲ γάμος. Αἱ γὰρ συνθῆκαι τῶν ὑπεξουσίων οὐδὲν ἔχουσι βέβαιον.

ΜΑ'. Ἡ ἐν τῇ χηρείᾳ ἑαυτῆς ἐξουσίαν ἔχουσα ἀνδρὶ συνοικεῖν ἀνέγκλητος, εἰ μηδεὶς ἔστιν ὁ διαστῶν τὸ συνοικέσιον· τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· *Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει, γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ.*

ΜΒ'. Οἱ ἄνευ τῶν κρατούντων γάμοι πορνεῖαί εἰσιν. Οὔτε οὖν πατρὸς ζῶντος, οὔτε δεσπότου, οἱ συνόντες ἀνεύθυνοί εἰσιν· ὡς, ἐὰν (2) ἐπινεύσωσιν οἱ κύριοι τὴν συνοίκησιν, τότε λαμβάνει τὸ τοῦ γάμου βέβαιον.

ΜΓ'. Ὃς θανάτου πληγὴν τῷ πλησίον ἔδωκε, φονεύς ἐστιν· εἴτε ἦρξε τῆς πληγῆς, εἴτε ἠμύνατο.

ΜΔ'. Ἡ διάκονος ἡ τῷ Ἕλληνι συμπορνεύσασα ἐκτή ἐστιν εἰς μετάνοιαν (3), εἰς δὲ τὴν προσφορὰν ἐκθήσεται τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, δηλονότι, ἐν ἁγνείᾳ ζῶσα. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πίστιν Ἕλλην πάλιν τῇ ἱεροσυλίᾳ προσιὼν, ἐπὶ τὸν ἔμετον ὑποστρέφει. Ἡμεῖς δὲ τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένον, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ.

ΜΕ'. Ἐάν τις, τὸ ὄνομα (4) λαβὼν τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἐνυβρίζῃ τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ ἀπὸ τῆς προσηγορίας.

ΜϚ'. Ἡ δὲ τῷ καταλειφθέντι πρὸς καιρὸν (5) παρὰ τῆς γυναικὸς κατὰ ἄγνοιαν γημαμένη, εἶτα ἀφεθεῖσα, διὰ τὸ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν, ἐπόρνευσε μὲν, ἐν ἀγνοίᾳ δέ. Γάμου οὖν οὐκ εἰρχθήσεται. Κάλλιον δὲ, ἐὰν μείνῃ οὕτως.

ΜΖ'. Ἐγκρατῖται (6) καὶ σακκοφόροι, καὶ ἀποτακτῖται τῷ αὐτῷ (7) ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧ καὶ Ναυα-

A **296** usa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio est: hoc vero matrimonium. Nam pacta eorum, qui sunt in alterius potestate, nihil habent firmi.

XLI. Quæ in viduitate habet sui potestatem, una cum viro habitare potest sine reprehensione, si nemo est qui conjugium divellat, cum Apostolus dicat: *Si mortuus sit maritus, libera est ut nubat cui velit; tantum in Domino* [75].

XLII. Matrimonia sine iis qui potestatem habent, fornicationes sunt. Neque ergo vivente patre, neque hero, qui conveniunt extra reprehensionem sunt, quemadmodum si annuant cohabitationi, quos penes hujus rei est arbitrium, tunc firmitatem conjugii accipit cohabitatio.

XLIII. Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida, sive percutere incepit, sive ultus est.

B

XLIV. Diaconissa quæ cum Græco fornicata est, ad pœnitentiam admittenda est: ad oblationem vero admittetur anno septimo, si videlicet in castitate vitam agat. Græcus autem qui post fidem receptam rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum revertitur. Nos porro diaconissæ corpus, utpote consecratum, non amplius permittimus in usu esse carnali.

XLV. Si quis, accepto nomine Christianismi, Christum contumelia afficit, nihil ei prodest appellatio.

XLVI. Quæ viro ad tempus ab uxore derelicto insciens nupsit, ac deinde dimissa est, quod prior ad ipsum reversa sit, fornicata quidem est, sed imprudens. A matrimonio ergo non arcebitur, sed melius est si sic permaneat.

C

XLVII. Encratitæ, et Saccophori et Apotactitæ non subjiciuntur eidem rationi, cui et Novatiani,

[75] I Cor. VII, 39.

(2) *Ὡς ἐάν.* Codex Regius 3027 ὥστε ἐάν. Legitur in Pandectis ἕως ἄν.

(3) *Εἰς μετάνοιαν.* Hanc scripturam eruimus ex codice Regio 3027 antiquo et in membranis scripto. Eam confirmat Alexius Aristenus, qui Basilii voces hoc verbo commutat, ὑποπιπτέτω, *sit inter substratos*. Legitur in omnibus aliis codicibus mss. δεκτή ἐστιν εἰς τὴν κοινωνίαν, *recipienda est in communionem*. Sic habent Balsamon et Zonaras qui laxam diaconissam ad communionem precum admitti existimant, eique, itidem ut clericis lapsis, non aliam quam depositionis pœnam imponi. Legitur in editionibus S. Basilii οὐ δεκτή ἐστιν, etc., *non recipienda in communionem*. Scriptura quam sequimur, præter auctoritatem codicis ms. et Aristeni, nititur etiam manifesto argumento. Nam communio apud Basilium non idem valet ac precum communio; et cum Basilius lapsæ diaconissæ Eucharistiam non concedat nisi anno septimo, quomodo videri possit eadem in illam indulgentia uti ac in clericos, quibus nihil pœnarum imponit, præter depositionem? Melius multo Alexius Aristenus duplicem pœnam huic diaconissæ irrogari observat, depositionem et pœnitentiam.

(4) *Ἐάν τις τὸ ὄνομα.* Satis apposite ad hanc sententiam Basilius in Commentario *in Isaiam* pag. 425, n. 64: *Nemo se ipse seducat*, inquit, *inanibus his verbis: tametsi peccator sum, at certe sum Christianus: non igitur incidam in gehennam, ubi idololatræ. Ipsum Christiani nomen erit mihi adjumento, etiamsi præcepta Christi violaverim.* Vide Reg. 7 Moral., pag. 240.

(5) *Πρὸς καιρόν.* Hic canon inter Trullanos est nonagesimus tertius. Diligenter autem observandum est illud, *ad tempus*. Nam si penitus ille vir dimissus et repudiatus fuisset ab uxore, mulierem illam non condemnasset S. Pater. Sic enim statuit can. 9. Sed cum matrimonium minime dissolutum censeret, quia prima uxor ad tempus tantum discesserat; secundam uxorem in fornicationis peccatum inscientem et imprudentem incidisse pronuntiat. In hac interpretatione consentiunt Balsamon, Zonaras et Aristenus.

(6) *Ἐγκρατῖται*, etc. Quemadmodum has sectas Basilius hoc loco Marcionitis, veluti quoddam germen, ascribit, ita a Theodosio Manichæis ascribuntur, *Cod. Theod.* tom. VI, p. 121. Cum enim duo principia admitterent impiæ illæ sectæ, itidem ut Marcionitæ et Manichæi, minime mirum si nunc ad illos referuntur. Saccophori in cod. Theodosiano vocantur etiam Hydroparastatæ.

(7) *Τῷ αὐτῷ.* Sanando hujus loci vulneri nec codices mss. conducunt, nec Balsamon, Zonaras et Aristenus. Quinetiam Basilium adeo lippis oculis legerunt Zonaras et Aristenus, ut Novatianos in hoc canone *Marcionistarum germen* appellari vu-

Digitized by Google

quia de illis editus canon, etsi varius; quæ autem ad istos pertinent, silentio sunt prætermissa. Nos autem una ratione tales rebaptizamus. Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio, sicut et apud Romanos, œconomiæ **297** alicujus gratia, nostra tamen ratio vim obtineat. Quoniam enim veluti germen Marcionitarum est eorum hæresis, ut qui nuptias abhorreant, et vinum aversentur, ac dicant Dei creaturam inquinatam esse, idcirco ipsos in Ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptisma fuerint baptizati. Etenim ne dicant: *In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizati sumus;* qui videlicet Deum esse malorum effectorem existimant, exemplo Marcionis et reliquarum hæresum. Quamobrem, si hoc placuerit, oportet episcopos plures in unum convenire, et ita demum canonem edere, ut et is qui agit, periculo careat, et qui respondet, in dando ejusmodi quæstionibus responso auctoritatem habeat.

XLVIII. Quæ a marito relicta est, mea quidem sententia, manere debet. Si enim Dominus dixit, *Si quis relinquat uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*[76]; ex eo quod eam adulteram vocet, præclusit ei conjunctionem cum alio. Quomodo enim possit vir quidem esse reus, ut adulterii causa, mulier vero inculpata, quæ adultera a Domino ob conjunctionem cum alio appellata est?

XLIX. Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare etiam serva, si vis ei a proprio hero illata sit, libera est a culpa.

L. Trigamiæ lex non est. Quare lege matrimonium tertium non contrahitur. Ac talia quidem, ut Ecclesiæ inquinamenta, habemus. Sed condemnationibus publicis non subjicimus ut soluta fornicatione magis eligenda.

[76] Matth. v, 32.

A τιανοὶ, ὅτι περὶ μὲν ἐκείνων κανὼν ἐξεφωνήθη, καὶ διάφορος· τὰ δὲ κατὰ τούτους ἀποσεσώπηται. Ἡμεῖς μέντοι ἐνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν (8) τοὺς τοιούτους. Εἰ δὲ παρ' ὑμῖν ἀπηγόρευται τὸ τοῦ ἀναβαπτισμοῦ, ὥσπερ οὖν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, οἰκονομίας τινὸς ἕνεκα· ἀλλ' ὁ ἡμέτερος λόγος ἰσχὺν ἐχέτω. Ὅτι ἐπειδὴ, ὥσπερ Μαρκιωνιστῶν ἐστιν ἀπόβλαστημα ἡ κατ' αὐτοὺς αἵρεσις, βδελυσσομένων τὸν γάμον, καὶ ἀποστρεφομένων τὸν οἶνον, καὶ τὴν κτίσιν τοῦ Θεοῦ μεμιασμένην εἶναι λεγόντων, οὐ δεχόμεθα αὐτοὺς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ἡμέτερον βάπτισμα. Μὴ γὰρ λεγέτωσαν ὅτι *Εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν*, οἵ γε, κακῶν ποιητὴν ὑποτιθέμενοι τὸν Θεὸν, ἐφαμίλλως τῷ Μαρκίωνι καὶ ταῖς λοιπαῖς αἱ-
B ρέσεσιν. Ὥστε, ἐὰν ἀρέσῃ τοῦτο, δεῖ πλείονας ἐπισκόπους ἐν ταυτῷ γενέσθαι, καὶ οὕτως ἐκθέσθαι τὸν κανόνα, ἵνα καὶ τῷ ποιήσαντι τὸ ἀκίνδυνον ᾖ, καὶ ὁ ἀποκρινόμενος τὸ ἀξιόπιστον ἔχῃ ἐν τῇ περὶ τῶν τοιούτων ἀποκρίσει.

ΜΗ'. Ἡ δὲ ἐγκαταλειφθεῖσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, μένειν (9) ὀφείλει. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος εἶπεν, ὅτι *Ἐάν τις καταλίπῃ γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι*· ἐκ τοῦ μοιχαλίδα αὐτὴν ὀνομάσαι, ἀπέκλεισεν αὐτὴν τῆς πρὸς ἕτερον κοινωνίας. Πῶς γὰρ δύναται ὁ μὲν ἀνὴρ ὑπεύθυνος εἶναι, ὡς μοιχείας αἴτιος, ἡ δὲ γυνὴ ἀνέγκλητος εἶναι, ἡ μοιχαλὶς παρὰ τοῦ Κυρίου δεῖξα τὴν ποὸς ἕτεοον ἅνδοα κοινωνίαν προσαγορευθεῖσα,

C ΜΘ'. Αἱ πρὸς ἀνάγκην (10) γενόμεναι φθοραὶ ἀνεύθυνοι ἔστωσαν. Ὥστε καὶ ἡ δούλη, εἰ βιάσθη παρὰ τοῦ οἰκείου δεσπότου, ἀνεύθυνός ἐστιν.

Ν'. Τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν. Ὥστε νόμῳ γάμος τρίτος οὐκ ἄγεται. Τὰ μέντοι τοιαῦτα ὡς βυπάσματα τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶμεν· δημοσίαις δὲ κατα-δίκαις (11) οὐχ ὑποβάλλομεν, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετώτερα.

tent. Luce clarius est legendum esse οὐ τῷ αὐτῷ, id quod in interpretando sum secutus. Vulgata lectio ferri non potest. Quomodo enim dicere potuisset Basilius Encratitas, Saccophoros et Apotactitas eidem subjici rationi, cui et Novatianos, quia magnum inter utrosque discrimen, ac de Novatianis canon editus fuit licet varius, de aliis vero nequaquam? Confirmatur hæc emendandi ratio ex canone primo, ubi Basilius Novatianorum baptisma ratum habet, *quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est, pluribus consulendi causa suscipiendum esse:* rejicit vero Encratitarum, *quoniam nihil de illis aperte dictum est.* Improbabile ergo prorsus est, quibus causis adductus fuit Basilius in canone primo, ut baptisma Novatianorum ratum haberet, Encratitarum autem rejiceret, iisdem illum adduci in canone 47, ut utrumque baptisma rejiciat.

(8) *Ἀναβαπτίζομεν.* Dicebat S. Cyprianus hæreticos non rebaptizari, sed baptizari, epist. 71 et 73. Unde Adelphius a Thasvalte in concilio Carthaginensi: *Sine causa quidam,* inquit, *falso et invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando Ecclesia hæreticos non rebaptizet, sed baptizet,* p. 334 novæ edit. Cum Basilio consentit canon 19 Nicænus, in quo statuitur eos qui ex Paulianis ad Ecclesiam catholicam confugiunt, rebaptizari debere.

(9) *Μένειν.* Editi ἄγαμος μένειν, sed prima vox in nullo reperitur ms. codice, nec necessaria est.

(10) *Πρὸς ἀνάγκην.* Zonaras stupro per vim illato sic veniam concedi existimat, ut diaconissa, si hanc contumeliam passa sit, deponatur. Probat opinionem suam ex canone 28 Basilii et ex primo Ancyrano. Sed tamen magnum videtur esse discrimen inter diaconissam, quæ nullum prorsus peccato consensum præbuit, et presbyterum qui illegitimis nuptiis imprudens implicatus est, ut in canone 28 Basilii legitur; aut sacrificavit, et postea reluctatus est, ut refertur in canone primo Ancyrano.

(11) *Καταδίκαις.* Mirari subit cur id Basilius publice condemnari neget, quod in can. 4 ab Eucharistia quinquennium excludi decernit. Sed observandum est trigamos, etsi annis quinque ab Eucharistia removerentur, non tamen in flentium aut substratorum locum, velut in graviori peccato, amandatos fuisse. Erant enim hi duo ordines ad pœnitentiæ notam maxime insignes, ita ut sub-

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Σ'.

EPISTOLA CC*.

Basilius morbis et negotiis detentus nihil Amphilochio per totam hiemem scripserat, sed oblata occasione scribit per Meletium : hortatur ut sibi solutionem e corpore precetur, et Ecclesiæ suæ, sive se vivo, sive ad Dominum translato, curam suscipiat. Meletium et Melitium ei commendat, eumque invitat ad memoriam S. Eupsychii.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, Iconii episcopo.

A

Ἡμᾶς ἀῤῥωστίαι ἐξ ἀῤῥωστιῶν τε διαδέχονται, καὶ ἀσχολίαι ἐκκλησιαστικῶν τε ὁμοῦ πραγμάτων καὶ τῶν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπηρεαζόντων (12), συνέσχον καὶ πάντα τὸν χειμῶνα, καὶ τὸν μέχρι ταύτης τῆς ἐπιστολῆς χρόνον. Διὸ οὔτε ἀποστεῖλαί τινα, οὔτε ἐπισκέψασθαι (13) τὴν εὐλάβειάν σου δυνατὸν ἡμῖν ἐγένετο. Εἰκάζομεν δὲ καὶ τὰ σὰ τοιαῦτα ἕτερα εἶναι· οὐ κατὰ τὴν ἀῤῥωστίαν λέγω, μὴ γένοιτο· παράσχοι γὰρ ὁ Κύριος ὑγείαν τῷ σώματί σου διαρκῆ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ἀλλ' ὅτι ἡ μέριμνα τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ σοὶ τὸν αὐτὸν ἐμβάλλει περισπασμόν. Καὶ νῦν ἐμελλόν τινα ἀποστέλλειν αὐτοῦ τούτου ἕνεκεν, ὥστε γνωρίσαι ἡμῖν τὰ περὶ τῆς διαθέσεώς σου. Ἐπεὶ δὲ ὁ ποθεινότατος υἱὸς Μελέτιος, παραγέμπων τοὺς νεολέκτους, ὑπέμνησεν ἡμᾶς, ὅτι εἴη σε δι' αὐτοῦ προσειπεῖν, ἐδεξάμεθα τὴν ὑπόθεσιν τῶν γραμμάτων ἄσμενοι, καὶ τῷ διακόνῳ (14) τῶν ἐπιστολῶν ἐπεδράμομεν, ἀνδρὶ ἐξαρκοῦντι καὶ ἀντ' ἐπιστολῆς εἶναι, διά τε τὸ τοῦ τρόπου φιλάληθες, καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς. Δι' οὗ παρακαλοῦμεν τὴν εὐλάβειάν σου προηγουμένως εὔχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα δῷ Κύριος ἐμοὶ μὲν ἀπαλλαγὴν τοῦ χρεωκοποῦ τούτου σώματος, ταῖς δὲ Ἐκκλησίαις αὐτοῦ τὴν εἰρήνην, σοὶ δὲ ἡσυχίαν καὶ ἄδειαν τοῦ, ἐπειδὰν καιρὸς (15) τὰ κατὰ τὴν Λυκαονίαν ἀποστολικῶς, ὡς ἐνήρξω, ἐπισκέπτεσθαι καὶ τὰ ὧδε, κἂν τε ἐνδημῶμεν τῇ σαρκὶ, κἂν ἀποδημῆσαι ἤδη πρὸς τὸν Κύριον ἐπιταχθῶμεν, ἵνα αὐτὸς, ὡς ἰδίων, ὅπερ οὖν· καὶ ἔστιν, ἀντέχῃ τῶν καθ' ἡμᾶς τόπων, καὶ στηρίζῃς μὲν τὰ σαθρὰ, ἐπεγείρῃς δὲ τὰ νωθρὰ, πάντα δὲ τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος, τοῦ ὄντος ἐν σοὶ, μεταχοσμήσῃς πρὸς τὸ εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Τοὺς δὲ τιμιωτάτους υἱοὺς ἡμῶν Μελέτιον καὶ Μελίτιον (16), οὓς πρόσθεν οἶδας καὶ ἑαυτοῦ κρίνεις, ἔχε ἐν παρακαταθήκῃ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν. Αὔταρκες γὰρ

Morbi me ex morbis excipiunt, et occupationes tum ex negotiis ecclesiasticis ortæ, tum ab iis qui Ecclesiis nocent, exhibitæ, per totam hiemem et usque ad hujus epistolæ tempus detinuerunt. Quare nec quemquam mittere, nec pietatem tuam invisere, integrum nobis fuit. Conjicio autem et reliquas tuas res similiter se habere ; non quoad valetudinem dico, absit ; det enim Dominus sanitatem corpori tuo continuam ad exsequenda ipsius **298** mandata : sed quod sollicitudo Ecclesiarum te quoque simili modo districtum teneat. Et nunc eram aliquem missurus hac ipsa de causa, ut de rerum tuarum statu certior fierem. At ubi desideratissimus filius Meletius, qui milites recens collectos deducit, B copiam esse indicavit, ut te ipsius opera salutarem, libenter amplexus sum scribendi occasionem, et ad ministrum litterarum accurri, virum qui possit etiam epistolæ esse loco, tum propter animum veri amantem, tum quod nihil rerum nostrarum ignoret. Per hunc tuam pietatem adhortamur, in primis ut pro me preceris, ut concedat Dominus mihi quidem solutionem ex hoc importuno corpore, suis autem Ecclesiis pacem, tibi vero quietem et facultatem, postquam more apostolico, ut cœpisti, res Lycaoniæ composueris, etiam huc nostra invisendi, sive in carne versemur, sive jam ad Dominum migrare jussi fuerimus, ut ipse tanquam tuarum, quod sane verum est, curam suscipias nostrarum regionum : ac infirma constabilias, languida excites, et omnia Spiritus, qui in te est, gratia in id quod C Domino placitum fuerit, transmutes. Cæterum valde honorandos filios nostros Meletium et Melitium, quos jamdudum nosti, quosque tuos esse judicas, commendatos habe, ac pro ipsis precare. Hoc enim ipsis satis erit ad omnem securitatem. Quare et

stratorum locus proprie vocetur *pœnitentia* can. 22, ubi Basilius jubet raptores primo anno *flere*, secundo *ad auditionem admitti*, tertio *ad pœnitentiam*. At obscurior erat inter consistentes pœnitentia ; mulierum adulterarum vita in periculum non veniebat, si in hoc ordine pœnitentiam agerent : nec usura et alia ejusmodi peccata, quæ inter consistentes expiata fuerant, aditum ad sacerdotium, Basilii judicio, præcludebant. Non immerito ergo Basilius publice trigamos condemnari negat, quos can. 4 non inter flentes aut substratos rejecerat, sed duobus aut tribus annis audire, ac postea jusserat consistere. Vide canonem 80, ubi de trigamis longe severius statuit. Balsamon et Zonaras trigamiam publice non condemnari idem esse putant ac non dissolvi ; sed veriorem, mea quidem sententia, Aristenus hanc causam affert, quod cum flentibus non collocarentur.

(10) *Ἀεί τι λαλεῖν*. Coisl. primus, Harl. et Paris. *ἀεί*, τὸ λαλεῖν, *hoc exercitationis artisque loco semper habueris, loqui* etc., id est, dicendi arti semper studueris. Quamvis hæc scriptura non omnino displiceat, potior tamen videtur vulgata, et magis

* Alias CCLXXXI. Scripta anno 375.

Digitized by Google

videtur Neocæsarea tui erga me silentii esse causa. Ac in beneficii quidem loco videmur accipere, quod qui illic sunt nostri non meminerint : siquidem non honorifica, ut referunt qui audierunt, de nobis mentio. Sed tu olim eras ex iis qui nostra causa odio habebantur, non ex iis qui me propter alios odisse velint. Itaque idem sis ; et scribens ubicunque fueris, et nostri, ut par est, memor, si qua tibi æquitatis cura. Æquum est enim his, qui priores amarunt, parem amorem rependere.

A λόγων. Ἀλλ' ἔοικεν ἡ Νεοκαισάρεια αἰτία εἶναι σι τῆς πρὸς ἡμᾶς σιωπῆς. Καὶ ἐοίκαμεν ἀντὶ χάριτος δέχεσθαι τὸ μὴ μνημονεύεσθαι παρὰ τοῖς αὐτοῦ (11)· ἐπειδὴ ἡμῖν ἡ μνήμη οὐκ ἀγαθή ἐστιν, ὡς ὁ τῶν ἀκουόντων λόγος. Ἀλλὰ σὺ πάλαι τῶν μισουμένων ἦσθα δι' ἡμᾶς, οὐ τῶν δι' ἑτέρους (12) ἡμᾶς μισεῖν ἀνεχομένων. Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἔσο, καὶ ἐπιστέλλων οὗπερ ἂν ᾖς, καὶ μεμνημένος ἡμῶν τὰ εἰκότα, εἴ τι σοι μέλει τοῦ δικαίου. Δίκαιον δήπου τῆς ἀγάπης τοῖς ἴσοις ἀμείβεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας.

313 EPISTOLA CCIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΘ'.

Gratias agit Basilius amico pro se prælia sustinenti ; hortatur ut litterarum paucitatem incusare et talia debita pergat exigere.

Sine inscriptione defensionis causa.

Sortito tibi obtigit, ut mecum molestias partireris et prælia pro me sustineres. Id autem fortis animi demonstrationem habet. Nam qui nostra moderatur Deus, his qui magna ferre possunt certamina, majores probandæ virtutis occasiones præstat. Et tu ergo ad explorationem tuæ in amicitia virtutis, veluti fornacem auro, tuam ipsius vitam proposuisti. Precamur igitur Deum, ut et cæteri meliores fiant, et tu similis tui ipse permaneas ; nec talia desinas incusare, qualia nunc incusas, litterarum paucitatem instar maximæ injuriæ nobis objiciens. Est enim amici accusatio, ac persta in talibus exigendis debitis : non enim adeo absurdus quidam sum amicitiæ debitor.

B Ἀνεπίγραφος ἐπὶ ἀπολογίᾳ.

Συνεκληρώθης ταῖς λύπαις καὶ τοῖς ὑπὲρ ἡμῶν ἀγῶσι. Τοῦτο δὲ ἀπόδειξιν ἔχει νεανικῆς ψυχῆς. Ὁ γὰρ τὰ ἡμέτερα οἰκονομῶν Θεὸς τοῖς τὰ μεγάλα διαφέρειν δυναμένοις ἀγωνίσματα μείζονας ὑποθέσεις εὐδοκιμήσεων προξενεῖ. Καὶ σὺ τοίνυν βάσανον τῆς περὶ τοὺς φίλους ἀρετῆς (13), ὥσπερ τὴν κάμινον τῷ χρυσίῳ, τὸν σαυτοῦ βίον προέθηκας. Εὐχόμεθα οὖν τῷ Θεῷ καὶ τοὺς λοιποὺς βελτίους γενέσθαι, καὶ σὲ ὅμοιον ἑαυτῷ διαμεῖναι· καὶ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλοῦντα μὴ παύσασθαι, οἷα νῦν ἐνεκάλεσας, τὴν τῶν γραμμάτων ἔνδειαν ἀντὶ μεγίστης ἀδικίας ἡμῖν προφέρων. Φίλου γὰρ τὸ ἔγκλημα, καὶ ἀνάμενε τῷ τὰ τοιαῦτα (14) ἀπαιτεῖν ὀφλήματα. Οὐ γὰρ οὕτω τις ἄτοπός εἰμι φιλίας χρήστης (15).

EPISTOLA CCX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙ'.

Cum Basilio prope Neocæsaream adveniente ortus fuisset tumultus in civitate, ac alii fugerent, alii somniis fictis terrorem spargerent ; Basilius causam exponit cur ad hæc loca venerit. Causam tumultus rejicit in ducum invidiam et consilium inducendæ hæresis Sabellianæ. Hanc hæresim refellit Basilius, ac promittit se molestum non fore, si errorem negent : sed si perstent in errore, ad alias Ecclesias scripturum. Locum Gregorii explicat, quo isti in epistola ad Anthimum abusi fuerant. Ipsum etiam Meletium, misso aliquo scripto, periclitati fuerant. Neocæsarienses monet ne falsis somniis decipiantur, quæ etiamsi essent Evangelio consentanea, quia tamen charitatem lædunt, iis prorsus supersedendum esset.

Ad primores Neocæsareæ.

1. Plane nihil opus erat, ut meum vobis enuntiarem consilium, aut quibus nunc de causis in his sim locis, exponerem. Nam alioqui, neque unus sum ex iis qui publico gaudent, neque res tot testibus digna est. Sed opinor, non quæ volumus facimus, sed ea ad quæ nos provocant vestri duces. Mihi enim omnino ignorari magis studio fuit, quam gloriæ cupidis in luce versari. Sed quia omnium, ut audio, qui in vestra civitate sunt, aures circumsonuerunt, et quidam verborum artifices et mendacii architecti, ad hoc ipsum mercede conducti, res meas vobis enarrant ; faciendum minime duxi, ut

C Τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν λογιωτάτοις (16).

1. Ὅλως μὲν οὐδὲν ἐδεόμην τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην δημοσιεύειν ὑμῖν, οὐδὲ τὰς αἰτίας λέγειν, δι' ἃς νῦν ἐγὼ ἐπὶ τῶν τόπων εἰμὶ τούτων· καὶ γὰρ οὐδὲ ἄλλως τῶν φανητιώντων ἐγώ, οὐδὲ τὸ πρᾶγμα τοσούτων μαρτύρων ἄξιον· ἀλλ' οἶμαι, οὐχ ἃ βουλόμεθα ποιοῦμεν, ἀλλ' ἐφ' ἃ προκαλοῦνται ἡμᾶς οἱ καθηγούμενοι. Ἐπεὶ ἔμοιγε τὸ παντελῶς ἀγνοεῖσθαι πλέον ἐσπούδασται ἢ τοῖς φιλοδόξοις τὸ διαφαίνεσθαι. Ἐπεὶ δὲ πάντων, ὡς ἀκούω (17), τῶν κατὰ τὴν ὑμετέραν πόλιν τὰ ὦτα διατεθρύλληται, καὶ εἰσί τινες λογοποιοί, δημιουργοὶ τοῦ ψεύδους, πρὸς αὐτὸ τοῦτο μεμισθωμένοι, οἱ τὰ ἐμὰ ὑμῖν ἐξηγοῦν-

* Alias CCXXVII. Scripta anno 375.
** Alias LXIV. Scripta anno 375.

magis consentanea loquacitati, quam non sine lepore Basilius objicit Eulancio. Similiter in epist. 20 linguam sophistæ negat silere unquam posse.

(11) *Τὸ μὴ .... παρὰ τοῖς αὐτοῦ*, Sic ope utriusque Coisl. emendavimus quod erat in editis τὸ μνημονεύεσθαι παρὰ τοῦ αὐτοῦ. Paulo post editi ἀγαθὴ ὁμοίως ἐστὶν ὥσπερ. Sex mss. ut in textu.

(12) *Δι' ἑτέρους*. Ita sex mss. Editi τῶν ἑτέρων. Paulo post mss. septem ἔσο. Editi ἔσῃ.

(13) *Τῆς... ἀρετῆς*. Codex Vaticanus τὴν ἀρετήν.

(14) *Τῷ τὰ τοιαῦτα*. Prima vocula, quam ei Coisl. secundo et Reg. secundo erūimus, deerat in editis. Coisl. primus τὸ τὰ τοιαῦτα.

(15) *Χρήστης*. Ita Coisl. uterque, Vat. et Reg. secundus. Vox illa in Medicæo codice corrupta. Editi χρεώστης, quod idem sonat.

(16) *Τοῖς... λογιωτάτοις*. Harl., Coisl. primus et unus ex Regiis πρὸς τοὺς... λογιωτάτους. Duo alii τοῖς αὐτοῖς.

(17) *Ὡς ἀκούω*. Ita novem mss. Editi ὧν ἀκούω.

Digitized by Google

σαι· οὐκ ἠξίουν δεῖν περιιδεῖν ὑμᾶς γνώμῃ πονηρᾷ καὶ φωνῇ ῥυπώσῃ διδασκομένους, ἀλλ' αὐτὸς εἰπεῖν τὰ ἐμαυτοῦ ὅπως ἔχει. Ἐγὼ καὶ διὰ τὴν ἐκ παιδὸς μοι πρὸς τὸ χωρίον τοῦτο συνήθειαν (ἐνταῦθα γὰρ ἐτράφην παρὰ τῇ ἐμαυτοῦ τίτθῃ [18]), καὶ διὰ τὴν μετὰ ταῦτα ἐπὶ πλεῖστον διατριβήν, ὅτε φεύγων τοὺς πολιτικοὺς θορύβους, ἐπιτήδειον ἐμφιλοσοφῆσαι διὰ τὴν ἐκ τῆς ἐρημίας ἡσυχίαν τὸ χωρίον τοῦτο κατεμαθών, πολλῶν ἐτῶν ἐφεξῆς ἐνδιέτριψα χρόνων. καὶ διὰ τὴν νῦν τῶν ἀδελφῶν ἐνοίκησιν, βραχείας ἀναπνοῆς ἐκ τῶν κατεχουσῶν ἡμᾶς ἀσχολιῶν ἐπιτυχών, ἄσμενος ἦλθον ἐπὶ τὴν ἐσχατιὰν ταύτην· οὐχ ὡς ἑτέροις ἐντεῦθεν πράγματα παρέξων, ἀλλ' ὡς αὐτὸς τὴν ἐμαυτοῦ θεραπεύσων (19) ἐπιθυμίαν.

2. Τί οὖν χρὴ πρὸς ὀνείρους καταφεύγειν, καὶ ὀνειροσκόπους μισθοῦσθαι, καὶ ἐν ταῖς πανδήμοις ἑστιάσεσιν ἡμᾶς ποιεῖσθαι παροίνιον διήγημα; Ἐγὼ γάρ, εἰ καὶ παρ' ἄλλοις τισὶν ἦσαν αἱ διαβολαί, ὑμᾶς ἂν τῆς ἐμαυτοῦ γνώμης μάρτυρας παρεστησάμην. Καὶ νῦν ἀξιῶ αὐτῶν ἕκαστον τῶν παλαιῶν ἐκείνων ἀναμνησθῆναι, ὅτε ἐκάλει μὲν ἡμᾶς ἡ πόλις ἐπὶ τὴν τῶν νέων ἐπιμέλειαν, πρεσβεία δὲ παρῆν τῶν παρ' ὑμῖν ἀνδρῶν οἱ ἐν τέλει· μετὰ δὲ ταῦτα, ὅπως πανδημεὶ πάντες περιχυθέντες ἡμᾶς, τί μὲν οὐχὶ δώσοντες; τί δὲ οὐχ ὑπισχνούμενοι; ὅμως κατασχεῖν ἡμᾶς οὐκ ἠδυνήθησαν. Πῶς οὖν ὁ τότε καλούμενος οὐχ ὑπακούων, νῦν ἐπεχείρουν ἄκλητος εἰσωθίζεσθαι (20); πῶς δὲ ὁ τοὺς ἐπαινοῦντάς με καὶ θαυμάζοντας ἀποφεύγων, ἐμελλον ἂν νῦν διώκειν τοὺς διαβάλλοντας; Μὴ οἰηθῆτε, ὦ ἄριστοι· οὐχ οὕτως εὔωνα (21) τὰ ἡμέτερα. Οὔτε γὰρ ἄν τις ἀκυβερνήτου πλοίου σωφρονῶν ἐπιβαίη, οὔτε Ἐκκλησίᾳ παραβάλοι, ἢ τὸν κλύδωνα καὶ τὴν ζάλην αὐτοὶ οἱ ἐπὶ τῶν οἰάκων καθεζόμενοι ἐμποιοῦσι. Πόθεν γὰρ γέγονε θορύβου πλήρης ἡ πόλις, ὅτε οἱ μὲν ἔφευγον, οὐδενὸς διώκοντος, οἱ δὲ ὑπεξῆσαν (22), οὐδενὸς ἐπόντος· χρησμολόγοι δὲ καὶ ὀνειροσκόποι πάντες (23) ἐμορμολύττοντο; πόθεν ἄλλοθεν ταῦτα; Ἢ οὐχὶ καὶ παιδὶ γνώριμον, ὅτι ἐκ τῶν ἡγουμένων τοῦ πλήθους; ὧν τὰς αἰτίας τῆς ἔχθρας ἐμοὶ μὲν οὐκ εὐπρεπὲς λέγειν, ὑμῖν δὲ συνορᾷν καὶ πάνυ ῥᾴδιον. Ὅταν γὰρ ἡ μὲν πικρία καὶ ἡ διάστασις μηδεμίαν ἔχοι (24) ὑπερβολὴν εἰς χαλεπότητα, ἡ δὲ τῆς αἰτίας ἐξήγησις ἀνυπόστατος παντελῶς καὶ καταγέλαστος ᾖ, δῆλόν ἐστι τῆς ψυχῆς τὸ ἀῤῥώστημα, ἀλλοτρίοις μὲν ἀγαθοῖς ἐπισυμβαῖνον, οἰκεῖον δὲ καὶ πρῶτον (25) κακὸν ὑπάρχον τῷ κεκτημένῳ. Οἷς καὶ ἄλλο ᾗ τι χάριεν πρόσεστιν. Ἀμυσσόμενοι γὰρ ἐν τῷ βάθει καὶ ὀδυνώμενοι, ἐκλαλῆσαι τὴν συμφοράν

A vos parvi penderem malo animo sordidaque voce edoceri, sed ut mea ipse eloquerer, quomodo se habeant. Equidem et quia huic loco assuetus sum a puero (hic enim apud aviam meam educatus sum), et quia ibi postea perdiu sum commoratus, cum civiles tumultus fugiens, in hoc loco, quem ad philosophandum ob solitudinis quietum idoneum esse cognoveram, annos plures continuos consumpsi; et quia fratres nunc ibi habitant, brevem a negotiis quibus detineor, respirationem nactus, lubens ad hanc solitudinem accessi; non ut inde aliis negotia **314** exhiberem, sed ut meo ipse morem gererem desiderio.

B 2. Quid igitur opus est ad somnia confugere, et somniorum speculatores conducere, et nos in publicis conviviis inter pocula fabulam facere? Ego enim si apud alios calumniis peterer, vos meæ sententiæ testes citassem. Et nunc unumquemque vestrum rogo, ut vetera illa in memoriam revocetis, cum nos civitas ad curam juvenum suscipiendam vocaret, ac legatio adesset optimatum: quomodo etiam postea omnes passim nos circumsteterint, quid non dantes? quid non pollicentes? nec tamen detinere nos potuerint. Quomodo igitur qui tunc vocatus morem non gessi, nunc me intrudere aggrederer invocatus? quomodo qui laudantes me atque admirantes fugiebam, nunc calumniantes persequerer? Hoc in animum ne inducatis, o optimi;
C non ita viles sunt res nostræ. Neque enim quisquam, si sapiat, navigium gubernatore destitutum conscendet, neque ad Ecclesiam accedet, in qua tempestatem ac procellam illi ipsi, qui ad clavum sedent, excitant. Unde enim exstitit tumultu plena civitas, cum fugerent alii, nemine persequente, alii clanculum egrederentur, nemine invadente, arioli vero et somniorum interpretes omnes terrorem spargerent? ex qua alia hæc causa? Nonne vel puero compertum ex populi ducibus esse? quorum inimicitiæ causas mihi quidem non decorum dicere, vobis vero intelligere omnino facile est. Quando enim acerbitas et discordia ad extremum sævitiæ cumulum perducuntur, causæ autem expositio inanis prorsus est et ridicula, manifestus est animi
D morbus, alienis quidem bonis superveniens, sed domesticum ac primum malum ægrotantis. Inest etiam illis aliud lepidum. Dum enim dilacerantur intus, et cruciantur, calamitatem prodere per pudorem non licet. Atque hæc eorum animi labes non

(18) *Τίτθῃ*. Coisl. primus et unus ex Regiis τήθῃ, quod idem prorsus significat. Hic autem perspicuum est non nutricem a Basilio designari, sed aviam Macrinam, a qua se educatum fuisse supra dicebat in epist. 204.

(19) *Θεραπεύσων*. Nonnulli codices mss. θεραπεύων.

(20) *Εἰσωθίζεσθαι*. Sic mss. octo, pro eo quod erat in editis εἰσοικίζεσθαι. Paulo ante editi καὶ οὐχ ὑπακούων. Deest illud καί in codicibus Harl., Med. et tribus aliis et editione Haganoensi.

(21) *Εὔωνα*. Harl. et unus ex Regiis ἑώλα. Paulo post editi παραβάλοι. Sex mss. ut in textu.

(22) *Ὑπεξῆεσαν*. Harl. et Med. cum uno ex Regiis ἐπεξῆεσαν.

(23) *Πάντες*. Editi πάντας, *neminem non terrerent*, excepta tamen editione Haganoensi et Basileensi prima. Lectio hæc satis communis videtur, sed nullo prorsus nititur codice ms.

(24) *Ἔχοι*. Ita Harl., Med., Coisl. primus, et unus ex Regiis. Tres alii ἔχῃ. Editi ἔχει.

(25) *Πρῶτον*. Ita octo mss. Editi πρώτως. Paulo post editi καὶ ἄλλο τι. Iidem mss. ut in textu.

Digitized by Google

ex iis solum, quæ adversum nos acta sunt, sed ex reliqua etiam vita perspicitur. Quod si etiam ignota esset, non magnum rebus accederet detrimentum. Certissimam autem causam, cur congressum nostrum fugiendum censeant, ignotam fortasse pluribus vestrum, ego docebo. Audite igitur.

A ὑπὸ τῆς αἰσχύνης οὐκ ἐπιτρέπονται. Τοῦτο μὲν οὖν οὐκ ἐκ τῶν πρὸς ἡμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ λοιποῦ βίου γνώριμόν ἐστι τῆς ψυχῆς αὐτῶν τὸ πάθημα· εἰ δὲ καὶ ἀγνοοῖτο (26), οὐ μεγάλη ζημία τοῖς πράγμασι. Τὴν δὲ ἀληθεστάτην αἰτίαν δι' ἣν φευκτὴν ἡμῶν τὴν συντυχίαν τίθενται, λανθάνουσαν ἴσως τοὺς πολλοὺς ὑμῶν, ἐγὼ διδάξω. Ἀλλ' ἀκούσατε.

3. Fidei eversio apud vos excogitatur inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, et eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri exstinctum, conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, B somnia in nos fingunt. Vos autem capita illa vino gravata valere jubentes, quæ per crapulam evectus, ac **315** deinde exæstuans vapor in visa impellit; a nobis qui vigilamus, et ob Dei timorem tacere non possumus, perniciem vestram audite. Judaismus et Sabelliana hæresis, sub Christianismi specie in evangelicam prædicationem inverta. Qui enim rem unam, personis multiplicem, Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicit, unamque trium ponit hypostasim, quid aliud facit, nisi quod Unigeniti sempiternam negat præexsistentiam? Negat autem et dispensatorium ejus ad homines adventum, descensum ad inferos, resurrectionem, judicium: negat etiam proprias Spiritus operationes. Apud vos autem nunc et audaciora audio tentari, quam ab insulso C Sabellio. Narrant enim, ut referunt qui audierunt, contendere eos qui apud vos sapientes sunt, ac dicere traditum non esse nomen Unigeniti, sed nomen adversarii; eosque in hoc lætari ac efferri, ut in proprio invento. Dictum est enim, inquit, *Ego veni in nomine Patris mei, et non recepistis me: si alius in nomine suo venerit, hunc recipietis* [98]. Et quoniam dictum est: *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [99]· perspicuum est, inquiunt, nomen unum esse. Non enim dictum est, *in nominibus*, sed, *in nomine*.

3. Πίστεως διαστροφὴ παρ' ὑμῖν μελετᾶται, ἐχθρὰ μὲν τοῖς ἀποστολικοῖς καὶ εὐαγγελικοῖς δόγμασιν, ἐχθρὰ δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου ὡς ἀληθῶς Γρηγορίου, καὶ τῶν ἐφεξῆς ἀπ' ἐκείνου μέχρι τοῦ μακαρίου Μουσωνίου· οὗ τὰ διδάγματα ἐναυλα ὑμῖν ἐστιν ἔτι καὶ νῦν δηλονότι. Τὸ γὰρ τοῦ Σαβελλίου κακὸν, πάλαι μὲν κινηθὲν, κατασβεσθὲν δὲ τῇ παραδόσει τοῦ μεγάλου (27), ἐπιχειροῦσι νῦν ἀνανεοῦσθαι οὗτοι, οἱ φόβῳ τῶν ἐλέγχων τοὺς καθ' ἡμῶν ὀνείρους πλάττοντες. Ἀλλ' ὑμεῖς τὰς οἰνοβαρεῖς κεφαλὰς, ἃς ὁ ἐκ τῆς κραιπάλης ἀναφερόμενος ἀτμὸς, εἶτα ἐγκυμαίνων (28), καταφαντάζει, χαίρειν ἐάσαντες, παρὰ τῶν ἐγρηγορότων ἡμῶν (29), καὶ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον μὴ δυναμένων ἡσυχάζειν, τὴν βλάβην ὑμῶν ἀκούσατε. Ἰουδαϊσμός ἐστιν ὁ Σαβελλισμὸς, ἐν προσχήματι Χριστιανισμοῦ τῷ εὐαγγελικῷ κηρύγματι ἐπεισαγόμενος. Ὁ γὰρ ἓν πρᾶγμα πολυπρόσωπον (30) λέγων Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ μίαν τῶν τριῶν τὴν ὑπόστασιν ἐκθέμενος, τί ἄλλο ποιεῖ, ἢ οὐχὶ ἀρνεῖται μὲν τὴν προαιώνιον τοῦ Μονογενοῦς ὕπαρξιν; ἀρνεῖται δὲ καὶ τὴν οἰκονομικὴν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν, τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον, τὴν ἀνάστασιν, τὴν κρίσιν· ἀρνεῖται δὲ καὶ τὰς ἰδιαζούσας τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας. Παρὰ δὲ ὑμῖν νῦν καὶ νεανικώτερα ἀκούω τολμᾶσθαι τοῦ ματαιόφρονος Σαβελλίου. Λέγουσι γὰρ, ὡς οἱ ἀκηκοότες (31) φασὶ, διατείνεσθαι τοὺς παρ' ὑμῖν σοφοὺς καὶ λέγειν, ὅτι ὄνομα τοῦ Μονογενοῦς οὐ παραδέδοται, ὄνομα δὲ τοῦ ἀντικειμένου ἐστί· καὶ ἐπὶ τούτῳ γάννυσθαι μὲν, καὶ μέγα φρονεῖν, ὡς ἐπὶ οἰκείῳ εὑρήματι. Εἴρηται γάρ, φησίν· *Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐκ ἐλάβετέ με· ἐὰν ἄλλος ἔλθῃ ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, ἐκεῖνον λήψεσθε.* Καὶ διὰ τὸ εἰρῆσθαι, *Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*, δῆλόν ἐστι, φασὶν (32), ὅτι ἓν ἐστιν ὄνομα. Οὐ γὰρ εἴρηται, *εἰς τὰ ὀνόματα*, ἀλλ', *εἰς τὸ ὄνομα*.

4. Hæc noi sine rubore scripsi vobis, quia con- D

4. Ταῦτα ἐρυθριῶν ἔγραφον ὑμῖν, ὅτι ἀφ' αἵμα-

[98] Joan. v, 43. [99] Matth. xxviii, 19.

(26) *Ἀγνοοῖτο*. Sic mss. codices octo. Editio Parisiensis ἠγνοεῖτο, Basil. et Hagan. ἀγνοεῖτο. Infra editi ἐναυλά ἐστι καὶ νῦν ἡμῖν. Septem mss. ut in textu.

(27) *Τοῦ μεγάλου*. Ita tres vetustissimi codices cum duobus Regiis, et editione Haganoensi et Basileensi. Parisiensis addit Γρηγορίου. Similiter Basilius in epist. 146 Eusebium designat, non addito nomine Eusebii. Duo alii codices Regii cum Vaticano et Coisl. secundo κατασβεσθὲν δὲ παρὰ τῶν πατέρων.

(28) *Ἐγκυμαίνων*. Harl. et unus ex Regiis ἀτμὸς ἐκμαίνων. Deest etiam εἶτα in codice Medicæo.

(29) *Ἡμῶν*. Hanc vocem addidimus ex mss. octo.

(30) *Πολυπρόσωπον*. Ita Hagan. editio et Basileensis et octo mss. Editio Parisiensis πολυώνυμον. Infra Basilius hanc hæresim vocat ἀνώνυμον, et nomen Filii ab ea negari declarat. Paulo post editi τί ἄλλο ποιεῖ, οὐχί. Iidem mss. ut in textu.

(31) *Ἀκηκοότες*. Editio Paris. addit αὐτῶν, quod nec sua sponte necessarium est, et in octo mss. ac in antiquis editionibus deest. Non multo infra iidem editi Εἴρηται γάρ, φασίν. Octo mss. et editio Hagan. ut in textu.

(32) *Φασίν*. Medicæus et unus ex Regiis φησίν.

Digitized by Google

τῆς ἡμετέρου εἰσὶν οἱ τούτοις ἔνοχοι, καὶ καταστενάζω τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς, ὅτι ἀναγκάζομαι, ὥσπερ οἱ πρὸς δύο πυκτεύοντες, τὰς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ λόγου παρατροπὰς κρούων τοῖς ἐλέγχοις, καὶ καταβάλλων, τὴν προσήκουσαν ἰσχὺν ἀποδιδόναι τῇ ἀληθείᾳ. Ἐντεῦθεν γὰρ ὁ Ἀνόμοιος ἡμᾶς σπαράσσει· ἑτέρωθεν δὲ, ὡς ἔοικεν, ὁ Σαβέλλιος. Ἀλλ' ὑμᾶς παρακαλῶ, τοῖς βδελυροῖς τούτοις καὶ μηδένα παραρρέψαι δυναμένοις σοφίσμασι μὴ προσέχειν τὸν νοῦν· εἰδέναι δὲ, ὅτι ἔστι τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ (33) τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, αὐτὸ τὸ καλεῖσθαι (34) αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν Πέτρου λόγον· *Οὐδέ ἐστιν ἕτερον ὄνομα ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, τὸ δεδομένον ἐν ἀνθρώποις* (35), *ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς*. Πρὸς δὲ τὸ, ὅτι *Ἐγὼ ἦλθον ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου*, ἐκεῖνο εἰδέναι χρὴ, ὅτι, ἀρχὴν ἑαυτοῦ καὶ αἰτίαν ἐπιγραφόμενος τὸν Πατέρα, ταῦτα λέγει. Εἰ δὲ εἴρηται, *Πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* (36), οὐ παρὰ τοῦτο χρὴ νομίζειν ἓν ἡμῖν ὄνομα παραδεδόσθαι. Ὡς γὰρ ὁ εἰπὼν, Παῦλος καὶ Σιλουανὸς καὶ Τιμόθεος, τρία μὲν εἶπεν ὀνόματα, συνέδησε δὲ αὐτὰ ἀλλήλοις διὰ τῆς, *καὶ*, συλλαβῆς· οὕτως ὁ εἰπὼν ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τρία εἰπὼν, συνέπλεξεν αὐτὰ τῷ συνδέσμῳ, ἑκάστῳ ὀνόματι ἴδιον ὑποβεβλῆσθαι τὸ σημαινόμενον ἐκδιδάσκων· διότι πραγμάτων ἐστὶ σημαντικὰ τὰ ὀνόματα. Τὰ δὲ πράγματα ἰδιάζουσαν καὶ αὐτοτελῆ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν οὐδεὶς τῶν καὶ μικρὸν μετεχόντων τοῦ φρονεῖν ἀμφιβάλλει. Πατρὸς γὰρ καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος φύσις μὲν ἡ αὐτὴ, καὶ θεότης μία· ὀνόματα δὲ διάφορα, περιορισμένας καὶ ἀπηρτισμένας τὰς ἐννοίας ἡμῖν παριστῶντα. Ἀμήχανον γὰρ, μὴ ἐν τοῖς ἑκάστου ἰδιώμασι τὴν διάνοιαν γενομένην ἀσύγχυτον, δυνηθῆναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν δοξολογίαν ἀποπληρῶσαι. Ἐὰν μὲν οὖν ἀρνῶνται μὴ λέγειν ταῦτα, μηδὲ διδάσκειν οὕτω, κατώρθωται ἡμῖν τὰ σπουδαζόμενα. Καίτοι χαλεπὴν αὐτοῖς οὖσαν ὁρῶ τὴν ἄρνησιν, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν τῶν λόγων τούτων τοὺς μάρτυρας. Πλὴν ἀλλ' οὐ σκοποῦμεν τὰ παρελθόντα, τὰ παρόντα μόνον ὑγιαινέτωσαν. Ἐὰν δὲ τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένωσιν, ἀνάγκη καὶ πρὸς ἄλλας Ἐκκλησίας ἐκβοῆσαι ἡμᾶς τὴν καθ' ὑμᾶς συμφορὰν, καὶ ποιῆσαι παρὰ πλειόνων ἐπισκόπων γράμματα ὑμῖν ἀφικέσθαι, τὸ μέγεθος τοῦτο τῆς ὑποκατασκευαζομένης (37) ἀσεβείας καταῤῥηγνύντα. Ἡ γὰρ προῦργου τι ἔσται εἰς τὴν σπουδὴν, ἢ πάντως ἡ παροῦσα διαμαρτυρία ἀφήσει ἡμᾶς τῆς αἰτίας ἐπὶ τοῦ κριτηρίου.

A sanguinei nostri sunt, qui his implicantur, et de animæ meæ situ ingemisco, quod cogar, velut ii qui contra duos pugnant, doctrinæ ex utraque parte corruptelas argumentis pulsans et evertens, consentaneum veritati robur reddere. Illinc enim nos dilacerat Anomœus: illinc, ut apparet, Sabellius. Verum obsecro vos, ut ne exsecrandis his ac neminem subvertere valentibus sophismatibus animum intendatis: sed sciatis, Christi nomen quod est super omne nomen, hoc ipsum esse, quod Filius Dei vocatur; et secundum Petri dictum, *Neque esse aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* [1]. Quod autem attinet ad illud, *Ego veni in nomine Patris mei*, sciendum est eum, cum Patrem profiteretur sui ipsius principium ac B causam, hæc dixisse. Quod si dictum est: *Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, non idcirco putandum est nomen unum nobis fuisse traditum. Quemadmodum enim qui dicit, Paulus et Silvanus et Timotheus, tria quidem pronuntiavit nomina, sed ea inter se per *et* syllabam colligavit, sic qui dicit nomen Patris et Filii et Spiritus sancti, tria dicens, connexuit ipsa per conjunctionem, unicuique nomini proprium subesse significatum **316** docens; nam res ipsas significant nomina. Res autem propriam exsistentiam ac per se perfectam habere, nemo vel parum intelligens dubitat. Nam Patris et Filii et Spiritus sancti natura quidem eadem et divinitas una: nomina vero diversa, circumscriptas et absolutas notiones nobis exhibentia. C Fieri enim non potest, ut mens, nisi in uniuscujusque proprietatibus sine confusione considerandis versetur, Patri et Filio et Spiritui sancto glorificationem persolvat. Jam si negent se hæc dicere, aut ita docere, propositum summus assecuti. Quanquam difficile illis esse video negare, propterea quod non pauci sunt horum sermonum testes. Sed tamen non spectamus præterita, tantummodo sana sint præsentia. Quod si in iisdem perseveraverint, necesse habebimus et ad alias Ecclesias calamitatem vestram clamitare, ac perlicere ut ad vos veniant a pluribus episcopis litteræ, quæ hanc assurgentis impietatis molem perfringant. Vel enim id ad propositum nostrum proderit, vel sane hæc obtestatio nos a culpa in judicio liberabit.

5. Ἤδη δὲ καὶ ἐν συντάγμασιν οἰκείοις κατεβάλοντο τοὺς λόγους τούτους· οὕσπερ καὶ ἀπέστειλαν πρῶτα

5. Jam autem et in propriis scriptis injecerunt hos sermones, quos primum quidem miserunt ho-

[1] Act. IV, 12.

(33) *Χριστοῦ*. Addit editio Paris., Ἰησοῦ, sed deest in octo mss. et antiquis editionibus.

(34) *Τὸ καλεῖσθαι*, etc. Editio Paris. τοῦτο καλεῖσθαι αὐτὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κατὰ τὸν τοῦ, etc. Codices nostri et antiquæ editiones summo consensu id in textu.

(35) *Ἐν ἀνθρώποις*. Deest præpositio in Med., Lari. et uno ex Regiis.

(36) *Πνεύματος*. Editio Paris. addit καὶ οὐκ εἰς τὰ ὀνόματα. Sed repugnant octo codices nostri et vetustæ editiones, in quibus hæc desunt. Iisdem codicibus freti mutavimus quod infra in editis legebatur ταῦτα ἀλλήλοις et τῷ καὶ συνδέσμῳ. Habent etiam τῷ συνδέσμῳ vetustæ editiones.

(37) *Ὑποκατασκευαζομένης*. Ita octo mss. Editi ὑποσκευαζομένης. Paulo post editio Paris. ἐκ τῆς σπουδῆς. Iidem codices et editiones vetustæ ut in textu.

Digitized by Google

mini Dei Meletio episcopo: deinde acceptis ab ipso convenientibus responsis, quemadmodum monstrorum matres pudore suffusæ ob naturæ vitia, ita ipsi quoque turpes suos fœtus in congruentibus tenebris abditos enutriunt. Immisere etiam per epistolam tentamenta quædam unanimi nostro Anthimo Tyanorum episcopo, quasi Gregorius in fidei expositione dixerit Patrem et Filium mentis quidem cogitatione duo esse, sed hypostasi unum. Hoc autem non docendi causa, sed decertandi in dialogo cum Æliano dictum esse, intelligere non potuerunt, qui sibi ipsi ob ingenii subtilitatem beati videntur. Qua in disputatione multa sunt librariorum errata, ut ex ipsis verbis ostendemus, si Deus volet. Deinde vero gentilem erudiens non existimabat accuratius disceptandum esse de verbis; sed nonnihil etiam indoli illius, qui introducebatur, concedendum, ut ne iis qui præcipua sunt, repugnaret. Quapropter et multas illic invenias voces, quæ nunc robur maximum hæreticis præbent, quales sunt *creatura* et *factura*, et si quid ejusmodi. Multa autem et de conjunctione cum homine dicta ad divinitatis rationem referunt, qui inscite scripta illa intelligunt, quale est et hoc ipsum, quod ab ipsis decantatur. Est enim probe sciendum, quemadmodum qui essentiæ communionem non confitetur, in errorem multorum deorum incidit, ita qui hypostaseon proprietatem non admittit, in Judaismum ferri. Oportet enim ut mens nostra velut aliquo fulta subjecto, et illius considerans proprietates, ita demum in illius, quem **317** desiderat, cognitione versetur. Si enim paternitatem non intellexerimus, neque circa quem hæc proprietas definita sit, adverterimus; quomodo poterimus Dei Patris notionem accipere? Non enim satis est personarum numerare differentias: sed unamquamque personam in vera hypostasi exsistere fatendum est. Illud enim hypostasi carens personarum commentum ne Sabellius quidem rejecit; quippe cum dicat eumdem Deum, cum subjecto unus sit, pro occurrentibus subinde occasionibus transformatum, modo ut Patrem, modo ut Filium, modo ut Spiritum sanctum loqui. Hunc olim exstinctum errorem renovant nunc hujusce innominatæ hæresis inventores, qui

A τον τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ Μελετίῳ τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ λαβόντες παρ' αὐτοῦ τὰς προσηκούσας ἀποκρίσεις, ὡς αἱ τῶν τεράτων μητέρες ἐπαισχυνόμεναι τοῖς πηρώμασι τῆς φύσεως, οὕτω καὶ αὐτοὶ τὰς αἰσχρὰς ἑαυτῶν ὠδῖνας τῷ προσήκοντι σκότῳ κατακρύψαντες τιθηνοῦνται. Καθῆκεν δέ τινα πεῖραν δι' ἐπιστολῆς καὶ πρὸς τὸν ὁμόψυχον ἡμῶν Ἄνθιμον τὸν Τυάνων ἐπίσκοπον· ὡς ἄρα Γρηγορίου εἰπόντος ἐν ἐκθέσει Πίστεως Πατέρα καὶ Υἱὸν ἐπινοίᾳ μὲν εἶναι δύο, ὑποστάσει δὲ ἕν (38). Τοῦτο δὲ ὅτι οὐ δογματικῶς εἴρηται, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς ἐν τῇ πρὸς Αἰλιανὸν (39) διαλέξει, οὐκ ἠδυνήθησαν συνιδεῖν οἱ ἐπὶ λεπτότητι τῶν φρενῶν ἑαυτοὺς μακαρίζοντες. Ἐν ᾗ πολλὰ τῶν ἀπογραψαμένων ἐστὶ σφάλματα, ὡς ἐπ' αὐτῶν τῶν λέξεων δείξομεν ἡμεῖς, ἐὰν ὁ Θεὸς θέλῃ. Ἔπειτα μέντοι τὸν Ἕλληνα πείθων, οὐχ ἡγεῖτο χρῆναι ἀκριβολογεῖσθαι περὶ τὰ ῥήματα· ἀλλ' ἔστιν ὅπῃ καὶ συνδιδόντα (40) τῷ ἔθει τοῦ ἐναγομένου, ὡς ἂν μὴ ἀντιτείνοι πρὸς τὰ καίρια. Διὸ δὴ καὶ πολλὰς ἂν εὕροις ἐκεῖ φωνάς, τὰς νῦν τοῖς αἱρετικοῖς μεγίστην ἰσχὺν παρεχομένας· ὡς τὸ *κτίσμα*, καὶ τὸ *ποίημα*, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῆς πρὸς τὸν ἄνθρωπον συναφείας εἰρημένα εἰς τὸν περὶ τῆς θεότητος ἀναφέρουσι λόγον, οἱ ἀπαιδεύτως τῶν γεγραμμένων ἀκούοντες· ὑπεῖδον ἐστι καὶ τοῦτο, τὸ παρὰ τούτων περιφερόμενον. Εὖ γὰρ (41) εἰδέναι χρὴ, ὅτι, ὥσπερ ὁ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας μὴ ὁμολογῶν εἰς πολυθεΐαν ἐκπίπτει, οὕτως ὁ τὸ ἰδιάζον τῶν ὑποστάσεων μὴ διδοὺς εἰς τὸν Ἰουδαϊσμὸν ὑποφέρεται (42). Δεῖ γὰρ τὴν διάνοιαν ἡμῶν οἱονεὶ ἐπερεισθεῖσαν ὑποκειμένῳ τινὶ, καὶ ἐναργεῖς αὐτοῦ ἐντυπωσαμένην τοὺς χαρακτῆρας, οὕτως ἐν περινοίᾳ γενέσθαι τοῦ ποθουμένου. Μὴ γὰρ νοήσαντες (43) τὴν πατρότητα, μηδὲ περὶ ὃν ἀφώρισται τὸ ἰδίωμα τοῦτο ἐνθυμηθέντες, πῶς δυνατὸν Θεοῦ Πατρὸς (44) ἔννοιαν παραδέξασθαι; Οὐ γὰρ ἐξαρκεῖ διαφορὰς προσώπων ἀπαριθμήσασθαι, ἀλλὰ χρὴ ἕκαστον πρόσωπον ἐν ὑποστάσει ἀληθινῇ ὑπάρχον (45) ὁμολογεῖν. Ἐπεὶ τόν γε ἀνυπόστατον τῶν προσώπων ἀναπλασμὸν οὐδὲ ὁ Σαβέλλιος παρῃτήσατο, εἷς ὢν τὸν αὐτὸν Θεὸν, ἕνα τῷ ὑποκειμένῳ (46) ὄντα, πρὸς τὰς ἑκάστοτε παραπιπτούσας χρείας μεταμορφούμενον, νῦν μὲν ὡς Πατέρα, νῦν δὲ ὡς Υἱὸν, νῦν δὲ ὡς Πνεῦμα ἅγιον διαλέγεσθαι. Ταύτην πάλι-

B

C

D

in octo nostri mss.

(38) *Ὑποστάσει δὲ ἕν*. Credere non possum Gregorium dixisse Patrem et Filium, si simul considerentur, cogitatione duo esse, hypostasi unum. Hæc enim gemella essent hæresi Sabellianæ, quam supra Basilius Gregorii traditione exstinctam docet. Sed his in verbis vel erratum aliquod librariorum, ut placet Basilio, suspicandum est, vel de Patre et Filio separatim sumptis accipi debent. Quo sensu magister Gregorii Origenes dixit de Christo: Τὸ μὲν ὑποκείμενον ἓν ἐστι, ταῖς δὲ ἐπινοίαις τὰ πολλὰ ὀνόματα ἐπὶ διαφόρων. *Suppositum quidem unum est, sed cogitatione plura nomina variis rebus imponuntur*, Homil. 8 *in Jerem.* p. 96.

(39) *Αἰλιανόν*. Coisl. uterque et duo Regii Γελιανόν.

(40) *Καὶ συνδιδόντα*. Ita Coisl. primus, Harl. et Med. cum duobus Regiis. Editi καὶ συνδιδόναι.

(41) *Εὖ γάρ*. Editi addunt καὶ τοῦτο, quæ desunt

(42) *Ὑποφέρεται*. Ita octo mss. Editi ἀποφέρεται.

(43) *Νοήσαντες*. Coisl. primus cum aliis quatuor νοήσαντας et mox ἐνθυμηθέντας. Sed tamen vulgatam lectionem mutare nolui, quæ sæpe alias in locis similibus occurrit apud Basilium, ac reperitur in codicibus Harl. et Med. et uno ex Regiis. Habent illi quidem tres codices paulo post πῶς δύναιντ' ἄν. Sed credo inductam a librariis hanc immutationem nimio grammaticæ studio, quemadmodum in aliis quinque codicibus eadem de causa nominativus in accusativum immutatus.

(44) *Θεοῦ Πατρός*. Sic novem mss. pro eo quod erat in editis πρὸς Θεοῦ.

(45) *Ὑπάρχον*. Sic iidem mss. Editi ὑπάρχειν.

(46) *Τῷ ὑποκειμένῳ*. Editio Basil. secunda et Paris. τῶν ὑποκειμένων, repugnantibus omnibus mss. et vetustioribus editionibus.

Digitized by Google

καταδεσθεῖσαν τὴν πλάνην ἀνανεοῦνται νῦν οἱ τῆς ἀνωνύμου (47) ταύτης αἱρέσεως ἐφευρεταί· οἱ τὰς ὑποστάσεις ἀθετοῦντες, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἀπαρνούμενοι. Οὓς, ἐὰν μὴ παύσωνται λαλοῦντες κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν, ὀδύρεσθαι χρὴ μετὰ τῶν ἀρνησιχρίστων.

A hypostases repudiant, et nomen Filii Dei negant. Quibus quidem, nisi desinant loqui adversus Deum iniquitatem [1], lugendum est cum iis qui Christum negant.

6. Ταῦτα ἀναγκαίως ὑμῖν διεστειλάμεθα, ἵνα τὰς ἀπὸ τῶν πονηρῶν διδαγμάτων βλάβας φυλάξησθε. Ἔνι γὰρ, εἰ χρὴ τὰς πονηρὰς διδασκαλίας τοῖς ἀληθρίοις φαρμάκοις ἐξομοιοῦν, ὡς οἱ παρ' ὑμῖν ὀνειροκόποι φασὶ, ταῦτά ἐστι καὶ κώνειον, καὶ ἀκόνιτον, καὶ εἴ τι ἕτερον φάρμακον ἀνδροφόνον. Ταῦτα ψυχῶν δηλητήρια, οὐχ οἱ ἡμέτεροι λόγοι, ἅπερ αἱ οἰνόπληκτοι (48) μήνιγγες ἐκβοῶσι, πολυφάνταστοι οὖσαι διὰ τὸ πάθος· οὓς, εἴπερ ἐσωφρόνουν, ἐχρῆν εἰδέναι, ὅτι ταῖς ἀχράντοις καὶ πάσης κηλῖδος κεκαθαρμέναις ψυχαῖς τὸ προφητικὸν ἐναυγάζει χάρισμα. Οὔτε γὰρ κατόπτρῳ ῥυπῶντι δυνατὸν τῶν εἰκόνων δέξασθαι τὰς ἐμφάσεις, οὔτε ψυχὴν ταῖς βιωτικαῖς προειλημμένην μερίμναις, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἐπισκοτουμένην πάθεσι, δυνατὸν ὑποδέξασθαι τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰς ἐλλάμψεις. Οὐ γὰρ πᾶν ἐνύπνιον εὐθὺς προφητεία, ὥς φησι Ζαχαρίας· *Κύριος ἐποίησε φαντασίαν, καὶ ὑετὸν χειμερινὸν, ὅτι οἱ ἀποφθεγγόμενοι ἐλάλησαν κόπους, καὶ τὰ ἐνύπνια ψευδῆ ἐλάλουν.* Οὗτοι δὲ κἀκεῖνο ἀγνοοῦσιν, οἱ κατὰ τὸν Ἡσαΐαν ἐνυπνιαζόμενοι καὶ κώτην φιλοῦντες νυστάζαι, ὅτι πολλάκις ἐνέργεια πλάνης ἀποστέλλεται ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Καὶ ἔστι πνεῦμα ψευδὲς, ὃ, ἐν τοῖς ψευδοπροφήταις (49) γενόμενον, τὸν Ἀχαὰβ ἐξηπάτησε. Ταῦτα εἰδότες (50), ἔδει μὴ τοσοῦτον ὑπεραρθῆναι, ὥστε ἑαυτοῖς προφητείαν προσμαρτυρεῖν, οἵ γε δείκνυνται καὶ τοῦ οἰωνοσκόπου Βαλαὰμ τῆς ἀκριβείας ἀπολειπόμενοι. Ὃς, ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν Μωαβιτῶν ἐπὶ μείζοσι δωρεαῖς μετακληθεὶς, οὐκ ἠνέσχετο (51) ἀφεῖναι φωνὴν παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ, οὐδὲ ἀράσασθαι τὸν Ἰσραὴλ, ὃν οὐκ ἀρᾶται Κύριος. Εἰ μὲν ὠνταῖς ἐντολαῖς τοῦ Κυρίου αἱ κατὰ τὸν ὕπνον αὐτῶν φαντασίαι συντρέχουσιν, ἀρκείσθωσαν τοῖς εὐαγγελίοις, οὐδεμιᾶς βοηθείας ἐκ τῶν ὀνείρων εἰς τὴν ἀξιοπιστίαν προσδεομένοις· εἰ δὲ ὁ μὲν Κύριος τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ἀφῆκεν ἡμῖν, καὶ ἐντολὴν καινὴν ἔδωκεν ἡμῖν, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, τὰ δὲ ὀνείρατα ἔριν καὶ διάστασιν καὶ ἀγάπης ἀφανισμὸν ὑφηγεῖται (52)· μὴ διδότωσαν καιρὸν τῷ διαβόλῳ διὰ τοῦ ὕπνου ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐπιβαίνειν· μηδὲ κυριώτερα ποιείτωσαν τὰ παρ' ἑαυτῶν (53) φαντάσματα τῶν σωτηρίων διδαγμάτων.

6. Hæc vobis necessario scripsimus, ut damna a pravis documentis impendentia caveatis. Nam revera, si pravæ doctrinæ cum pharmacis exitiosis comparandæ, quemadmodum apud vos somniorum interpretes dicunt, hæc sunt et cicuta et aconitum, et si quod aliud lethale pharmacum. Hæc sunt animarum venena, non nostri sermones, ut temulenta illa cerebellorum involucra clamitant, visis multis ob morbum referta : quos quidem, si saperent, B nosse oportebat, intaminatis et ab omni macula expurgatis mentibus propheticum donum illucere. Neque enim speculo sordido possunt imaginum excipi species; neque anima sæcularibus præoccupata curis, et cui carnalis sensus affectio tenebras offundit, illustrationem Spiritus sancti recipere potest. Non enim omne somnium statim prophetia est, ut ait Zacharias : *Dominus fecit phantasiam, et pluviam hibernam, quia sermocinantes locuti sunt labores, et somnia falsa loquebantur* [2]. Illi autem qui secundum Isaiam somniant et dormitare amant in cubili [3], illud etiam ignorant, sæpe operationem erroris immitti in filios diffidentiæ [4]. Est et spiritus mendax, qui cum in falsis prophe- C tis esset, Achab decepit [5]. Hæc scientes non oportebat adeo superbire, ut sibiipsis prophetiæ donum ascriberent : qui ne auguris quidem Balaam diligentiam assequi deprehenduntur. Is enim a Moabitarum rege, magnis muneribus oblatis, accersitus, adduci non potuit, ut vocem præter Dei voluntatem emitteret, aut Israeli malediceret, cui Dominus non maledicebat [6]. Itaque si præceptis Domini oblata illis per somnum visa consentiunt, contenti sint Evangeliis, quæ somniorum præsidio ad fidem faciendam non indigent. **318** Quod si pacem suam nobis reliquit Dominus, novumque nobis mandatum dedit, ut diligamus invicem, somnia vero pugnam ac dissidium et charitatis exstinctionem inducunt; non dent occasionem diabolo ipsorum D animas per somnum invadendi, nec suis visionibus plus tribuant, quam salutaribus documentis.

[1] Psal. LXXIV, 6. [2] Zach. X, 1, 2. [3] Isa. XXIX, 8. [4] Ephes. II, 2. [5] III Reg. XXII, 22. [6] Num. XXII, 11 sqq.

(47) *Τῆς ἀνωνύμου.* Videtur Basilius hæresim illam innominatam, sive nomine carentem dicere, quia nomen Filii tollebat, ac traditum negabat.

(48) *Ἅπερ αἱ οἰνόπληκτοι.* Sic omnes nostri codices, uno excepto, qui habet ὅπερ αἱ οἰνόφλυκτοι. Editi ἀλλ' ἅπερ αἱ οἰνόφλυκτοι.

(49) *Ψευδοπροφήταις.* Coisl. primus et Med. προφήταις.

(50) *Ταῦτα εἰδότες.* Coisl. uterque, Med. et unus e Regiis ταῦτα εἰδότας. Nihil tamen mutandum putavimus, ob eas causas quas modo diximus. Neque enim repugnat vulgata scriptura stylo Basilii, ac præterea reperitur in Harlæano et aliis codicibus.

(51) *Ἠνέσχετο.* Sic plerique codices mss. Editi ἠνείχετο. Paulo post editi ὃν οὐ καταρᾶται, et infra πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν. Codices mss. summo consensu ut in textu.

(52) *Ὑφηγεῖται.* Ita novem mss. Editi ἀφηγεῖται.

(53) *Παρ' ἑαυτῶν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi παρ' αὐτοῦ.

Digitized by Google

EPISTOLA CCXI'.

Significat se, lectis Olympii litteris filiisque illius visis, oblitum esse veneni Neocæsariensium : addit se jam illum dedisse et daturum, si volet Olympius.

Olympio.

Et lectis præstantiæ tuæ litteris, factus sum meipso hilarior ac alacrior, et ubi cum optatissimis tuis filiis sum collocutus, teipsum videre mihi visus sum. Hi, cum afflictam omnino meam animam offendissent, sic affecerunt, ut obliviscerer veneni, quod apud vos somniorum venditores cauponesque, ut a quibus conducti sunt gratiam ineant, contra nos circumferunt. Epistolas quidem jam nonnullas misi, alias autem in posterum dabimus, si voles. Tantummodo prosint accipientibus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΑ'.

Ὀλυμπίῳ.

Καὶ τοῖς γράμμασιν ἐντυχὼν τῆς τιμιότητος σου, ἡδίων ἐμαυτοῦ καὶ εὐθυμότερος ἐγενόμην, καὶ τοῖς ποθεινοτάτοις υἱέσιν εἰς ὁμιλίαν ἐλθὼν, αὐτὸν σε ἔδοξα καθορᾷν. Οἱ, πάνυ μου (54) τὴν ψυχὴν κεκακωμένην παραλαβόντες, οὕτω διέθηκαν, ὥστε ἐπιλαθέσθαι με τοῦ παρ' ὑμῖν κωνείου, ὃ οἱ ὀνειροπῶλαι (55) καὶ ὀνειροκάπηλοι, εἰς τὴν τῶν ἐκμισθωσαμένων αὐτοὺς χάριν, καθ' ἡμῶν περιφέρουσιν. Ἐπιστολὰς δὲ τὰς μὲν ἔπεμψα (56), τὰς δὲ καὶ εἰς ὕστερον δώσομεν, ἐὰν ἐθέλῃς. Μόνον εἴη τι ὄφελος παρ' αὐτῶν τοῖς λαμβάνουσιν.

EPISTOLA CCXII''.

Dolorem suum significat quod Dazimone Hilarium non viderit. Injurias inimicorum commemorat ac sua cum Annæi bella, et cum iis qui medii sibi videntur. Hilarium morbis laborantem ad patientiam hortatur.

Hilario.

1. Quid passum me esse putas, aut quo animo fuisse, cum Dazimona veni, ac didici paucis post adventum meum diebus facundiam tuam exiisse? Non enim solum ob illam admirationem, qua te a teneris prosecutus sum, statim ab ipsis scholarum exercitationibus colloquium tuum semper plurimi feci, sed etiam quia nihil nunc tanto amore dignum, quam animus veritatis amans, ac recto de rebus judicio præditus, quod quidem apud te servari arbitramur. Nam cæterorum hominum plerosque videmus, ut in equestri cursu, alios quidem istis, alios vero his favendo dividi, ac factionis ducibus acclamare. Te vero, cum et timore et assentatione et ignavo omni affectu excelsior sis, non mirum est oculo sano veritatem speculari. Nam et te intelligo non leviter tangi rebus Ecclesiarum, quandoquidem et ad me misisti quamdam de his epistolam, ut his proximis litteris declarabas; quam quidem quis perferendam acceperit, libenter didicerim, ut hominem de me male meritum cognoscam. Nondum enim tuas ad me his de rebus litteras vidi.

2. Quanti ergo putas emturum me fuisse tuum colloquium, ut tibi aperirem quæ me affligunt (affert enim, ut nosti, vel ipsa narratio aliquid solatii dolentibus), et ad quæsita responderem, **319** non

* Alias CLXX. Scripta anno 375.

** Alias CCCLXX. Scripta anno 375.

(54) *Οἱ πάνυ μου.* Deest ultima vocula in duobus vetustissimis codicibus Harl. et Coisl., nec necessaria videtur.

(55) *Ὀνειροπῶλαι.* Ita Harl. et Reg. primus. His favent tres alii in quibus legitur ὀνειροπόλαι. Editi ὀνειροπόλοι.

(56) *Ἔπεμψα.* Regius uterque et Coisl. secundus ἔγραψα.

(57) *Ἐσχηκέναι.* Codices multi, sed non vetustissimi, ἔσχειν.

(58) *Δαζιμῶνι.* Coisl. primus τῷ Δαζιμόνι.

(59) Vide Addenda.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΒ'.

Ἱλαρίῳ.

1. Ἐμὲ δὲ τί οἴει πεπονθέναι, ἢ τίνα γνώμην ἐσχηκέναι (57), ἐπειδὴ ἐπεδήμησα μὲν τῷ Δαζιμῶνι (58), (59) ἔμαθον δὲ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις τῆς παρουσίας ἡμῶν ἐξελιλυθέναι σου τὴν λογιότητα; Οὐ γὰρ μόνον διὰ τὸ ἐκ παιδὸς θαῦμα ὃ ἔσχον περὶ σὲ, εὐθὺς ἀπὸ διατριβῶν αὐτῶν ἀεὶ πολλοῦ ἄξιον ἐθέμην τὴν ὁμιλίαν σου, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ μηδὲν οὕτω σπουδαῖον (60) εἶναι νῦν, ὡς φιλαλήθη ψυχὴν, ὑπὸ τῶν πραγμάτων τὸ κριτήριον κεκτημένην· ὅπερ ἡγούμεθα παρὰ σοὶ διασώζεσθαι. Καὶ γὰρ τῶν λοιπῶν τοὺς πλείστους ὁρῶμεν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, τοὺς μὲν ὡς τούτους, τοὺς δὲ ὡς ἐκείνους διῃρημένους, καὶ συνεχθοῦντας τοῖς στασιάζουσι. Σὲ δὲ, καὶ φόβου καὶ θεραπείας καὶ παντὸς ἀγεννοῦς πάθους ὑψηλότερον ὄντα, εἰκὸς ὀφθαλμῷ ὑγιαίνοντι καθορᾷν τὴν ἀλήθειαν. Καὶ γὰρ αἰσθάνομαί σου μὴ παρέργως (61) ἐχόντος πρὸς τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν. ὅπου γε καὶ πρὸς ἡμᾶς ἔπεμψάς τινα περὶ τούτων ἐπιστολὴν, ὡς ἐν τοῖς ἐναγχος τούτοις ἐδήλους (62) γράμμασιν, ἣν τίς ὁ παραλαβὼν ὥστε διακομίσαι, ἡδέως ἂν μάθοιμι, ὥστε εἰδέναι τὸν ἀδικήσαντα. Οὐ γὰρ ἐνέτυχόν πω γράμμασι σοῖς πρὸς ἡμᾶς (63) περὶ τούτων.

2. Ἡνίκα ποτ' ἂν οὖν οἴει πρίασθαί με τὴν ὁμιλίαν σου, ὑπὲρ τοῦ γνωρίσαι μέ σοι τὰ λυποῦντά με (φέρει γὰρ, ὡς οἶσθα (64), καὶ τὸ ἐξειπεῖν ῥᾳστώνην τινὰ τοῖς ὀδυνωμένοις), ἀποκρίνασθαί τε περὶ τῶν ἐπιζη-

(60) *Σπουδαῖον.* Legit Combefisius σπάνιον, *nihil adeo rarum.*

(61) *Παρέργως.* Ita sex mss. Editi περιέργως.

(62) *Ἐδήλους.* Ita septem. mss. Editi ἐδήλου. Paulo post Medicæus et Coisl. primus ὥστε διακονῆσαι.

(63) *Σοῖς πρὸς ἡμᾶς.* Ita Coisl. et Med. et plures alii. Editi τοῖς πρὸς ἡμᾶς. Paulo post Medicæus cum tribus aliis οὖν οἴει. Deerat vocula in editis. Legitur οἴῃ in Coisl. secundo et Reg. secundo.

(64) *Ὡς οἶσθα.* Multi codices ὡς οἶδας. Paulo post Coisl. primus, Med. et alii plures ἀποκρίνασθαι. Editi ἀποκρίνεσθαι.

Digitized by Google

τουμένων· οὐ γράμμασιν ἀψύχοις καταπιστεύσαντα, ἀλλ' αὐτὸν δι' ἐμαυτοῦ ἐναργῶς λέγοντα ἕκαστα, καὶ ἐπεξιόντα. Οἱ γὰρ ἔμψυχοι λόγοι δραστικωτέραν ἔχουσι τὴν πειθώ· πρός τε τὸ εὐεπιχείρητον καὶ πρὸς συκοφαντίαν εὐάλωτον οὐκέτι ὁμοιοι τοῖς γεγραμμένοις εἰσί. Καὶ γὰρ οὐδὲν ἀτόλμητον λοιπὸν οὐδενί, ὅπου γε καὶ οἱ τὰ μέγιστα παρ' ἡμῶν πιστευθέντες, οὓς ἠσθανόμεθα, μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὁρῶντες, ὡς μεῖζόν τι ὄντας ἢ κατὰ ἄνθρωπον, οὗτοι κατεδέξαντο συγγράμματά τινος τὰ ὁποῖα δήποτε ὡς ἡμέτερα παραπέμπειν· καὶ ἐπ' αὐτοῖς (65) διαβάλλειν ταῖς ἀδελφότησιν, ὡς μηδὲν λοιπὸν τοῦ ἡμετέρου ὀνόματος ἐμυκτότερον εἶναι τοῖς εὐλαβέσι. Τὸ γὰρ ἀγνοηθῆναι γενόμενος ἐξ ἀρχῆς ἐπιτηδεύσας, ὡς οὐκ οἶδα εἴ τις ἄλλος τῶν ἐπεσκεμμένων τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν νῷν, καθάπερ τὸ ἐναντίον προελόμενος πᾶσιν ἀνθρώποις γκύριμον ἐμαυτὸν καταστῆσαι, οὕτω πανταχοῦ γῆς, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ θαλάσσης, διατεθρύλλημαι. Οἵ τε γὰρ τὸν ἔσχατον ὅρον τῆς ἀσεβείας ἐπιτηδεύοντες, καὶ τὸ ἄθεον τῆς ἀνομοιότητος δόγμα ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπάγοντες (66), πρὸς ἐμὲ τὸν πόλεμον ἔχουσιν· οἵ τε τὴν μέσην ἐλαύνοντες, ὡς οἴονται, καὶ ἀπὸ μὲν τῶν αὐτῶν ἐκείνων (67) ἀρχῶν ὡρμημένοι, τῇ δὲ τῶν λογισμῶν ἀκολουθίᾳ μὴ ἑφιέντες διὰ τὸ ὑπεναντίον ταῖς ἀκοαῖς τῶν πολλῶν, ἡμᾶς δυσχεραίνουσι καὶ πλύνουσι μὲν ταῖς λοιδορίαις, ἐφ' ὅσον δύνανται, οὐδεμιᾶς δὲ ἀπέχονται τῆς ἐπιβουλῆς· εἰ καὶ ὅτι ὁ Κύριος ἀπράκτους αὐτῶν τὰς ἐγχειρήσεις ἐποίησε. Ταῦτα πῶς οὐ λυπηρά; πῶς οὐχὶ ὀδυνηράν μοι τὴν ζωὴν κατασκευάζοντα (68); ὅς γε μίαν τίθεμαι τῶν κακῶν παραμυθίαν, τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, ὑφ' ἧς πέπεισμαι μὴ πολὺν χρόνον παραμένειν τῇ δυστήνῳ ταύτῃ ζωῇ. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Σὲ δὲ ἐπὶ τοῖς πάθεσι τοῦ σώματος παρακαλῶ μεγαλοψυχῶς καὶ ἀξίως τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς θεοῦ διακεῖσθαι· ὃς, ἐὰν ἴδῃ ἡμᾶς μετ' εὐχαριστίας δεξαμένους τὰ παρόντα, ἢ ἐπανήσει τὰ λυποῦντα, ὡς ἐπὶ τοῦ Ἰὼβ, ἢ τοῖς μεγάλοις στεφάνοις τῆς ὑπομονῆς ἀμείψεται ἐν τῇ μετὰ ταύτην τὴν ζωὴν ἡμῶν καταστάσει.

litteris inanimis committens, sed per me ipse clare exponens singula, ac edisserens. Animati enim sermones efficaciorem habent persuasionem, nec tam facile quam scripti, impugnari possunt et calumniis appeti. Nihil enim jam cuiquam intentatum relictum est; siquidem ii quibus maxima quæque credideramus, quosque dum inter homines videremus, majus quidpiam esse credebamus, quam ferat humana natura, hi adducti sunt, ut cujusdam scripta, qualiacunque illa sint, tanquam nostra transmitterent, et ob ea invidiam apud fratres crearent, adeo ut nihil jam nostro nomine detestabilius sit apud pios. Nam cum ab initio latere studuerim, haud scio an magis quam quisquam eorum, qui imbecillitatem humanam consideraverunt; nunc quasi contra propositum mihi fuisset omnium hominum fama celebrari, sic ubique terrarum, addam et marium, decantatus sum. Nam et qui in extremo impietatis termino sese exercent, et impium dissimilitudinis dogma in Ecclesias invehunt, bellum mecum habent. Et qui viam mediam, ut sibi videntur, incedunt, et ab iisdem illis principiis profecti, ratiocinationum consecutioni non subscribunt, eo quod abhorreat a multorum auribus, hi nobis infensi sunt ac conviciis perfundunt, quantum possunt, nec ullas prætermittunt insidias, quamvis Dominus eorum conatus irritos reddiderit. Quomodo hæc molesta non forent? quomodo non acerbam mihi vitam facerent? qui profecto unicum habeo malorum solatium, carnis infirmitatem, quæ mihi persuadet non multum temporis me in hac infelici vita mansurum. Hæc autem hactenus. Te autem in corporis infirmitatibus adhortor, ut constanter et digne Deo, qui nos vocavit, te geras: qui, si nos viderit cum gratiarum actione præsentia suscipere, aut sedabit dolores, uti in Jobo, aut magnis patientiæ coronis remunerabitur in futuro post hanc vitam statu.

(65) *Ἐπ' αὐτοῖς.* Ita mss. tres non antiquissimi. Sed profecto hæc scriptura longe præferenda vulgatæ ἐπ' αὐταῖς.

(66) *Ἐπάγοντες.* Sic mss. omnes, quos quidem viderimus. Editi ἐπαγαγόντες.

(67) *Ἐκείνων.* Satis commode editi ἀπὸ μὲν τῶν αὐτῶν ἐκείνοις ἀρχῶν, *ab iisdem ac illi principiis profecti.* Sed in omnibus nostris codicibus legitur ἐκείνων, quod eodem redit. Videtur prima specie Eustathius Sebastenus his verbis designari, *qui viam mediam, ut sibi videntur, incedunt.* Hunc enim Basilius in epist. 128 medium esse ait, nec quidquam medii hominis statu antiquius habere. Sed tamen, si res attentius consideretur, non Eustathium proprie hoc loco, sed generatim eosdem hæreticos, quos contra liber *De Spiritu sancto* scriptus est, perspicuum erit notari. Nam medius ille Eustathii status in eo positus erat, quod nec catholicus potentioribus Arianis catholicis videri vellet. Nondum aperte cum Arianis conjunctus, nec negare audebat nec probare quæ ipsi a Basilio proponebantur. At quos hic commemorat Basilius, hi catholicæ doctrinæ bellum apertum indixerant, et quamvis dissimilitudinis impietatem fugere viderentur, iisdem tamen, ac Anomœi, principiis stabant. Hoc eis exprobrat Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 2, ubi impias eorum de Filio ac Spiritu sancto nugas ex principiis Aetii deductas esse demonstrat. Iidem hæretici non desierunt nefaria Basilii expellendi consilia inire. Eorum convicia in Basilium, insidias et nefarias molitiones, furorem ac bellum inexpiabile, vide in libro *De Spiritu sancto*, num. 13, 25, 34, 52, 60. 69, 75.

(68) *Κατασκευάζοντα.* Sic Coisl. uterque cum tribus aliis. Editi κατασκευάζονται.

Digitized by Google

EPISTOLA CCXII.

Gratias agit quod se inter molestias a numerosa hominum multitudine eorumque ductoribus acceptas litteris recreaverit. Implorat illius preces pro miserabili sua vita. Narrat se exspectare dum in aulam accersatur : sibique ex scopum quondam, ubi hæc audivit, auctorem fuisse, ut in Mesopotamiam se conferat, ibique coactis episcopis idem sentientibus, imperatorem una cum illis adeat. Rogat quid faciendum sit.

Sine inscriptione, viri pii causa.

1. Dominus, qui celerem mihi in afflictionibus opem præstat, ipse tibi allevationis, qua me in præsenti per litteras visitatione **320** recreasti, vicem rependat, vera ac magna spiritus lætitia mercedem ob consolationem humilitatis nostræ adimplens. Eram enim quodammodo male affectus animo, cum in magna hominum multitudine ferinam quamdam ac rationis omnino expertem populi vidissem socordiam, et ductorum inveteratam vixque emendabilem mali consuetudinem. At ubi vidi litteras, et reconditum in iisdem charitatis thesaurum, agnovi illuxisse nobis in amaritudine viventibus dulce solatium ab eo qui nostra moderatur. Quare sanctitatem tuam resaluto, solita prece orans, ut pro miseranda mea vita precari non cesses, ne forte mundi hujus specie immersus, obliviscar Dei qui egenum e terra erigit [8], et aliqua elatus superbia in judicium incidam diaboli [9] : aut neglecta administratione dormiens a Domino deprehendar, aut per noxia opera illam gerens, et conservorum percutiens conscientiam [10], aut etiam cum ebriis immorans, in justo Dei judicio pœnas malis administratoribus intentatas sustineam. Itaque Deum, quæso, in omnibus precibus ores, ut vigilem in omnibus, ne dedecus ac probrum sim nomini Christi, in revelatione arcanorum cordis nostri, in magno illo die adventus Salvatoris nostri Jesu Christi.

2. Cognosce autem me exspectare, dum per hæreticorum improbitatem ad aulam accersar, obtentu pacis videlicet : et episcopum illum, ubi hæc audivit, mihi scripsisse, ut festinanter me in Mesopotamiam conferam, illicque eos qui idem ac nos sentiunt ac Ecclesias confirmant, in unum cogens, una cum ipsis proficiscar ad imperatorem. Mihi autem forte ne ipsum quidem corpus ad hoc iter hieme sufficiet. Neque hactenus res visa est necessaria, nisi ipse aliquid suaseris. Nam et tuum exspectabo consilium, ut sententia firmetur. Quapropter rogo, ut cito nobis per aliquem ex probis fratribus, quid visum fuerit tuæ perfectioni ac divinitus motæ prudentiæ, significes.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΓ'

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἀνδρὶ εὐσεβεῖ.

1. Κύριος ὁ παρασχόμενός μοι ταχεῖαν ἐπὶ ταῖς θλίψεσι τὴν ἀντίληψιν, αὐτός σοι τῆς ἀναπαύσεως, ἣν ἀνέπαυσας ἡμᾶς ἐν τῇ παρούσῃ διὰ τοῦ γράμματος ἐπισκέψει, παράσχοιτο τὴν ἀντίληψιν, τῇ ἀληθινῇ καὶ μεγάλῃ εὐφροσύνῃ τοῦ πνεύματος τὸν ἐπὶ τῇ παρακλήσει μισθὸν τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ἀποπλη-ρῶν. Ἔτυχον γάρ πως τὴν ψυχὴν κεκακωμένος, ἐν πολυανθρώπῳ συλλήψει κτηνώδη τινὰ καὶ παντελῶς ἄλογον τοῦ λαοῦ καταμαθὼν ῥᾳθυμίαν, καὶ τῶν ἀγόντων αὐτοὺς παλαιὰν καὶ δυσδιόρθωτον συνήθειαν τοῦ κακοῦ. Ἐπεὶ δὲ εἶδον τὰ γράμματα, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς τῆς ἀγάπης θησαυρὸν, ἐπέγνων, ὅτι ἐπέλαμψεν ἡμῖν τοῖς ἐν πικρίᾳ ζῶσι γλυκεῖαν παραμυθίαν ὁ οἰκονομῶν τὰ ἡμέτερα. Διὸ καὶ ἀντιφθέγγομαί σοι τὴν ὁσιότητα (69) παρακαλῶν τὴν συνήθη παράκλησιν, μὴ διαλιπεῖν σε εὐχόμενον ὑπὲρ τῆς ἐλεεινῆς μου ζωῆς· μήποτε, τῇ φαντασίᾳ τοῦ βίου τούτου καταβαπτισθεὶς, ἐπιλάθωμαι μὲν τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐγείροντος (70) ἀπὸ γῆς πτωχὸν, ἔπαρσιν δέ τινα παθὼν, εἰς κρῖμα ἐμπέσω τοῦ διαβόλου· ῥᾳθυμήσας δὲ τῆς οἰκονομίας, καθεύδων ὑπὸ τοῦ Δεσπότου καταληφθῶ, ἢ καὶ διὰ τῶν βλαβερῶν ἔργων προστιθεὶς, καὶ τύπτων τὴν συνείδησιν τῶν συνδούλων, ἢ καὶ μετὰ τῶν μεθυόντων γινόμενος, ἐν τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ Θεοῦ πάθω τὰ τοῖς πονηροῖς τῶν οἰκονόμων ἠπειλημένα. Παρακαλῶ οὖν σε ἐπὶ πάσῃ προσευχῇ δέεσθαι τοῦ Θεοῦ νήφειν ἡμᾶς ἐν πᾶσιν· ἵνα μὴ αἰσχύνῃ γενώμεθα καὶ ὄνειδος τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ, ἐν τῇ ἀποκαλύψει τῶν κρυπτῶν τῆς *καρδίας* ἡμῶν, κατὰ τὴν μεγάλην ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ (71).

2. Γίνωσκε δέ με ἐν προσδοκίᾳ εἶναι τοῦ κατ' ἐπήρειαν τῶν αἱρετικῶν ἀνακληθήσεσθαι εἰς τὸ στρατόπεδον, ἐπὶ προφάσει δὴ τῆς εἰρήνης· καὶ τοῦτο ἀκούσαντα (72) καὶ τὸν ἐπίσκοπον τόνδε ἐπεσταλκέναι ἡμῖν σπουδάσαι περὶ τὴν Μεσοποταμίαν γενέσθαι, καὶ τῶν ἐκεῖ τοὺς ὁμοδόξους καὶ ἐπικρατύνοντας (73) τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν συναγαγόντα, μετ' αὐτῶν ὁρμῆσαι πρὸς τὸν βασιλέα. Ἐμοὶ δὲ τάχα μὲν οὐδὲ τὸ σῶμα αὐτὸ πρὸς τὴν ἐν τῷ χειμῶνι ὁδοιπορίαν ἀρκέσει· τέως δὲ οὐδὲ ἀναγκαῖον τὸ πρᾶγμα ἐφάνη, πλὴν εἰ μὴ αὐτὸς συμβουλεύσῃς (74). Ἀναμενῶ γὰρ καὶ τὴν παρὰ τῆς θεοσεβείας σου συμβουλὴν, ὥστε κρατυνθῆναι τὴν γνώμην. Διὸ παρακαλῶ θᾶττον ἡμῖν διά τινος τῶν σπουδαίων ἀδελφῶν τὸ παρὰ στὰν τῇ τελειότητί σου καὶ ἐνθέῳ συνέσει φανερωθῆναι.

[8] Psal. cxii, 7. [9] I Tim. iii, 6. [10] I Cor. viii, 12.

[*] Alias CCLXII. Scripta anno 375.

(69) *Τὴν ὁσιότητα.* Reg. secundus, Paris. et Coisl. secundus τῇ ὁσιότητι. Paulo post iidem codices ὑπὲρ εὐχόμενον τῆς.

(70) *Τοῦ ἐγείροντος.* Coisl. primus et Paris. τοῦ ἐγείραντος.

(71) *Ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ita omnes mss. Editi ἡμῶν τῇ τοῦ Χριστοῦ. Ibidem male in editis Γίνωσκε δὲ μή. Mss. ut in textu.

(72) *Ἀκούσαντα.* Ope Reg. secundi et Coisl. secundi emendavimus quod prave in editis legebatur ἀκούσαντες. Ibidem editi ἀπεσταλκέναι. Coisl. uterque, Reg. secundus, Paris. et Clarom. ut in textu. Episcopus qui hæc Basilio scripsit, videtur Meletius fuisse, idque colligitur ex initio epistolæ 216.

(73) *Ἐπικρατύνοντας.* Ita mss. sex pro eo quod erat in editis ἐπικρατοῦντας.

(74) *Συμβουλεύσῃς.* Coisl. uterque et Reg. secundus συμβουλεύσεις. Sub finem editi ἐν Θεῷ. Melius Coisl. uterque, quos secuti sumus.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΔ'.

EPISTOLA CCXIV'.

Cum Paulini amici Terentium partibus suis adjungere conarentur, ac litteras Roma allatas circumferrent, monet Basilius ne his litteris et aliis ab Athanasio ad Paulinum scriptis moveatur. Paulinum ejusque amicos pro catholicis fratribus habet : sed Meletii jura defendit ; quæstionem de hypostasi, de qua nata dissensio, negat levis esse momenti, ac tandem orat, ut ad reditum exsulum episcoporum res integra servetur.

Τερεντίῳ κόμητι (75).

Terentio comiti.

A

1. Ὅτε ἠκούσαμεν τὴν σεμνότητά σου πάλιν ἐκδεδιάσθαι πρὸς τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, εὐθὺς μὲν διεταράχθημεν (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές), λογιζόμενοι ὅπως σοι παρὰ γνώμην ἐστὶν, ἅπαξ ἀφεθέντι τῶν δημοσίων φροντίδων, καὶ σχολάσαντι τῇ ἐπιμελείᾳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, πάλιν ἀναγκάζεσθαι πρὸς τὰ αὐτὰ ὑποστρέφειν (76). Ἔπειτα εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες, ὡς ὅτι τάχα ὁ Κύριος, βουλόμενος τῶν μυρίων ὀδυνῶν, αἳ νῦν τὰς καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίας συνέχουσι, μίαν ταύτην χαρίσασθαι παραμυθίαν, τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν πάλιν ᾠκονόμησεν ἐπὶ τῶν πραγμάτων φανῆναι· καὶ δὴ καὶ (77) εὐθυμότεροι ἤμεν, ὡς μέλλοντες ἔτι γοῦν ἅπαξ, πρὶν ἀπιέναι τῆς ζωῆς ταύτης, συντεύξεσθαι τῇ τιμιότητί σου.

1. Postquam audivimus gravitatem tuam coactam iterum fuisse communium rerum curam suscipere, statim quidem perturbati sumus (verum enim dicetur), cum cogitaremus, quam non ex tua sententia accidisset, ut **321** semel publicis curis solutus et otium ad tuam ipsius animam curandam impendens, iterum cogereris ad eadem redire. Deinde ubi in mentem venit, forte Dominum volentem innumeris doloribus, quibus nunc Ecclesiæ nostræ premuntur, unum hoc concedere solatium, perfecisse ut dignitas tua iterum ad res gerendas prodiret ; tum vero et hilariores facti sumus, ut adhuc venturi saltem semel, antequam exeamus ex

B

2. Ἀλλὰ πάλιν ἡμᾶς ἑτέρα φήμη κατέσχεν, ὡς ἐπὶ τῆς Ἀντιοχείας διάγοντος, καὶ τὰ ἐν χερσὶ πράγματα ταῖς μεγάλαις ἀρχαῖς συνδιέποντος. Πρὸς δὲ τῇ φήμῃ ταύτῃ κατέλαβεν ἡμᾶς ἀκοὴ, ὅτι καὶ οἱ τῆς κατὰ Παυλῖνον συντάξεως ἀδελφοὶ διαλέγονταί τινα (78) τῇ ὀρθότητί σου περὶ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἑνώσεως· ἡμᾶς δὲ λέγω τοὺς τῆς μερίδος τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, Μελετίου, τοῦ ἐπισκόπου. Οὓς καὶ γράμματα (79) ἀκούω νῦν τῶν Δυτικῶν περιφέρειν, αὐτοῖς τὴν ἐπισκοπὴν τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας ἐπιτρέποντα, παραλογιζόμενα δὲ τὸν θαυμασιώτατον ἐπίσκοπον τῆς ἀληθινῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας Μελέτιον. Καὶ οὐ θαυμάζω τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ ἀγνοοῦσι παντελῶς τὰ ἐνταῦθα· οἱ δὲ, καὶ δοκοῦντες εἰδέναι, φιλονεικότερον μᾶλλον ἢ ἀληθέστερον αὐτοῖς ἐξηγοῦνται. Πλὴν ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὐδὲν ἀπεικὸς ἦ ἀγνοεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἢ καὶ ἀποκρύπτεσθαι τὴν αἰτίαν, δι' ἣν εἰς τὸ γράφειν Παυλίνῳ ἦλθεν ὁ μακαριώτατος ἐπίσκοπος Ἀθανάσιος. Τὴν δὲ σὴν τελειότητα αὐτοῦ ἔχουσαν τοὺς δυναμένους τὰ μεταξὺ τῶν ἐπισκόπων (80) γενόμενα ἐπὶ τῆς Ἰοβιανοῦ βασιλείας

2. At rursus rumor alius ad nos pervenit, versari te Antiochiæ, et quæ in manibus sunt negotia cum summis potestatibus administrare. Præter hunc rumorem illud etiam accepimus, stantes a Paulino fratres nonnulla tecum disserere de conjunctione nobiscum ineunda, id est, cum iis qui sunt ex parte hominis Dei, Meletii, episcopi. Quos etiam et litteras audio nunc Occidentalium circumferre, quæ episcopatum Ecclesiæ Antiochenæ ipsis attribuunt, Meletium autem maxime admirandum veræ Dei Ecclesiæ episcopum frustrantur. Neque hoc miror. Illi enim res nostras omnino ignorant ; isti autem, etsi videntur scire, partium magis quam veritatis studio ipsis narrant. Cæterum

C

verisimile est eos aut veritatem ignorare, aut etiam causam occultare, cur adductus fuerit beatissimus episcopus Athanasius, ut Paulino scriberet. Sed cum ibi habeat præstantia tua, qui res imperante Joviano inter episcopos gestas sedulo enarrare possint, rogo ut ab ipsis edocearis. Verumtamen quia accusamus neminem, imo erga omnes charitatem

Alias CCCXLIX. Scripta anno 375.

(75) *Τερεντίῳ κόμητι.* Post hanc lectionem alia apponitur in vetustissimis codicibus Coisl. et Med. Primus sic habet : γρ. Τερατίνῳ Κ'ω. *Teratino domino.* Alter γρ. Καὶ Τερεντίνῳ κόμητι, *et Terentino comiti.* Comitem Orientis vocat codex Claromontanus.

(76) *Ὑποστρέφειν.* Ita tres vetustissimi codices cum nonnullis aliis. Editi ἐπιστρέφειν. Paulo post multi codices, sed recentiores, ἐλθόντες, ὅτι τάχα.

(77) *Καὶ δὴ καί.* Postrema vocula deest in codice Harl. et alio quodam.

(78) *Διαλέγονταί τινα.* Deest postrema vox in tribus codicibus non vetustissimis.

(79) *Γράμματα.* Exstant hæ Damasi litteræ, in Paulinum quidem liberales et prolixæ, cui de Vitali in communionem recipiendo judicium committunt, in Meletium autem parum honorificæ, quem notare Damasus videtur, cum eos, *qui de Ecclesiis ad Ecclesias migraverunt*, a sua communione alienos pronuntiat. Paulo post Harl. et Med. et unus ex Regiis καὶ θαυμάζω τοῦτο, *mirum id mihi videtur.*

D

(80) *Τὰ μεταξὺ των επισκόπων.* Id est, inter Athanasium et Meletium. *Nam beatissimus papa Athanasius*, inquit Basilius in epist. 258, *cum Alexandriam advenisset, omnino optabat, ut sibi cum eo* (Meletio) *communio conciliaretur. Sed malitia consiliariorum in aliud tempus dilata illorum communio : quod utinam non evenisset !* Hoc Athanasii cum Meletio communicandi desiderium argumento erat, quid de Meletii, quid de Paulini episcopatu sentiret. Sed tamen cum ejus consilia ad exitum perducta non fuissent, interim oblata Paulino fidei formula, cui Paulinum purgandi sui causa subscripsisse narrat Epiphanius hæres. LXXVII, n. 20, communicavit cum eo Antiochiæ, et Alexandriam redux ad eum scripsit. Existimat Tillemontius tom. VIII, p. 221, Athanasium, antequam Antiochiam veniret, auditis quæ de Paulini fide parum honorifice dicebantur, ad eum scripsisse. At qua de re scripserit Athanasius ad Paulinum, statui non potest : scripsisse autem postquam Antiochia discessit, inde perspicitur, quod Basilius his, quæ Antiochiæ inter episcopos gesta fuerant, adductum fuisse dicit

Digitized by Google

habere cupimus, et maxime erga domesticos fidei, gratulamur iis qui litteras Roma acceperunt. Atque etiamsi quod honorificum et magnum ferant illis testimonium, optamus verum illud esse, et operibus ipsis confirmatum. Non idcirco tamen mihi ipse unquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut Ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata dissensio, exiles putem, et parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me unquam et subduci patiar : sed neque, si ex ipsis missa sit cœlis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.

A ἀκριβῶς διηγήσασθαι, παρακαλοῦμεν ὑπ' αὐτῶν πληροφορηθῆναι (81). Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ οὐδενὸς κατηγοροῦμεν, (82) πρὸς πάντας δὲ ἔχειν εὐχόμεθα τὴν ἀγάπην, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως, συγχαίρομεν τοῖς κομισαμένοις τὰ ἀπὸ Ῥώμης γράμματα. Κἂν τινα σεμνὴν καὶ μεγάλην ἔχῃ αὐτοῖς μαρτυρίαν, εὐχόμεθα ἀληθῆ εἶναι ταύτην, καὶ δι' αὐτῶν (83) τῶν ἔργων βεβαιουμένην. Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν δυνάμεθά ποτε ἑαυτοὺς πεῖσαι ἢ Μελέτιον ἀγνοῆσαι, ἢ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἐπιλαθέσθαι, ἢ τὰ ζητήματα, ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς ἡ διάστασις γέγονε, μικρὰ ἡγήσασθαι, καὶ ὀλίγην ἔχειν διαφορὰν νομίσαι πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπόν. Ἐγὼ γὰρ, οὐχ ὅπως εἰ ἐπιστολήν τις ἀνθρώπων δεξάμενος, ἐπ' αὐτῇ μέγα φρονεῖ, τούτου ἕνεκεν ὑποσταλῆναί ποτε καταδέξομαι· ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἧκῃ τῶν οὐρανῶν, μὴ στοιχῇ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίστεως, δύναμαι αὐτὸν κοινωνὸν ἡγήσασθαι τῶν ἁγίων.

3. **322** Illud enim cogita, vir admirande, veritatis corruptores, qui Arianum schisma in sanam patrum inducunt fidem, nullam aliam proferre causam, cur pium patrum dogma non recipiant, præter consubstantialis notionem, quam prave ipsi et ad fidei totius calumniam exponunt, dum Filium a nobis dictitant secundum hypostasim consubstantialem asseverari. His si quam occasionem dederimus, dum ab iis abripimur, qui simplicitate magis quam malitia hæc aut his similia dicunt, nihil impedit quominus inelactabiles in nos ansas præbeamus, eorumque roboremus hæresim, quibus, hæc una exercitatio est, dum in Ecclesia loquuntur, non sua stabilire, sed nostra calumniari. Quænam autem hac calumnia gravior esse possit, et ad multos commovendos aptior, quam si qui ex nobis videantur Patris et Filii et Spiritus sancti unam hypostasim dicere, qui, etiamsi omnino personarum differentiam aperte doceant : quia tamen hoc ipsum prius usurpatum est a Sabellio, unum quidem hypostasi Deum esse dicente, sed sub diversis personis a Scriptura repræsentari, pro propria occurrentis subinde usus ratione ; ac nunc quidem paternas illum sibi accommodare voces, cum hujus personæ adest occasio : nunc vero eas quæ Filium decent, cum ad nostri suscipiendam curam, aut ad alias quasdam œconomicas operationes descendit : nunc tandem Spiritus induere personam, cum tempus proprias hujus personæ voces exposcit ; si qui ergo etiam apud nos unum subjecto Patrem et Filium et Spiritum sanctum dicere deprehendantur, tres vero personas perfectas confiteri : quomodo non apertum

B 3. Ἐνθυμήθητι γὰρ, ὦ θαυμάσιε, ὅτι οἱ παραχαράκται τῆς ἀληθείας, οἱ τὸ Ἀρειανὸν σχίσμα τῇ ὑγιεῖ τῶν πατέρων ἐπεισαγαγόντες (84) πίστει, οὐδεμίαν ἄλλην αἰτίαν προβάλλονται τοῦ μὴ παραδέχεσθαι τὸ εὐσεβὲς τῶν πατέρων δόγμα, ἢ τὴν τῶ ὁμοουσίου διάνοιαν, ἣν αὐτοὶ πονηρῶς καὶ ἐπὶ διαβολῇ τῆς ὅλης (85) πίστεως ἐξηγοῦνται, λέγοντες τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὁμοούσιον λέγεσθαι παρ' ἡμῶν. Οἷς ἐάν τινα δῶμεν ἀφορμὴν, ἐκ τοῦ περιφέρεσθαι τοῖς δι' ἁπλότητα μᾶλλον, ἢ διὰ κακίαν ταῦτα ἢ τὰ τούτοις παραπλήσια λέγουσιν, οὐδὲν κωλύει καὶ ἡμᾶς ἀναντιρρήτους μὲν δοῦναι καθ' ἑαυτῶν τὰς λαβὰς, ἰσχυρὰν δὲ ἐκείνοις κατασκευάσαι τὴν αἵρεσιν, οἷς μία μελέτη ἐστὶν, ἐν τοῖς ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας λόγοις οὐ τὰ ἑαυτῶν κατασκευάζειν, ἀλλὰ C τὰ ἡμέτερα διαβάλλειν. Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς διαβολῆς ταύτης χαλεπωτέρα, καὶ μᾶλλον δυναμένη τοὺς πολλοὺς διασαλεῦσαι, ἢ εἰ (86) φανείησάν τινες ἐξ ἡμῶν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν ὑπόστασιν λέγοντες, οἱ, κἂν πάνυ τὸ τῶν προσώπων διάφορον ἐναργῶς δογματίζωσιν, ἀλλ' οὖν τῷ παρὰ τοῦ Σαβελλίου προειλῆφθαι τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες· ἕνα μὲν εἶναι τῇ ὑποστάσει τὸν Θεὸν, προσωποποιεῖσθαι δὲ ὑπὸ τῆς Γραφῆς διαφόρως, κατὰ τὸ ἰδίωμα τῆς ὑποκειμένης ἑκάστοτε χρείας· καὶ νῦν μὲν τὰς πατρικὰς ἑαυτῷ περιτιθέναι φωνὰς, ὅταν τούτου καιρὸς ᾖ τοῦ προσώπου· νῦν δὲ τὰς Υἱῷ πρεπούσας, ὅταν πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐπιμέλειαν ἢ πρὸς ἄλλας τινὰς οἰκονομικὰς ἐνεργείας ὑποβαίνῃ· νῦν δὲ τὸ τοῦ Πνεύματος ὑποδύεσθαι προσωπεῖον (87), D ὅταν ὁ καιρὸς τὰς ἀπὸ τοῦ τοιούτου προσώπου φωνὰς ἀπαιτῇ· ἐὰν οὖν καὶ παρ' ἡμῖν φανῶσί τινες ἐν

Athanasium, ut scriberet Paulino. Præterea non dubium, quin hæc epistola Paulinum episcopum salutaverit : alioqui nihil ei profuisset. At causæ Paulini Athanasius aperte non favit, antequam veniret Antiochiam. Tunc enim propensior erat in Meletium, ac *omnino optabat, ut sibi cum eo communio conciliaretur.*

(81) *Πληροφορηθῆναι.* Sic vetustissimi tres mss. et alii duo. Editi διδαχθῆναι.

(82) Vide Addenda.

(83) *Καὶ δι' αὐτῶν.* Conjunctio addita ex quinque mss., quorum tres vetustissimi. Ibidem nonnulli mss. ἀληθεύειν αὐτὴν δι' αὐτῶν.

(84) *Ἐπεισαγαγόντες.* Ita tres vetustissimi codices cum uno ex Regiis. Editi ἐπεισάγοντες.

(85) *Ὅλης.* Deest in quinque mss., non tamen vetustissimis.

(86) *Ἢ εἰ.* Prima vocula addita ex septem mss.

(87) *Προσωπεῖον.* Quatuor mss. recentiores πρόσωπον.

Digitized by Google

τῷ ὑποκειμένῳ Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα λέγοντες, τρία δὲ πρόσωπα τέλεια (88) ὁμολογοῦντες· πῶς οὐχὶ σαφῆ καὶ ἀναντίῤῥητον δόξουσι παρέχεσθαι τὴν ἀπόδειξιν τοῦ ἀληθῆ εἶναι τὰ λεγόμενα περὶ ἡμῶν;

et insuperabile videbuntur afferre argumentum, cur vera sint quæ de nobis dicuntur?

4. Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ὑπόστασις καὶ οὐσία οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ὑπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς Δύσεως ἀδελφοὶ, ἐν οἷς τὸ στενὸν τῆς ἑαυτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παρσδεδώκασιν· ἵνα, εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτὴ ἐν τῇ εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων. Εἰ δὲ δεῖ καὶ ἡμᾶς τὸ δοκοῦν ἡμῖν ἐν βραχεῖ εἰπεῖν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι ὃν ἔχει λόγον τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον (89) ἔχει ἡ οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν καὶ τῷ κοινῷ τῆς οὐσίας λόγῳ τοῦ εἶναι μετέχει, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἰδιώμασιν ὁ δεῖνά ἐστι καὶ ὁ δεῖνα. Οὕτω καὶεῖ ὁ μὲν τῆς οὐσίας λόγος κοινός· οἷον ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης (90), ἢ εἴ τι ἄλλο νοοῖτο· ἡ δὲ ὑπόστασις ἐν τῷ ἰδιώματι τῆς πατρότητος, ἢ τῆς υἱότητος, ἢ τῆς ἁγιαστικῆς δυνάμεως θεωρεῖται. Εἰ μὲν οὖν ἀνυπόστατα λέγουσι τὰ πρόσωπα, αὐτόθεν ἔχει ὁ λόγος τὴν ἀτοπίαν· εἰ δὲ ἐν ὑποστάσει εἶναι αὐτὰ ἀληθινῇ συγχωροῦσιν (91), ὃ ὁμολογοῦσι, καὶ ἀριθμείτωσαν, ἵνα καὶ ὁ τοῦ ὁμοουσίου λόγος διαφυλαχθῇ ἐν τῇ ἑνότητι τῆς θεότητος, καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας ἐπίγνωσις, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἐν τῇ ἀπηρτισμένῃ καὶ ὁλοτελεῖ ἑκάστου τῶν ὀνομαζομένων ὑποστάσει κηρύσσηται. Ὅμως (92) δὲ ἐκεῖνο βούλομαι πεπεῖσθαι τὴν σεμνότητά σου, ὅτι καὶ σὲ καὶ πάντα τὸν παραπλησίως σοι τῆς ἀληθείας φρονπίζοντα, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιζομένους μὴ ἀτιμάζοντα, ἀναμένειν δεῖ καθηγήσασθαι τῆς συναφείας ταύτης καὶ τῆς εἰρήνης τοὺς προστάτας τῶν Ἐκκλησιῶν, οὓς ἐγὼ στύλους καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας καὶ τῆς Ἐκκλησίας τίθεμαι, καὶ τοσούτῳ πλέον αὐτοὺς αἰδοῦμαι, ὅσῳ ἂν μακρότερον ἐξοκισθῶσιν, ἀντὶ τιμωρίας αὐτοῖς ἐπαγομένου τοῦ χωρισμοῦ. Παρακαλῶ οὖν, φύλαξον ἡμῖν σεαυτὸν ἀπρόληπτον (93), ἵν' ἔχωμέν σοι γοῦν ἐπαναπαύεσθαι, ἐχαρίσατο.

4. Quod autem hypostasis et essentia idem non sunt, id et ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua Græca tradiderunt; ut et, si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara et minime confusa nominum diversitate. Quod si et mihi quid sentiam breviter dicendum, illud dicam, quæ ratio est communi cum eo quod proprium, eamdem esse essentiæ cum hypostasi. Nam unusquisque nostrum et per communem essentiæ rationem esse participat, et per suas proprietates ille et ille exsistit. Ita et illic ratio quidem essentiæ communis, velut bonitas, divinitas, aut si quid aliud cogitatur: hypostasis vero in proprietate paternitatis, aut filiationis, aut potentiæ sanctificantis perspicitur. Si ergo personas dicunt non subsistere, per se absurda hæc doctrina: sin concedunt illas esse in vera hypostasi, quod fatentur, hoc etiam numerent, ut et consubstantialis ratio servetur in unitate divinitatis, et pietatis **323** cognitio, Patris et Filii et Spiritus sancti, in perfecta et integra uniuscujusque eorum, qui nominantur, hypostasi prædicetur. Illud tamen tuæ dignitati persuasum volo, et te et quisquis simili veritatis cura tangitur, nec eos contemnit qui pro pietate decertant, exspectare debere, dum duces sint et auctores hujus conjunctionis ac pacis præfecti Ecclesiarum, quos ego columnas ac firmamentum veritatis et Ecclesiæ esse pono, et eo magis revereor, quo longius ablegati sunt, inflicto illis exsilio in pœnæ loco. Rogo itaque, serva te nobis ab anticipata opinione liberum, ut in te acquiescere valeamus, quem in omnibus baculum nobis et fulcrum Deus largitus est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΕ'.

Nuntiat Basilius se Terentio protinus scripsisse: dehortatur Dorotheum ab itinere Romam suscipiendo, nisi mari utatur: dubitat an frater Gregorius ejusmodi legationem obire velit, aut ad utiliter obeundam idoneus sit.

Δωροθέῳ πρεσβυτέρῳ.

Εὐθὺς ἐπιτυχὼν ἀφορμῆς, ἐπέστειλα τῷ θαυμασιωτάτῳ ἀνδρὶ Τερεντίῳ τῷ κόμητι· λογισάμενος ἀνυποπτότερον εἶναι τὸ διὰ ξένων αὐτῷ γράφειν περὶ τῶν προκειμένων, καὶ ἅμα βουλόμενος μηδεμίαν ἐγγενέσθαι διατριβὴν τῷ πράγματι τὸν ποθεινότατον ἀδελφὸν Ἀκάκιον. Τῷ διαψηφιστῇ τῆς τάξεως τῶν ἐπάρχων ἔδωκα οὖν (94) τὴν ἐπιστολὴν δημοσιῶν. Paulo post iidem editi ἂν μένειν. Omnes mss. ut in textu.

EPISTOLA CCXV.

Dorotheo presbytero.

Statim occasionem nactus, scripsi viro in primis admirando comiti Terentio, minus suspectum esse existimans per ignotos ad eum de propositis rebus scribere, simulque rei moram afferri nolens a charissimo fratre Acacio. Numerario officii præsidis dedi igitur epistolam cursu publico proficiscenti; cui etiam præcepi ut vobis prius litteras ostende-

(88) *Τέλεια.* Deest in codicibus Harl., Med. et uno ex Regiis.

(89) *Τοῦτον.* Editi et codices vetustissimi τοῦτο. Sed melius recentiores mss. quinque τοῦτον.

(90) *Θεότης.* Pro hac voce legitur in codice Medicæo ἀϊδιότης. Ibidem editi καὶ εἴ τι. Mss. summo consensu ut in textu.

(91) *Συγχωροῦσιν.* Quidam recentiores codices συγχωρήσουσιν.

(92) *Ὅμως.* Ita omnes nostri veteres libri. Editi

(93) *Σεαυτὸν ἀπρόληπτον.* Plures mss. αὐτὸν ἀπρόληπτον. Sic exhibet hunc locum codex Claromontanus: σεαυτὸν ἀπροσωπόληπτον, ἵνα ἔχωμέν σοι γνησίως ὡς υἱῷ ἐπαναπαύεσθαι.

* Alias CCL. Scripta anno 375.

(94) *Ἔδωκα οὖν.* Postremam vocem erui ex codice Medicæo. Deest hæc epistola in Harlæano et pluribus aliis.

Digitized by Google

ret. Iter autem Romam nescio quomodo nemo prudentiæ tuæ nuntiaverit hieme omnino confici non posse; cum interjecta a Constantinopoli usque ad fines nostros regio hostibus referta sit. Quod si utendum est mari, erit tempus; modo non recuset navigationem et de ejusmodi rebus legationem religiosissimus episcopus frater Gregorius. Ego enim, nec qui cum ipso proficiscantur video, et ipsum negotiorum ecclesiasticorum prorsus inexpertum cognosco; ac illius quidem congressum benigno ac miti viro venerabilem et in plurimo pretio fore; sed cum elato et sublimi et altius sedenti, quique propterea veritatem humi prædicantes audire non possit, quid rebus communibus prosit viri hujusmodi congressus, cujus mores ab illiberali adulatione alieni?

σίῳ δρόμῳ ὁδεύοντι, ᾧ καὶ ἐνετειλάμην πρώτοις ὑμῖν ἐμφανίσαι τὸ γράμμα. Τὴν δὲ ἐπὶ Ῥώμην ὁδὸν οὐκ οἶδα ὅπως οὐδεὶς ἀνήγγειλε τῇ συνέσει ὑμῶν, ὅτι ἐν τῷ χειμῶνι παντελῶς ἐστιν ἄπορος, τῆς μεταξὺ χώρας ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς ὅρων πολεμίων πεπληρωμένης. Εἰ δὲ δεῖ θαλάσσῃ χρήσασθαι, ἔσται καιρός· μόνον ἐὰν καταδέξηται καὶ τὸν πλοῦν, καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν τοιούτων πραγμάτων πρεσβείαν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Γρηγόριος ὁ ἀδελφός. Ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτε τοὺς συναπερχομένους αὐτῷ ὁρῶ, καὶ αὐτὸν γινώσκω παντελῶς ἄπειρον ὄντα τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας (95)· καὶ εὐγνώμονι μὲν ἀνδρὶ αἰδέσιμον αὐτῷ καὶ πολλοῦ ἀξίαν τὴν συντυχίαν, ὑψηλῷ δὲ καὶ μετεώρῳ, ἄνω που καθημένῳ, καὶ διὰ τοῦτο ἀκούειν τῶν χαμόθεν αὐτῷ τὴν ἀλήθειαν φθεγγομένων μὴ δυναμένῳ, τί ἂν γένοιτο ὄφελος τοῖς κοινοῖς παρὰ τῆς τοῦ τοιούτου ἀνδρὸς ὁμιλίας, ὃς ἀλλότριον ἔχει θωπείας ἀνελευθέρου τὸ ἦθος;

EPISTOLA CCXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΣ'.

Narrat Basilius peregrinationes a se susceptas, seque ad Terentium statim post reditum scripsisse, ut eorum fraudes edoceret, qui hunc comitem a Meletio abstrahere, et in partes suas allicere volebant.

Meletio, Antiochiæ episcopo.

Μελετίῳ, ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

Multæ nos et aliæ peregrinationes a patria avocarunt. Nam et in Pisidiam usque venimus, ut cum ejusdem regionis episcopis quæ **324** ad fratres Isauriæ spectant, componeremus. Atque inde nos in Pontum excepit peregrinatio, cum Dazimonem satis perturbasset Eustathius, multosque illic adduxisset, ut se ab Ecclesia nostra abscinderent. Sed et usque ad Petri mei fratris ædes me contuli: quæ cum Neocæsarea non longe distent, plurimæ perturbationis Neocæsariensibus causam attulerunt, mihi vero plurimæ contumeliæ materiam præbuere. Illi enim fugerunt, nemine persequente: nos autem videbamur cupiditate laudum ab ipsis consequendarum etiam invocati nos obtrudere. Postquam autem redivimus, ex imbribus ac molestiis plurima infirmitate collecta, statim nos ab Oriente litteræ exceperunt quibus significabatur, Paulino ab Occidente litteras quasdam, veluti cujusdam principatus tesseram, allatas fuisse, valdeque efferri hujus partis duces et gloriari de litteris; deinde etiam fidem proponere, ac ea conditione paratos esse cum nostra Ecclesia conjungi. Ad hæc mihi et illud nuntiatum

Πολλαὶ μὲν ἡμᾶς καὶ ἄλλαι (96) ἀποδημίαι τῆς πατρίδος ἀπήγαγον. Καὶ γὰρ μέχρι τῆς Πισιδίας διέβημεν. ὥστε μετὰ τῶν ἐκεῖ ἐπισκόπων τὰ κατὰ τοὺς ἐν τῇ Ἰσαυρίᾳ ἀδελφοὺς τυπῶσαι. Κἀκεῖθεν ἡ ἐπὶ τὸν Πόντον ἡμᾶς διεδέξατο ἀποδημία, ἱκανῶς τὸν Δαζιμῶνα ταράξαντος τοῦ Εὐσταθίου, καὶ πολλοὺς ἀναπείσαντος τῶν ἐκεῖ ἀποσχισθῆναι τῆς Ἐκκλησίας ἡμῶν. Ἐγενόμεθα δὲ καὶ μέχρι τοῦ οἰκιδίου Πέτρου τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν, ὃ, διὰ τὸ (97) προσεγγίζειν τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν τόποις, πολλῆς μὲν τοῖς ἐκεῖ ταραχῆς παρέσχεν αἰτίαν, πολλῆς δὲ ὕβρεως ἡμῖν ὑπόθεσιν προεξένησεν. Οἱ μὲν γὰρ ἔφευγον, οὐδενὸς διώκοντος· ἡμεῖς δὲ ἐνομιζόμεθα ἐπιθυμεῖν τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπαίνων καὶ ἄκλητοι εἰσωθίζεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἐπανήλθομεν, ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τῶν ἀθυμιῶν πολλὴν ἀῤῥωστίαν συναγαγόντες, εὐθὺς ἡμᾶς ἐκ τῆς Ἀνατολῆς κατέλαβε γράμματα, σημαίνοντα τοῖς περὶ Παυλῖνον ἀπὸ τῆς Δύσεως ἐπιστολάς τινας, ὥσπερ τινὸς ἀρχῆς συνθήματα, κεκομίσθαι, καὶ μέγα φρονεῖν τοὺς στασιαστὰς τοῦ μέρους ἐκείνου, καὶ ἐπαγάλλεσθαι τοῖς γράμμασιν, εἶτα καὶ πίστιν προτείνεσθαι, καὶ ἐπὶ ταύτῃ (98) ἑτοίμως ἔχειν συν-

* Alias CCLXXII. Scripta anno 375.

(95) *Τῶν κατὰ τὰς Ἐκκλησίας.* Ex quatuor codicibus, in quibus hæc epistola exstat, nempe Med., Coisl. primo, Reg. secundo et Clarom., solus Regius profuit ad emendandam lectionem vulgatam τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας.

(96) *Καὶ ἄλλαι.* Quod ait Basilius se multas *et alias* peregrinationes suscepisse, id argumento est aliquam ei præter eas, quas jam exegerat, propositam a Meletio fuisse. Unde colligimus episcopum, qui, ut est in epist. 213, Basilio auctor fuerat, ut celeriter Mesopotamiam peteret, ibique coactis idem sentientibus episcopis imperatorem adiret, non alium Meletio fuisse. Quamvis autem Basilius non declaret in hac epistola, quid de Meletii consilio sentiat; non idcirco mutila videri debet. Res enim maximi momenti erat, ac litteris non temere committenda. Hinc Basilius in epist. 213 auctorem consilii non nominat. Quamobrem verisimile est Basilium idem in hac epistola, ac in pluribus aliis et præsertim in epistola 57 ad eumdem Meletium, fecisse, ut quæ tuto scribi non poterant, ea in arcanis mandatis daret perferenda.

(97) *Ὅ, διὰ τό.* Legit Combefisius ὃς διὰ τό, *in quod loca Neocæsareæ vicina prope adiit.* Sed repugnant mss. ac ipsa historia.

(98) *Ἐπὶ ταύτῃ. Ea conditione*, id est si nihil amplius ab eis exigatur. Nam etsi unam hypostasim dicebant, hanc tamen legem non imponebant aliis. Imo videntur persuadere voluisse totam rem

Digitized by Google

ἀπεσθαι τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ. Πρὸς δὲ τούτοις κἀκεῖνο ἡμῖν ἀπηγγέλθη (99), ὅτι ὑπηγάγοντο πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῶν σπουδὴν τὸν πάντα ἄριστον ἄνδρα, Τερέντιον, ᾧ ταχέως ἐπέστειλα, καθ' ὅσον ἦν μοι δυνατόν, ἐπέχων αὐτὸν τῆς ὁρμῆς, καὶ διδάσκων τὴν κατ' αὐτοὺς ἀπάτην.

A est abduci ab illis in partium suarum studia virum longe præstantissimum, Terentium, cui celeriter scripsi, quantum in me fuit, impetum illius reprimens, ac fraudes illorum edocens

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΖ'

EPISTOLA CCXVII.

Redux e Ponto Basilius summum videndi Amphilochii desiderium significat, ac de nonnullis rebus ad Isauros spectantibus sententiam suam aperit. Tum venit ad canones, et in eo maxime constituendo immoratur, quot quisque annos in variis pœnitentium ordinibus traduceret

Ἀμφιλοχίῳ, περὶ κανόνων.

Ἀπὸ ὁδοῦ μακρᾶς ἐπανελθὼν (ἐγενόμην γὰρ μέχρι τοῦ Πόντου (1) ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκεν χρειῶν καὶ κατ' ἐπίσκεψιν τῶν ἐπιτηδείων), καὶ τὸ σῶμά μου συντετριμμένον ἐπαναγαγὼν, καὶ τὴν ψυχὴν μετρίως (2) κεκακωμένος, ἐπειδὴ τὸ γράμμα τῆς σῆς εὐλαβείας ἐπὶ χεῖρας ἔλαβον, πάντων ἀθρόως ἐπελαθόμην, καὶ τῆς φωνῆς τῆς πασῶν ἐμοὶ ἡδίστης, καὶ χειρὸς τῆς φιλτάτης ὑποδεξάμενος σύμβολα. Ὡς οὖν (3) ἐκ τῶν γραμμάτων οὕτως ἐγενόμην χαίρων, εἰκάζειν ὀφείλεις πόσου ἀξίαν ποιοῦμαι τὴν συντυχίαν σου, ἣν οἰκονομήσειεν ὁ Ἅγιος γενέσθαι, ὅπου ἀνεπαχθὲς ᾖ, καὶ αὐτὸς ἡμᾶς προσκαλέσῃ. Καὶ γὰρ οὐ χαλεπόν μοι, εἰ καταλάβοις τὸν οἶκον τὸν ἐπὶ τῆς Εὐφημιάδος, γενέσθαι ὁμοῦ, τά τε ὧδε ὀχληρὰ διαφεύγοντι, καὶ πρὸς τὴν ἀνυπόκριτόν σου ἀγάπην ἐπειγομένῳ. Τάχα δέ μοι καὶ ἄλλως ἀναγκαίαν ποιεῖ τὴν μέχρι Ναζιανζοῦ ὁδὸν ἡ ἀθρόα τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου ἀναχώρησις, μετὰ ποίας αἰτίας γενομένη, ἀγνοουμένη μέχρι τοῦ νῦν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, περὶ οὗ κἀγὼ ἤμην διαλεχθεὶς τῇ τελειότητί (4) σου, καὶ αὐτὸς νῦν ἤλπισας ἕτοιμον εἶναι, γίνωσκε, ὅτι, μακρᾷ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσών, καὶ κάμνων λοιπὸν περὶ αὐτὰς τὰς ὄψεις, ἐκ τοῦ παλαιοῦ πάθους καὶ τῆς ἐναγχος αὐτῷ ἐπισυμβάσης νόσου, παντελῶς ἄχρηστος πρὸς τὰς τυχούσας ἐνεργείας ἀπέμεινεν. Ἄλλος δὲ οὐκ ἔστι παρ' ἡμῖν. Ὥστε βέλτιον, εἰ καὶ ἡμῖν ἐπέτρεψαν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' οὖν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τινὰ προβληθῆναι. Καὶ γὰρ ἡγεῖσθαι χρὴ ταῦτα μὲν τῆς ἀνάγκης εἶναι τὰ ῥήματα, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῶν ἐκεῖνο βούλεσθαι, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπε-

Amphilochio, de canonibus.

Ex longo reversus itinere (abieram enim usque in Pontum negotiorum ecclesiasticorum causa et ut inviserem propinquos), cum et meum corpus confractum retulissem, et animo satis afflictarer, ubi primum pietatis tuæ litteras in manus sumpsi, omnium statim oblitus sum, et vocis mihi omnium jucundissimæ, et manus amicissimæ signis acceptis. Cum igitur litteris tuis sim ita recreatus, conjicere debes quanti faciam tuum congressum, quem utinam, Sancto moderante, consequar, ubi molestum non fuerit, ac nos ipse advocaveris. Neque enim, si ad ædes quæ Euphemiade sunt, accesseris, grave mihi erit in unum venire et molestias hic ingruentes fugienti et ad tuam **325** minime fucatam dilectionem festinanti. Fortasse autem mihi et alioqui necessitatem affert Nazianzum usque proficiscendi repentina religiosissimi episcopi Gregorii discessio, quæ quibus de causis acciderit, hactenus ignoro. Cæterum virum illum, de quo et ego cum tua præstantia locutus eram, quemque nunc ipse paratum esse speras, scias velim, diuturno morbo correptum, ac de cætero ipsis oculis laborantem, cum ex veteri morbo, tum ex ægritudine, quæ recens ei supervenit, inutilem omnino ad quælibet munia relictum esse. Alius autem non est apud nos. Quare satius est, etiamsi rem arbitrio nostro permiserint, aliquem tamen ex illis ipsis designari. Nam credere par est, hæc quidem necessitatis esse verba, sed eorum animum id velle quod ab initio depoposcerant, ut suorum aliquis præficiatur. Quod si quis sit ex neophytis, sive Macedonio ita videa-

levis esse momenti : unde Basilius hanc opinionem refellit in epist. 214. Rem astu tractabant, et idcirco fraudis infra accusantur. Denique perincommodum fore ait Basilius, in epist. 214 : *Si qui ex nobis*, inquit, *videantur unam hypostasim dicere.* Non ergo omnes id dixissent, sed quidam tantum, nempe Paulinus et qui cum eo erant.

(99) Ἀπηγγέλθη. Ita Harl. et Coisl. primus, quibus favet codex insignis Ecclesiæ Parisiensis, in quo legitur ἀπηγγέλη. Idem codices et alii nonnulli ὑπηγάγοντο. Editi ἀπηγγέλη, ὅτι ὑπήγαγον. Paulo post editi ἀπέστειλα... ἐπισχών. Sex mss. ut in textu.

(1) *Τοῦ Πόντου.* Sic legitur in codicibus, in quibus exstat initium hujus tertiæ epistolæ ; deest enim in nonnullis. Editi τῆς Πόντου.

(2) *Μετρίως.* Hanc vocem Tillemontius idem sonare existimat ac *mediocriter*. Unde colligit molestiis, quæ Basilio a Neocæsariensibus acciderunt, nihil Ponti episcopos addidisse. sed potius gratiam inter eos et Basilium sartam fuisse. Non quadrat hæc sententia cum pluribus Basilii litteris, in quibus acceptum ex Neocæsariensibus conviciis dolorem sic describit, ut mediocris videri non possit. Quamobrem malim cum Combefisio illud μετρίως magni doloris indicium existimare. Sæpe ejusmodi vocibus, μετρίως, ἐπιεικῶς, non minuitur res, sed augetur. Quale est illud Gregorii Nazianzeni in orat. 20, p. 327, de ludo Athenis in hospites studiorum causa advenientes ludi solito. Καὶ τὸ πρᾶγμά ἐστιν ἐπιεικῶς ἄτοπον καὶ δαιμόνιον. *Atque ea res vehementer absurda et prodigiosa.* Μετρίως apud eumdem Greg. idem sonat ac *abunde*. Sic enim initio orat. VI, pag. 137 : Ἆρ' οὖν ἱκανὰ ταῦτα, καὶ μετρίως ὑμῖν τὸν ἄνδρα ὁ λόγος ἔγραψεν ; *An vero hæc sufficiunt, et abunde vobis oratio hunc virum depinxit ?*

(3) Ὡς οὖν. Legitur in nonnullis codicibus mss. ὡς οὖν. In alio Ὅσον οὖν.

(4) Τῇ τελειότητι. Sic mss. plerique. Editi τῇ τιμιότητι.

* Alias III. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tur, sive non, ille ordinetur. Informabis autem ipsum ad officium, Domino, qui tibi in omnibus opitulatur, etiam ad id gratiam largiente.

δὲ αὐτὸν πρὸς τὸ δέον, τοῦ ἐν πᾶσι συνεργοῦντός σοι Κυρίου καὶ τὴν εἰς τοῦτο χάριν παρεχομένου (6).

LI. Quod ad clericos attinet, indefinite canones exposuerunt, unam lapsis jubentes pœnam infligi, ejectionem a ministerio: sive in gradu fuerint, sive etiam in ministerio, quod manuum impositione non datur, permaneant.

ΝΑ'. Τὸ κατὰ τοὺς κληρικοὺς ἀδιορίστως οἱ κανόνες ἐξέθεντο, κελεύσαντες μίαν ἐπὶ τοῖς παραπεσοῦσιν ὁρίζεσθαι τιμωρίαν, τὴν ἔκπτωσιν τῆς ὑπηρεσίας· εἴτε ἐν βαθμῷ (7) τυγχάνοιεν, εἴτε καὶ ἀχειροθέτῳ (8) ὑπηρεσίᾳ, προσκαρτεροῖεν.

LII. Quæ fetum in via editum neglexit, si cum servare posset, contempsit, aut peccatum inde celaturam se existimans, aut belluina et inhumana cogitatione utens, tanquam in homicidio judicetur. Sin autem eum fovere non potuit, et propter solitudinem rerumque necessariarum inopiam fetus interiit, matri est ignoscendum.

ΝΒ'. Ἡ τοῦ κυήματος κατὰ τὴν ὁδὸν ἀμελήσασα, εἰ μὲν οὖν δυναμένη περισώσασθαι κατεφρόνησεν, ἢ συγκαλύψειν τὴν ἁμαρτίαν ἐντεῦθεν νομίζουσα, ἢ ὅλως θηριώδει καὶ ἀπανθρώπῳ λογισμῷ χρησαμένη, ὡς ἐπὶ φόνῳ κρινέσθω. Εἰ δὲ οὐκ ἠδυνήθη περιστεῖλαι, καὶ δι' ἐρημίαν καὶ ἀπορίαν τῶν ἀναγκαίων διεφθάρη τὸ γεννηθὲν (9), συγγνωστὴ ἡ μήτηρ.

LIII. Vidua ancilla fortasse non multum lapsa est, quæ secundas nuptias per raptus speciem elegit. Quamobrem ob id incusanda non est. Non enim prætextus judicantur, sed voluntas. Illam autem, ut perspicuum est, manet digamiæ pœna.

ΝΓ'. Ἡ χήρα δούλη (10) τάχα οὐ μέγα ἔπταισεν, ἑλομένη δεύτερον γάμον ἐν σχήματι ἁρπαγῆς. Ὅπου οὐδὲν τούτου ἕνεκεν ἐγκαλεῖσθαι χρή. Οὐ γὰρ τὰ σχήματα κρίνεται, ἀλλ' ἡ προαίρεσις. Δῆλον δέ, ὅτι τὸ τῆς διγαμίας μένει αὐτὴν ἐπιτίμιον.

LIV. Involuntariarum cædium discrimina scio me ante tempus pietati tuæ pro viribus descripsisse, neque his amplius quidquam dicere queo; est autem tuæ prudentiæ, pro casus cujusque **326** ratione pœnas intendere, aut etiam remittere.

ΝΔ'. Τὰς τῶν ἀκουσίων φόνων διαφορὰς πρὸ χρόνου οἶδα ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου κατὰ τὸ ἐμὸν δυνατόν· καὶ πλέον ἐκείνων οὐδὲν εἰπεῖν δύναμαι· τῆς δὲ σῆς συνέσεώς ἐστι κατὰ τὸ ἴδιωμα τῆς περιστάσεως ἐπιτείνειν τὰ ἐπιτίμια, ἢ καὶ ὑφεῖναι

LV. Qui in latrones ex adverso feruntur, si sint quidem laici, a boni communione arcentur; si vero

ΝΕ'. Οἱ τοῖς λῃσταῖς ἀντεπεξιόντες, ἕξω μέν ὄντες (11), τῆς κοινωνίας εἴργονται τοῦ ἁγιάσ-

(5) *Τῶν νεοφωτίστων.* Miratur Tillemontius, quod auctor sit Basilius, ut neophytus ordinetur, sibique obscuram hujus loci sententiam videri fatetur. Sed temporum difficultas hujus rei necessitatem attulerat, ut laicus vel etiam neophytus, si modo esset eximius veritatis defensor, præferretur clerico, aut aliqua erroris labe aspersо, aut præsidiis ad fidei defensionem necessariis destituto. Quare hæc verba, *Quod si quis sit ex neophytis*, idem valent ac, *si quis sit episcopatui idoneus.* Vituperat ejusmodi ordinationes Siricius papa, sed tamen fatetur interdum ob imminentia ab hæreticis pericula necessarias fuisse. *Certe etiam illud*, inquit in epist. 6, n. 5, *non fuit prætermittendum, ut quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit contra apostolica præcepta, velut lege licitum cœpisse præsumi, neophytum vel laicum, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate vel presbyterum vel diaconum ordinare: quasi meliores apostolis sint, quorum audeant mutare præceptum.*

(6) *Παρεχομένου.* Hic in editis reponitur totidem verbis canon decimus, cum hoc tamen discrimine, quod in canone decimo habent omnes codices mss. et editi τὰς κατὰ λεπτὸν προσθήκας, hic autem legitur συνθήκας, *inita sigillatim pacta.* Cum autem minus commode videretur hic canon repeti, cumque nec apud Balsamonem, Zonaram, Aristenum, nec in plerisque codicibus mss. reperiatur ante canonem 51, expungendum duximus.

(7) *Εἴτε ἐν βαθμῷ.* In gradu collocant Balsamon et Zonaras presbyteros, diaconos et subdiaconos: in ministerio autem sine impositione manuum dato lectores, cantores, sacrorum vasorum custodes et alios ejusmodi. Alexius Aristenus presbyteris, diaconis et subdiaconis adjungit cantores et lectores, in inferiore autem ministerio numerat eos qui sacra vasa custodiunt, aut qui candelas accendunt, aut quibus commissa sanctarum altaris foriun custodia. Aristeni sententiam confirmant ipsa canonis verba, *Sive in ministerio, quod manuum impositione non datur, permaneant.* Inde enim patet ulterius non promoveri eos qui in hoc ministerio erant, sed in eo permanere solitos esse: quod de lectoribus et cantoribus dici non potest. Videtur autem huic canoni locum dedisse exorta dubitatio, an ii, quos ejusmodi ministerium a laicis non multum segregabat, eodem jure esse deberent, ac alii clerici, quibus in vitium lapsis sola depositionis pœna, non publica pœnitentia imponebatur. Eodem jure esse debere pronuntiat Basilius.

(8) *Ἀχειροθέτῳ.* Consentiunt in hac voce optimi quique et antiquissimi codices. Editi ἀχειροτονήτῳ.

(9) *Τὸ γεννηθέν.* Sic mss. codices et Pandectæ. Legitur in uno codice τὸ κυηθέν. Editi τὸ γενηθέν. Hic autem fusius explicat Basilius quod canone 50 edixerat.

(10) *Ἡ χήρα δούλη.* Idem jam statuerat Basilius, can. 30, de vidua, quæ secundi cupida matrimonii, sed verecundia quadam, ut interpretatur Balsamon, ab eo ineundo deterrita ad raptus simulationem confugit. Quod autem ait idem Balsamon hanc viduam olim quidem ancillam fuisse, sed tacite liberam, domino primis nuptiis consentiente, evasisse, id et Basilii verbis repugnat, qui eam nominatim ancillam vocat, et a Zonara ac Alexio Aristeno refellitur, qui tum demum hujusmodi viduæ veniam concedi existimant, si heri consensus accedat.

(11) *Ἔξω μὲν ὄντες.* Balsamon et Zonaras in Pandectis habent: Ἔξω μὲν ὄντες τῆς Ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγιάσματος· *Si sint quidem extra Ecclesiam, arcentur boni communione.* Legen-

Digitized by Google

κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. *Πᾶς* A clerici, a gradu dejiciuntur. *Quisquis enim*, inquit, *ὁ λαβὼν μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθνήσκει.* quit, *gladium accepit, gladio peribit* [11].

ΝϚ'. Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, μετὰ δὲ τοῦτο μεταμεληθείς, εἴκοσιν ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τοῖς ἁγιάσμασι. Τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι προσκλαίειν ἐκεῖσε, ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν. Μετὰ δὲ τὰ τέσσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται· καὶ ἐν πέντε ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. Ἐν ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος (12) ἐξελεύσεται. Ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μετελήψεται. Πληρωθέντων δὲ τούτων μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων. B

LVI. Qui voluntarie interfecit, et postea pœnitentia ductus est, annis viginti sacramentorum non erit particeps. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Annis quatuor flere debet, stans extra fores domus orationis, et ingredientes fideles rogans, ut pro ipso precentur, suamque iniquitatem confitens. Post quatuor autem annos inter audientes recipietur, et quinque annis cum ipsis exibit. Annos septem una cum iis, qui in substratione sunt, orans egredietur. Annos quatuor stabit solum cum fidelibus, sed oblationis non erit particeps. His autem expletis particeps erit sacramentorum.

ΝΖ'. Ὁ ἀκουσίως φονεύσας ἐν δέκα ἔτεσιν (13) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. Οἰκονομηθήσεται δὲ τὰ δέκα ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτω. Δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει· τρία δὲ ἔτη (14) ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, καὶ ἐνιαυτῷ συσταθήσεται μόνον· καὶ τῷ ἑξῆς εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

LVII. Qui non voluntarie interfecit, per decem annos sacramentorum non erit particeps. Anni autem decem sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos flebit, tres autem annos inter audientes perseverabit, quatuor substratus, et anno uno consistet tantum; et deinceps ad sancta admittetur.

ΝΗ'. Ὁ μοιχεύσας ἐν ιε' ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων (15)· ἐν τέσσαρσι μὲν προσκλαίων ἔτεσιν, ἐν πέντε δὲ ἀκροώμενος· ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐν δυσὶ συνεστὼς ἄνευ κοινωνίας.

LVIII. Qui mœchatus est, per quindecim annos sacramentorum non erit particeps: quatuor annis flens, quinque audiens, quatuor substratus, per duos consistens sine communione.

ΝΘ'. Ὁ πόρνος ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν (16) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων· δύο προσκλαίων, καὶ δύο ἀκροώμενος· καὶ δύο ὑποπίπτων, καὶ ἑνὶ συνεστὼς μόνον· τῷ ὀγδόῳ δεχθήσεται εἰς τὴν κοινωνίαν. C

LIX. Fornicator septem annis sacramentorum non erit particeps, duobus flens, et duobus audiens, et duobus substratus, et uno consistens tantum: octavo ad communionem admittetur.

Ξ'. Ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἐπαγγελίας, τὸν χρόνον τοῦ ἐπὶ τῆς μοιχείας (17)

LX. Quæ virginitatem professa, a suo promisso lapsa est, peccati adulterii tempus in com-

[11] Matth. xxvi, 52.

dum pronuntiat Combefisius τῆς Ἐκκλησίας, et delendum τῆς κοινωνίας. Consentit Alexius Aristenus cum omnibus nostris codicibus mss. et editis. Legitur tamen in uno aut altero codice ἔξω μὲν ὄντες, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγαθοῦ. Sed hæc scriptura eodem redit ac vulgata. Cæterum hanc legem Balsamon variis interpretationibus demitigat, æquo duriorem existimat Zonaras; nihil in ea animadvertit Aristenus, quod aut obscurum aut reprehendendum videatur.

(12) *Προσευχόμενος.* Sic mss. summo consensu. Editi, exceptis Pandectis, προσευχομένων. Lenior est Basilius quam synodus Ancyrana quæ voluntariis cædibus communionem in fine vitæ concedit.

(13) *Ἐν δέκα ἔτεσι.* Synodus Ancyrana quinque annos imponit huic peccato: septem a patribus impositos testatur. Severior his Basilius: non tamen videtur eadem pœna omnes involuntarias cædes comprehendere, quas canone 8 recensuit, sed eas tantum, quas ibidem ad voluntarium accedere declarat.

(14) *Τρία δὲ ἔτη.* Sic mss. melius quam editi τρία μὲν ἔτη.

(15) *Τῶν ἁγιασμάτων.* Editi addunt οἰκονομηθήσεται τὰ ιε' ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτως, *quindecim anni sic in eo dispensabuntur.* Sed hæc non leguntur nisi in recentioribus nonnullis codicibus.

(16) *Ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν.* Laborant Balsamon et Zonaras in hoc canone conciliando cum vicesimo secundo, atque id causæ afferunt, cur in vicesimo secundo quatuor anni, septem in altero decernantur, quod Basilius in vicesimo secundo antiqua Patrum placita sequatur, suam in altero propriam sententiam exponat. Eumdem hunc canonem Alexius Aristenus, ut clarum et perspicuum, negat explicatione indigere. Videbat nimirum doctissimus scriptor duplicem a Basilio distingui fornicationem, leviorem alteram, alteram graviorem. Levior dicitur, quæ inter personas matrimonio solutas committitur: gravior, cum conjugati hominis libido in mulierem solutam erumpit. Priori anni quatuor, septem alteri imponuntur. Manifesta res D est ex canone 21, ubi conjugati peccatum cum soluta fornicationem appellat Basilius, ac longioribus pœnis coerceri, non tamen instar adulterii, testatur. In canone autem 77 eum qui legitimam uxorem dimittit, et aliam ducit, adulterum quidem esse ex Domini sententia testatur, sed tamen ex canonibus Patrum annos septem decernit, non quindecim, ut in adulterio cum aliena uxore commisso. Secum ergo non pugnat cum fornicationi nunc annos quatuor, nunc septem, adulterio nunc septem, nunc quindecim indicit. Eamdem in sententiam videtur accipiendus canon quartus epistolæ Sancti Gregorii Nysseni ad Letoium. Nam cum fornicationi novem annos, adulterio decem et octo imponit, gravior illa intelligenda fornicatio, quam conjugatus cum soluta committit. Hinc illam adulterium videri fatetur his qui accuratius examinant.

(17) *Τῆς μοιχείας.* Hæc consentanea sunt canoni 18, in quo decernit Basilius adulteram esse

Digitized by Google

tinentiæ præscripto complebit. Idem et in iis qui vitam monasticam professi sunt, et labuntur.

LXI. **327** Qui furatus est, siquidem sponte pœnitentia motus, seipsum accusarit, annum a sola sacramentorum communione arcebitur : sin autem convictus fuerit, annos duos. Dividetur autem ei tempus in substrationem et consistentiam; et tunc communione dignus habeatur.

LXII. Qui turpitudinem in maribus patravit, tempus illius qui adulterii scelus admisit, ei dispensabitur.

LXIII. Qui suam in brutorum concubitu impietatem confitetur, idem tempus in pœnitentia servabit.

LXIV. Perjurus annis decem non erit communionis particeps : annis duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens tantum; et tunc communione dignus habebitur.

LXV. Qui præstigias vel veneficium confitetur, is homicidæ tempus in pœnitentia ducet; et cum illo agetur, velut cum eo qui se ipse in hoc peccato prodit.

LXVI. Qui sepulcra effodit, annis decem carebit communione : duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens : et tunc admittetur.

LXVII. Cum sorore coitus, homicidæ tempus in pœnitentia explebit.

LXVIII. Cognationis in humanis nuptiis prohibitæ conjunctio, si in peccatis deprehendatur, adulterorum pœnas subibit.

LXIX. Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum suscipietur; non tamen ul-

ἁμαρτήματος ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς (18) πληρώσει. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν βίον μοναζόντων ἐπαγγειλαμένων, καὶ ἐκπιπτόντων.

ΞΑ'. Ὁ κλέψας, εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μεταμεληθεὶς κατηγορήσειεν ἑαυτοῦ, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται μόνων τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων· εἰ δὲ ἐλεγχθείη, ἐν δυσὶν ἔτεσι. Μεριεῖται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος εἰς ὑπόπτωσιν καὶ σύστασιν· καὶ τότε ἀξιούσθω (19) τῆς κοινωνίας.

ΞΒ'. Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδεικνύμενος τὸν χρόνον τοῦ ἐν τῇ μοιχείᾳ παρανομώντος οἰκονομηθήσεται.

ΞΓ'. Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξομολογούμενος παραχωλάξεται.

ΞΔ'. Ὁ ἐπίορκος ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· δυσὶν ἔτεσι προσκλαίων, τρισὶν ἀκροώμενος, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστὼς μόνον· καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος.

ΞΕ'. Ὁ γοητείαν ἢ φαρμακείαν ἐξαγορεύων τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται, οὕτως οἰκονομούμενος, ὡς ἐν ἐκείνῳ (20) τῷ ἁμαρτήματι ἑαυτὸν ἐλέγξας.

ΞϚ'. Ὁ τυμβωρύχος ἐν δέκα (21) ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· ἐν δυσὶ προσκλαίων, ἐν γ' ἀκροώμενος, ἐν δ' ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστώς· καὶ τότε δεχθησόμενος.

ΞΖ'. Ἀδελφομιξία τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογηθήσεται.

ΞΗ'. Ἡ τῆς ἀπειρημένης συγγενείας εἰς γάμον ἀνθρώπων (22) σύστασις, εἰ φωραθείη ἐν ἁμαρτήμασι γεγενημένη, τὰ τῶν μοιχῶν 23) ἐπιτίμια δέξεται.

ΞΘ'. Ἀναγνώστης, εἰ τῇ ἑαυτοῦ μνηστῇ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάξειεν, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, εἰς τὸ ἀναγινώσκειν δεχθήσεται, μένων ἀπρόκοπος. Κλέψιν-

virginem lapsam. Multi alii Patres cum Basilio faciunt. Augustinus, qui rem subtilius persequitur, negat adulterium esse hujusmodi peccatum, sed tamen adulterio gravius fatetur. *Quapropter non possum dicere*, inquit lib. *De bono viduitatis*, n. 14, *a proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas, adulteria esse, non conjugia : sed plane non dubitaverim dicere, lapsus et ruinas a castitate sanctiore, quæ vovetur Domino, adulteriis esse pejores.*

(18) *Τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς.* Continentia ejusmodi verbis apud antiquos designari solet; cujus rei satis erit illud exemplum afferre ex Hermæ lib. II, cap. 4 : *Qui nubit, non peccat, sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum.* Confirmatur hæc explicatio ex canonibus 18 et 44, quorum in primo Basilius lapsis virginibus, itidem ut adulteris, non prius reddendam communionem decernit, quam a peccato recesserint; in altero autem lapsæ cum Græco diaconissæ communionem post septem annos ea conditione concedit, ut perpetuam castitatem colat.

(19) *Ἀξιούσθω.* Ita plerique mss. Editi ἀξιωθήσεται, exceptis Pandectis. Tres anni convicto furi decernuntur in recentissimo codice Coisliniano. S. Gregorius Nyssenus cum qui aliena latenter rapuit, et sponte confessus est, non addicit gradibus pœnitentiæ, sed, itidem ut Basilius, inter consistentes curandum censet, can. 6. Mox editi τῷ χρόνῳ. Mss. ut in textu.

(20) *Ἐν ἐκείνῳ.* Labbeus, Beveregius et Combefisius legunt ἐν ἑκάστῳ, *in unoquoque peccato.*

(21) *Ἐν δέκα.* Hervetus, Labbeus et Beveregius, quasi legerent ἔνδεκα, reddiderunt *undecim.* Simile erratum ab Herveto commissum in interpretatione canonum 56 et 66.

(22) *Ἀνθρώπων.* Hanc vocem quæ deerat in editis, reperimus in plerisque omnibus codicibus mss. Ibidem legitur στάσις in pluribus mss. Habebant enim editi ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν ἀνθρώπων, sed deest ὡς in omnibus mss., ἀνθρώπων in vetustissimis.

(23) *Τὰ τῶν μοιχῶν.* Hunc canonem sic interpretatur Aristenus : Matrimonium cum propinqua legibus prohibitum, eadem ac adulterium pœna castigatur : et cum diversæ sint adulterorum pœnæ; sic etiam pro ratione propinquitatis tota res temperabitur. Hinc duas sorores ducenti septem anni pœnitentiæ irrogantur, ut in adulterio cum muliere libera commisso, non quindecim, ut in graviore adulterio.

Digitized by Google

μήτας δὲ ἄνευ μνηστείας, παυθήσεται τῆς ὑπηρεσίας. Τὸ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης (24).

A tra promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit a ministerio. Eadem et ministri ratio.

Ο'. Διάκονος εν χείλεσι μιανθείς (25) καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται· τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πρεσβύτερος. Εἰ δέ τι τούτου πλεῖον φωραθείη τις ἡμαρτηκώς, ἐν οἵῳ ἂν ᾖ βαθμῷ, καθαιρεθήσεται (26).

LXX. Diaconus qui pollutus est in labris, seque eo usque peccasse confessus est, a ministerio amovebitur; sed ei concedetur, ut cum diaconis particeps sit sacramentorum. Idipsum autem presbyter quoque. Si quid autem amplius quis peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur.

ΟΑ'. Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθείς, τοῦ τοσούτου χρόνου, εἰς ὃν ἐργάτης τῶν κακῶν ἐπιτετίμηται, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ἐπιτιμίῳ.

328 LXXI. Qui uniuscujusque prædictorum peccatorum conscius est, nec confessus, sed convictus est, tanto tempore, quanto malorum auctor punitus est, ipse quoque punietur.

ΟΒ'. Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν (27) ἐπιδοὺς, ἢ τισι τοιούτοις, τὸν χρόνον τοῦ φονέως καὶ αὐτὸς οἰκονομηθήσεται.

B LXXII. Qui se vatibus vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque homicidæ tempore punietur

ΟΓ'. Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ (28) τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολο-

LXXIII. Qui negavit Christum et salutis mysterium violavit, toto vitæ suæ tempore flere, et pœnitentiam agere debet, sic tamen, ut tempore

(24) *Καὶ ὑπηρέτης.* Balsamon et Zonaras ministri nomine intelligunt subdiaconum : Aristenus vero ejusmodi clericos interpretatur, *quibus manus non imponebatur*, ἀχειροτονήτους ὑπηρέτας. Minus probabilis videtur Aristeni sententia. Nam qui erant in ejusmodi ministerio, non solebant ulterius promoveri, ut observavimus ad canonem 51. At ministro, de quo agitur in hoc canone, itidem ut lectori, in pœnæ loco imponitur, ut altius non provehatur. Longe ergo satius, ministri nomine subdiaconum intelligere, ut in epist. 54 ad chorepiscopos. C

(25) *Ἐν χείλεσι μιανθείς.* Balsamon, Zonaras et Aristenus varia commentantur in hunc canonem, sed a mente Basilii multum abludentia. Liquet enim hoc labiorum peccatum, cui remissior pœna infligitur, ipsa actione, quam Basilius minime ignoscendam esse judicat, levius existimari debere. Simili ratione sanctus Pater in cap. VI Isaiæ n. 185, p. 516, labiorum peccata actionibus, ut leviora, opponit, ac prophetæ delicta non ad actionem et operationem erupisse, sed labia tenus constitisse observat. In eodem commentario n. 170, p. 501, impuritatis peccatum variis gradibus constare demonstrat, inter quos enumerat ῥήματα ῥᾳθροποιά, *verba ad corruptelam apta*, ὁμιλίας μακράς, *longas confabulationes*, quibus ad stuprum pervenitur. Ex his perspici arbitror peccatum aliquod in hoc canone designari, quod ipsa D actione levius sit; nedum ea suspicari liceat, quæ Basilii interpretibus in mentem venerunt. Sed tamen cum dico Basilium in puniendis labiorum peccatis leniorem esse, non quodlibet turpium sermonum genus, non immunda colloquia (quomodo enim presbyteris hoc vitio pollutis honorem cathedræ reliquisset?), sed ejusmodi intelligenda est peccandi voluntas, quæ foras quidem aliquo sermone prodit, sed tamen quominus in actum erumpat, subeunte meliori cogitatione, reprimitur. Quemadmodum enim peccata, quæ sola cogitatione committuntur, idcirco leviora esse pronuntiat Basilius, comment. *in Isaiam* n. 115, pag. 459, et n. 245, p. 564, quia repressa est actionis turpitudo; ita hoc loco non quælibet labiorum peccata, non calumnias, non blasphemias, sed ea tantum lenius tractat, quæ adeo gravia non erant, vel etiam ob declinatam actionis turpitudinem, ut patet ex his verbis, *seque eo usque peccasse confessus est*, aliquid indulgentiæ merere videbantur.

(26) *Καθαιρεθήσεται.* In his canonibus quos de clericorum peccatis edidit Basilius, duo videntur silentio prætermissa. Quæri enim possit 1° Cur suspensionis pœnam soli lectori ac ministro, sive subdiacono, imponat, diaconis autem et presbyteris depositionem absque ulla prorsus exceptione infligat, nisi quod eis communionem cum diaconis et presbyteris relinquit, si peccatum non ita grave fuerit. Erat tamen suspensionis pœna in ipsos presbyteros non inusitata, ut patet ex pluribus apostolicis canonibus, in quibus presbyteri ac ipsi etiam episcopi segregantur, ac postea, si sese non emendaverint, deponuntur. Forte hæc Basilius reliquit episcopo dijudicanda, quemadmodum ejusdem arbitrio permittit in canonibus 74 et 84, ut pœnitentiæ tempus imminuat, si bonus evaserit is qui peccavit. 2° Hæc etiam possit institui quæstio, utrumne in gravissimis quidem criminibus pœnitentiam publicam depositioni adjecerit. Adhibita ratio in canone 3, cur aliquid discriminis clericos inter et laicos ponendum sit, non solum ad gravia peccata, sed etiam ad gravissima pertinet. Ait enim æquum esse ut, cum laici post pœnitentiam in eumdem locum restituantur, clerici vero non restituantur, liberalius et mitius cum clericis agatur. Nolebat ergo clericos lapsos quadruplicem pœnitentiæ gradum percurrere. Sed quemadmodum lapso in fornicationem diacono non statim communionem reddit, sed ejus conversionem et morum emendationem probandam esse censet, ut ad eumdem canonem tertium observavimus, ita dubium esse non potest, quin ad criminis magnitudinem probandi modum et tempus accommodaverit.

(27) *Ἑαυτόν.* Eos intelligit qui se vatibus tradunt ad eorum artem ediscendam. Sic enim interpretatur Aristenus. Iis autem qui vates consulunt aut in suam domum introducunt, sex anni irrogantur in canone 83.

(28) *Ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ.* Basilius, ut ipsius interpretes observant, etsi discedit a vetustiorum Patrum decretis, non tamen ab eorum mente discedit. Illi enim pacem dederunt post aliquot annorum pœnitentiam his qui persecutionis tempore Christum negaverant. At æquum fuit severiora in eos exempla statui, qui tranquillis temporibus hoc scelus admitterent.

Digitized by Google

quo e vita excedit, sacramento dignus habeatur ob fidem in Dei clementiam.

LXXIV. Quod si unusquisque eorum, qui in præoictis peccatis fuere, pœnitentiam agens, bonus evaserit, is cui a Dei benignitate ligandi atque solvendi credita potestas, si clementior fiat, perspecta illius qui peccavit pœnitentiæ magnitudine, ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus condemnatione, cum ea quæ est in Scripturis, historia nos doceat, eos qui cum majore labore pœnitentiam agunt, cito Dei misericordiam consequi.

LXXV. Qui cum sua ex patre vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua et nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum et animadversionem venerit, triennio fleat, stans propter fores domus orationis, et rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque misericorditer pro ipso intensas ad Dominum preces fundat. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, et, Scripturis doctrinaque auditis, ejiciatur, nec dignus habeatur oratione. Deinde, si modo illam cum lacrymis exquisierit, et Domino cum cordis contritione et valida humiliatione supplex prociderit, detur ei substratio per alios tres annos. Et, postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, anno decimo in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione: et v'i annis duobus una cum fidelibus steterit ad orationem, ita demum dignus habeatur boni communione.

LXXVI. Eadem est ratio de iis quoque qui suas nurus accipiunt.

329 LXXVII. Qui relinquit legitime sibi copulatam mulierem, et aliam ducit, ex Domini senten-

γεῖσθαι χρεωστεῖ, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου, τοῦ ἁγιάσματος ἀξιούμενος, πίστει τῆς παρὰ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

ΟΔ'. Ἐὰν μέντοιγε ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι γενομένων σπουδαῖος γένηται, ἐξομολογούμενος· ὁ πιστευθεὶς παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐξομολογήσεως ὁρῶν τοῦ ἡμαρτηκότος, εἰς τὸ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔσται καταγνώσεως ἄξιος· τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς (28*)ἱστορίας γνωριζούσης ἡμῖν τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους ταχέως τυγχάνειν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

ΟΕ'. Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας ἐκείνης, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκώς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχήν, ὑπὲρ ἑκάστου μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Κύριον τὰς δεήσεις. Μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῶν Γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. Ἔπειτα, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτήν, καὶ προέπεσε τῷ Κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ἡ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. Καὶ οὕτως, ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τῶν πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἁγίου κοινωνίας.

ΟϚ'. Ὁ αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

ΟΖ'. Ὁ μέντοι καταλιμπάνων (29) τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ ἑτέραν συναγόμενος,

tentia spectetur, secus, si canones Patrum. Quamobrem eamdem pœnam imponit ac graviori fornicationi in canone 59, cum hoc tamen levi discrimine quod in canone 59 duo anni inter flentes assignantur, unus vero in hoc septuagesimo septimo. Hoc autem matrimonium, quód legitima uxore dimissa contrahitur, etsi Basilius instar adulterii non jubet puniri, minime tamen dubium, quin pœnitus dissolvendum esse duxerit, nec ante restitutam communionem, quam illegitima uxor esset dimissa. Illud autem difficilius est statuere, quid de matrimonio post ejectam uxorem adulteram contracto senserit. Ratum a Basilio habitum fuisse ejusmodi matrimonium pronuntiat Aristenus. Atque id quidem Basilius conceptis verbis non declarat; sed tamen videtur hac in re a saniori ac meliori sententia discessisse. Nam 1° maritum injuste dimissum ab alio matrimonio non excludit, ut vidimus in canonibus 9 et 35. Porro non videtur jure dimittenti denegasse, quod injuste dimisso concedebat. 2° Cum jubeat uxorem adulteram ejici, vix dubium est quin matrimonium adulterio uxoris dissolutum existimaverit. Præterea dura admodum fuisset mariti, ac multo durior, quam uxoris conditio, si nec adulteram retinere, nec aliam ducere integrum fuisset

(28*) *Τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς*. Observat Zonaras sanctum Patrem ad ea, quæ narrantur de Manasse, Ezechia et aliis ejusmodi, digitum intendere. Hanc autem canonis esse sententiam contendit Balsamon, ut episcopi non solum pœnarum tempus imminuant, sed ipsas etiam pœnas commutent: in quo quidem sibi nonnullos ait non assentiri. Ipse tamen fatetur magnam esse debere cautionem. Narrat enim cum miles voluntarii homicidii reus a quodam episcopo post breve admodum pœnitentiæ tempus absolutus fuisset tempore Lucæ patriarchæ, synodum jussu imperatoris graviter id ferentis convocatam, de episcopi facto deliberasse. Ac episcopum quidem sese hujus canonis et aliorum similium auctoritate defendisse, sed ad tempus a ministerio remotum fuisse, et militem rursus pœnitentiæ subjectum: pronuntiante synodo licere quidem episcopis canonicas pœnas augere et minuere, sed aranearum filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non licere.

(29) *Καταλιμπάνων*. Loquitur S. Pater de viro injuste legitimam uxorem dimittente. Nam si adulterium intercessisset, non jam legitima uxor esset ex sententia Basilii, qui adulteram ejici jubet, non modo permittit. Atque hoc quidem peccatum hominis legitimam uxorem dimittentis et aliam ducentis, adulterium fatetur esse, si Domini sen-

Digitized by Google

κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς μοιχείας ὑπέκειται κρίματι. Κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, ἐνιαυτὸν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν· τῷ δὲ ἐνάτῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς· καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν.

A tia adulterii subjicitur judicio. Sed statutum est Patrum nostrorum canonibus, ut ii anno fleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo consistant cum fidelibus, et ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.

ΟΗ'. Ὁ δὲ αὐτὸς τύπος κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν τὰς δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοικέσιον εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

LXXVIII. Eadem autem forma observetur et in eos qui sorores duas in matrimonium ducunt, etsi diversis temporibus.

ΟΘ'. Οἱ δὲ ταῖς μητρυιαῖς ταῖς ἑαυτῶν ἐπιμαινόμενοι τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι, ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς (30) ἐπιμαινόμενοι.

LXXIX. Qui autem in suas novercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxii, cui et ii, qui insaniunt in suas sorores.

Π'. Τὴν δὲ πολυγαμίαν (30') οἱ Πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα. Διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι· δηλονότι ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι (31).

LXXX. Polygamiam Patres silentio prætermisere, ut belluinam, prorsusque ab hominum genere alienam. Ea autem nobis videtur peccatum esse fornicatione majus. Quapropter consentaneum est eos subjici canonibus, ut scilicet postquam anno fleverint, et tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

ΠΑ'. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων καταδρομῇ παρέβησαν τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς ἐπιτελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων τινῶν γευσάμενοι, τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις (32) τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς, οὗτοι κατὰ τοὺς ἤδη παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν (33) ἐξενεχθέντας κανόνας (34) οἰκονομείσθωσαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀδέκτους εἶναι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροᾶσθαι· καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς γενέσθαι εἰς τὴν κοινωνίαν· οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ ἁψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὁμόσαντες ὅρκους Ἑλληνικοὺς, ἐκβάλλεσθαι μὲν ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν β' ἀκροᾶσθαι· ἐν

LXXXI. Quoniam autem multi in barbarorum incursione fidem in Deum violarunt, sacramenta gentilia jurantes, et nefanda quædam gustantes, quæ ipsis in magicis idolorum templis apposita fuere, ii secundum canones jam a Patribus nostris editos dispensentur. Nam qui vim gravem per tormenta sustinuere, nec ferentes labores, ad negationem tracti sunt, tribus annis non recipiantur, et duobus audiant, et ubi annis tribus substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui vero sine magna vi fidem in Deum prodiderunt, mensamque attigerunt dæmoniorum, et gentilium sacramenta jurarunt, ejiciantur quidem tribus annis, duobus audiant: ubi vero annis tribus in substratione oraverint, et per **330** alios tres cum

(30) *Ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς.* Prima specie non omnino perspicuum est utrum sorores ex utroque parente intelligat, an tantum ex alterutro. Nam cum in canone 79 eos qui suas nurus accipiunt non severius puniat, quam cui cum sorore ex matre vel ex patre rem habent, forte videri posset idem statuere de iis qui in novercas insaniunt. Sed tamen multo probabilius est eamdem illis pœnam imponi, ac iis qui cum sorore ex utroque parente contaminantur. Non enim distinctione utitur Basilius ut in canone 75; nec mirum si peccatum cum noverca gravius quam cum nuru, ob factam patri injuriam, judicavit.

(30') *Τὴν δὲ πολυγαμίαν.* Polygamiæ nomine Zonaras et Balsamon non trigamiam interpretantur, sed tetragamiam. Trigamiam canonibus et legibus permissam esse, vetitam autem tetragamiam testantur. Unde nihil in hoc canone durius aut justo severius animadvertunt. Videtur idem sentire Aristenus, qui polygamiam, de qua in hoc canone agitur, scelus appellat. Valde mihi arridet hæc interpretatio; demitigat enim hujus canonis asperitatem. Sed tamen magnis illis interpretibus assentiri non possum. Nam ipsam trigamiam polygamiæ nomine notari ait Basilius in canone 4, eamque ex lege contrahi negat in canone 50. Præterea animadvertendum est Basilii propositum. Cur enim polygamos in hoc canone octogesimo subjicit canonibus, id est inter flentes pœnitentiam agere jubet, nisi quia eos publicis condemnationibus subjici non solere dixerat in canone 50? At canon ille 50 de trigamis nominatim agit. Videtur ergo ad eosdem referendus octogesimus. Justo sane severior hæc doctrina videbitur: sed ita de trigamis statuisse Basilium minime mirabitur quisquis similia plurium Patrum dicta pensabit, imprimis Gregorii Nazianzeni apud quem in orat. 31 tertiæ nuptiæ *παρανομία*, *iniquitas* dicuntur. Vide Addenda.

(31) *Οὕτω δεκτοὺς εἶναι.* Recipi eos in consistentium locum existimant Balsamon et Zonaras, in ipsam communionem Aristenus, qui quatuor tantum annos numerat, hanc tamen conditionem addens, ut matrimonium dissolvatur. Confirmari potest Zonaræ et Balsamonis sententia ex canone 4, ubi quinque anni trigamis decernuntur. De hac severitate non videtur detrahere hic canon octogesimus, qui ad intendendas potius quam remittendas trigamorum pœnas institutus est.

(32) *Εἰδώλοις.* Lego cum Combefisio εἰδωλείοις.

(33) *Πατέρων ἡμῶν.* Ancyranos Patres designat, quorum magna videtur fuisse in Cappadocia et finitimis provinciis auctoritas. Quanquam in hoc tantum eos sequitur, quod eorum exemplo discrimen ponat inter eos, qui tormentis cesserunt, et eos qui facilius superati sunt. Nam Ancyrani Patres multo sunt leniores, ac iis qui solis supplicii aut bonorum direptionis aut exilii minis cesserunt, non longiorem sexennio pœnitentiam imponunt can. 6.

(34) *Κανόνας.* Sic nostri codices mss. Editi νόμους καὶ κανόνας.

Digitized by Google

fidelibus ad orationem steterint, sic admittantur ad boni communionem.

LXXXII. De iis etiam qui pejerarunt, si vi quidem atque necessitate juramenta transgressi sunt, pœnis levioribus subjiciuntur, sic ut post sex annos possint suscipi. Sin autem, vi non illata, fidem suam prodiderunt, ubi duobus annis fleverint et duobus annis audierint, et per quinque oraverint in substratione, et per alios duos sine oblatione ad precationis communionem fuerint admissi, ita demum, digna videlicet pœnitentia ostensa, in corporis Christi communionem restituentur.

LXXXIII. Qui vates consulunt, et consuetudines gentium sequuntur, aut aliquos in suas ædes introducunt ad remediorum inventionem, et expiationem, hi in canonem cadant sexennii. Postquam anno fleverint, et anno audierint, et annis tribus fuerint substrati, et anno cum fidelibus steterint, sic admittantur.

LXXXIV. Hæc autem omnia scribimus, ut fructus probentur pœnitentiæ. Non enim omnino tempore dijudicamus res ejusmodi, sed ad modum pœnitentiæ attendimus. Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, et vitam secundum Evangelium instituere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti et contradicenti edocti sumus audire : *Servans serva animam tuam* [12]. Ne igitur committamus, ut cum talibus pereamus : sed grave judicium formidantes, et terribilem retributionis Domini diem ob oculos habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire. Si enim nos non erudierunt terribilia Domini, nec tales plagæ adduxerunt, ut nos a Domino propter nostram iniquitatem derelictos, barbarorumque in manus traditos sentiremus, et populum apud hostes captivum abductum esse, ac dispersioni traditum, quia hæc audebant qui Christi nomen circumferunt : si non noverunt, neque intellexerunt, propterea venisse in nos iram Dei ; quæ res nobis cum his communis est ? Sed tamen obtestari eos et noctu et interdiu, et publice et privatim debemus ; nos autem simul

[12] Gen. XIX, 17.

A ὑποπτώσει δὲ εὐξαμένους ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις γ' συστάντας τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὺς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ.

ΠΒ'. Καὶ περὶ τῶν ἐπιορκησάντων, εἰ μὲν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης παρέβησαν τοὺς ὅρκους, κουφοτέροις ὑπόκεινται ἐπιτιμίοις, ὥστε μετὰ ς' ἔτη εἶναι αὐτοὺς δεκτούς· εἰ δὲ ἄνευ ἀνάγκης προδόντες τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαύσαντες, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέντε (35) ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις ἄνευ προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον ἀξιόλογον, δηλαδὴ, τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκαταστήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν σώματος τοῦ Χριστοῦ.

ΠΓ'. Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις B τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν (36), καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἐξετίας. Ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν γ' ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν.

ΠΔ'. Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. Οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. Ἐὰν δὲ δυσαποσπάστως ἔχωσι τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θέλωσιν ἢ τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ καταδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. Ἡμεῖς γὰρ ἐν ἰσῃ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι C *Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν*. Μὴ τοίνυν καταδεξώμεθα συναπόλλυσθαι τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ φοβηθέντες τὸ βαρὺ κρῖμα, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ Κυρίου πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν λαβόντες, μὴ θελήσωμεν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις συναπόλλυσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς τὰ φοβερὰ τοῦ Κυρίου, μηδὲ αἱ τηλικαῦται πληγαὶ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἤγαγον (37), ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν ἡμῶν ἐγκατέλιπεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας βαρβάρων, καὶ ἀπήχθη αἰχμάλωτος εἰς τοὺς πολεμίους ὁ λαὸς, καὶ παρεδόθη τῇ διασπορᾷ, διότι ταῦτα ἐτόλμων οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντες· εἰ μὴ ἔγνωσαν (38), μηδὲ συνῆκαν, ὅτι διὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ· τίς ἡμῖν κοινὸς πρὸς τούτους λόγος ; Ἀλλὰ διαμαρτύρεσθαι αὐτοῖς καὶ D

(35) *Ἐν πέντε*. Sic codices melioris notæ. Nonnulli habent ἐν *πέμπτῳ*, *in quinto*. Sic videtur legisse interpres. Sed hæc scriptura minime probabilis. Vix enim gravius puniretur jusjurandum libere et sponte infractum, quam vi et impressione violatum; nec aliud esset inter utrumque, quam unius anni discrimen. Legitur ἐν πέμπτῳ in Pandectis. Sed Balsamon et Zonaras et Aristenus in suis interpretationibus agnoscunt undecim annos. Præterea decem anni imponuntur perjuris in canone 64, cui quidem canoni aliqua videtur inesse cum hoc octogesimo secundo discrepantia ; forte quia in priore nulla statuitur distinctio coacti et voluntarii perjurii.

(36) *Φαρμακειῶν*. Longe alio sensu usurpatur hoc loco ea vox ac in canone 65, in quo venefica ad perniciem inventa designat : hic autem remedia ad morbos pellendos, ut observant Balsamon et Zonaras. Hinc multo lenior in hoc canone pœnitentia, quam in sexagesimo quinto. Distinctione utitur S. Gregorius Nyssenus in statuenda hujus peccati pœnitentia. Sancit enim canone 3 ut qui se convertunt ad præstigiatores, aut vates, aut eos qui dæmonum opera piacula quædam et malorum avertendorum artem profitentur, hi si fidei negandæ consilio id fecerint, iisdem pœnis ac apostatæ subjiciantur ; sin autem gravissimo quodam dolore et damno perculsi, eodem modo puniantur, ac qui tormentis tempore confessionis cesserunt.

(37) *Ἤγαγον*. Sic mss. codices melioris notæ. Editi ἦγον. Pandectæ cum codicibus mss. consentiunt.

(38) *Εἰ μὴ ἔγνωσαν*. Sic antiquissimi codices et Pandectæ. Editiones Basilii εἰ μὴ συνέγνωσαν.

Digitized by Google

νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ὀφείλομεν· συναπάγεσθαι δὲ αὐτῶν ταῖς πονηρίαις μὴ καταδεχώμεθα, προσευχόμενοι μάλιστα μὲν κερδῆσαι αὐτοὺς καὶ ἐξελέσθαι τῆς παγίδος τοῦ πονηροῦ· ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δυνηθῶμεν, σπουδάσωμεν τὰς γοῦν ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς αἰωνίου κατακρίσεως περισώσασθαι.

A abripi eorum improbitatibus, ne feramus, maxime quidem optantes eos lucrifacere, et a maligni laqueo eripere; sed si hoc non possumus, studeamus saltem animas nostras ab æterna condemnatione servare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΗ'.

331 EPISTOLA CCXVIII*.

Basilius, paucis de Æliani negotio et de suo post iter Ponticum morbo præmissis, Amphilochium rogat, ut episcoporum Lyciæ, quos audierat ab Asianorum hæresi alienos esse, ac suam communionem amplecti velle, sententium exploret, probo aliquo viro in hanc regionem misso.

Ἀμφιλογίῳ. ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Τὴν μὲν χρείαν, ἧς ἕνεκεν παρεγένετο ὁ ἀδελφὸς Αἰλιανός, κατώρθωσεν ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδεμιᾶς παρ' ἡμῶν συνεργίας προσδεηθείς· ἡμῖν δὲ διπλῆν ἔδωκε χάριν, κομίσας τε γράμματα τῆς σῆς θεοσεβείας, καὶ ἀφορμὴν τῶν πρὸς σὲ γραμμάτων ἡμῖν παρασχόμενος. Καὶ προσαγορεύομεν οὖν δι' αὐτοῦ τὴν ἀληθινήν σου καὶ ἀμίμητον ἀγάπην· καὶ παρακαλοῦμεν προσεύχεσθαι περὶ ἡμῶν, νῦν, εἴπερ ποτὲ, τῆς ἐκ τῶν προσευχῶν σου βοηθείας προσδεομένων. Τὸ γὰρ σῶμά μου, ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸν Πόντον συντριβὲν, ὑπὸ ἀῤῥωστίας συνέχεται οὐκ ἀνεκτῶς. Ἐκεῖνο δὲ καὶ πάλαι ἐβουλόμην γνώριμον ποιῆσαι τῇ σῇ συνέσει (οὐχ ὡς (39) ὑπ' ἄλλης προηγουμένης αἰτίας ἀκκρουσθεὶς ἐξελαθόμην)· νῦν δὲ ὑπομιμνήσκω, ἵνα καταξιώσῃς ἄνδρα σπουδαῖον πέμψαι εἰς τὴν Λυκίαν, κατασκέψασθαι, τίνες εἰσὶν οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Δεῖ γὰρ τάχα μὴ παροφθῆναι αὐτοὺς, εἴπερ ἀληθῆ ἐστιν ἃ τις τῶν ἐκεῖθεν παραγενομένων πρὸς ἡμᾶς ἐλαβῶν διηγήσατο· ὅτι, πάντη πρὸς τὸ Ἀσιανὸν φρόνημα ἀπηλλοτριωμένοι, ἡμᾶς καταδέχονται ἐπιγράψεσθαι κοινωνούς. Εἰ δὲ μέλλει τις ἀπιέναι, ἐπιζητησάτω ἐν Κορυδάλοις Ἀλέξανδρον ἀπὸ μοναζόντων ἐπίσκοπον, καὶ ἐν Λιμύρᾳ Διάτιμον, καὶ ἐν Κύροις (40) Τατιανὸν καὶ Πολέμωνα καὶ Μακάριον πρεσβυτέρους, ἐν Πατάροις ἐπίσκοπον Εὔδημον, ἐν Τελμεσσῷ Ἱλάριον ἐπίσκοπον, ἐν Φέλῳ Λολλιανὸν (41) ἐπίσκοπον. Τούτους καὶ ἔτι πλείους ἀνεγνώρισέ τις ἡμῖν, ὡς ὑγιαίνοντας περὶ τὴν πίστιν· καὶ πολλὴν ἴσχον (42) χάριν τῷ Θεῷ, εἴ τινες ὅλως ἐν τῷ κλίματι τῷ Ἀσιανῷ ἔξω εἰσὶ τῆς βλάβης τῶν αἱρετικῶν·

Illud quidem negotium, cujus causa venerat frater Ælianus, ipse per se confecit, nec ulla nostra ope indiguit. Duplicem autem a nobis iniit gratiam, et quod litteras pietatis tuæ attulit, et quod litterarum ad te occasionem nobis subministravit. Per eum igitur et tuam salutamus genuinam ac non imitabilem charitatem, ac rogamus ut pro nobis preceris, qui nunc, si unquam alias, precum tuarum ope indigemus. Nam meum corpus ex itinere Pontico confractum, morbo afflictatur intolerabili. Illud autem et dudum volebam tuæ prudentiæ notum facere, non quod alia potiore interpellante causa oblitus sim; sed nunc commonefacio, ut virum diligentem digneris in Lyciam mittere, qui veræ fidei quinam sint sectatores exploret. Fortasse enim non sunt negligendi, siquidem vera sunt, quæ unus aliquis ex piis viris illinc ad nos venientibus narravit, eos ab Asianorum sententia prorsus alienos, communionem nostram amplecti velle. Si quis autem iturus est, perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum, Limyræ Diatimum, Cyris Tatianum et Polemona et Macarium presbyteros, Pataris Eudemum episcopum, Telmesi Hilarium episcopum, Pheli Lollianum episcopum. Hos et plures adhuc indicavit mihi aliquis recte de fide sentire: ac gratias Deo habui plurimas, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint. Itaque si fieri potest, interim eos sine litteris exploremus: re autem perspecta, tum demum et litteras dabimus. cura-

(39) *Οὐχ ὡς.* Legit Combefisius οὗ ὡς. *Cujus rei oblitus eram cespitante memoria ob aliam rem majoris momenti.* Sed displicet hæc emendatio, non solum quia nullo nititur vetere libro, sed etiam maxime quia non redolet summam Basilii pietatem, cui nihil antiquius erat pace et unitate Ecclesiarum.

(40) *Ἐν Κύροις.* Codex Claromontanus ἐν Νύσοις. Sed legendum ἐν Μύροις. Non Tatianus ille Lyciæ episcopus Myrensis, ac interfuit concilio C. P. Nondum ad hanc dignitatem pervenerat, cum hæc scriberetur epistola; nam ei Basilius non episcopi quam presbyteri titulum defert, qui ei cum Polemone et Macario communis est. Videtur etiam Diatimus nequaquam Limyræ episcopus fuisse; sed tantum presbyter. Illum enim episcopi nomine non designat Basilius; et presbyteri titulus ad eum, itidem ut ad tres alios, videtur referri. Silentium Basilii de episcopis Limyræ et Myræ argumento est eos male audiisse. Porro non mirum in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, si ejusmodi presbyterorum communionem appetebat, quorum cum episcopis non communicabat. Sic enim cum presbyteris Tarsensibus, minime vero cum episcopo Tarsensi conjunctus erat: plures in Sebastiæ presbyterio communicatores habebat, quamvis ab Eustathii communione discessisset, ut patet ex epistolis 113, 114, 237. Paulo ante legitur in codice Vaticano ἀπὸ μοναζόντων καὶ ἐπίσκοπον, *monachum et episcopum.*

(41) *Λολλιανόν.* Ita Med., Vat. et Clarom. Editi Λουκιανόν. Coisl. primus Λουλιανόν. Scriptura quam sequimur consentit cum subscriptionibus concilii C. P. inter quas legitur Lollianus. Ibidem codex Vaticanus ἐν Φελλῷ.

(42) *Εἶχον.* Sic veteres libri, pro eo quod erat in editis ἔχον.

* Alias CCCCIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

bimusque ut aliquem ex illis ad congressum nostrum advocemus. Cedant autem omnia commode ac prospere Ecclesiæ Iconiensi nobis desideratissimæ. Honorandum omnem clerum et eos qui una cum tua pietate sunt, per te salutamus.

ἡμῖν Ἐκκλησίαν τὴν Ἰκονίου. Πάντα τὸν τίμιον κλῆρον διὰ σοῦ.

Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν, τέως ἄνευ γραμμάτων αὐτοὺς κατασκεψώμεθα (43)· πεισθέντες δὲ, λοιπὸν καὶ ἀποστέλλομεν ἐπιστολὴν, καὶ σπουδάζομέν τινα ἐξ αὐτῶν προσκαλέσασθαι εἰς τὴν συντυχίαν ἡμῶν. Γένοιτο δὲ πάντα ἐν καιρῷ περὶ τὴν ποθεινοτάτην καὶ τοὺς συνόντας τῇ θεοσεβείᾳ σου ἀσπαζόμεθα

332 EPISTOLA CCXIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΘ'.

Cum Basilius a Theodoro subdiacono didicisset dissensiones in clero Samosatensi exortas esse ; etsi sciebat Eusebium ea de re ad illos scripsisse, suum quoque illis dolorem significat, hortaturque ne laudem ex persecutione comparatam dissensionibus amittant.

Clero Samosatensi.

Τῷ Σαμοσατέων κλήρῳ.

1. Qui omnia in pondere et mensura [13] definit nobis Dominus, et tentationes inducit [14] quæ vires nostras non superent, sed probat quidem pietatis athletas per afflictionem, nec tamen ultra quam ferre queunt, sinit tentari [15], datque potum in lacrymis in mensura [16] iis, qui debent ostendere, an in afflictionibus gratum Deo animum servent ; in hac maxime circa vos dispensatione suam benignitatem declaravit, non sinens vobis ab inimicis persecutionem ejusmodi inferri, quæ posset aliquos evertere, aut de fide in Christum commovere. Vos enim cum levibus et quos facile sit superare adversariis conjungens, præmium vobis patientiæ in illis vincendis præparavit. Sed communis ille nostræ vitæ hostis, qui suis artificiis benignitati Dei adversatur, postquam vos vidit validi muri instar assultum extrinsecus contemnere, id, ut audio, excogitavit, ut inter vos mutuæ quædam offensiones et pusilli animi dissidia nascerentur : quæ initio quidem parva, et facile sanabilia, temporis progressu per contentionem aucta in malum prorsus insanabile vergere solent. Quapropter adductus sum ut per hanc epistolam vos adhortarer. Quod si fieri posset, venissem ipse, vosque per me ipse rogassem. Sed quia id tempora non sinunt, hanc vobis epistolam, veluti aliquod supplicantis insigne, prætendimus, ut adhortationes nostras reveriti, solvatis omnem inter vos contentionem, mihique cito bonum nuntium mittatis dimissarum inter vos offensionum.

διαπέμψησθε τὴν ἀγαθὴν ἀγγελίαν, ὅτι ἀφήκατε ἀλλήλοις τὰς μέμψεις.

1. Ὁ πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ ὁρίζων ἡμῖν Κύριος, καὶ τοὺς πειρασμοὺς ἐπάγων μὴ ὑπερβαίνοντας ἡμῶν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ δοκιμάζων μὲν διὰ τῆς περιστάσεως τοὺς ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἐῶν δὲ πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνανται ὑπενεγκεῖν, καὶ ποτίζων δάκρυσιν (44) ἐν μέτρῳ τοὺς ὀφείλοντας διαχθῆναι (45), εἰ ἐν ταῖς θλίψεσι τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὐχάριστον διασώζουσι· μάλιστα ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τῆς καθ' ὑμᾶς τὸ ἑαυτοῦ φιλάνθρωπον ἐφανέρωσε, μὴ συγχωρήσας ὑμῖν τὸν παρὰ τῶν ἐχθρῶν δωγμὸν τοιοῦτον ἐπενεχθῆναι, οἷον δύνασθαι περιτρέψαι τινὰς ἢ διασαλεῦσαι ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Κούφοις γὰρ καὶ εὐκαταγωνίστοις ἀντιπάλοις παραζεύξας ὑμᾶς, ἐν τῇ κατ' αὐτῶν νίκῃ τὸ βραβεῖον ὑμῖν τῆς ὑπομονῆς ηὐτρέπισεν. Ἀλλ' ὁ κοινὸς ἐχθρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ ταῖς ἑαυτοῦ μεθοδείαις ἀντιμαχόμενος τοῦ Θεοῦ τῇ χρηστότητι, ἐπειδὴ εἶδεν ὑμᾶς ὡς τεῖχος κραταιὸν τῆς ἔξωθεν προσβολῆς καταφρονοῦντας, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, ὡς ἀκούω, ἐπενόησε γενέσθαι τινὰς λύπας πρὸς ἀλλήλους καὶ μικροψυχίας· αἳ παρὰ μὲν τὴν πρώτην μικραί εἰσι καὶ εὐθεράπευτοι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ὑπὸ φιλονεικίας αὐξανόμεναι (46), εἰς ἄνιατον παντελῶς ἐκπίπτειν πεφύκασι. Διὸ ὥρμησα πρὸς τὴν διὰ τοῦ γράμματος τοῦδε παράκλησιν. Εἰ μὲν ἦν (47) δυνατὸν, αὐτὸς ἂν παρεγενόμην, καὶ δι' ἐμαυτοῦ ἱκέτευσα ὑμᾶς· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οἱ καιροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἀνθ' ἱκετηρίας ὑμῖν προτείνομεν· ἵνα, αἰδεσθέντες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, καταλύσητε πᾶσαν τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν (48), καὶ ταχέως μοι

[13] Sap. xi, 21. [14] Matth. vi, 13. [15] I Cor. x, 13. [16] Psal. lxxix, 6.

* Alias CCLXXX. Scripta anno 375.

(43) *Κατασκεψώμεθα.* Clarom. ἐπισκεψώμεθα. Paulo post legimus cum codicibus Med. et Coisl. primo ἀποστέλλομεν et σπουδάζομεν. Deest hæc epistola in Harlæano. Pro hac autem loquendi ratione habebant editi ἀποστελοῦμεν et σπουδάσομεν, quod quidem librariis nimium ad grammaticæ leges attentis tribuendum videtur. Scriptura, quam in contextum recepimus, confirmatur simili loco epistolæ 244, n. 5, ubi Basilius Patrophilo significat dubium sibi non esse, quin Eustathii contumeliosa scripta noverit. Tum addit : Εἰ δ' οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ τὰ γράμματα, ἀλλ' ἐγώ σοι ἀποστέλλω· *Quod si ad te scripta illa non pervenerunt, at ego ad te mittam.*

(44) *Δάκρυσιν.* Editi præmittunt ἐν quæ præposition deest in sex mss.

(45) *Διδαχθῆναι.* Duo Regii codices, Vat., Paris. et Coisl. secundus διαδειχθῆναι. Clarom. δειχθῆναι. Nihil mutandum. Illud enim διδαχθῆναι idem valet ac δειχθῆναι, id est, ostendere et docere, ut perspici potest ex epist. 244, n. 3.

(46) *Αὐξανόμεναι.* Med. et Coisl. primus αὐξόμεναι.

(47) *Εἰ μὲν ἦν... παρεγενόμην καὶ.* Ita tres vetustissimi codices et Clarom. Editi Εἰ μὲν οὖν ἦν... παραγενόμενος δι' ἐμαυτοῦ.

(48) *Πρὸς ἀλλήλους.* Coisl. primus εἰς ἀλλήλους. Paulo post idem codex cum Med. κατακλιθείς. Clarom. ὑποκλιθείς. Ibidem nonnulli codices καὶ... δεξάμενος τά, alii δειξάμενος τά.

Digitized by Google

2. Ἐκεῖνο γὰρ εἰδέναι βούλομαι τὴν σύνεσιν ὑμῶν, ὅτι ἐκεῖνος μέγας παρὰ Θεῷ, ὁ ταπεινοφρόνως ὑποκατακλιθεὶς τῷ πλησίον, καὶ ἀνεπαισχύντως ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος τὰ ἐγκλήματα, κἂν μὴ ἀληθῆ ᾖ, ὑπὲρ τοῦ τὸ μέγα ὄφελος τὴν εἰρήνην χαρίσασθαι τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Γενέσθω οὖν ἐν ὑμῖν ἀμιλλα ἀγαθή, τίς πρῶτος καταξιωθῇ υἱὸς Θεοῦ κληθῆναι, διὰ τῆς εἰρηνοποιίας ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα τοῦτο περιποιησάμενος. Ἐπέστειλε δὲ καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ὑμῖν τὰ πρέποντα, καὶ ἐπιστελεῖ (49) πάλιν τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, διὰ τὸ ἔτι (50) συγκεχωρῆσθαι ἐγγύτεροι ὑμῶν εἶναι, ἀμελεῖν τῶν καθ' ὑμᾶς οὐ δυνάμεθα. Ὅθεν καὶ παραγενομένου τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ Θεοδώρου τοῦ ὑποδιακόνου, καὶ εἰπόντος τὴν Ἐκκλησίαν ἐν λύπῃ εἶναι καὶ ταραχῇ, σφοδρῶς συντριβέντες καὶ βαθείᾳ ὀδύνῃ τὴν καρδίαν πληγέντες, ἠσυχάσαι οὐκ ἠνείχόμεθα· ἀλλὰ παρεκαλέσαμεν ὑμᾶς, πᾶσαν δικαιολογίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ῥίψαντας, καταπράξασθαι τὴν εἰρήνην, ἵνα μήτε ἡδονὴν τοῖς ἐναντίοις παράσχησθε, μήτε τὸ καύχημα τῆς Ἐκκλησίας προδῶτε, ὃ νῦν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηται, ὅτι οἱ πάντες, ὡς ὑπὸ μιᾶς ψυχῆς καὶ καρδίας οἰκονομούμενοι, ἐν ἑνὶ σώματι οὕτω διάγετε. Πάντα τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, τούς τε ἐν ἀξιώμασι καὶ δυναστείαις πολιτικαῖς (51), καὶ τοῦ παντὸς κλήρου τὸ πλήρωμα διὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας κατασπαζόμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν ὁμοίους ἑαυτοῖς διαμεῖναι. Οὐδεμίαν γὰρ προσθήκην ἐπιζητοῦμεν, διὰ τὸ πᾶσαν ὑπερβολὴν προλαβόντας αὐτοὺς διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐπιδείξεως ἀποκλεῖσαι (52).

2. Sciat enim hoc, venim, prudentia vestra, illum magnum esse apud Deum, qui se proximo humiliter submittit, ac citra verecundiam crimina in seipso recipit, etiamsi vera non sint, ut pacem, magnum illud emolumentum, Dei Ecclesiæ conciliet. Sit itaque inter vos certamen bonum, quis prior consequatur, ut filius Dei vocetur, hanc sibi dignitatem ob pacem compositam comparans. Scripsit autem et religiosissimus episcopus vobis quæ conveniunt, ac rursus scribet quæ ipsum decent. Verumtamen et nos, eo quod adhuc concessum sit, ut vobis propiores simus, negligere res vestras non possumus. Unde et cum advenisset religiosissimus frater Theodorus subdiaconus, dixissetque Ecclesiam in mœstitia esse ac perturbatione, tum valde contriti, **333** et imo cordis dolore perculsi, conticere non potuimus : sed vos adhortati sumus, ut omnem inter vos juris disceptationem projicientes, pacem componatis, ne afferatis lætitiam adversariis, neve hanc Ecclesiæ gloriationem prodatis, quæ nunc per totum terrarum orbem prædicatur, vos videlicet tanquam anima una et corde uno gubernatos, ita in uno corpore versari. Omnem Dei populum, honoratos et magistratus, et totius cleri cœtum per vestram pietatem salutamus, adhortamurque ut sui ipsorum semper permaneant similes. Nam incrementum nullum exposcimus, eo quod accessionem omnem jam ipsi per edita bonorum operum specimina excluserint.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚ'.

EPISTOLA CCXX*.

Testatur Basilius clericis Beræensibus, se ad eorum amorem exarsisse, lectis eorum litteris, et ipsorum ac totius populi virtute cognita ex sermone Acacii presbyteri. Pacem illis orat post tot certamina, et ad perseverantiam hortatur.

Πρὸς τοὺς ἐν Βεροίᾳ.

Beræeis.

Μεγάλην ὁ Κύριος ἔδωκε παραμυθίαν τοῖς ἀπολαμπανομένοις τῆς κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίας, τὴν διὰ τοῦ γράμματος ὁμιλίαν, ἐξ ἧς ἔστι μανθάνειν οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα, ἀλλ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν. Ὅθεν καὶ νῦν, δεξάμενοι τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ὁμοῦ τε ἐγνωρίσαμεν ὑμᾶς, καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς (53) ἀγάπην ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀνελάβομεν, οὐ δεηθέντες χρόνου μακροῦ συνήθειαν ἐμποιοῦντος ἡμῖν. Ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς ἐναποκειμένης τοῖς γράμμασι διανοίας εἰς τὸ φίλτρον τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς ὑμῶν ἐξεκαύθημεν. Καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἐπεσταλμένοις, τοιούτοις οὖσιν, ἔτι καὶ ἡ τῶν μεσιτευόντων ἀδελφῶν ἐπιτηδειότης ἐναργέστερον ἡμῖν ἐδείκνυ τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὁ γὰρ ποθεινότατος καὶ εὐλαβέστατος συμπρεσβύτερος ἡμῶν Ἀκάκιος, πλείονα τῶν ἐπεσταλμένων διηγούμενος, καὶ ὑπ' ὄψιν

Magnum Deus præbuit solatium his, qui coram congredi non possunt, colloquium per litteras ; ex quo discere est non corpoream effigiem, sed animi ipsius indolem. Unde et nunc, postquam pietatis vestræ litteras accepimus, simul et vos cognovimus, et vestri amorem corde concepimus, non opus habentes longo tempore ad consuetudinem conciliandam. Ex ipsa enim insita litteris sententia ad amorem pulchritudinis animæ vestræ exarsimus. Nam præter litteras, quæ quidem tales sunt, adhuc etiam fratrum internuntiorum habilis et apta indoles illustrius vestra nobis expressit. Nam desideratissimus atque religiosissimus compresbyter Acacius, plura quam scripsistis enarrans, et quotidianum vestrum certamen, strenuamque pro pietate dimicationem ipsis oculis subjiciens, tan-

(49) *Καὶ ἐπιστελεῖ.* Ita tres vetustissimi codices, quibus alii favent, in quibus legitur ἐπιστέλλει. At editi admodum mendose καὶ ἐπιστέλλειν ὑμᾶς δεῖ πάλιν. *ac vos decet iterum ad eum convenientia scribere.*

(50) *Ἔτι.* Hanc vocem addidimus ex septem mss. Ibidem Coisl. primus ἐγγυτέρω.

(51) *Πολιτικαῖς.* Sic mss. septem. Editi πολιτικούς.

(52) *Ἀποκλεῖσαι.* Addunt clausulæ loco ἔρρωσθε, *valete*, tres codices, nempe Harl., Coisl. primus et Clarom.

(53) *Τὴν περὶ ὑμᾶς.* Hæ voces additæ sunt ex septem mss. Vaticanus codex τὴν περὶ ὑμῶν.

* Alias CCXCIX. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tam mihi incussit admirationem, ac tantum accendit desiderium vestris bonis perfruendi, ut Dominum rogem, tempus aliquando dari, quo propria etiam experientia rerum vestrarum statum cognoscam. Nuntiavit enim mihi non solum vestram, quibus commissum est altaris ministerium, accuratam agendi rationem, sed populi etiam totius concordiam, et eorum qui civitati præsunt, illiusque res gerunt, magnanimos mores, ac sincerum in Deum amorem; adeo ut beatam prædicem Ecclesiam ex talibus constantem, ac nunc vehementius precer spiritalem vobis tranquillitatem concedi, ut quæ nunc certaminis tempore peregistis, iis tempore quietis fruamini. Solent enim quodammodo quæ in experiendo molesta sunt, voluptatem afferre recordantibus. Jam vero quod ad præsentia attinet, adhortor vos ut ne malis cedatis, neve animum ob continentes ærumnas despondeatis. Prope enim coronæ, et prope Domini auxilium. Cavete effundatis quæ jam exantlastis : neve irritum reddatis **334** laborem toto terrarum orbe celebratum. Brevissimus rerum humanarum status : *Omnis caro fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni. Exaruit fenum, et flos decidit ; verbum autem Domini manet in æternum* [17]. Præcepto permanenti adhærentes, fluxam rerum speciem spernamus. Non paucas Ecclesias erexit vestrum exemplum. Multam nec opinantes vobis comparastis mercedem, dum rudiores ad parem æmulationem provocastis. Locuples est remunerator, ac potest vobis digna largiri certaminum præmia.

ἀγων τὴν καθημερινὴν ὑμῶν ἄθλησιν, καὶ τὴν εὐτονον ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν, τοσοῦτον ἡμῖν ἐνεποίησε τὸ θαῦμα, καὶ τοσοῦτον ἤγειρε (54) τὸν πόθον τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἐν ὑμῖν καλῶν, ὥστε προσεύχεσθαι ἡμᾶς τῷ Κυρίῳ γενέσθαι ποτὲ καιρὸν καὶ διὰ τῆς οἰκείας πείρας γνωρίσαι τὰ καθ' ὑμᾶς. Καὶ γὰρ ἀπήγγειλεν ἡμῖν οὐ μόνον ὑμῶν τῶν τὴν λειτουργίαν τοῦ θυσιαστηρίου πεπιστευμένων τὴν ἀκρίβειαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ δήμου παντὸς τὴν συμφωνίαν, καὶ τῶν καθηγουμένων τῆς πόλεως καὶ προπολιτευομένων αὐτῆς τὸ μεγαλοψυὲς τῶν τρόπων, καὶ τὸ γνήσιον τῆς περὶ Θεὸν διαθέσεως, ὥστε μακαρίσαι ἡμᾶς τὴν ἐκ τῶν τοιούτων συμπληρουμένην Ἐκκλησίαν, καὶ εὔχεσθαι νῦν πλέον δοθῆναι ὑμῖν τὴν πνευματικὴν γαλήνην· ἵνα ἃ νῦν ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀθλήσεως ἐπεδείξασθε, τούτων ἐν τῷ τῆς ἀνέσεως χρόνῳ κομίσησθε τὴν ἀπόλαυσιν. Πέφυκε γάρ πως τὰ δυσχερῆ κατὰ τὴν πεῖραν ἡδονὴν φέρειν τοῖς ὑπομιμνησκομένοις. Τὸ δὲ νῦν ἔχον παρακαλοῦμεν ὑμᾶς μὴ ἐκκακεῖν, μηδὲ ἀπαγορεύειν πρὸς τὴν συνέχειαν τῶν κακώσεων. Ἐγγὺς γὰρ οἱ στέφανοι, καὶ ἐγγὺς ἡ ἀντίληψις τοῦ Κυρίου. Μὴ ἐκχέητε τὰ προπεπονημένα ὑμῖν· μὴ ἀχρειώσητε τὸν κόπον τὸν διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης βεβοημένον. Ὀλιγοχρόνιοι τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων αἱ καταστάσεις· *Πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου. Ἐξηράνθη ὁ χόρτος, καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσε* (55)· *τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.* Τῆς διαμενούσης ἐντολῆς ἀντεχόμενοι, τῆς παρερχομένης φαντασίας καταφρονήσωμεν. Πολλὰς ὁ Ἐκκλησίας ἀνώρθωσε τὸ καθ' ὑμᾶς (56) ὑπόδειγμα. Πολὺν, κατὰ τὸ λανθάνον, ἑαυτοῖς συνηγάγετε τὸν μισθὸν, δι' ὧν τοὺς ἀπειροτέρους εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον προσεκαλέσασθε. Πλούσιος ὁ μισθαποδότης, δυνάμενος ὑμῖν ἄξια χαρίσασθαι τῶν ἀγώνων τὰ ἔπαθλα.

EPISTOLA CCXXI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΑ'.

Significat Basilius plebi Beræensi ad amorem, quo illos fama cognitos prosequebatur, plurimum accessisse ex eorum litteris. Laudat eorum constantiam, et oerseveramiam illis precatur.

Beræeis.

Πρὸς τοὺς ἐν Βεροίᾳ.

Noveramus vos jam antea, desideratissimi, ex celeberrima vestra pietate et ex corona in Christi confessione comparata. Et forsan aliquis vestrum dicturus est : Ecquis hæc in regionem longe dissitam exportavit? Dominus ipse : qui suos cultores instar lucernæ collocans in candelabro, perficit ut toto terrarum orbe eluceant. An non victores athletas celebrare solet palma victoriæ, et artifices operis solertia? Quod si ob hæc et alia ejusmodi immortalis memoria permanet ; eos qui pie secundum Christum vivunt, de quibus ipsemet Dominus ait, *Glorificantes me glorificabo* [18],

Ἔγνωμεν ὑμᾶς προλαβόντες, ποθεινότατοι, ἐκ τῆς ἐκβεβοημένης ὑμῶν εὐλαβείας, καὶ τοῦ στεφάνου (57) τῆς κατὰ Χριστὸν ὁμολογίας. Καὶ ἴσως ἄν τις ὑμῶν φαίη· Καὶ τίς ὁ εἰς τὴν μακρὰν (58) ταύτην διαπορθμεύσας; Κύριος αὐτὸς, ὃς τοὺς εὐσεβοῦντας εἰς αὐτὸν τρόπῳ λύχνου τιθεὶς ἐπὶ τὴν λυχνίαν, φαίνειν ποιεῖ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης. Ἢ οὐχὶ τοὺς ἀριστέας τῶν ἀγωνιστῶν ἀνακηρύττειν εἴωθε τὸ τῆς νίκης βραβεῖον, καὶ τοὺς μηχανικοὺς ἡ τοῦ ἔργου ἐπίνοια; Εἰ δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ τοῖς τοιούτοις ἅλις ἐστὶ (59) ἡ μνήμη διαμένει, τοὺς κατὰ Χριστὸν εὐσεβοῦντας, περὶ ὧν αὐτός φησιν ὁ Κύριος, *Τοὺς*

[17] Isa. XL, 6-8. [18] I Reg. II, 30.

* Alias CCXCVIII. Scripta anno 375.

(54) *Ἤγειρε.* Ita sex mss. Editi ἐνήγειρε.

(55) *Ἐξέπεσε.* Deest hoc verbum in codice Medicæo.

(56) *Τὸ καθ' ὑμᾶς.* Male in editione 1 Paris. τὸ καθ' ἡμᾶς.

(57) *Τοῦ στεφάνου.* Ita octo mss. Editi τοὺς στεφάνους.

(58) *Εἰς τὴν μακράν.* Ita Coisl. primus et Harl. prima manu cum pluribus aliis. Editi εἰς γῆν μακράν. Ibidem Coisl. uterque et unus ex Regiis εἰς τὴν μακρὰν ταύτην.

(59) *Ἅλιστος.* Ita mss. sex. Editi ἅληθος.

Digitized by Google

δοξάζοντάς με δοξάσω, πῶς οὐχὶ γνωρίμους καὶ διαφανεῖς τοῖς πᾶσι καταστήσει, ταῖς ἀκτῖσι τοῦ ἡλίου συνεφαπλῶν (60) τῆς ἐξαστραπτούσης αὐτῶν λαμπηδόνος τὸ φαιδρόν; Μείζονα δὲ αὖθις ἡμῖν τὸν περὶ ὑμᾶς πόθον ἐνεθήκατε γραμμάτων ἡμᾶς ἀξιώσαντες, καὶ γραμμάτων τοιούτων, ἐν οἷς πρὸς τοῖς προλαβοῦσιν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας παλαίσμασι πλουσίαν καὶ ἀκμαιοτέραν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς πίστεως καρτεροψυχίαν ἐπεδαψιλεύσασθε (61). Ἐφ' οἷς συνηδόμεθα ὑμῖν, καὶ συνευχόμεθα, ὅπως ὁ τῶν ὅλων θεὸς, οὗ ὁ ἀγὼν, καὶ οὗ τὸ σκάμμα, καὶ δι' οὗ οἱ στέφανοι, προθυμίαν ἐμποιήσῃ, ῥῶσιν ψυχῆς παράσχῃ, καὶ εἰς τελείαν εὐδοκίμησιν (62) τὴν παρ' αὐτῷ τὸ ἔργον ὑμῶν ἀγάγῃ.

A quomodo non illustres ac omnibus conspicuos reddet, una cum solis radiis explicans fulgurantis eorum gloriæ splendorem? Rursus nobis vestri desiderium majus attulistis litteris ad nos scriptis, et ejusmodi litteris, in quibus præter superiora pro pietate certamina divitem et vividiorem pro vera fide animi constantiam profudistis. De quibus una vobiscum gaudemus, simulque precamur, ut universorum Deus, cujus certamen, cujus pugna et per quem corona, ingeneret animi ardorem, corroboret animam, et opus vestrum ad perfectam apud ipsum approbationem perducat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΒ'.

EPISTOLA CCXXII'.

Significat Basilius se lectis eorum litteris respirasse ex ærumnis, et cognita eorum adversus hæreticos, quos primi repulerunt, constantia ac cleri præeuntis et populi subsequentis consensu, acriorem factum esse ad pugnas, quæ Cappadociæ imminent, sustinendas. Hortatur ut in hoc consensu perseverent.

Πρὸς Χαλκιδέας.

B

Τὸ γράμμα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν τοιοῦτον γέγονεν ἡμῖν ἐν καιρῷ θλίψεως ἐπιφανὲν, ὁποῖον γίνεται πολλάκις ἀγωνισταῖς ἵπποις, ἐν μεσημβρίᾳ σταθερᾷ λάβρῳ τῷ ἄσθματι κόνιν σπωμένοις ἐν μέσῳ τῷ σταδίῳ, ὕδωρ τοῖς στόμασι προσχυθέν. Ἀνεπνεύσαμεν γὰρ ἐκ τῆς συνεχείας τῶν πειρασμῶν, καὶ ὁμοῦ τε τοῖς ῥήμασιν ὑμῶν ἐπερρώσθημεν, καὶ τῇ μνήμῃ τῶν καθ' ὑμᾶς ἀγωνισμάτων εὐτονώτεροι γεγόναμεν πρὸς τὸ ἀνενδότως ὑπενεγκεῖν τὸν προκείμενον ὑμῖν ἀγῶνα. Ὁ γὰρ ἐμπρησμὸς, ὁ τὰ πολλὰ τῆς Ἀνατολῆς ἐπινειμάμενος, ὑφέρπει ἤδη καὶ τὴν ἡμετέραν (63), καὶ τὰ κύκλῳ πάντα περιφλέξας, ἅπτεσθαι φιλονεικεῖ καὶ τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ Ἐκκλησιῶν, ἃς τέως ἐκίνει πρὸς δάκρυον ὁ ἐκ γειτόνων καπνός. Ἅπτεσθαι δ' οὖν λοιπὸν καὶ ἡμῶν ἐπείγεται, ἵν' ὁ Κύριος ἀποστρέψειε τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ διακόψειε τὴν φλόγα τοῦ πονηροῦ τούτου πυρός! Τίς γὰρ οὕτω δειλὸς καὶ ἀνανδρος, ἢ πρὸς πόνους (64) ἀθλητικοὺς ἀμελέτητος, ὡς μὴ τοῖς ὑμετέροις ὑποφωνήμασιν ἐπιῤῥωσθῆναι πρὸς τὸν ἀγῶνα, καὶ εὔχεσθαι μεθ' ὑμῶν στεφανίτης ἀναῤῥηθῆναι; Προλαβόντες γὰρ ἐναπεδύσασθε τῷ τῆς εὐσεβείας σταδίῳ, καὶ πολλὰς μὲν ἀπεκρούσασθε πείρας αἱρετικῶν παλαισμάτων, πολὺν δὲ τὸν καύσωνα τῶν πειρασμῶν ὑπηνέγκατε, οἵ τε κορυφαῖοι τῆς Ἐκκλησίας ὑμεῖς, οἷς ἡ θεραπεία τοῦ θυσιαστηρίου πεπίστευται, καὶ οἱ καθ' ἕνα τοῦ λαοῦ, οἱ δυνατώτεροι (65). Τοῦτο γὰρ καὶ μάλιστα θαυμαστὸν ὑμῶν καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον, ὅτι πάντες εἷς ἐστε ἐν

Ad Chalcidenses.

Litteræ pietatis vestræ tales nobis afflictionis tempore acciderunt, qualis sæpe certatoribus equis, ferventissima meridie pulverem vehementi anhelitu in medio stadii attrahentibus, aqua ori infusa. Respiravimus enim ex continuis tentationibus, simulque verbis **335** vestris corroborati sumus, et certaminum vestrorum memoria firmiores facti, ut propositum nobis certamen nescio cedere animo subeamus. Enimvero incendium, quod plerasque Orientis partes devastavit, serpit jam et in nostram regionem, atque iis quæ circa nos sunt incensis, ad ipsas etiam Cappadociæ Ecclesias, quas antea fumus e vicinis locis ad lacrymas commovebat, pertingere conatur. Jam ergo et nos properat attingere: quod Dominus spiritu oris sui avertat, et mali illius ignis flammam intercidat! Quis enim tam timidus est et ignavus, aut in laboribus athleticis inexercitatus, ut non vestris acclamationibus ad certamen corroboretur, optetque vobiscum victor renuntiari? Vos enim priores pugnastis in pietatis stadio, ac multa repulistis tentamina hæreticarum pugnarum, et ingentem tentationum æstum pertulistis, tum vos Ecclesiæ coryphæi, quibus altaris cura commissa, tum singuli ex plebe et potentiores quique. Hoc enim in vobis et maxime admirandum est, et approbatione omni dignum, quod omnes unus estis in Domino, alii quidem præeuntes ad bonum, alii summo consensu sequentes. Unde et superiores

60) *Συνεφαπλῶν*. Ita mss. octo. Editi συνεφάπτων.

(61) *Ἐπεδαψιλεύσασθε*. Hanc scripturam codicum Medicæi et Coisl. primi prætulimus lectioni aliorum quatuor codicum, in quibus legitur ἐπεδαψιλεύεσθε. Editi ἐπιδαψιλεύεσθε.

(62) *Εὐδοκίμησιν*. Medicæus codex, Vaticanus et Reg. secundus διευδοκίμησιν.

(63) *Καὶ τὴν ἡμετέραν*. Editi καὶ πρὸς τὴν ἡμετέραν. Sed præpositio deest in codicibus nostris Harl., Med., utroque Coisl., Vat. et Reg. secundo.

(64) *Πρὸς πόνους*. Ita Harl., Coisl. uterque et uterque Regius. Editi πρὸς τόνους.

(65) *Οἱ δυνατώτεροι*. Legendum καὶ οἱ δυνατώτεροι. Sic enim in epist. 220 laudat *non solum eorum, quibus commissum est altaris ministerium, accuratam agendi rationem, sed populi etiam totius concordiam, et eorum qui civitati præsunt, illiusque res gerunt, magnanimos mores*. Præterea his verbis, *singulis ex plebe*, designatur tota plebs; quare apponenda conjunctio his quæ sequuntur. Hanc tamen nolui in contextum inserere, quia in nullo vetere libro reperitur.

* Alias CCXCVII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

estis adversariorum conatu, nullam præbentes ex ullo membro ansam adversantibus. Quapropter precamur noctu et interdiu Regem sæculorum, ut custodiat quidem populum in fidei integritate; custodiat autem ei clerum, tanquam caput illæsum in summitate constitutum, subjectisque corporis membris providens. Oculis enim officio suo fungentibus, opera manuum affabre fiunt, et pedes sine offendiculo moventur, nulla corporis pars cura convenienti destituitur. Hortamur ergo vos, quod ipsum facitis et facturi estis, ut vobis invicem adhæreatis, ac vos, quibus animarum cura credita, singulos regatis, et tanquam filios charissimos foveatis: populus vero debitam patribus reverentiam et honorem vobis exhibeat, ut decoro Ecclesiæ statu conservetur robur vestrum, ac fidei in Christum firmamentum, glorificeturque Dei nomen, ac redundet et augeatur charitatis bonum. Nos autem, cum hæc audierimus, de vestro in Deo profectu lætemur: ac si quidem adhuc per carnem diversari in hoc mundo jubemur, vos etiam videamus aliquando in Dei pace: sin autem jubemur tandem de hac vita exire, vos in sanctorum splendore una cum his, qui laudem et gloriam per patientiam et per omnem bonorum operum demonstrationem consequuntur, coronatos videamus.

A Κυρίῳ, οἱ μὲν καθηγούμενοι πρὸς τὸ ἀγαθὸν, οἱ δὲ ἑφεπόμενοι μετὰ συμπνοίας. Διὸ καὶ κρείττους ἐστὲ τῆς τῶν ἀντιπάλων ἐπιχειρήσεως, οὐδεμίαν παρέχοντες ἀπ' οὐδενὸς μέλους λαβὴν τοῖς ἀνταγωνιζομένοις (66). Τούτου χάριν εὐχόμεθα νυκτὸς καὶ ἡμέρας τῷ Βασιλεῖ τῶν αἰώνων φυλάξαι μὲν τὸν λαὸν ἐν τῇ ὁλοκληρίᾳ τῆς πίστεως, φυλάξαι δὲ αὐτῷ τὸν κλῆρον, ὥσπερ κεφαλὴν ἀκέραιον ἐπὶ τοῦ ὕψους κειμένην, καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτῆς προμήθειαν τοῖς ὑποκειμένοις τοῦ σώματος μέλεσι παρεχομένην. Ὀφθαλμῶν γὰρ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐνεργούντων, ἔντεχνοι μὲν τῶν χειρῶν αἱ ἐργασίαι, ἀπρόσκοποι δὲ τῶν ποδῶν αἱ κινήσεις, οὐδὲν δὲ μέρος τοῦ σώματος τῆς προσηκούσης προνοίας ἀποστερεῖται. Ὥστε παρακαλοῦμεν ὑμᾶς, ὃ ποιεῖτε καὶ ποιήσετε, ἀντέχεσθαι (67) ἀλλήλων, καὶ ὑμᾶς μὲν τοὺς τὴν τῶν ψυχῶν ἐπιμέλειαν B πεπιστευμένους συνέχειν τοὺς καθ' ἕκαστον, καὶ θάλπειν ὡς τέκνα ἀγαπητά· τὸν δὲ λαὸν τὴν πατρικὴν ὀφειλομένην αἰδῶ καὶ τιμὴν ὑμῖν ἀποσώζειν, ἵνα ἐν τῇ εὐσχημοσύνῃ τῆς Ἐκκλησίας σώζηται μὲν ὑμῶν ἡ ἰσχὺς, καὶ τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, δοξάζηται δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ, πλεονάζῃ δὲ καὶ πληθύνῃ τὸ τῆς ἀγάπης καλόν. Ἀκούοντες δὲ ἡμεῖς εὐφραινώμεθα ἐπὶ τῇ προκοπῇ ὑμῶν τῇ κατὰ Θεόν· καὶ εἰ μὲν ἔτι διὰ σαρκὸς ἐπιδημεῖν (68) τῷ κόσμῳ τούτῳ κελευόμεθα (69), καὶ ἴδοιμέν ποτε ὑμᾶς ἐν τῇ εἰρήνῃ τοῦ Θεοῦ· ἐὰν δὲ κελευσθῶμεν λοιπὸν ἀπᾶραι τῆς ζωῆς ταύτης, ἴδωμεν (70) ὑμᾶς ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν ἁγίων, μετὰ τῶν δι' ὑπομονῆς καὶ πάσης ἐπιδείξεως ἀγαθῶν ἔργων εὐδοκιμούντων στεφανωθέντας.

336 EPISTOLA CCXXIII*. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΓ'.

Rumpit silentium Basilius jam tribus annis servatum, suasque defert querelas, quod cum redux in patriam ad amicitiam Eustathii sese applicuisset, et cum eo ejusque discipulis etiam episcopus amantissime vixissent, nunc ab eis omni maledicto et famosis epistolis dilaceretur. Demonstrat perinique eos facere, quod sibi hominis in Syria scribentis errores affingant, quia ante annos viginti unam huic homini scripserat epistolam: atque hanc agendi rationem eo iniquiorem esse, quod se tot locis de fide disserentem audierint, ut sua illos sententia latere non potuerit; atque etiam si latuisset, non tamen amicitiam sine certissimis argumentis rumpi debuisse. Hanc ergo odii germanissimam causam assignat, quod et sua communio, et fidei professio, quam ab illis acceperat, ad recuperationem potestatis illis obstarent. Denique addit argumenti loco prius illos epistolam ad alios quam ad se misisse.

Adversus Eustathium Sebastenum. C *Πρὸς Εὐστάθιον* (71) *τὸν Σεβαστηνόν.*

3. Ἐπεὶ ἐξηγησάσθωσαν ἡμῖν, πῶς εἶπεν ὁ Παῦλος, ὅτι *Νῦν μὲν ἐκ μέρους γινώσκομεν*. Ἆρα ἐκ μέρους τὴν οὐσίαν αὐτοῦ γινώσκομεν, οἱονεὶ μέρη τῆς οὐσίας αὐτοῦ γινώσκομεν; Ἀλλ' ἄτοπον, ἀμερὴς γὰρ ὁ Θεός. Ἀλλ' ὅλην αὐτὴν γινώσκομεν; Πῶς οὖν, *Ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται;* Οἱ δὲ εἰδωλολάτραι τί ἐγκαλοῦνται; Οὐχ ὅτι, γνόντες τὸν Θεὸν, οὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν; Ἡ Γαλάται (46) δὲ οἱ ἀνόητοι ὑπὸ τοῦ Παύλου διὰ τί ὀνειδίζονται, λέγοντος· *Νυνὶ δὲ, γνόντες τὸν Θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ Θεοῦ, πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ἐπὶ τὰ ἀσθενῆ καὶ πτωχὰ στοιχεῖα;* Γνωστὸς δὲ πῶς ἦν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὁ θεός; Ἆρα ἐπειδὴ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἡ οὐσία, ἥτις ποτὲ (47) ἦν, ἐπεγνώσθη; *Ἔγνω*, φησὶ, *βοῦς τὸν κτησάμενον αὐτόν* (48)· δηλονότι ὁ βοῦς καθ' ὑμᾶς ἔγνω τὴν οὐσίαν τοῦ κυρίου· *καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ*. Ἔγνω οὖν καὶ ὁ ὄνος τῆς φάτνης τὴν οὐσίαν. *Ἰσραὴλ δέ με*, φησὶν, *οὐκ ἔγνω*. Τοῦτο ἐγκαλεῖται καθ' ὑμᾶς Ἰσραὴλ, ὅτι τὴν οὐσίαν, ἥτις ποτέ ἐστι, τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐπέγνω. *Ἔχεον*, φησὶ, *τὴν ὀργήν σου ἐπὶ τὰ ἔθνη τὰ μὴ γινώσκοντά σε*· τουτέστι, τὰ τὴν οὐσίαν σου μὴ κατειληφότα. Ἀλλὰ πολλαχῶς ἡ γνῶσις, ὡς ἔφαμεν. Ἥ τε γὰρ τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς σύνεσις, καὶ ἡ τῶν θαυμασίων αὐτοῦ κατανόησις, καὶ ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν, καὶ ἡ οἰκείωσις ἡ πρὸς αὐτόν. Οἱ δὲ, πάντα ταῦτα παρωσάμενοι, ἐπὶ ἓν σημαινόμενον τὴν γνῶσιν ἕλκουσι, τὴν θεωρίαν αὐτῆς (49) τοῦ Θεοῦ τῆς οὐσίας. *Θήσεις*, φησὶν, *ἀπέναντι τῶν μαρτυρίων, ὅθεν γνωσθήσομαί σοι ἐκεῖθεν*. Ἆρα τὸ, *Γνωσθήσομαι*, ἀντὶ τοῦ τὴν οὐσίαν μου ἐμφανίσω; Ἔγνω *Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ*. Ἆρα οὖν τῶν μὲν ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν ἔγνω, τῶν δὲ ἀπειθούντων ἔγνωκε τὴν οὐσίαν; *Ἔγνω Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ*. Ἆρα τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἐγνώρισε; Καὶ περὶ

3. Alioqui exponant nobis isti, quomodo dixerit Paulus: *Nunc quidem ex parte cognoscimus* [46]. Num igitur ex parte essentiam illius cognoscimus, ac veluti partes essentiæ illius cognoscimus? Sed hoc est absurdum, siquidem partium expers Deus. An essentiam totam cognoscimus? Quomodo igitur subjungit: *Cum venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* [47]. Jam vero idololatræ cur incusantur? Nonne ideo quod cognoscentes Deum, non tanquam Deum glorificaverint? Aut etiam Galatæ insani cur probris afficiuntur a Paulo, qui dicit: *Nunc autem cum cognoveritis Deum, imo cogniti sitis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma et egena elementa* [48]? Quomodo autem cognitus erat in Judæa Deus? An quia in Judæa notum erat qualis tunc esset illius essentia? *Cognovit*, inquit, *bos possessorem suum* [49]. Scilicet vestro judicio **360** bos novit essentiam heri. *Et asinus præsepe domini sui.* Novit igitur etiam asinus præsepis essentiam. *Israel autem*, inquit, *me non cognovit.* Id ex vestra sententia Israel incusatur, quod qualis tandem sit Dei essentia non agnovit. *Effunde*, inquit, *iram tuam in gentes quæ te non noverunt* [50]; hoc est, quæ tuam essentiam non comprehenderunt. At, ut diximus, cognitio est multiplicis generis. Cognoscimus enim, si conditorem nostrum scimus, si intelligimus ejus mirabilia, si mandata servamus, si cum ipso conjungimur. Isti autem, omnibus his rejectis, cognitionem ad unum significatum trahunt, contemplationem ipsius Dei essentiæ. *Pones*, inquit, *ante testimonia, unde cognoscar a te inde* [51]. Num illud, *Cognoscar*, idem valet ac naturam meam revelabo? *Dominus cognovit qui sunt ejus* [52]. Num ergo naturam eorum qui ipsius sunt cognovit, inobsequen-

[46] I Cor. XIII, 9. [47] Ibid. 10. [48] Galat. IV, 9. [49] II Tim. II, 19. [50] Isa. I, 3. [51] Psal. LXXVIII, 6. [52] Exod. XXV,

(46) Ἡ Γαλάται. Decrat ἡ in editis, quod ex sex mss. codicibus restituimus.

(47) Ἥτις ποτέ. Sic emendavimus ex uno codice Regio quod in editis legebatur ἥτις τότε. Infra omnibus codicibus mss. et editis consentientibus legitur ἥτις ποτέ.

(48) Αὐτόν. Decst in tribus mss. Habent Harl et Med. αὐτήν.

(49) Αὐτῆς. Ita mss. octo. Editi αὐτήν.

Digitized by Google

tium vero ignorat naturam? *Cognovit Adam uxorem suam* [55]. Num naturam ipsius cognovit? Et de Rebecca dicitur: *Virgo erat, vir illam non cognoverat* [56]. Et, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco* [57]? Scilicet naturam Rebeccæ nemo cognovit? Num Maria hoc dicit: Nullius viri cognovi naturam? Nonne potius illud, *Cognovit*, de conjugalibus amplexibus solet in Scriptura usurpari? Et quod dicitur fore ut cognoscatur Deus ex propitiatorio, idem est ac manifestus fiet sibi servientibus. Et, *Dominus cognovit qui sunt ejus*, idem est ac in suam familiaritatem illos ob opera bona recepit.

A τῆς Ῥεβέκκας, *Παρθένος*, φησίν· *ἀνὴρ οὐκ ἔγνω αὐτήν*· καὶ, *Πῶς ἔσται* (50) *τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω*; Ἆρα Ῥεβέκκας μὲν τὴν οὐσίαν οὐδεὶς ἐπέγνω; Μαρία δὲ τοῦτό φησιν· ὅτι Οὐδενὸς ἀνδρὸς ἐνόησα τὴν οὐσίαν; Ἢ τὸ, *Ἔγνω*, ἐπὶ τῶν γαμικῶν συμπλοκῶν ἔθος τῇ Γραφῇ ὀνομάζειν; Καὶ τὸ γνωσθήσεσθαι τὸν Θεὸν ἀπὸ τοῦ ἱλαστηρίου, τοῦτέστιν, ἐμφανισθήσεσθαι τοῖς λατρεύουσι. Καὶ τὸ, *Ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ*, τουτέστιν, ἐξέλεξατο αὐτοὺς διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν οἰκείωσιν.

EPISTOLA CCXXXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΣ'.

Perqit Basilius variis Amphilochii quæstionibus respondere: quomodo Christus nescire dicatur diem et horam; de Jeremiæ vaticinio in Jechoniam; de Encratitarum quadam cavillatione; de fato; de emersione in baptismate; de voce φάγος· de essentia et hypostasi; de mediis rebus in indifferentibus, a quo gubernentur.

Eidem Amphilochio.

B

· *Τῷ αὐτῷ Ἀμφιλοχίῳ.*

1. Quod jam a multis investigatum est evangelicum dictum, quomodo nesciat Dominus noster Jesus Christus diem consummationis ac horam [58], quodque maxime ab Anomœis perpetuo objicitur ad eversionem Unigeniti gloriæ, ut ostendatur essentiæ dissimilitudo et inferior dignitatis gradus, cum nec eamdem naturam habere possit qui non omnia noscit, neque in una similitudine intelligi cum eo, qui universorum cognitionem sua prænoscendorum et assequendorum futurorum facultate complectitur; id nunc a tua prudentia nobis ut novum, propositum est. Itaque quæ a puero ex patribus audivimus, et ob bonarum rerum amorem citra examen suscepimus, hæc possumus dicere; quanquam illa quidem Christomachorum impudentiam non dissolvent (quæ enim oratio eorum impetu fortior videatur?), sed iis, qui Dominum diligunt, et antecaptam ex fide doctrinam deducta ex ratione demonstratione fortiorem tenent, satis magnam fortasse persuasionem **361** exhibebunt. Nimirum illud, *nemo*, generale quidem videtur esse nomen, adeo ut ne una quidem persona per hanc vocem excipiatur. Sed non ita apud Scripturam usurpatur, quemadmodum observavimus in illo, *Nemo bonus nisi unus Deus* [59]. Neque enim hic se ipse excludens a boni natura Filius hæc dicit. Sed cum Pater primum bonum sit, illud, *nemo*, subintellecta hac voce,

1. Ἐζητημένον (51) ἤδη παρὰ πολλοῖς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν περὶ τοῦ ἀγνοεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους, καὶ τὴν ὥραν, καὶ μάλιστα συνεχῶς προβαλλόμενον παρὰ τῶν Ἀνομοίων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς δόξης τοῦ Μονογενοῦς εἰς ἀπόδειξιν τοῦ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀνομοίου, καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀξίαν ὑφέσεως, ὡς οὐ δυναμένου οὔτε τὴν αὐτὴν ἔχειν φύσιν, οὔτε ἐν ὁμοιότητι μιᾷ νοεῖσθαι τοῦ μὴ πάντα εἰδότος πρὸς τὸν ἐμπεριλαβόντα τὴν εἴδησιν τῶν ὅλων τῇ προγνωστικῇ ἑαυτοῦ καὶ ἐπιβλητικῇ τῶν μελλόντων δυνάμει· τοῦτο νῦν (52) παρὰ τῆς σῆς συνέσεως ἡμῖν ὡς καινὸν προεβλήθη. Ἃ τοίνυν ἐκ παιδὸς παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμεν, καὶ διὰ τὴν πρὸς τὰ καλὰ φιλίαν ἀβασανίστως παρεδεξάμεθα, ταῦτα εἰπεῖν ἔχομεν, τῶν μὲν Χριστομάχων τὴν ἀναισχυντίαν οὐ διαλύοντα, (τίς γὰρ ἂν καὶ φανείη λόγος τῆς ὁρμῆς αὐτῶν ἰσχυρότερος;) τοῖς δὲ ἀγαπῶσι τὸν Κύριον, καὶ τῆς ἐκ τοῦ λόγου ἀποδείξεως (53) ἰσχυροτέραν τὴν ἐκ πίστεως πρόληψιν κεκτημένοις, ἀρκοῦσαν ἴσως παρεχόμενα τὴν πληροφορίαν. Ὅτι τὸ, *οὐδείς* (54), καθολικὸν μὲν εἶναι δοκεῖ ῥῆμα, ὡς μηδὲ ἓν πρόσωπον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης ὑπεξῃρῆσθαι· ἔστι δὲ οὐχ οὕτω παρὰ τῇ Γραφῇ ἀναφερόμενον, ὡς τετηρήκαμεν ἐπὶ τοῦ, *Οὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός*. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἑαυτὸν ἔξω τιθεὶς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ φύσεως ὁ Υἱὸς ταῦτα λέγει. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἀγαθὸν ὁ Πατήρ, τὸ, *οὐδείς* (55), συνυπακουομένου τοῦ, πρώ-

[55] Gen. IV, 1. [56] Gen. XXIV, 16. [57] Luc. I, 34. [58] Marc. XIII, 32. [59] Marc. X, 18.

* Alias CCCXCI. Scripta anno 376.

(50) *Πῶς ἔσται*. Editi addunt μοι quod deest in septem mss.

(51) *Ἐζητημένον*. Editi Τὸ ἐζητημένον, sed deest articulus in decem mss. codicibus.

(52) *Τοῦτο νῦν*. Medicæus cum uno ex Regiis τοῦτο νῦν δὴ παρὰ τῆς, etc.

(53) *Ἀποδείξεως*. Ita editi et codex Harl. cum Bigot. et Reg. primo. At in codicibus Med., Coisl. utroque, Vat., Paris. et Regiis duobus legitur ἀποκρίσεως, *ducta ex ratione responsione*. Sed magis placet vulgata scriptura, cum præsertim veterum librorum auctoritate non destituatur.

(54) *Ὅτι τὸ, οὐδείς*. Ita Harl., Med., Coisl. primus, Clarom. et unus ex Regiis. Ed. tio 1 Paris. ὁ τὸ, οὐδείς. Secunda τὸ δὲ, οὐδείς. Paulo post Coisl primus cum uno ex Regiis ὑπεξαιρεῖσθαι.

(55) *Τὸ, οὐδείς*. Corruptissima in editis et multis mss. codicibus hæc verborum constructio. Sic enim habent: τῷ οὐδεὶς ὑπακουομένου τοῦ πρώτου, τὸ δεύτερον εἰρῆσθαι πιστεύομεν. Sed illud τὸ δεύτερον, quod totum hunc locum denormabat, deest in quinque libris. Totidem habent τοῦ πρώτος. Legitur τὸ οὐδείς in sex aliis, quorum duo antiquissimi, Harl. et Coisl. primus.

Digitized by Google

τος, εἰρῆσθαι πιστεύομεν· καὶ τὸ, *Οὐδεὶς οἶδε τὸν Υἱὸν εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ ἄγνοιαν τοῦ Πνεύματος κατηγορεῖ, ἀλλὰ πρώτῳ (56) τῷ Πατρὶ ὑπάρχειν τὴν γνῶσιν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως μαρτυρεῖ. Οὕτω καὶ τὸ, *Οὐδεὶς οἶδε*, τὴν πρώτην εἴδησιν τῶν τε ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγοντος, καὶ διὰ πάντων τὴν πρώτην αἰτίαν τοῖς ἀνθρώποις ὑποδεικνύντος εἰρῆσθαι νομίζομεν. Ἐπεὶ πῶς ἡ ταῖς λοιπαῖς μαρτυρίαις τῆς Γραφῆς ἀκολουθεῖ τὸ ῥητὸν, ἢ ταῖς κοιναῖς ἡμῶν ἐννοίαις συμβαίνειν δύναται, τῶν πεπιστευκότων εἰκόνα εἶναι τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀοράτου τὸν Μονογενῆ, εἰκόνα δὲ οὐ χαρακτῆρος σωματικοῦ, ἀλλ' αὐτῆς τῆς θεότητος, καὶ τῶν ἐπινοουμένων τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ μεγαλείων, εἰκόνα δυνάμεως, εἰκόνα σοφίας, καθὸ εἴρηται Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία; Μέρος δὲ δηλονότι τῆς σοφίας ἡ γνῶσις· ἣν οὐκ ἐξεικονίζει πᾶσαν, εἴπερ τινῶν ἀπολείπεται. Πῶς δὲ καὶ ὁ Πατὴρ, δι' οὗ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε, τούτῳ τὸ ἐλάχιστον μέρος τῶν αἰώνων, τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν ὥραν, οὐκ ἔδειξεν; Ἢ πῶς ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς τοῦ ἐλαχίστου μέρους τῶν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντων τῆς γνώσεως ἀπολείπεται; Ὁ δὲ λέγων, πλησίον τοῦ τέλους, τάδε καὶ τάδε ἐν τῷ οὐρανῷ σημεῖα καὶ ἐν τοῖς κατὰ γῆν χωρίοις φανήσεσθαι, πῶς αὐτὸ τὸ τέλος ἀγνοεῖ; Ἐν οἷς γὰρ λέγει, *Οὔπω τὸ τέλος*, οὐχ ὡς ἀμφιβάλλων, ἀλλ' ὡς εἰδὼς διορίζεται. Ἔπειτα μέντοι εὐγνωμόνως σκοποῦντι, πολλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου μέρους ὁ Κύριος διαλέγεται τοῖς ἀνθρώποις· οἷον (57), *Δός μοι πιεῖν*, φωνή ἐστι τοῦ Κυρίου τὴν σωματικὴν χρείαν ἐκπληροῦσα. Καίτοι ὁ αἰτῶν οὐχὶ σὰρξ ἦν ἄψυχος, ἀλλὰ θεότης σαρκὶ ἐμψύχῳ κεχρημένη. Οὕτω καὶ νῦν τὸ τῆς ἀγνοίας ἐπὶ τὸν οἰκονομικῶς πάντα καταδεξάμενον, καὶ προκόπτοντα παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις σοφίᾳ καὶ χάριτι, λαμβάνων τις, οὐκ ἔξω τῆς εὐσεβοῦς ἐνεχθήσεται διανοίας.

2. Τῆς σῆς δ' ἂν εἴη φιλοπονίας (58) ἐκθέσθαι τὰς εὐαγγελικὰς ῥήσεις, καὶ συγκρῖναι ἀλλήλαις τήν τε Ματθαίου καὶ τὴν Μάρκου. Οὗτοι γὰρ μόνοι συνενεχθέντες περὶ τὸν τόπον τοῦτον ἀλλήλοις φαίνονται. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Ματθαίου λέξις οὕτως ἔχει· *Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας* (59) *οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*· ἡ δὲ τοῦ Μάρκου· *Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι οἱ ἐν οὐρανῷ* (60), *οὐδὲ ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὁ Πατήρ.* Τί τοίνυν ἐστὶν ἐν τούτοις ἐπισημήνασθαι ἄξιον; Ὅτι ὁ μὲν Ματθαῖος οὐδὲν εἶπε περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ἀγνωσίας· δοκεῖ δὲ τῷ Μάρκῳ συμφέρεσθαι

primus, dictum esse credimus; et illud: *Nemo novit Filium nisi Pater* [60]. Neque enim hic ignorantiæ Spiritum accusat; sed naturæ suæ cognitionem Patri primo inesse testatur. Sic et illud, *Nemo scit* [61], ab eo primam eorum quæ sunt, et quæ futura sunt cognitionem ad Patrem referente, et in omnibus primam causam hominibus demonstrante dictum credimus. Alioqui quomodo aut cum reliquis Scripturæ testimoniis consentiat dictum illud, aut cum communibus nostris notionibus quadrare possit, qui credimus imaginem esse Dei invisibilis Unigenitum; imaginem autem non figuræ corporeæ, sed ipsius divinitatis, et magnificorum attributorum, quæ in Dei essentia intelliguntur: imaginem virtutis, imaginem sapientiæ, quatenus Christus dictus est Dei virtus, et Dei sapientia [62]? Profecto autem pars est sapientiæ cognitio, quam non totam repræsentat, si quid ei desit. Quomodo autem Pater ei, per quem sæcula condidit, minimam partem sæculorum, diem illum et horam, non ostendit? Aut quomodo universorum Conditor, minimæ partis eorum, quæ a se condita sunt, cognitione destituetur? Qui autem dicit, appropinquante fine, hæc et illa in cœlo signa et in terris visum iri, quomodo ipsum finem ignorat? Dum enim dicit: *Nondum finis* [63], non quasi dubitans, sed ut sciens affirmat. Deinde, si quis æquo animo consideret, multa et ex humana parte Dominus disserit hominibus: nam illud, *Da mihi bibere* [64], vox est Domini, corpoream indigentiam explens. Atque is quidem qui petebat, non caro erat inanimata, sed divinitas carne animata utens. Ita et nunc si quis ignorantiam illam ad eum referat, qui omnia per dispensationem suscepit, et coram Deo et hominibus sapientia et gratia profecit; is extra piam non feretur sententiam.

2. Jam tuæ diligentiæ fuerit evangelicas voces exponere, et Matthæi ac Marci dicta inter se conferre. Hi enim soli circa hunc locum inter se concurrisse comperiuntur. Et Matthæi quidem dictio sic se habet: *De die autem illa et hora nemo scit, ne cœlorum quidem angeli, nisi Pater solus* [65]. Marci autem ita: *De die autem illo et hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater* [66]. Quid autem in his observatu dignum est? Illud nempe, Matthæum quidem nihil dixisse de Filii **362** ignorantia, videri tamen cum Marco consentire quoad sensum, dum ait, *Nisi solus Pater*. Nos porro existimamus il-

[60] Matth. XI, 27. [61] Matth. XXIV, 36. [62] I Cor. I, 24. [63] Matth. XXIV, 6. [64] Joan. IV, 7. [65] Matth. XXIV, 36. [66] Marc. XIII, 32.

(56) Ἀλλὰ πρώτῳ. Duo Regii codices, Vat., Clarom., Bigot. et Paris. habent ἀλλὰ πρῶτον. Cum editis alii codices consentiunt.

(57) Τοῖς ἀνθρώποις· οἷον. Hæc addita ex codicibus Med., Harl., Coisl. primo et uno ex Regiis. Editi διαλέγεται. Τὸ γάρ. Mox hæ voces, τοῦ Κυρίου, desunt in codicibus Vat., Coisl. secundo et duobus Regiis. Paulo post septem codices: Οὕτω τοίνυν τὸ τῆς ἀγνοίας ἐπὶ τὸν προκόπτοντα. Cætera desunt.

(58) Φιλοπονίας. Coisl. primus φιλοσοφίας, et ad marginem ut in editis.

(59) Καὶ τῆς ὥρας. Hæc desunt in pluribus mss. Paulo post quinque codices ἡ ὥρας.

(60) Οἱ ἐν οὐρανῷ. Deest prima vocula in Coisl. secundo.

Digitized by Google

lud, *solus*, ut angelis opponatur, dictum fuisse, minime vero Filium una cum suis servis comprehendi, quantum attinet ad ignorantiam. Est enim verax qui pronuntiavit : *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt* [67]. Unum autem eorum, quæ habet, est et ipsa hujusce diei et horæ cognitio. Silentio igitur prætermittens, ut minime controversam, suam ipsius personam in Matthæi dicto Dominus, angelos dixit ignorare, scire autem Patrem solum, Patris cognitionem tacite suam ipsius esse docens, eo quod et alibi pronuntiarit : *Sicut cognoscit me Pater, et ego cognosco Patrem* [68]. Quod si Pater Filium totum totaliter cognoscit, ita ut et reconditam in ipso sapientiam omnem perspiciat : pari mensura et a Filio cognoscetur, cum omni insita illi sapientia et prænotione futurorum. Sic igitur illud Matthæi, *Nisi solus Pater*, interpretando leniendum ducimus. Marci autem verba, quia aperte videntur ipsum Filium a cognitione excludere, ita intelligimus : Nemo novit, neque angeli Dei, sed nec Filius nosset, nisi nosset Pater ; hoc est, causa et principium cognitionis Filii a Patre est. Ac violenta quidem non est, si quis æquo animo audiat, hæc expositio ; quandoquidem non adjicitur *solus*, ut apud Matthæum. Mens igitur Marci est ejusmodi : De die autem illa aut hora nemo scit, neque angeli Dei, sed nec Filius quidem nosset, nisi nosset Pater ; siquidem ei a Patre data cognitio. Hoc autem de Filio et maxime pium et divinitati non indecorum dictu est, eum ab eo, cui consubstantialis est, habere ut cognoscat, atque in omni sapientia et majestate divinitati suæ consentanea conspiciatur.

κατὰ τὴν ἔννοιαν, ἐκ τοῦ φάναι, *Εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*. Ἡμεῖς δὲ ἡγούμεθα τὸ, *μόνος*, πρὸς τὴν τῶν ἀγγέλων ἀντιδιαστολὴν (61) εἰρῆσθαι· τὸν δὲ Υἱὸν μὴ συμπαραλαμβάνεσθαι τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις, κατὰ τὴν ἄγνοιαν. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών, ὅτι *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστιν*. Ἓν δὲ, ὧν ἔχει, καὶ ἡ γνῶσις ἐστι τῆς ἡμέρας ἐκείνης καὶ τῆς ὥρας. Παρασιωπήσας τοίνυν, ὡς ὁμολογούμενον, τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐν τῇ λέξει τοῦ Ματθαίου ὁ Κύριος, τοὺς ἀγγέλους εἶπεν ἀγνοεῖν, εἰδέναι δὲ τὸν Πατέρα μόνον· τὴν τοῦ Πατρὸς γνῶσιν κατὰ τὸ σωπώμενον καὶ ἑαυτοῦ εἶναι λέγων, διὰ τὸ καὶ ἐν ἄλλοις εἰρῆκέναι· *Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα*. Εἰ δὲ γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ὅλον δι' ὅλου, ὥστε καὶ τὴν ἐναποκειμένην αὐτῷ (62) σοφίαν πᾶσαν ἐπίστασθαι· κατὰ τὸ ἴσον μέτρον καὶ ἐπιγνωσθήσεται παρὰ τοῦ Υἱοῦ, δηλονότι, μετὰ πάσης τῆς ἐνυπαρχούσης αὐτῷ σοφίας καὶ τῆς προγνώσεως τῶν μελλόντων. Ταύτης μὲν οὖν ἀξιοῦμεν τῆς παραμυθίας τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενον· *Εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος*. Τὸ δὲ Μάρκου, ἐπειδὴ φανερῶς δοκεῖ καὶ τὸν Υἱὸν ἀπομερίζειν τῆς γνώσεως, οὕτω νοοῦμεν· ὅτι οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ὁ Υἱὸς (63) ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· τουτέστιν, ἡ αἰτία τοῦ εἰδέναι τὸν Υἱὸν παρὰ τοῦ Πατρός. Καὶ ἀβλασφήμως ἔστι τῷ εὐγνωμόνως ἀκούοντι ἡ ἐξήγησις αὕτη· ἐπειδὴ οὐ πρόσκειται τὸ *μόνος*, ὡς καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ. Ἔστιν οὖν ὁ νοῦς ὁ παρὰ τῷ Μάρκῳ τοιοῦτος· Περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης (64) ἢ ὥρας οὐδεὶς οἶδεν, οὔτε οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ Υἱὸς ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· ἐκ γὰρ τοῦ Πατρὸς αὐτῷ ὑπῆρχε δεδομένη ἡ γνῶσις. Τοῦτο δὲ εὐφημότατόν ἐστι καὶ θεοπρεπὲς περὶ τοῦ Υἱοῦ λέγειν, ὅτι οὗπερ ἐστὶν ὁμοούσιος, ἐξ αὐτοῦ καὶ τὸ γινώσκειν ἔχει, καὶ τὸ ἐν πάσῃ σοφίᾳ καὶ δόξῃ (65) τῇ πρεπούσῃ αὐτοῦ τῇ θεότητι θεωρεῖσθαι.

3. Quod spectat ad Jechoniam, quem proscriptum ex Judæa terra fuisse dicit propheta Jeremias his verbis : *Inhonoratus est Jechonias tanquam vas, cujus non est utilitas ; et quia rejectus est ipse et semen ejus, neque ex semine ejus exsurget qui sedeat super solium David, princeps in Juda* [69] : simplex et clara est oratio. Nam eversis Hierosolymis a Nabuchodonosor, dissolutum fuerat regnum : nec jam patriæ successiones principatuum, ut antea, vigebant : sed tunc, imperio dejecti, in captivitate vivebant Davidis posteri. Reversi autem Salathiel et Zorobabel modo magis populari præerant populo [70], translato deinceps ad sacerdotium imperio, propterea quod sacerdotalis et regia tribus inter se commiscerentur. Unde Dominus et rex est

3. Περὶ δὲ τοῦ Ἰεχονίου, ὃν ἐκκήρυκτον ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας γῆς γεγενῆσθαί φησιν ὁ προφήτης Ἱερεμίας εἰπών· *Ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἔστιν αὐτοῦ χρεία· καὶ ὅτι ἀπερρίφη αὐτὸς καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀναστῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ, ἄρχων ἐν τῷ Ἰούδᾳ*· ἁπλοῦς καὶ σαφής ἐστιν ὁ λόγος. Καθαιρεθείσης γὰρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ὑπὸ Ναβουχοδονόσορ, λέλυτο μὲν τὰ βασίλεια, οὐκέτι δὲ πατρικαὶ διαδοχαὶ τῶν ἡγεμονιῶν (66) ἦσαν, ὥσπερ καὶ πρότερον· ἀλλὰ τότε μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τῆς αἰχμαλωσίας διῆγον οἱ ἀπόγονοι τοῦ Δαβίδ· ἐπανελθόντες δὲ οἱ περὶ τὸν Σαλαθιὴλ καὶ Ζοροβάβελ, δημοτικώτερον καθηγοῦντο τοῦ λαοῦ, τῆς ἀρχῆς λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην μεταπεσούσης, διὰ τὸ

[67] Joan. XVI, 15. [68] Joan. X, 15. [69] Jer. XXII, 28-30. [70] I Esdr. III, 2.

(61) *Ἀντιδιαστολήν*. Harl. cum uno ex Regiis διαστολήν.

(62) *Αὐτῷ*. Editi ἐν αὐτῷ. Sed deest præpositio in pluribus mss. codicibus, iisque optimæ notæ.

(63) *Οὐδὲ ὁ Υἱός*. Legitur in editis οὐδ' ἂν ὁ Υἱὸς ἔγνω. Sed deest ἄν in Coisl. primo, Harl., Med. et uno Regio.

(64) *Ἐκείνης*. Deest ea vox in pluribus codicibus non antiquissimis.

(65) *Καὶ δόξῃ*. Pro his vocibus habet Coisl. secundus καὶ γνώσει, *et scientia*.

(66) *Ἡγεμονιῶν*. Ita omnes nostri codices. Editi ἡγεμονικῶν. Ibidem editi τὸ πρότερον. Deest vocula in tribus vetustissimis codicibus.

Digitized by Google

ἀναμιγῆναι τὴν ἱερατικὴν καὶ τὴν βασιλικὴν φυλήν. Ὅθεν ὁ Κύριος καὶ βασιλεύς ἐστι καὶ ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν Θεόν. Καὶ οὐκ ἐξέλιπε μὲν ἡ βασιλικὴ φυλὴ μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας· οὐ μὴν ἔτι ἐκάθισεν ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ τὸ σπέρμα τοῦ Ἰεχονίου. Θρόνος γὰρ δηλονότι λέγεται τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα. Πάντως δὲ τῆς ἱστορίας μέμνησαι, ὅτι ὑπόφορος μὲν ἦν τῷ Δαβὶδ πᾶσα ἡ Ἰουδαία, καὶ ἡ Ἰδουμαία χώρα, καὶ ἡ Μωαβῖτις, καὶ τῆς Συρίας ὅσα τε πρόσχωρα καὶ τὰ ποῤῥωτέρω μέχρι τῆς Μέσης τῶν ποταμῶν· καὶ καθ' ἕτερον (67) μέρος ἕως ποταμοῦ Αἰγύπτου. Εἰ οὖν οὐδεὶς ἐφάνη ἐπὶ τοσούτου ἀξιώματος τῶν μετὰ ταῦτα, πῶς οὐκ ἀληθὴς ὁ τοῦ προφήτου λόγος, ὅτι οὐκ ἔτι καθιεῖται ἐπὶ τοῦ θρόνου Δαβὶδ ἐκ τοῦ σπέρματος Ἰεχονίου; Οὐδεὶς γὰρ φαίνεται τῆς ἀξίας ταύτης ἐπειλημμένος ἐξ αὐτοῦ. Οὐ μέντοι ἐξέλιπεν ἡ τοῦ Ἰούδα φυλή, ἕως οὗ ἦλθεν ᾧ ἀπέκειτο, ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἐκαθέσθη ἐπὶ τοῦ σωματικοῦ θρόνου, μεταπεσούσης λοιπὸν τῆς Ἰουδαϊκῆς βασιλείας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ἀσκαλωνίτου Ἀντιπάτρου Ἡρῴδην, καὶ τοὺς ἐκείνου παῖδας, οἳ εἰς τέσσαρας ἀρχὰς κατενείμαντο τὴν Ἰουδαίαν, ἡγεμονεύοντος μὲν Πιλάτου, τὸ δὲ σύμπαν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς κράτος ἔχοντος Τιβερίου (68). Ἀλλὰ θρόνον λέγει Δαβὶδ, ἐφ' ὃν ὁ Κύριος ἐκάθισε, τὴν ἀκαθαίρετον βασιλείαν. *Αὐτὸς γὰρ ἐστι προσδοκία ἐθνῶν*, οὐχὶ τοῦ ἐλαχίστου μέρους τῆς οἰκουμένης· *Ἔσται γὰρ*, φησὶν, *ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι. Τέθεικα γάρ σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν. Καὶ θήσομαι*, φησὶν, *εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος τὸ σπέρμα αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ ὡς τὰς ἡμέρας τοῦ οὐρανοῦ.* Οὕτως οὖν καὶ ἱερεὺς (69) διέμεινεν, εἰ καὶ μὴ τὰ σκῆπτρα τῆς Ἰουδαίας παρέλαβε, καὶ βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς, καὶ ἡ εὐλογία τοῦ Ἰακὼβ ἐβεβαιώθη· *Καὶ ἐνευλογηθήσονται τῷ* (70) *σπέρματι αὐτοῦ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς*, καὶ πάντα τὰ ἔθνη μακαρίσουσι τὸν Χριστόν.

et pontifex in iis quæ sunt ad Deum [71]. Ac tribus quidem regia ad usque Christi adventum minime defecit; nec tamen amplius sedit in solio Davidis semen Jechoniæ. Nam solium profecto regia dignitas nuncupatur. **363** Omnino autem historiæ meministi, videlicet Judæam omnem Davidi vectigalem fuisse, et Idumæam, et Moabitarum regionem, et Syriæ partes tum viciniores tum remotiores ad usque Mesopotamiam, et ex altera parte usque ad flumen Ægypti. Itaque si nullus e posteris ad tantam potestatem pervenit, quomodo verum non fuit quod dictum est a propheta, neminem sessurum in solio Davidis ex semine Jechoniæ? Nemo enim ex ipso ortus, hanc gloriam consecutus comperitur. Non tamen defecit tribus Juda, donec venit cui repositum erat [72]: qui ne ipse quidem in corporali throno consedit; quippe cum translatum jam esset Judaicum regnum in filium Ascalonitæ Antipatri Herodem, ejusque liberos, qui Judæam in quatuor principatus diviserunt, præside quidem Pilato, summam autem imperii Romani potestatem tenente Tiberio. Sed thronum dicit Davidis, in quo Dominus sedit, regnum eversioni nulli obnoxium. *Ipse enim est exspectatio gentium* [73], non autem minimæ partis orbis terrarum; *Erit enim*, inquit, *radix Jesse, et qui consurgit ut princeps sit gentium: in ipso gentes sperabunt* [74]. *Posui enim te in fœdus populi, in lucem gentium* [75]. *Et ponam*, inquit, *in sæculum sæculi semen ejus, et thronum ejus sicut dies cœli* [76]. Sic igitur et sacerdos permansit, quanquam Judææ sceptra non accepit, et rex universæ terræ Deus. Atque confirmata est benedictio Jacob, *Et benedicentur in semine ipsius omnes tribus terræ* [77], et omnes gentes Christum beatum prædicabunt.

4. Τοῖς δὲ κομψοῖς Ἐγκρατίταις πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα, διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντα ἐσθίομεν, ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυσσόμεθα. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν, λάχανα χόρτου ἡμῖν ἐστι τὰ κρέα· κατὰ δὲ τὴν τῶν συμφερόντων διάκρισιν, ὡς καὶ ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου χωρίζομεν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρίνομεν. Ἐπεί τοι λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον· ἀλλ' ὅμως οὔτε ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις νοῦν ἔχων, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης· ὡς ὅ γε φαγὼν οὐκ ἠνόμησεν.

4. Lepidis autem Encratitis ad præclaram eorum quæstionem, cur nos etiam non omnibus vescimur, hoc detur responsi, nos etiam excrementa nostra aversari. Ac quantum quidem ad dignitatem, olera herbæ nobis sunt carnes: quantum vero ad utilium discretionem, quemadmodum et in oleribus noxium a salubri separamus, ita et in carnibus ab utili noxium secernimus. Nam certe et cicuta olus est, sicut etiam caro est vulturina caro: sed tamen nec hyoscyamum sanus quisquam comedet, nec cane vescetur, nisi urgente summa necessitate: qui tamen comedit, non peccat.

5. Πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας καθ' εἱμαρμένην διοικεῖσθαι τὰ ἀνθρώπινα, μὴ παρ' ἡμῶν ζήτει λόγους, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις τῆς ῥητορικῆς ἀκίσιν αὐτοὺς κα-

5. Jam quod attinet ad eos qui dicunt fato gubernari res humanas, ne me interroges, sed propriis rhetoricæ telis eos confige, siquidem longior

[71] Hebr. x, 1. [72] Gen. xlix, 10. [73] ibid. [74] Isa. xi, 10. [75] Isa. xlii, 6. [76] II Reg. vii, 13. [77] Gen. xxii, 18.

(67) *Καθ' ἕτερον.* Ita Regii duo codices et Coisl. secundus, sicque legit interpres. Editi καθ' ἑκάτερον.

(68) *Τιβερίου.* Editi addunt Καίσαρος, quod deest in mss. novem.

(69) *Καὶ ἱερεύς.* Pro hac voce legendum putat Combefisius βασιλεύς. Sed inutilis emendatio, nec ullo nititur codice ms. Supra docet Basilius Christum et regem esse et pontificem.

(70) *Ἐνευλογηθήσονται τῷ.* Ita decem mss. excepto tamen quod in nonnullis legitur ἐν τῷ. Editi εὐλογηθήσονται ἐν τῷ.

Digitized by Google

est hæc quæstio pro mea præsenti infirmitate. De emersione autem in baptismo haud scio cur tibi in mentem venerit interrogare, siquidem accepisti immersionem trium dierum figuram adimplere. Ter enim mergi non potest, nisi qui toties emergat. Quantum ad vocem φάγον attinet, acutum tonum in prima syllaba reponimus.

6. Eadem est essentiam inter et hypostasim differentia, ac inter commune et singulare, inter animal et illum hominem. Quapropter **364** essentiam quidem unam in divinitate confitemur, adeo ut essentiæ definitio non diverse reddatur : hypostasim vero propriam et singularem, ut inconfusa nobis et clara de Patre et Filio et Spiritu sancto insit notio. Si enim non consideremus definitas uniuscujusque proprietates, puta paternitatem, filiationem, et sanctificationem, sed ex communi essentiæ ratione Deum confiteamur, fieri non potest ut sana fidei ratio reddatur. Oportet igitur, ut communi proprium adjungentes, ita fidem profiteamur : Commune deitas, proprium paternitas ; atque hæc conjungendo dicamus : Credo in Deum Patrem. Ac rursus in Filii confessione faciendum est similiter ; adjungendum est communi proprium, ac dicendum : Credo in Deum Filium. Pariter et de Spiritu sancto ad appellationis rationem accommodanda pronuntiatio ac dicendum : Credo et in divinum Spiritum sanctum ; adeo ut omnino et unitas servetur in unius deitatis confessione ; et id quod personarum proprium est confiteamur in discretione earum proprietatum, quæ in unaquaque intelliguntur. Qui autem idem esse dicunt essentiam et hypostasim, coguntur personas tantum confiteri differentes, et dum refugiunt dicere tres hypostases, Sabellii labem inveniuntur non effugere ; qui et ipse sæpe, etsi confundit notionem, conatur personas distinguere, dum hypostasim eamdem ait pro usu subinde occurrente varias personas induere.

7. Jam ad illam quæstionem, quomodo media et indifferentia circa nos gubernentur ; utrum fortuito quodam casu, an justa Dei providentia ; hoc respondemus, sanitatem et morbum, divitias et paupertatem, gloriam et ignominiam, quatenus bonos non reddunt possessores, non esse ex eorum numero, quæ natura sunt bona : quatenus vero prosperitatem quamdam in vita nostra efficiunt, magis contrariis eligenda esse præposita, et aliquam verbo dignitatem habere. Atque hæc quidem

A τατίτρωσκε· μακρότερον γάρ ἐστι τὸ πρόβλημα τῆς παρούσης μου ἀσθενείας. Περὶ δὲ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι ἀνανεύσεως (71) οὐκ οἶδα τί ἐπῆλθέ σοι ἐρωτῆσαι, εἴπερ ἐδέξω τὴν κατάδυσιν τὸν τύπον τῶν τριῶν ἡμερῶν ἐκπληροῦν. Βαπτισθῆναι γὰρ τρισσάκις ἀδύνατον μὴ ἀναδύντα τοσαυτάκις (72). Τὸν δὲ φάγον παροξυτονοῦμεν ἡμεῖς.

6. Οὐσία δὲ καὶ ὑπόστασις ταύτην ἔχει τὴν διαφοράν, ἣν ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ καθ' ἕκαστον· οἷον ὡς ἔχει τὸ ζῶον πρὸς τὸν δεῖνα ἄνθρωπον. Διὰ τοῦτο οὐσίαν μὲν μίαν ἐπὶ τῆς θεότητος ὁμολογοῦμεν, ὥστε τὸν τοῦ εἶναι λόγον μὴ διαφόρως ἀποδιδόναι· ὑπόστασιν δὲ ἰδιάζουσαν, ἵν' ἀσύγχυτος ἡμῖν (73) καὶ τετρανωμένη ἡ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἔννοια ἐνυπάρχῃ. Μὴ γὰρ νοούντων ἡμῶν B τοὺς ἀφωρισμένους περὶ ἕκαστον χαρακτῆρας, οἷον πατρότητα καὶ υἱότητα καὶ ἁγιασμόν, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς ἐννοίας τοῦ εἶναι ὁμολογούντων Θεὸν, ἀμήχανον ὑγιῶς τὸν λόγον τῆς πίστεως ἀποδίδοσθαι. Χρὴ οὖν, τῷ κοινῷ τὸ ἰδιάζον προστιθέντας, οὕτω τὴν πίστιν ὁμολογεῖν· κοινὸν ἡ θεότης, ἴδιον ἡ πατρότης· συνάπτοντας δὲ λέγειν· Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα. Καὶ πάλιν ἐν τῇ τοῦ Υἱοῦ ὁμολογίᾳ τὸ παραπλήσιον ποιεῖν, τῷ κοινῷ συνάπτειν τὸ ἴδιον, καὶ λέγειν· Πιστεύω εἰς Θεὸν Υἱόν. Ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου κατὰ τὸ ἀκόλουθον τῆς ἐκφωνήσεως τὴν προφορὰν σχηματίζοντας λέγειν· Πιστεύω καὶ εἰς τὸ θεῖον (74) Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὥστε δι' ὅλου καὶ τὴν ἑνότητα σώζεσθαι ἐν τῇ C τῆς μιᾶς θεότητος ὁμολογίᾳ, καὶ τὸ τῶν προσώπων ἰδιάζον ὁμολογεῖσθαι ἐν τῷ ἀφορισμῷ τῶν περὶ ἕκαστον νοουμένων ἰδιωμάτων. Οἱ δὲ ταυτὸν λέγοντες οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν ἀναγκάζονται πρόσωπα μόνον ὁμολογεῖν διάφορα, καὶ ἐν τῷ περιίστασθαι λέγειν τρεῖς ὑποστάσεις, εὑρίσκονται μὴ φεύγοντες τὸ τοῦ Σαβελλίου κακὸν, ὃς καὶ αὐτὸς, πολλαχοῦ συγχέων τὴν ἔννοιαν, ἐπιχειρεῖ διαιρεῖν τὰ πρόσωπα, τὴν αὐτὴν ὑπόστασιν λέγων πρὸς τὴν ἑκάστοτε παρεμπίπτουσαν (75) χρείαν μετασχηματίζεσθαι.

7. Καὶ περὶ ὧν ἠρώτησας, πῶς τὰ μέσα καὶ τὰ ἀδιάφορα (76) περὶ ἡμᾶς οἰκονομεῖται, εἴτε συντυχίᾳ τινὶ αὐτομάτῳ, εἴτε τῇ δικαίᾳ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι ὑγεία καὶ νόσος, πλοῦτος καὶ D πενία, δόξα καὶ ἀτιμία, καθὸ μὲν οὐ ποιεῖ τοὺς ἔχοντας ἀγαθοὺς, οὐκ ἔστι τῶν κατὰ φύσιν ἀγαθῶν· καθὸ δὲ εὑροιάν τινα παρέχεται ἡμῶν (77) τῷ βίῳ, αἱρετώτερά ἐστι τῶν ἐναντίων τὰ προηγούμενα, καὶ ἔχει τινὰ ἀξίαν λεγόμενα. Ταῦτα μέντοι τοῖς μὲν οἰκονομίας (78) ἕνεκεν δίδοται παρὰ Θεοῦ, ὡς τῷ

(71) *Ἀνανεύσεως*. Codex Parisiensis ἀναδεύσεως, secunda manu.

(72) *Τοσαυτάκις*. Ita mss. plerique. Editi τοσάκις.

(73) *Ἡμῖν*. Editi ἡμῖν τε. Sed deest vocula in tribus antiquissimis codicibus et aliis nonnullis.

(74) *Εἰς τὸ θεῖον*. Videtur in Harlæano codice scriptum prima manu εἰς τὸν Θεόν.

(75) *Παρεμπίπτουσαν*. Med., Coisl. primus et unus ex Regiis παραπίπτουσαν. Existimat Combefisius verbum μετασχηματίζεσθαι sic reddendum esse, *in varias formas mutari*. Sed id non dicebat Sabellius. Hoc tantum dicebat, ut legimus in epist. 214 : *Unum quidem hypostasi Deum esse, sed sub diversis personis a Scriptura repræsentari.*

(76) *Ἀδιάφορα*. Legitur διάφορα in tribus vetustissimis codicibus et plerisque aliis.

(77) *Ἡμῶν*. Deest in septem mss., non tamen in vetustissimis tribus.

(78) *Οἰκονομίας*. Hac voce eleemosynam, sive largitiones in pauperes, significari probavimus ad

Digitized by Google

Ἀβραάμ, καὶ τῷ Ἰὼβ (79), καὶ τοῖς τοιούτοις· τοῖς δὲ φαυλοτέροις πρόκλησίς ἐστι τοῦ βελτιωθῆναι κατὰ τὸν τρόπον· ὡς ὅτε μετὰ τοσαύτην παρὰ Θεοῦ δεξιὼσιν ἐπιμένων τῇ ἀδικίᾳ ἀναντιῤῥήτως ἑαυτὸν ὑπόδικον τῇ κατακρίσει καθίστησιν. Ὁ μέντοι δίκαιος οὔτε παρόντος ἐπιστρέφεται τοῦ πλούτου, οὔτε μὴ παρόντα ἐπιζητεῖ· οὐ γὰρ ἀπολαυστικός ἐστι τῶν δεδομένων, ἀλλ' οἰκονομικός. Οὐδεὶς δὲ τῶν νοῦν ἐχόντων ἐπιτρέχει τῇ ἀσχολίᾳ τῆς τῶν ἀλλοτρίων διανομῆς, ἐὰν μὴ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀποβλέπῃ δόξαν, οἳ θαυμάζουσι καὶ ζηλοῦσι τοὺς ἐν ἐξουσίᾳ τινὶ καθεστῶτας. Τὴν δὲ νόσον ὡς ἆθλησιν οἱ δίκαιοι ἔχονται, μεγάλους ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ τοὺς στεφάνους ἀναμένοντες. Ἄλλον δέ τινα ἐφιστᾶν τῇ διοικήσει τούτων οὐκ ἀπεμφαῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβές. A nonnullis ad distribuendum dantur a Deo velut Abraham, Job, et similibus. Improbis vero provocatio sunt, ut se ad meliorem frugem recipiant, ita ut qui post tantam a Deo benignitatis significationem perseverat in iniquitate, se ipse sine ulla excusationis venia obnoxium condemnationi constituat. Qui quidem justus est, neque ad divitias, cum adsunt, adjungit animum : neque eas, cum absunt, exquirit; siquidem non fruitur concreditis, sed earum administrator est. Nemo autem prudens negotium ambit in alienis rebus distribuendis, nisi respexerit ad laudem vulgi, cui homines in aliqua auctoritate constituti admirationi sunt ac æmulationi. Morbos autem tanquam certamen suscipiunt justi, coronas magnas ob patientiam exspectantes. Cæterum quemvis alium his rebus gubernandis præficere non solum est absurdum, sed etiam impium.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΖ'.

365 EPISTOLA CCXXXVII *.

Nonnullæ Basilii litteræ ad Eusebium non perlatæ. In his autem nuntiat de adventu Demosthenis, de synodo ab eo coacta in Galatia, de expulso Hypsino. eique suffecto Ecdicio, Gregorio abduci jusso, omnibus clericis Cæsariensibus curiæ addictis, eodem onere Sebastiæ imposito his qui cum Basilio communicabant. Rursus alia synodus Nyssæ ex Galatis et Ponticis, qui nescio quem ad Ecclesias mittunt. Cum Eustathio conspirant de episcopo Nicopolitanis dando in locum Theodoli mortui. Resistunt Nicopolitani. Rumor synodi ad Basilium aut cogendum cum illis communicare aut petendum. Graviter ægrotabat

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Ἐγὼ καὶ διὰ τοῦ βικαρίου (80) τῆς Θράκης ἐπέστειλα τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ διά τινος πραιποσίτου τῶν κατὰ Φιλιππούπολιν θησαυρῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐπὶ τὴν Θράκην διαβαίνοντος ἔγραψα ἑτέρας ἐπιστολὰς (81), καὶ παρεκάλεσα αὐτὸν ἀνελέσθαι, ὅταν ἀπαίρῃ. Ἀλλ' οὔτε ὁ βικάριος ὑπεδέξατο ἡμῶν τὰ γράμματα. Περιοδευόντων γὰρ ἡμῶν τὴν παροικίαν, ἐπιστὰς τῇ πόλει ἑσπέρας, ὄρθρου βαθέος πάλιν ἀπήλασεν· ὥστε τοὺς οἰκονόμους λαθεῖν τῆς ἐκκλησίας τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδημίαν (82), καὶ οὕτω μεῖναι παρ' ἡμῖν τὰ γράμματα. Ὁ δὲ πραιπόσιτος, τάχα ἀδουλήτου τινὸς αὐτὸν περιστάσεως κατασχούσης, ἐξώρμησε, μήτε τὰς ἐπιστολὰς ἀνελόμενος, μήτε ἡμᾶς θεασάμενος. Ἄλλου δὲ οὐδενὸς ἦν ἐπιτυχεῖν· ὅθεν ἐμείναμεν λυπούμενοι, ὅτι μήτε ἐπιστέλλειν ἡμῖν ἔξεστι, μήτε δέχεσθαι παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γράμματα. Καίτοιγε ἐβουλόμην, εἴ μοι ἦν δυνατὸν, τὰ ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπίπτοντα ἡμῖν διαγγέλλειν σοι. Οὕτω γὰρ πολλὰ καὶ παράδοξά ἐστι τὰ πράγματα, ὥστε ἱστορίας ἐφημερίδος χρῄζειν, ἣν καὶ συνέταξα, εὖ ἴσθι, εἰ μὴ τῇ συνεχείᾳ τῶν προσπιπτόντων τοὺς λογισμοὺς εἶχον τῶν προκειμένων ἐκκρουομένους.

1. Ego et per vicarium Thraciæ scripsi pietati tuæ; et per præpositum quemdam Philippopolis thesaurorum, ex nostra regione in Thraciam abeuntem, scripsi alias epistolas, eumque rogavi, ut illas proficiscens sumeret. Sed neque vicarius litteras nostras suscepit. Peragrantibus enim nobis parœciam, cum advenisset in urbem vespere, summo mane rursus abiit; adeo ut œconomos ecclesiæ lateret viri adventus, sicque manerent apud me litteræ. Præpositus vero, forte inexspectata aliqua illum necessitate urgente, profectus est, nec litteris susceptis, nec nobis salutatis. Alius autem nullus reperiri poterat; unde tristes mansimus, quod nec scribere nobis liceret, nec accipere a tua pietate litteras. Atque equidem volebam, si res fieri potuisset, quæ singulis diebus nobis accidunt, tibi nuntiare. Tam multa enim sunt, tamque præter opinionem, ut ephemeride opus esset : quam etiam, probe scias, composuissem, nisi assiduitate eventuum mentem e proposito avocatam habuissem.

2. Ἐπεδήμησεν ἡμῖν βικάριος, τὸ πρῶτον καὶ μέγιστον τῶν ἡμετέρων κακῶν· ἄνθρωπος εἰ μὲν καὶ αἱρετικὸς τὸ φρόνημα, οὐκ ἐπίσταμαι (οἶμαι γὰρ αὐτὸν παντὸς ἄπειρον εἶναι λόγου, καὶ μηδὲ ἔχειν τινὰ σπουδὴν μηδὲ μελέτην περὶ τὰ τοιαῦτα· ἐν ἄλλοις γὰρ αὐτὸν ὁρῶ τῇ ψυχῇ καὶ τῇ σαρκὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐνασχολούμενον), πλὴν

2. Advenit nobis vicarius primum et maximum malorum nostrorum : homo, an sententia hæreticus, nescio (arbitror enim illum omnis expertem esse doctrinæ, nec habere studium ullum aut usum ejusmodi rerum; nam in aliis illum video anima et carne, noctu et interdiu occupatum), at certe hæreticorum amicus : nec magis eos dili-

epist. 31. Hæc interpretatio confirmatur ex commentario *in Isaiam* n. 54, p. 420, ubi divites dicuntur opes accepisse, ut pauperes juvent.

(79) *Καὶ τῷ Ἰώβ.* Ita codices mss. septem. Editi τῷ Ἰακώβ. Neutrum legitur in Coisl. primo, sed desunt tres hæ voculæ.

(80) *Βικαρίου.* Duo codices Vaticani καὶ διὰ τοῦ Μακαρίου βικαρίου, *Et per Macarium vicarium.*

(81) *Ἑτέρας ἐπιστολάς.* Hæc desunt in codice Coisl. primo.

(82) *Ἐπιδημίαν.* Ita mss. decem. Editi ἀποδημίαν.

* Alias CCLXIV. Scripta anno 376.

Digitized by Google

gens, quam nos odio habens. Coegit enim synodum impiorum media hieme in Galatia, et ejecit quidem Hypsinum, ejus autem loco Ecdicium constituit. Jussit abduci fratrem meum, ab uno homine, eoque ignobili, accusatum. Deinde paulisper occupatus circa res militares, rursus ad nos accessit, iram cædemque spirans, ac omnes voce unica clericos Ecclesiæ Cæsariensis tradidit curiæ. Sedit autem Sebastiæ plures dies, secernens suos ab alienis, ac nostros quidem communicatores curiales appellans, ac muniis publicis addicens, eos vero qui Eustathio affixi sunt, maximis fovens honoribus. Rursus Nyssæ synodum Galatarum et Ponticorum celebrari præcepit. Illi autem morem gessere, **366** et convolantes miserunt quemdam ad Ecclesias, qui qualis sit, nolim ego dicere; sed conjicere licet prudentiæ tuæ, qualem illum esse verisimile sit, qui talibus hominum voluntatibus ministrat. Et nunc, tum cum hæc scriberem, ipsum illud agmen Sebastiam venit, ut et conjungantur cum Eustathio, et una cum ipso res Nicopolitanorum evertant. Nam beatus Theodotus obdormivit. Illi autem hactenus primos vicarii assultus generose ac fortiter repulere. Persuadere enim eis conabatur, Eustathium ut reciperent, ac per eum acciperent episcopum. Postquam autem vidit illos libenter non cedere, nunc conatur violentiore manu datum illis episcopum constituere. Rumore autem jactatur et quædam exspectatio synodi, ad quam me accersitum statuerunt aut communicatorem habere, aut sua uti consuetudine. Ac res quidem ecclesiarum sic se habent. Ego autem quomodo me corpore habeam, tacere arbitror satius esse quam scribere: propterea quod vera dicens tristitia afficiam, mentiri vero non possum.

σιωπᾷν ἡγοῦμαι βέλτιον εἶναι ἢ γράφειν· διότι τὰ μὲν ἀληθῆ λέγων λυπήσω, ψεύσασθαι δὲ οὐκ ἐν ἐχομαι.

A ἀλλὰ φιλαιρετικός· καὶ οὐ πλέον ἐκείνους φιλῶν ἢ τοὺς ἡμᾶς ἀπεχθῶς ἔχων. Συνεκρότησε μὲν γὰρ σύνοδον ἀθετούντων ἐν μέσῳ τῷ χειμῶνι ἐπὶ τῆς Γαλατίας· καὶ ἐξέβαλε μὲν τὸν Ὕψιν (83), ἀντικατέστησε δὲ τὸν Ἐκδίκιον. Ἀγώγιμον δὲ προσέταξε γενέσθαι τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, ὑπὸ ἑνὸς ἀνθρώπου, καὶ τούτου ἀσήμου, αἰτιαθέντα. Εἶτα μικρὸν ἐχρονίσας ἐληθεὶς (84) περὶ τὸ στρατόπεδον, πάλιν ἡμῖν ἐπῆλθε θυμοῦ καὶ φόνου (85) πνέων, καὶ πάντας μὲν μιᾷ φωνῇ τοὺς ἱερατικοὺς τῆς ἐν Καισαρείᾳ Ἐκκλησίας παρέδωκε τῇ βουλῇ· ἐν δὲ Σεβαστείᾳ ἑκαθέσθη τριάκοντα ἡμέρας φυλοκρινῶν (86)· καὶ τοὺς μὲν ἡμῖν κοινωνοῦντας βουλευτὰς ὀνομάζων, καὶ καταδικάζων τῇ ὑπηρεσίᾳ (87) τῶν δημοσίων· τοὺς δὲ τῷ Εὐσταθίῳ προσκειμένους ταῖς μεγίσταις τιμαῖς περιέπων.

B Πάλιν σύνοδον περὶ Νύσσαν Γαλατῶν καὶ Ποντικῶν συγκροτηθῆναι προσέταξεν. Οἱ δὲ ὑπήκουσαν, καὶ συνδραμόντες ἔπεμψάν τινα (88) ταῖς Ἐκκλησίαις, ὃν οὐκ ἂν ἐλοίμην ἐγὼ εἰπεῖν ὁποῖος, εἰκάζειν δὲ ἔξεστι τῇ σῇ φρονήσει ποταπὸν εἰκὸς εἶναι τὸν ταύταις προαιρέσεσιν ἀνθρώπων ὑπηρετούμενον. Καὶ νῦν, ὅτε ταῦτα ἐπέστελλον, τὸ αὐτὸ τοῦτο σύνταγμα ἐπὶ τὴν Σεβάστειαν ὥρμησε, τῷ τε Εὐσταθίῳ συναφθῆναι, καὶ μετ' αὐτοῦ τὰ τῶν Νικοπολιτῶν καταστρέψασθαι. Ὁ γὰρ μακάριος Θεόδοτος κεκοίμηται. Καὶ τέως μὲν τὰς πρώτας τοῦ βικαρίου προσβολὰς γενναίως καὶ καρτερῶς ἀπεκρούσαντο (89)· πείθειν γὰρ αὐτοὺς ἐπειρᾶτο δέξασθαι τὸν Εὐστάθιον, καὶ δι' αὐτοῦ λαβεῖν τὸν ἐπίσκοπον· ὡς δὲ εἶδεν αὐτοὺς ἑκόντας οὐκ ἐνδιδόντας, νῦν πειρᾶται βιαιοτέρᾳ χειρὶ

C ἐγκαταστῆσαι τὸν διδόμενον. Ὑποθρυλλεῖται δέ τις καὶ συνόδου προσδοκία, καθ' ἣν προαιροῦνται καλέσαντες ἡμᾶς ἢ λαβεῖν κοινωνοὺς, ἢ χρήσασθαι τῇ συνηθείᾳ. Τὰ μὲν οὖν τῶν Ἐκκλησιῶν τοιαῦτα. Ἐγὼ δὲ αὐτὸς ὅπως διάκειμαι κατὰ τὸ σῶμα.

(83) *Τὸν Ὕψιν.* Ita mss. decem. Editi Ὕψιον.

(84) Vide Addenda.

(85) *Καὶ φόνου.* Codd. primus et editi habent καὶ φθόνου, *spirans invidiam.* Sed alii codices φόνου, quod melius videtur.

(86) *Φυλοκρινῶν.* Codices nonnulli φιλοκρινῶν. Simili sensu legitur φυλοκρινῶν in libro *De Spiritu sancto* cap. 29, et epist. 204, n. 2.

(87) *Ὑπηρεσίᾳ.* Ita veteres libri. Editi ὑπηρετησίᾳ, quod tamen emendatum est in editione Paris. secunda.

(88) *Ἐπεμψάν τινα.* Suspicatur Tillemontius huic homini datam fuisse quamdam visitandi Ecclesias provinciam. Sed illud, *miserunt ad Ecclesias*, idem esse crediderim ac episcopum ordinaverunt. Sic enim videtur ipse Basilius interpretari in epistola 259 ubi de eodem homine loquens ait: *Et ad miseros homines, vernarum vernas, devenit nunc episcopatus nomen... qualis est qui nuper ab Anysio et Ecdicio Parnasseno missus est, quem quidem qui constituit, pessimum sibi ipsi futuræ vitæ viaticum in Ecclesias immisit.* Et in epist. 240, de Frontone loquens ordinato ab Arianis episcopo, ait: Οἱ ἐπιπεμφθέντες ἡμῖν, *qui in nos immissi sunt.* Verisimile ergo est hunc hominem idcirco in Ecclesias immissum dici, quia ab illius nequitia periculum impendebat, non unius Ecclesiæ evertendæ, sed plurium et vitæ exemplo et nefariis molitionibus laedendarum.

(89) *Ἀπεκρούσαντο.* Male in editis ἀπεκρούστο Quod erratum ope veterum codicum sustulimus. Totum hunc locum minus belle interpretatur Tillemontius. Existimat vicarium, cum primo repulsus fuisset a Nicopolitanis, postea violentiore manu rem aggredi cœpisse; et idcirco immisisse agmen Arianorum. Sed cum Ariani Frontonem episcopum ordinaverint, ut per se patet; adhibita a vicario violentia, ut datum episcopum constitueret, de immissis Arianis intelligi non debet, sed de iis, quæ postea vicarius per vim et impressionem egit, ut ordinationem illam tueretur. Deceperunt Tillemontium hæc verba, Καὶ νῦν, ὅτε ταῦτα ἐπέστελλον, *Et nunc cum hæc scriberem, ipsum illud agmen*, etc., indeque adductus est, ut crederet ante adventum Arianorum jam repulsos vicarii conatus fuisse. Sed ejusmodi loquendi rationes non tam stricte accipiendæ. Potuit enim dicere Basilius: *Et nunc cum hæc scriberem, ipsum illud agmen Sebastiam venit*, quamvis ab hoc eventu aliquod tempus effluxisset. Hinc in epist. 239 de rebus, quæ non paulo ante contigerant, eodem modo loquitur. Ait enim nunc episcopatus nomen ad miseros homines et vernas vernarum devenisse; *qualis est qui nunc ab Anysio et Ecdicio missus est... Hi nunc fratrem meum Nyssæ expulerunt.*

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΗ'.

EPISTOLA CCXXXVIII *.

Cum Fronto presbyter Ecclesiæ Nicopolitanæ episcopatum ab Arianis accepisset, ac unum aut alterum ex eodem clero secum abstraxisset, consolatur Nicopolitanos presbyteros Basilius, eosque nec horum hominum lapsu animi debere demonstrat, nec quod ipsi extra muros precari cogantur, sed quo plures extiterint tentationes, eo uberiorem a Deo mercedem exspectandam.

Νικοπολίταις πρεσβυτέροις.

A Ἐδεξάμην τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν· καὶ οὐδὲν ἔσχον καινότερον τῶν ἐγνωσμένων ἤδη παρ' αὐτῶν διδαχθῆναι. Καὶ γὰρ ἔφθασεν ἡ φήμη εἰς πᾶσαν τὴν περιοικίδα, τοῦ παρ' ὑμῖν καταπεσόντος τὴν αἰσχύνην περιαγγέλλουσα (90), ὃς ἐπιθυμίᾳ δόξης κενῆς τὴν αἰσχίστην ἑαυτῷ συνήγαγεν ἀτιμίαν, καὶ εὑρέθη τῶν μὲν ἐπὶ τῇ πίστει μισθῶν διὰ τὴν φιλαυτίαν ἐκπεσών· αὐτὸ δὲ τὸ δύστηνον ὀξάριον, οὗ ἐπιθυμήσας ἐπράθη τῇ ἀσεβείᾳ, οὐκ ἔχων διὰ τὸ δίκαιον μῖσος τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον. Ἀλλὰ ἐκεῖνος μὲν παντὸς τοῦ ἑαυτοῦ βίου ἐναργέστατον ἐξήνεγκε δεῖγμα ἐκ τῆς νῦν προαιρέσεως, ὅτι οὐδέποτε ἔζη ἐπ' ἐλπίδι τῶν ἀποκειμένων ἡμῖν ἐπαγγελιῶν παρὰ τοῦ Κυρίου· ἀλλὰ εἴ τι B ἑαυτῷ ἐπραγματεύετο τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ῥήματα πίστεως, καὶ πλάσμα (91) εὐλαβείας, πάντα πρὸς τὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἀπάτην ἐπετηδεύετο· ὑμᾶς δὲ τί καταπονεῖ τὸ συμβάν; Τί χείρους ἑαυτῶν γεγόνατε παρὰ τοῦτο; Ἔλειψεν εἷς ἐκ τοῦ πληρώματος ὑμῶν· εἰ δὲ καὶ συναπῆλθέ (92) που ἄλλος εἷς, ἢ δεύτερος, ἐλεεινοὶ (93) τοῦ πτώματος οὗτοι, ὑμῶν δὲ τὸ σῶμα ὁλόκληρόν ἐστι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀχρειωθὲν ἀπερρύη, καὶ οὐκ ἐκολοβώθη τὸ μένον. Εἰ δὲ ἀνιᾷ ὑμᾶς, ὅτι τῶν τοίχων ἐξεβλήθητε· ἀλλ' ἐν σκέπῃ τοῦ Θεοῦ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεσθε, καὶ ὁ ἄγγελος ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἔφορος συναπῆλθεν ὑμῖν. Ὥστε κενοῖς ἐγκατακλίνονται (94) καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐκ τῆς διασπορᾶς τοῦ λαοῦ βαρὺ ἑαυτοῖς τὸ κρῖμα κατασκευάζοντες. C Εἰ δέ τις καὶ κόπος ἐστὶν ἐν τῷ πράγματι, πέπεισμαι τῷ Κυρίῳ μὴ εἰς κενὸν ὑμῖν ἀποβήσεσθαι τοῦτο. Ὥστε ὅσῳ ἂν (95) ἐν πλείοσι πειρατηρίοις γένησθε, τοσούτῳ πολυτελέστερον παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ μισθὸν ἀναμένετε. Μήτε οὖν δυσφορεῖτε τοῖς παροῦσι, μήτε ἀποκάμνετε τῇ ἐλπίδι. Ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον (96), ἥξει πρὸς ὑμᾶς ὁ ἀντιλαμβανόμενος ὑμῶν, καὶ οὐ χρονιεῖ (97).

Nicopolitanis presbyteris.

Accepi litteras pietatis vestræ, nec quidquam potui recentius, iis quæ jam noverem, ex illis discere. Venit enim fama in omnem vicinitatem, illius, qui apud vos lapsus est, ignominiam circumferens : qui quidem inanis gloriæ cupiditate, turpissimam sibi ipse comparavit ignominiam : et fidei quidem præmiis ob sui ipsius amorem decidit ; sed tamen miseram illam gloriolam, cujus studio venditus est impietati, non consecutus est, ob eorum, qui Dominum timent, justum odium. At ille totius suæ vitæ manifestissimum protulit indicium ex præsenti consilio, se videlicet nunquam vixisse in spe repositarum nobis promissionum a Domino : sed si quid sibi aucuparetur humanarum rerum, B et fidei verba, et pietatis larvam, omnia denique ad obvios quosque decipiendos elaborasse. Sed quid eventus ille vos lædit? An idcirco deterius quam antea vos habetis? Defecit unus ex vestro cœtu : quod si etiam cum ipso abiere **367** unus aut alter, miserandi illi ob lapsum : at corpus vestrum Dei dono integrum est. Nam et quod inutile erat, defluxit, nec mancum est quod remansit. Quod si illud vos angit, quod extra muros ejecti estis ; sed in protectione Dei cœli commorabimini [78], et angelus Ecclesiæ inspector una vobiscum secessit. Quare in vacuis ædibus quotidie recubant, grave sibi ex populi dispersione judicium comparantes. Quod si quis hac in re labor, Domino confido, inutilem illum vobis non futurum. Quamobrem quo C plures tentationes fueritis experti, eo locupletiorem ab æquo judice mercedem exspectate. Itaque nec præsentia iniquo animo ferte, neque in spe deficite. Adhuc enim perpusillum temporis, veniet ad vos auxiliator vester, et non tardabit [79].

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΘ'.

EPISTOLA CCXXXIX **.

Deplorat Basilius ærumnas Ecclesiæ, hominibus nequissimis ad episcopatum evectis, qualis erat is quem Anysius et Ecdicius in Ecclesias immiserant. Iidem Nyssæ vile mancipium, Doaris, ut mulierculæ impiæ assentarentur, hominem pestilentem, fugitivum servum constituerant. Quærit deinde Basilius quales dandæ Dorotheo litteræ, quem cum Sanctissimo Romam iturum suspicabatur. Parum sperat ex hac legatione, et Occidentales accusat quod veritatem audire nolint. Venerat in mentem Basilio privatim ad eorum coryphæum scribere.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

D 1. Ἔδωκεν ὁ Κύριος ἡμῖν καὶ νῦν διὰ τοῦ ποθεινοτάτου καὶ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν Ἀντιόχου

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Dedit nobis Dominus etiam nunc per desideratissimum ac religiosissimum fratrem nostrum

[78] Psal. xc, 1. [79] Habac. II, 3 ; Hebr. x, 37.

(90) *Περιαγγέλλουσα.* Coisl. primus et Med. διαγγέλλουσα.

(91) *Πλάσμα.* Coisl. primus πλάσματα.

(92) *Εἰ δὲ καὶ συναπῆλθε.* Duæ priores voculæ desunt in vetustissimis codicibus Med. et Coisl.

(93) *Ἐλεεινοί.* Ita mss. summo consensu. Editi Ἐλεεινοῦ.

(94) *Ἐγκατακλίνονται.* Coisl. uterque, Reg. secundus et Paris. ἐγκαταχρίνονται.

(95) *Ὅσῳ ἄν.* Sic Med. et Coisl. uterque. Editi ὅσον. Deest ἄν in pluribus mss.

(96) *Ὅσον.* Addidimus ex Coisl. utroque, Reg. secundo et Bigot. Semel tantum legebatur in editis.

(97) *Χρονιεῖ.* Med. et Coisl. primus χρονίσει.

* Alias CXCI. Scripta anno 376.

** Alias X. Scripta anno 376.

Digitized by Google

Antiochum compresbyterum salutare sanctitatem tuam, teque ut pro more tuo pro me preceris adhortari, et ex litterarum colloquio aliquod longæ absentiæ solatium consequi. Hoc autem orans primum et maximum, quæso, pete a Domino, ut nos a nefariis et pravis hominibus liberemur : qui populos ita in suam potestatem redegerunt, ut nihil aliud nunc, nisi Judaicæ captivitatis imaginem intueri videamur. Quanto enim Ecclesiæ fiunt debiliores, tanto amplius efflorescunt hominum imperandi cupiditates : et ad miseros homines, vernarum vernas, devenit nunc episcopatus nomen ; cum nullus ex Dei famulis eorum competitor fieri velit, sed tantum homines desperati, qualis est qui nunc ab Anysio Evippii alumno, et ab Ecdicio Parnasseno missus est : quem qui constituit, pessimum sibiipsi futuræ vitæ viaticum in Ecclesias immisit. Ili nunc fratrem meum Nyssa expulerunt, et ejus loco introduxerunt **368** hominem, vel potius mancipium paucis obolis venale, sed quod ad fidei corruptelam attinet, his qui constituere, non inferius. Quin et hominem pestilentem, pupillorum famulum, eumdemque a suis ipsius heris fugitivum, ut assententur mulierculæ impiæ, quæ prius quidem Georgio ad suum arbitrium usa erat, nunc vero hunc illius successorem nacta est, in oppidulum Doara miserunt, miserandum episcopatus nomen contumelia afficientes. Quis autem possit, ut par est, res Nicopolitarum lugere? Nimirum miser ille Fronto prius quidem defensionem simulaverat veritatis, sed tandem turpiter prodidit et fidem et seipsum, ac mercedem proditionis accepit nomen ignominiæ. Accepit enim ab illis episcopatus dignitatem, ut existimat, sed Dei gratia factus est communis exsecratio totius Armeniæ. Sed tamen nec quidquam est quod non audeant, nec destituuntur dignis se adjutoribus. Cæterum reliquas Syriæ

A τοῦ συμπρεσβυτέρου προσφθέγξασθαί σου τὴν ὁσιότητα· καὶ σὲ μὲν παρακαλέσαι τὰ συνήθη ποιεῖν, προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν· ἑαυτοῖς δὲ εὑρεῖν τινα τῆς μακρᾶς (98) ἀπολείψεως παραμυθίαν ἐκ τῆς διὰ τοῦ γράμματος ὁμιλίας. Προσευχόμενος δὲ τοῦτο πρῶτον καὶ μέγιστον παρακαλοῦμεν αἰτεῖν (99) παρὰ τοῦ Κυρίου, ῥυσθῆναι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀτόπων καὶ πονηρῶν ἀνθρώπων, οἳ τοσοῦτον κατεκράτησαν τῶν λαῶν, ὥστε οὐδὲν ἕτερον νῦν ἢ τὰ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως (1) ἡμᾶς ἐνεικονίζεσθαι πράγματα. Ὅσῳ γὰρ ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον ὑποῤῥέουσιν αἱ Ἐκκλησίαι, τοσοῦτον (2) ἐπακμάζουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων φιλαρχίαι. Καὶ εἰς δυστήνους ἀνθρώπους οἰκότριβας περιέστη νῦν τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα, οὐδενὸς ἀρουμένου ἀντεισάγειν ἑαυτὸν τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ,
B ἢ τῶν ἀπεγνωσμένων, ὁποῖοί εἰσιν οἱ νῦν ἐπιπεμφθέντες παρ' Ἀνυσίου τοῦ θρέμματος Εὐιππίου, καὶ Ἐκδικίου (3) τοῦ Παρνασσηνοῦ· ὃν κακὸν (4) ἑαυτῷ τῆς μελλούσης ζωῆς ἐφόδιον ἐναφῆκε ταῖς Ἐκκλησίαις ὁ καταστήσας. Οὗτοι νῦν ἐξήλασαν μὲν τῆς Νύσσης (5) τὸν ἀδελφὸν τὸν ἐμὸν, καὶ ἀντεισήγαγον ἄνδρα, μᾶλλον δὲ ἀνδράποδον ὀλίγων ὀβολῶν ἄξιον, τὴν δὲ τῆς πίστεως διαφθορὰν ἐφαμίλλων τοῖς καταστήσασι. Δοάροις δὲ τῇ κώμῃ φθορὸν ἀνθρωπον, ὀρφανῶν (6) οἰκέτην, ἀποδράντα μὲν τοὺς ἑαυτοῦ δεσπότας, διὰ δὲ κολακείας ἀθέου γυναίου, ἢ πρότερον μὲν Γεωργίῳ ἐκέχρητο πρὸς τὸ ἴδιον θέλημα, νῦν δὲ τοῦτον ἔσχε διάδοχον ἐκείνου, ἔπεμψαν, τὸ ἐλεεινὸν τῆς ἐπισκοπῆς καθυβρίζοντες ὄνομα. Τὰ δὲ Νικοπολιτῶν τίς ἂν πρὸς ἀξίαν ὀδύραιτο;
C τοῦ ἀθλίου Φρόντωνος πρότερον μὲν δῆθεν τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας συνηγορίαν σχηματιζομένου (7), τελευταῖον δὲ αἰσχρῶς προδόντος καὶ τὴν πίστιν καὶ ἑαυτὸν, καὶ μισθὸν τῆς προδοσίας λαβόντος ὄνομα ἀτιμίας. Ἐδέξατο μὲν γὰρ παρ' αὐτῶν ἐπισκοπῆς ἀξίωμα, ὡς οἴεται· γέγονε δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι κοινὸν βδέλυγμα πάσης τῆς Ἀρμενίας. Πλὴν ὅτι οὔτε αὐτοῖς (8) ἀτόλμητόν τι, οὔτε ἀποροῦσι τῶν ἀξίων

(98) *Τῆς μακρᾶς*. Coisl. primus et Med. τῆς μακράν.

(99) *Αἰτεῖν*. Ita Harl. et Coisl. primus. Editi αἴτει. [Bene.]

(1) *Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως*. Non captivitatem Babylonicam intelligit Basilius, sed eas calamitates, quæ Hierosolymis, obsidente Vespasiano, acciderunt ; cum simul et externo premerentur bello, et domesticis seditionibus absumerentur, ut aiunt Orientales episcopi in epist. 92, ubi cum hoc Judæorum statu comparant Orientis Ecclesias, quæ præter apertum hæreticorum bellum, domesticis inter Catholicos dissensionibus laborabant. Eadem comparatione utitur Basilius in commentario *in Isaiam*, p. 455.

(2) *Τοσοῦτον*. Med., Coisl. primus et alii duo recentiores τοσούτῳ. Paulo post iidem duo codices Med. et Coisl. περίεστι νῦν.

(3) *Καὶ Ἐκδικίου*. Mallet Combefisius *Et Ecdicii Parnasseni*. Sed repugnant non solum mss. codices, in quibus punctum ponitur post Εὐιππίου, ut indicetur Anysium non esse alumnum Evippii et Ecdicii, sed ipsa etiam historia. Nam Ecdicius ille nuper fuerat creatus episcopus, ut est in præcedenti ad Eusebium epistola. Quare Anysius non potuit Ecdicii simul et Evippii longe antiquioris, ut patet ex epist. 128, alumnus dici, id est, ab Ecdicio et Evippio ordinatus et institutus. Sed cum Ecdicius a Demosthene constitutus fuisset episcopus Parnassenus, conjunxit se in concilio Nysseno cum Anysio Evippii alumno, et cum illo ea facinora designavit, quæ Basilii et bonorum omnium lacrymis ac gemitibus materiam dederunt.

(4) *Ὃν κακόν*. Quamvis antea Basilius plurali numero usus fuerit, unum tamen et eumdem hominem designat, ut perspicitur ex præcedenti ad Eusebium epistola.

(5) *Νύσσης*. Quidam codices mss. cum editis Νύσης.

(6) *Ὀρφανῶν*. Duo codices non vetustissimi ὀρφανόν.

(7) *Σχηματιζομένου*. Reg. secundus et Coisl. secundus κατασχηματιζομένου. Hoc Basilii judicium de Frontone confirmatur ex præcedenti epistola. Cur autem eum existimet larvam pietatis hactenus præ se tulisse, nec fidem unquam vere et ex animo defendisse, examinamus in *Vita S. Basilii*.

(8) *Οὔτε αὐτοῖς*. Ita Harl. cum tribus aliis. Edit οὔτε ἑαυτοῖς.

Digitized by Google

αὐτοῖς συνεργῶν. Τὰ δὲ λοιπὰ τῆς Συρίας ἄμεινον ἡμῶν καὶ οἶδε καὶ διηγήσεται ὁ ἀδελφὸς (9) Ἀντίοχος.

res accuratius quam nos et novit et enarrabit frater Antiochus

2. Τοῖς δὲ ἐκ τῆς δύσεως αὐτὸς προενέτυχες, διηγησαμένου πάντα τοῦ ἀδελφοῦ Δωροθέου· ᾧ ποταπὰς χρὴ δοῦναι πάλιν ἐπιστολὰς ἀπιόντι; Ἴσως γὰρ κοινωνήσει τῆς ὁδοῦ τῷ καλῷ Σαγκτισσίμῳ (10), πολλὴν ἔχοντι σπουδὴν, καὶ περιιόντι τὴν ἀνατολὴν, καὶ παρ' ἑκάστου τῶν ἐπισήμων ὑπογραφὰς καὶ ἐπιστολὰς κομιζομένῳ. Τίνα οὖν δεῖ ἐπιστεῖλαι δι' αὐτῶν, ἢ τοῖς ἐπιστέλλουσι πῶς συνθέσθαι, αὐτὸς μὲν ἀπορῶ· ἐὰν δὲ εὑρῇς ἐν τάχει τοὺς πρὸς ἡμᾶς ἀφικνουμένους, καταξίωσον ἡμῖν γνωρίσαι. Ἐμοὶ μὲν γὰρ τὸ τοῦ Διομήδους ἐπέρχεται λέγειν· *Μὴ ὄφελες λίσσεσθαι* (11)· *διότι*, φησὶν, *ἀγήνωρ ἐστὶν ὁ ἀνήρ*. Τῷ ὄντι γὰρ θεραπευόμενα τὰ ὑπερήφανα ἤθη ἑαυτῶν ὑπεροπτικώτερα γίνεσθαι πέφυκε. Καὶ γὰρ, ἐὰν μὲν ἱλασθῇ ἡμῖν ὁ Κύριος, ποίας ἑτέρας προσθήκης δεόμεθα· ἐὰν δὲ ἐπιμείνῃ ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ, ποία βοήθεια ἡμῖν τῆς δυτικῆς ὀφρύος; Οἳ τὸ ἀληθὲς οὔτε ἴσασιν, οὔτε μαθεῖν ἀνέχονται, ψευδέσι δὲ ὑπονοίαις προσιλημμένοι, ἐκεῖνα ποιοῦσι νῦν, ἃ πρότερον ἐπὶ Μαρκέλλῳ· πρὸς μὲν τοὺς τὴν ἀλήθειαν αὐτοῖς ἀπαγγέλλοντας φιλονεικήσαντες, τὴν δὲ αἵρεσιν δι' ἑαυτῶν βεβαιώσαντες. Ἐγὼ μὲν γὰρ αὐτὸς ἄνευ τοῦ κοινοῦ σχήματος ἐβουλόμην αὐτῶν ἐπιστεῖλαι τῷ κορυφαίῳ· περὶ μὲν τῶν ἐκκλησιαστικῶν οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσον παραινίξασθαι, ὅτι οὔτε ἴσασι τῶν παρ' ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, οὔτε τὴν ὁδὸν δι' ἧς ἂν μανθάνοιεν (12) καταδέχονται· καθόλου δὲ περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοῖς ὑπὸ τῶν πειρασμῶν ταπεινωθεῖσιν ἐπιτίθεσθαι, μηδὲ ἄξιωμα κρίνειν ὑπερηφανίαν, ἁμάρτημα καὶ μόνον ἀρκοῦν ἔχθραν ποιῆσαι εἰς Θεόν.

2. De rebus autem Occidentalibus prius ipse didicisti, narrante omnia fratre Dorotheo, cui quales dandæ rursus litteræ abeunti? Fortasse enim se itineris socium junget optimo Sanctissimo, qui magno ardet studio ac Orientem peragrat, et ab insignioribus quibusque subscriptiones et epistolas colligit. Quæ igitur per ipsos scribenda sint, aut quomodo cum scribentibus consilia conjungenda, equidem dubito; sed si cito reperias, qui ad nos proficiscantur, nobis exponere ne graveris. Mihi enim venit in mentem illud Diomedis usurpare : *Utinam precatus non esses, quoniam*, inquit, *vir est superbus*. Nam revera animi elati, dum obsequio coluntur, solito arrogantiores fieri solent. Etenim si nobis placetur Dominus, quonam alio adminiculo indigemus? Sin autem perseveret ira Dei, quale nobis præsidium supercilii Occidentalis? Qui veritatem neque norunt, neque discere volunt, sed falsis suspicionibus præoccupati eadem nunc faciunt, ac prius in Marcelli causa, in qua cum hominibus veritatem sibi nuntiantibus delitigarunt, hæresim vero per seipsos confirmarunt. Ego ipse citra communem formam ad eorum coryphæum scribere volebam, de rebus quidem ecclesiasticis nihil, nisi quatenus subobscure insinuassem, neque illos de rebus nostris vera nosse, neque viam qua addiscere possint, amplecti; ac generatim admonuissem hominibus, quos tentationes afflixerunt, insultandum non esse, neque dignitatem æstimandam superbiam : quod peccatum vel unicum id valet, ut inimicos Deo efficiat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜ'.

369 EPISTOLA CCXL*.

Basilius hortatur ad constantiam in persecutione, ac spe auxilii a Deo venturi consolatur : monet ne fucum illis faciat Frontonis rectæ fidei simulatio. Negat se unquam commissurum, ut Frontonem agnoscat episcopum, vel recipiat quos ille ordinaverit.

Νικοπολίταις πρεσβυτέροις.

Nicopolitanis presbyteris.

1. Καὶ ἐπιστείλαντες ἡμῖν καλῶς (13) ἐποιήσατε, καὶ διὰ τοιούτου ἀνδρὸς ἐπιστείλαντες, ὃς καὶ ἄνευ γραμμάτων ἐξήρκεσεν ἂν ἡμῖν τήν τε ἐπὶ ταῖς φροντίσι παραμυθίαν ἱκανὴν παρασχεῖν, καὶ διδασκαλίαν ἀκριβῆ τῶν πραγμάτων ποιήσασθαι. Πολλὰ γὰρ ἦν ἃ ἐπεζητοῦμεν παρὰ τοῦ σαφέστατα ἐπισταμένου μαθεῖν, διὰ τὸ τὰς φήμας πεπλανημένως πρὸς ἡμᾶς διαβαίνειν, ἃ πάντα (14) εὐσταθῶς καὶ ἐμπείρως διηγήσατο ἡμῖν ὁ ποθεινότατος καὶ τιμιώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Θεοδόσιος ὁ συμπρεσβύτερος. Ἃ τοι-

1. Recte fecistis, et quod scripseritis, et quod per talem virum scripseritis, qui etiam sine litteris potuisset nobis et idoneum in sollicitudinibus solatium præstare, et accurate de rebus edocere. Multa enim erant, quæ avebamus ex aliquo accuratissime sciente cognoscere, propterea quod rumores vagi apud nos spargerentur; sed omnia constanter ac perite exposuit nobis optatissimus ac reverendissimus frater noster Theodosius compresbyter. Itaque quæ mihi ipse suadeo, hæc

(9) Ὁ ἀδελφός. Editi addunt ἡμῶν, quod deest in sex mss.

(10) Σαγκτισσίμῳ. Ita Harl., Vat., Regius uterque et Coisl. secundus. Editi. Σαγκτησίμῳ. Paulo post editi ἐὰν σὺ δέ. Deest pronomen in septem mss. In editionibus Hag. et Froben. 1 deest etiam alia vocula. Paulo post Medicæus codex συνεπιστέλλουσι.

(11) Λίσσεσθαι. Citat Basilius ex *Iliad.* ι, versus 695 et 696.

(12) Μανθάνοιεν. Ita quinque nostri codices optimæ notæ. Editi μάθοιεν.

(13) Καλῶς. Ita sex mss. Editi καλόν. Paulo post Coisl. primus et Med. ἐπιζητοῦμεν.

(14) Ἃ πάντα. Coisl. primus et Med. πάντα. Nec longe iidem codices παρόντα βίον. Sic videtur legisse Scultetus. Vertit enim *in præsenti vita*. Unde vapulat Combefisio. Sed non vidit Combefisius βίον sive *vitam* hoc loco et pluribus aliis idem ac *sæculum* sonare.

* Alias CXCII. Scripta anno 376.

Digitized by Google

etiam ad vestram pietatem scribo : multis jam eadem ac vobis contigisse ; ac non solum hac ætate, sed præterito etiam tempore innumera ejusmodi exempla, partim historiarum monumentis consignata, partim nobis non scripta recordatione a peritis tradita fuisse, quemadmodum viritim et oppidatim tentationes pro nomine Domini corripuerint eos, qui in ipsum sperabant. Sed tamen præterierunt omnia, nec ærumna prorsus ulla perpetuam habet molestiam. Quemadmodum enim grandines, torrentesque et quæcunque mala casu accidunt, mollibus quidem facile nocent ac ea vastant ; sed si in duriora incidant, patiuntur aliquid potius quam lædunt : ita et vehementes tentationes in Ecclesiam concitatæ, imbecilliores fidei in Christum firmitate deprehensæ sunt. Quemadmodum ergo grandinis nubes præteriit, et torrens alveum præterfluxit (illa enim in serenitatem dissoluta ; hic vero evanuit in profundum, viam, qua effluxit, siccam et aridam relinquens) ; ita et nunc ingruentes nobis procellæ paulo post non erunt. Tantummodo in animum inducamus non ad præsentia respicere, sed paulo remotiora spe intueri.

2. Sive igitur, fratres, gravis tentatio ; labores ac difficultates perferamus ; nemo enim non percussus in certamine, nec pulvere aspersus, coronatur ; sive levia hæc diaboli ludibria, et qui in nos sunt immissi, molesti quidem sunt, eo quod ejus sint ministri, contemnendi tamen, quia Deus illorum nequitiæ debilitatem junxit ; caveamus ne ob magnos in parvis incommodis ejulatus condemnemur. Unum enim dolore dignum, illius ipsius pernicies, qui se ob temporariam gloriam (si tamen gloria dicenda, palam se dedecorare) æterno justorum honore spoliavit. Filii confessorum, filii estis martyrum, qui ad sanguinem usque peccato restiterunt. Domesticis utatur quisque exemplis ad robur pro pietate ostendendum. Nemo nostrum plagis dilaniatus est : **370** nullius ædes publicatæ sunt ; exsules non fuimus ; carceres experti non sumus. Quidnam mali nobis accidit ? nisi forte hoc sit molestum, quod nihil perpessi sumus, neque digni habiti, qui pro Christo pateremur [80]. Sin autem quod ille domum occupat precationis, vos autem sub dio adoratis cœli et terræ Dominum, id vos angit, cogitate, undecim discipulos in cœnaculo conclusos fuisse, tum cum ii, qui Dominum crucifixerant, in celeberrimo tem-

A νυν ἑαυτοῖς συμβουλεύομεν (15), ταῦτα καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν γράφομεν· ὅτι πολλοῖς συνέβη ταῦτα, ἃ καὶ ὑμῖν· καὶ οὐ κατὰ τὸν παρόντα καιρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ μυρία τῶν τοιούτων τὰ ὑποδείγματα· τὰ μὲν ἐγγράφως αἱ ἱστορίαι καταλελοίπασι, τὰ δὲ τῇ ἀγράφῳ μνήμῃ παρὰ τῶν εἰδότων διεδεξάμεθα· ὅτι καὶ κατὰ ἄνδρα ἕκαστον, καὶ κατὰ πόλεις πειρασμοὶ περιέσχον ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου τοὺς εἰς αὐτὸν ἠλπικότας. Ἀλλ' ὅμως παρῆλθε πάντα, καὶ οὐδὲν τῶν σκυθρωπῶν ἀθάνατον ἔσχε τὸ λυπηρόν. Ὡς γὰρ (16) αἱ χάλαζαι, καὶ οἱ χειμαῤῥοι, καὶ ὅσα τῶν κακῶν αὐτοσχέδια, τὰ μὲν μαλακὰ ῥᾳδίως ἔβλαψε καὶ διελυμήνατο, τοῖς δὲ ἀντιτύποις περιτυχόντα ἔπαθέ τι μᾶλλον ἢ ἔδρασεν· οὕτω καὶ οἱ B λάβροι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας πειρασμοὶ κινηθέντες ἀσθενέστεροι τοῦ στερεώματος τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διεδείχθησαν. Ὡς οὖν παρῆλθε τῆς χαλάζης τὸ νέφος, καὶ παρερῥύη τὴν χαράδραν ὁ χειμαῤῥος (τὸ μὲν γὰρ εἰς αἰθρίαν διελύθη, ὁ δὲ ἐνηφανίσθη τῷ βυθῷ, ξηρὰν καὶ ἄνικμον τὴν ὁδὸν δι' ἧς ἐῤῥύη καταλιπών)· οὕτω καὶ τὰ νῦν ἡμᾶς χειμάζοντα μικρὸν ὕστερον οὐκ ἔσται. Μόνον ἐὰν καταδεξώμεθα μὴ τὸ παρὸν ὁρᾷν, ἀλλὰ τοῖς μικρὸν πορῥωτέρῳ ταῖς ἐλπίσιν ἐνατενίζειν,

2. Εἴτε οὖν βαρὺς ὁ πειρασμός, ἀδελφοί, ὑπομείνωμεν τὰ ἐπίπονα· οὐδεὶς γὰρ μὴ πληγεὶς ἐν ἀγῶσι, μηδὲ κονισάμενος, στεφανοῦται· εἴτε κοῦφα ταῦτα τοῦ διαβόλου τὰ παίγνια, καὶ οἱ ἐπιπεμφθέντες ἡμῖν, ὀχληροὶ μὲν, διότι τούτου (17) εἰσὶν ὑπηρέται, εὐκαταφρόνητοι δὲ, ὅτι τῇ πονηρίᾳ αὐτῶν ὁ C Θεὸς ἀδυναμίαν συνῆψε· φυλαξώμεθα τὴν κατάγνωσιν, ὡς ἐπὶ μικροῖς παθήμασι μεγάλα ὀδυρόμενοι. Ἐν γάρ ἐστιν ὀδύνης ἄξιον, ἡ αὐτοῦ ἐκείνου ἀπώλεια, τοῦ τῆς προσκαίρου ἕνεκεν δόξης (εἴπερ οὖν δόξαν χρὴ λέγειν τὸ δημοσίᾳ ἀσχημονεῖν) τῆς αἰωνίας τῶν δικαίων τιμῆς ἑαυτὸν ἀποστερήσαντος. Τέκνα ὁμολογητῶν, καὶ τέκνα μαρτύρων ἐστὲ, τῶν μέχρις αἵματος ἀντικαταστάντων πρὸς τὴν ἁμαρτίαν. Τοῖς οἰκείοις ἕκαστος χρησάσθω ὑποδείγμασι πρὸς τὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἔνστασιν (18). Οὐδεὶς ἡμῶν (19) πληγαῖς κατεξάνθη, οὐδενὸς οἶκος ἐδημεύθη· οὐ τὴν ὑπερορίαν ᾠκήσαμεν, οὐ δεσμωτήριον ἐγνωρίσαμεν. Τί πεπόνθαμεν δεινόν ; εἰ μὴ τάχα τοῦτο λυπηρὸν, ὅτι μηδὲν πεπόνθαμεν, μηδὲ ἐνομίσθημεν ἄξιοι τῶν D ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Εἰ δὲ ὅτι ὁ δεῖνα τὸν οἶκον κατέχει τῆς προσευχῆς, ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ προσκυνεῖτε τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς Δεσπότην, τοῦτο ὑμᾶς ἀνιᾷ, ἐνθυμήθητε (20), ὅτι οἱ μὲν ἑνδεκα μαθηταὶ ἐν τῷ ὑπερῴῳ ἦσαν ἀποκεκλεισμένοι, οἱ

[80] Act. v, 41.

(15) *Συμβουλεύομεν*. Codex Med. βουλεύομεν.

(16) *Ὡς γάρ*. Posterior vocula addita ex Reg. secundo et Coisl. secundo. Illud autem ὅσα τῶν κακῶν αὐτοσχέδια interpretandum putat Combefisius, *quæcunque mala subito accidunt*, sed mihi videtur Basilius ea αὐτοσχέδια vocare, ut opponantur iis, quæ hominum malitia inferuntur.

(17) *Διότι τούτου*. Med. διότι τοιοῦτοι. Tres alii codices διότι τοιούτου.

(18) *Ἔνστασιν*. Male Combefisius vertendum pronuntiat, *adversus vim*, quæ pietati infertur.

(19) *Ἡμῶν*. In tota hac verborum completione primam personam apposuimus, quia sic reperimus in sex mss. codicibus. Editi ὑμῶν, et sic deinceps ᾠκήσατε... ἐνομίσθητε.

(20) *Ἐνθυμήθητε*. Editi apponunt hic ἀδελφοί. Sed ea vox deest in sex codicibus mss.

Digitized by Google

δὲ σταυρώσαντες τὸν Κύριον ἐν τῷ περιβοήτῳ ναῷ τὴν Ἰουδαϊκὴν λατρείαν ἐπλήρουν. Ἰούδας γὰρ, τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ μετ' αἰσχύνης ζῆν προτιμήσας, ἔδειξε τάχα τῶν νῦν ἀπερυθριασάντων (21) πρὸς πᾶσαν ἀνθρώπων κατάγνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀναιδῶς πρὸς τὰ αἰσχρὰ διακειμένων, ἑαυτὸν αἱρετώτερον.

3. Μόνον μὴ ἐξαπατηθῆτε ταῖς ψευδολογίαις αὐτῶν (22) ἐπαγγελλομένων ὀρθότητα πίστεως. Χριστέμποροι γὰρ οἱ τοιοῦτοι, καὶ οὐ Χριστιανοί, τὸ ἀεὶ αὐτοῖς κατὰ τὸν βίον τοῦτον λυσιτελοῦν τοῦ κατ' ἀλήθειαν ζῆν προτιμῶντες. Ὅτε ἐνόμισαν κτᾶσθαι τὴν κενὴν ταύτην ἀρχὴν, προσέθεντο τοῖς ἐχθροῖς τοῦ Χριστοῦ· ὅτε εἶδον τοὺς λαοὺς ἀγριαίνοντας, σχηματίζονται πάλιν τὴν ὀρθότητα. Οὐκ οἶδα ἐπίσκοπον, μηδὲ ἀριθμήσαιμι ἐν ἱερεῦσι Χριστοῦ τὸν παρὰ τῶν βεβήλων χειρῶν ἐπὶ καταλύσει τῆς πίστεως εἰς προστασίαν προβεβλημένον. Αὕτη ἐστὶν ἡ ἐμὴ κρίσις. Ὑμεῖς δὲ εἴ τινα ἔχετε μεθ' ἡμῶν μερίδα, ταυτὰ ἡμῖν φρονήσετε δηλονότι· εἰ δὲ ἐφ' ἑαυτῶν (23) βουλεύεσθε, τῆς ἰδίας γνώμης ἕκαστος κύριός ἐστιν, ἡμεῖς ἀθῷοι ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου. Ταῦτα δὲ ἔγραψα, οὐχ ὑμῖν ἀπιστῶν, ἀλλὰ τό τινων ἀμφίβολον στηρίζων ἐκ τοῦ γνωρίσαι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην, ὡς μὴ προληφθῆναί (24) τινα εἰς κοινωνίαν, μηδὲ τῆς χειρὸς αὐτῶν ἐπιβολὴν δεξαμένους, μετὰ ταῦτα εἰρήνης γενομένης, βιάζεσθαι ἑαυτοὺς ἐναριθμεῖν τῷ ἱερατικῷ πληρώματι. Πάντα τὸν κλῆρον, τόν τε κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς παροικίας, μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ φοβουμένου τὸν Κύριον, ἀσπαζόμεθα δι' ὑμῶν (25).

plo cultum Judaicum adimplerent. Judas enim qui suspendio interire maluit, quam cum dedecore vivere, forsitan iis qui nunc ad omnem hominum condemnationem sine rubore sese obfirmant, et idcirco impudentiam ad turpia præ se ferunt meliorem se exhibuit.

3. Tantum ne decipiamini illorum mendaciis, dum rectam fidem præ se ferunt. Christi enim mercatores ejusmodi homines, non Christiani; semper id, quod ipsis in hac vita utile est, vitæ ad veritatem accommodatæ anteponentes. Cum speraverunt adepturos se inanem illum principatum, adjunxerunt se inimicis Christi: ubi populos ira efferatos vident, rursus rectam fidem simulant. Non agnosco episcopum, nec numerarim inter Christi sacerdotes eum qui a profanis manibus ad eversionem fidei principatum accepit. Hoc meum est judicium. Vos autem si quam partem mecum habetis, eadem utique ac ego, sentietis: sin autem vobis ipsi seorsum consilium capitis, suæ quisque sententiæ dominus est, nos ab hoc sanguine insontes sumus. Hæc autem scripsi, non quod vobis diffidam, sed ut nonnullorum dubitationem significatione meæ sententiæ confirmem, ne qui communione præoccupentur, neve, accepta ab eis manus impositione, postea pace reddita, vim faciant, ut in sacrato cœtu recenseantur. Clerum omnem tum qui in urbe, tum qui in parœcia una cum omni populo Dominum timente per vos salutamus

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΑ'.

EPISTOLA CCXLI *.

Rationem reddit Basilius, cur sæpe in litteris res molestas Eusebio nuntiet, nempe ut se ipse sublevet gemendo, et Eusebium ad intentiorem pro Ecclesia precem excitet.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Οὐχ ὥστε πλείους ποιῆσαι τὰς ἀθυμίας, τῶν δυσχερῶν πολλάκις ἐν τοῖς πρὸς τὴν τιμιότητά σου γράμμασιν οὐ φειδόμεθα, ἀλλ' ὥστε ἑαυτοῖς τέ τινα (26) παραμυθίαν δοῦναι διὰ τῶν στεναγμῶν, οἳ πεφύκασί πως τὸ ἐν τῷ βάθει ἀλγεινὸν διαφορεῖν, ὅταν γίνωνται· καὶ τὴν σὴν μεγαλόνοιαν πρὸς ἐκτενεστέραν τὴν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν εὐχὴν παρορμῆσαι. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς ηὔχετο μὲν ἀεὶ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ δηλονότι· ὅτε μέντοι πρὸς τὸν Ἀμαλὴκ ἀγὼν αὐτῷ συνειστήκει, οὐ καθῆκε τὰς χεῖρας ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας· ἀλλ' ἡ ἔκτασις τῶν χειρῶν τοῦ ἁγίου τῷ τέλει τῆς μάχης συναπηρτίζετο.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Non ut mœrorem augeam, sæpe rerum molestarum in datis ad tuam dignitatem litteris non parce memini, sed ut et mihi ipse solatium feram per gemitus, qui solent quodammodo intimum dolorem dissolvere, dum erumpunt; et magnum animum tuum ad intentiorem pro Ecclesiis precem excitem. Nam et Moses semper quidem pro populo orabat: at cum pugnam cum Amalec committeret, non remisit manus ab aurora ad vesperam [21]; sed sancti manuum extensio non alio, quam pugna, terminata est fine.

[21] Exod. xvii, 12.

21) Ἀπερυθριασάντων. Ita mss. quinque. Editi ἀπερυθριαζόντων.

(22) Αὐτῶν. Ita iidem sex mss. Editi ἀνθρώπων.

(23) Ἐφ' ἑαυτῶν. Ita Coisl. primus cum tribus aliis. Editi ἀφ' ἑαυτῶν.

(24) Μὴ προληφθῆναί τινα. Paris. et Reg. secundus μὴ προληφθῆναί τινας. Ibidem editi χειρὸς αὐτοῦ. Coisl. uterque et Regius uterque ut in textu.

(25) Δι' ὑμῶν. Mel., Coisl. uterque et Reg. secundus διὰ σοῦ.

(26) Ἑαυτοῖς τέ τινα. Coisl. secundus et Reg. secundus τινὰ ἑαυτοῖς. Harl. αὐτοῖς.

* Alias CCXL. Scripta anno 376.

Digitized by Google

371 EPISTOLA CCXLII *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΒ.

Orientales inter molestissimas procellas spem suam in Deo collocant; mirantur nihil adhuc auxilii ab Occidentalibus venisse; brevi malorum suorum descriptione conantur eos ad opem ferendam excitare.

Occidentalibus.

A

Τοῖς δυτικοῖς (27).

1. Cum Deus sanctus exitum ex omni afflictione his, qui in ipsum sperant, promiserit, quamvis in medio malorum pelago deprehensi simus, ac procellis, quæ a spiritibus nequitiæ in nos excitatæ sunt, probemur; tamen resistimus in Christo nos corroborante, nec dissolvimus vigorem nostri in Ecclesias studii, neque veluti fluctibus in tempestate prævalentibus salutem desperantes, interitum exspectamus: sed adhuc quantum possumus, studium retinemus, haud nescii eum etiam qui a ceto voratus fuerat, eo quod de se non desperaverit, sed clamaverit ad Dominum, salutem esse consecutum. Ita sane et ipsi in extremum collapsi malorum, spem in Domino collocare non desinimus: sed undique illius opem circumspicimus. B Unde ad vos quoque, fratres nobis perquam colendi, nunc respeximus, quos sæpe quidem ærumnarum tempore nobis in conspectum prodituros speravimus: sed ea spe dejecti, nos etiam diximus ad nosmetipsos: *Exspectavi, qui simul contristaretur, et non fuit; et qui consolaretur, et non inveni* [61]. Sunt enim ejusmodi calamitates nostræ, ut ad vestri etiam orbis terminos pervenerint; et quoniam patiente uno membro, patiuntur simul membra omnia [62], decebat sane ut nobiscum, jam diu laborantibus, misericordia vestra simul doleret. Non enim locorum vicinitas, sed spiritus conjunctio necessitudinem facere solet, quam quidem nobis cum vestra dilectione intercedere credimus. C

1. Θεοῦ τοῦ ἁγίου τὴν ἐκ πάσης θλίψεως διέξοδον τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπ' αὐτὸν ὑποσχομένου, εἰ καὶ ἐν μέσῳ πελάγει κακῶν ἀπελήφθημεν (28), καὶ τρικυμίαις παρὰ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας ἐγειρομέναις (29) ἡμῖν βασανιζόμεθα, ὅμως ἀντέχομεν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι ἡμᾶς Χριστῷ, καὶ οὐ παρελύσαμεν τὸν τόνον τῆς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν σπουδῆς, οὐδὲ, ὥσπερ ἐν χειμῶνι τοῦ κλύδωνος ὑπερέχοντος ἀπογνόντες τῆς σωτηρίας, τὴν διάλυσιν ἀναμένομεν· ἀλλ' ἔτι ἐχόμεθα τῆς ἐνδεχομένης ἡμῖν σπουδῆς, εἰδότες, ὅτι καὶ ὁ καταποθεὶς ὑπὸ τοῦ κήτους, διὰ τὸ μὴ ἀπογνῶναι ἑαυτοῦ, ἀλλὰ βοῆσαι πρὸς Κύριον, τῆς σωτηρίας κατηξιώθη. Οὕτω δὴ καὶ αὐτοὶ, πρὸς ἔσχατον ἥκοντες τῶν κακῶν, τῆς εἰς Θεὸν ἐλπίδος οὐκ ἀφιέμεθα (30)· ἀλλὰ πανταχόθεν αὐτοῦ περιεσκοπούμεθα τὴν βοήθειαν. Ὅθεν καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀπεβλέψαμεν νῦν, τιμιώτατοι ἡμῖν ἀδελφοὶ, οὓς πολλάκις μὲν ἐν καιρῷ τῶν θλίψεων ἐπιφανήσεσθαι ἡμῖν προσεδοκήσαμεν· ἀποπεσόντες δὲ τῆς ἐλπίδος, εἴπαμεν πρὸς ἑαυτοὺς καὶ ἡμεῖς, ὅτι *Ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐκ ὑπῆρξε, καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐκ εὗρον.* Τοιαῦτα γὰρ ἡμῶν τὰ παθήματα, ὡς καὶ τῶν περάτων ἐφικέσθαι τῆς καθ' ἡμᾶς (31) οἰκουμένης· καὶ εἴπερ πάσχοντος μέλους ἑνὸς συμπάσχει πάντα τὰ μέλη, ἔπρεπε δήπου καὶ ἡμῖν ἐν πολλῷ χρόνῳ πεπονηκόσι συνδιατεθῆναι τὴν εὐσπλαγχνίαν ὑμῶν. Οὐ γὰρ ἡ τῶν τόπων ἐγγύτης, ἀλλ' ἡ κατὰ πνεῦμα συνάφεια ἐμποιεῖν πέφυκε τὴν οἰκείωσιν, ἣν ἡμῖν εἶναι πρὸς τὴν ἀγάπην ὑμῶν πεπιστεύκαμεν.

2. Qui fit igitur, ut non litteræ consolationis, non fratrum visitatio, non aliud quidquam eorum, quæ nobis ex dilectionis lege debentur, evenerit? Jam enim annus decimus tertius est, ex quo hæreticum in nos bellum exortum est; in quo plures evenerunt Ecclesiis afflictiones, quam evenisse memorantur, ex quo Evangelium Christi annuntiatur. Quas quidem singulas recensere vobis nolumus, ne sermonis nostri debilitas malorum evidentiam enervet: simul etiam non existimamus

2. Τί δήποτε οὖν οὐ (32) γράμμα παρακλήσεως, οὐκ ἀδελφῶν ἐπίσκεψις, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὀφειλομένων ἡμῖν παρὰ τοῦ θεσμοῦ τῆς ἀγάπης γεγένηται; Τρισκαιδέκατον γὰρ ἔτος ἐστὶν, ἀφ' οὗ ὁ αἱρετικὸς ἡμῖν πόλεμος ἐπανέστη· ἐν ᾧ πλείους γεγόνασι ταῖς Ἐκκλησίαις αἱ θλίψεις τῶν μνημονευομένων ἀφ' οὗ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ καταγγέλλεται. Ἅν τὰ καθ' ἕκαστον διηγεῖσθαι (33) ὑμῖν παραιτούμεθα, μή ποτε τὸ τοῦ λόγου ἡμῶν ἀσθενὲς τὴν ἐνάργειαν (34) τῶν κακῶν ὑπεκλύσῃ· καὶ ἅμα οὐδὲ (35) ἡγούμεθα ὑμᾶς

[61] Psal. LXVIII, 25. [62] I Cor. XII, 26.

* Alias CLXXXII. Scripta anno 376.

(27) *Τοῖς δυτικοῖς.* Sic Coisl. uterque, Med., Harl. et Vat. Editi: Δυτικοῖς ἐπισκόποις ὥστε συνάρασθαι ταῖς Ἐκκλησίαις ἀνατολῆς καμνούσαις τῷ Ἀρειανικῷ διωγμῷ, *Occidentalibus episcopis ut opem ferant Ecclesiis Orientalibus Ariana persecutione vexatis.*

(28) *Ἀπελήφθημεν.* Coisl. secundus et Reg. secundus. ἀπελείφθημεν.

(29) *Ἐγειρομέναις.* Ita sex mss. Editio 1 Paris. ἐπαγειρομέναις. Coisl. primus et editio 2 Paris. ἐπεγειρομέναις.

(30) *Ἀφιέμεθα.* Harl. ἀφιστάμεθα. Ibidem editi ἐπισκοπούμεθα. Septem codices mss. ut in textu. Non multo post Harl. et alii nonnulli ὑπῆρχε.

(31) *Τῆς καθ' ἡμᾶς.* Quamvis omnes codices mss. et editi sic habeant, legendum tamen puto τῆς καθ' ὑμᾶς, ut in epistola sequenti, τῷ κρατοῦντι τῆς καθ' ὑμᾶς οἰκουμένης, *Imperatori orbis vestri.* Si Basilius dixisset τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, Orientem designasset: vel ergo legendum καθ' ὑμᾶς, vel simpliciter τῆς οἰκουμένης, ut in epist. 92, n. 1, ubi Orientales dicunt calamitatum suarum famam etiam ad terminos orbis pervenisse, καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης.

(32) *Τί δήποτε οὖν οὐ.* Ita mss. et 2 editio Paris. Prima habet Τί δήπω οὖν γράμμα. Ibidem Harl. γράμματα.

(33) *Διηγεῖσθαι.* Med. et Coisl. primus τὰ καθ' ἕκαστα διηγήσασθαι.

(34) *Ἐνάργειαν.* Codex Harlæanus habet ἐνέργειαν.

(35) *Καὶ ἅμα οὐδέ.* Ita sex mss. Editi habent οὐδέν.

Digitized by Google

διδασκαλίας προσδεῖσθαι, τὴν ἀλήθειαν τῶν πραγμάτων πάλαι τῇ φήμῃ δεδιδαγμένους. Κεφάλαιον δὲ τοῦ κακοῦ· οἱ λαοί, τοὺς τῶν προσευχῶν καταλιπόντες οἴκους, ἐν ταῖς ἐρήμοις (36) συνάγονται. Θέαμα ἐλεεινὸν, γυναῖκες, καὶ παιδία, καὶ γέροντες, καὶ οἱ ἄλλως (37) ἀσθενεῖς, ἐν ὄμβροις λαβροτάτοις, καὶ νιφετοῖς καὶ ἀνέμοις καὶ παγετῷ τοῦ χειμῶνος, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν θέρει ὑπὸ τὴν φλόγα τοῦ ἡλίου ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ταλαιπωροῦντες. Καὶ ταῦτα πάσχουσι διὰ τὸ τῆς πονηρᾶς ζύμης Ἀρείου γενέσθαι (38) μὴ καταδέχεσθαι.

3. Πῶς ἂν ὑμῖν ταῦτα λόγος ἐναργῶς παραστήσειεν, εἰ μὴ αὐτὴ (39) ἡ πεῖρα καὶ ἡ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν θέα κινήσειεν ὑμᾶς πρὸς συμπάθειαν; Ὥστε παρακαλοῦμεν ὑμᾶς νῦν γοῦν χεῖρα ὀρέξαι ταῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις εἰς γόνυ κλιθείσαις ἤδη, καὶ ἀποστεῖλαί τινας τοὺς τῶν μισθῶν ὑπομιμνήσκοντας τῶν ἀποκειμένων ἐπὶ τῇ ὑπομονῇ τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Οὐ γὰρ τοσοῦτον ὁ συνήθης λόγος ἐνεργεῖν πέφυκεν, ὅσον ἡ ξένη φωνὴ ἐμποιεῖν τὴν παράκλησιν, καὶ ταῦτα παρὰ ἀνδρῶν γινομένη πανταχοῦ (40) ἐπὶ τοῖς καλλίστοις τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι γνωριζομένων, ὁποίους ὑμᾶς ἡ φήμη πᾶσιν ἀνθρώποις περιαγγέλλει (41), ἀτρώτους κατὰ τὴν πίστιν διαμείναντας, ἄσυλον τὴν ἀποστολικὴν παρακαταθήκην διαφυλάξαντας. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα· ἀλλ' ἔχομέν τινας ἐπιθυμίᾳ δόξης, καὶ τῇ μάλιστα καταστρεφούσῃ Χριστιανῶν ψυχὰς φυσιώσει, καταθαρρήσαντάς (42) τινων καινοτομίας ῥημάτων, ὅθεν αἱ Ἐκκλησίαι σαθρωθεῖσαι, ὥσπερ ἀγγεῖα ἀραιωθέντα, τὴν αἱρετικὴν διαφθορὰν εἰσρυεῖσαν ἐδέξαντο. Ἀλλ' ὑμεῖς, ὦ ἀγαπητοὶ ἡμῖν καὶ περιπόθητοι, γένεσθε τῶν μὲν τραυματιῶν ἰατροὶ, τῶν δὲ ὑγιαινόντων παιδοτρίβαι· τὸ μὲν νενοσηκὸς ὑγιάζοντες (43), τὸ δὲ ὑγιαῖνον ἀλείφοντες εἰς εὐσέβειαν.

necesse esse vos docere, cum veritatem rerum jamdudum fama didiceritis. Summa autem mali hæc est: plebs relictis precum domibus, in desertis locis congregatur. Spectaculum miserabile; mulieres, pueri, senes, et qui aliter infirmi sunt, inter imbres vehementissimos, nives, ventos, hiemalem **372** glaciem, similiter quoque per æstatem inter solis ardorem sub dio misere persistunt. Atque hæc patiuntur, quod nolint pravi Arii fermenti participes fieri.

3. Quomodo hæc vobis oratio clare exprimat, nisi experientia ipsa et spectaculum rei ob oculos positæ excitet vos ad commiserationem? Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem porrigatis manum Orientalibus Ecclesiis jam in genua inclinatis, et mittatis, qui admoneant de reservatis ob mala pro Christo tolerata præmiis. Non enim tantum consueta oratio efficere, quantum peregrina vox solet afferre solatii, præsertim ab hominibus veniens ubique præclarissimam in partem Dei gratia cognitis, quales vos fama omnibus hominibus annuntiat, ut qui permanseritis fide illæsi, apostolicumque depositum inviolabile servaveritis. At non ita res nostræ se habent: sed apud nos sunt qui gloriæ desiderio, et maxime evertente animas Christianorum tumore, effutierunt quorumdam novitatem verborum: unde Ecclesiæ quassatæ, quasi vasa quædam luxata, influentem hæreticam corruptelam receperunt. Sed vos, o dilectissimi nobis ac optatissimi, sauciorum quidem sitis medici, sanorum vero hortatores; quod ægrotum est ad sanitatem revocantes, et quod sanum incitantes ad pietatem.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΓ.

EPISTOLA CCXLIII*.

Occidentalium opem implorat Basilius ac non solum Orientis malorum descriptione eos tangere conatur, sed etiam periculum esse docet ne incendium Occidentem pervadat; unde quanta sit blasphemiæ impietas et licentia exponit. Legatus missus Dorotheus, cum episcopis ob metum hostium abesse non liceret.

Πρὸς Ἰταλοὺς (44) καὶ Γάλλους ἐπισκόπους, περὶ τῆς καταστάσεως καὶ συγχύσεως τῶν Ἐκκλησιῶν.

Ad episcopos Italos et Gallos, de perturbatione ac confusione Ecclesiarum.

1. Τοῖς ὡς ἀληθῶς θεοφιλεστάτοις καὶ ποθεινοτάτοις ἀδελφοῖς καὶ ὁμοψύχοις συλλειτουργοῖς, τοῖς κατὰ τὴν Γαλλίαν καὶ Ἰταλίαν ἐπισκόποις, Βασίλειος

1. Vere religiosissimis ac charissimis fratribus et unanimis comministris Galliæ et Italiæ episcopis, Basilius Cæsareæ Cappadociæ episcopus. Do-

(36) *Ἐρήμοις*. Med. et Coisl. primus ἐρημίαις.

(37) *Οἱ ἄλλως*. Med. et Coisl. primus οἱ ἄλλοι. *Et alii infirmi*. Paulo post editi ἐν νιφετοῖς. Deest præpositio in mss. codicibus.

(38) *Γενέσθαι*. Codex Bigotianus a Combefisio citatus et Paris. secunda manu habent γεύεσθαι, *quod nolint pravum Arii fermentum gustare*. Sed simili sensu Basilius in epist. 250: Σύγγνωθι ἡμῖν μὴ καταδεχομένοις τῆς ζύμης γενέσθαι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, *Ignosce nobis, si committere nolimus, ut fermenti eorum, qui aliter docent, participes simus*.

(39) *Εἰ μὴ αὐτή*. Coisl. primus et Med. ἐὰν μὴ αὐτή.

(40) *Πανταχοῦ*. Deest in Harl., Vat., Reg. secundo, Coisl. secundo et altero Bigot.

(41) *Περιαγγέλλει*. Ita Harl., Coisl. uterque et Regius uterque. Editi παραγγέλλει.

(42) *Καταθαρρήσαντας*. Harl. et Reg. uterque et Bigot. καταθαρσήσαντας. Infra editi ὡς ἀγαπητοὶ et τραυμάτων. Codices mss. summo consensu, ut in textu.

(43) *Ὑγιάζοντες*. Coisl. primus ὑγιαίνοντες et πρὸς εὐσέβειαν.

(44) *Πρὸς Ἰταλούς*, etc. Hunc titulum desumpsimus ex codicibus Harl., Med. et Coisl. primo. In editis tituli loco apposita fuerant hæc verba τοῖς ὡς ἀληθῶς, etc., quæ cum ipso contextu epistolæ conjuncta sunt in tribus prædictis codicibus.

* Alias LXX. Scripta anno 376.

Digitized by Google

minus noster Jesus Christus, cum suum ipsius corpus dignatus sit appellare universam Dei Ecclesiam, nosque sigillatim aliorum invicem membra effecerit, dedit et nobis omnibus ad omnes necessitudinem habere secundum membrorum concordiam. Quapropter, etsi quam longissime ab invicem sejuncti sumus habitationibus, at, conjunctionis habita ratione, vicini inter nos sumus. Quoniam igitur non potest caput pedibus dicere : Opus vobis non habeo [a]; nec vos profecto committetis, ut nos velut alienos rejiciatis, sed tantum dolebitis ex ærumnis nostris, quibus traditi sumus ob nostra peccata, quantum nos vobiscum lætamur, qui in pace vobis a Domino data gloriam habetis. **373** Jam quidem et alias clamavimus ad dilectionem vestram, ut nobis opem et commiserationem impenderetis : sed profecto, quia non impleta erat vindicta, concessum vobis non fuit ad auxiliandum exsuscitari. Illud enim maxime exquirimus, ut ipsi quoque orbis vestri imperatori vestræ pietatis opera innotescant rerum nostrarum perturbatio; aut si id difficile fuerit, saltem a vobis veniant, qui visitent et consolentur afflictos, ut oculis suis subjiciant Orientis miserias, quæ nequeunt auribus accipi, quia nulla invenitur oratio, quæ res nostras clare vobis exprimat.

2. Persecutio apprehendit nos, fratres in primis colendi, et persecutionum sævissima. Nam abiguntur pastores, ut greges dispergantur. Et quod gravissimum est, nec qui vexantur, mala in martyrii fiducia perferunt, neque plebs in martyrum loco athletas colit, quia Christianorum nomine persecutores ornati sunt. Unum crimen est, quod nunc vehementer punitur, accurata custodia paternarum traditionum. Eam ob causam patria expelluntur pii; in desertas regiones transferuntur. Non canities apud judices iniquitatis reverentiam habet, non

[a] I Cor. xii, 21.

A ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Καππαδοκίας. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα ἑαυτοῦ καταξιώσας ὀνομάσαι τὴν πᾶσαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ τοὺς καθ' ἕνα ἡμῶν ἀλλήλων ἀποδείξας μέλη, ἔδωκε καὶ ἡμῖν πᾶσι πρὸς πάντας ἔχειν οἰκείως, κατὰ τὴν τῶν μελῶν συμφωνίαν. Διόπερ εἰ καὶ πλεῖστον ἀλλήλων διωρίσμεθα ταῖς οἰκήσεσιν, ἀλλὰ τῷ γε λόγῳ τῆς συναφείας ἐγγὺς ἀλλήλων ἐσμέν. Ἐπεὶ οὖν οὐ δύναται ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶν εἰπεῖν, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω, πάντως οὐδὲ ὑμεῖς ἀνέξεσθε ἀποκαίσασθαι ἡμᾶς, ἀλλὰ τοσοῦτον συμπαθήσετε ἡμῶν ταῖς θλίψεσιν αἷς παρεδόθημεν διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ὅσον καὶ ἡμεῖς συγχαίρομεν ὑμῖν δοξαζομένοις ἐν τῇ εἰρήνῃ, ἣ ἐχαρίσατο ὑμῖν ὁ Κύριος. Ἤδη μὲν οὖν καὶ ἄλλοτε ἐπεβοησάμεθα τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰς B ἀντίληψιν ἡμῶν καὶ συμπάθειαν· ἀλλὰ πάντως διὰ τὸ μὴ ἀναπληρωθῆναι τὴν ἐκδίκησιν (45), οὐ συνεχωρήθητε διαναστῆναι πρὸς τὴν ἀντίληψιν. Ἐπιζητοῦμεν γὰρ μάλιστα μὲν καὶ αὐτῷ τῷ κρατοῦντι τῆς καθ' ὑμᾶς οἰκουμένης φανερὰν γενέσθαι διὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν· εἰ δὲ τοῦτο δύσκολον, ἀλλ' ἐλθεῖν τινας παρ' ὑμῶν εἰς ἐπίσκεψιν καὶ παραμυθίαν τῶν θλιβομένων, ἵν' ὀφθαλμοῖς ὑποβάλωσι (46) τὰ πάθη τῆς ἀνατολῆς, ἅπερ ἀκοαῖς ἀδύνατον παραδέξασθαι, τῷ μηδένα λόγον εὑρίσκεσθαι ἐναργῶς παριστῶντα ὑμῖν τὰ ἡμέτερα.

2. Διωγμὸς κατειληφεν ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, καὶ διωγμῶν ὁ βαρύτατος. Διώκονται γὰρ ποιμένες, ἵνα διασκορπισθῶσι τὰ πολίμνια. Καὶ τὸ βαρύτατον, C ὅτι οὔτε οἱ μὲν κακούμενοι (47) ἐν πληροφορίᾳ μαρτυρίου τὰ πάθη δέχονται, οὔτε οἱ λαοὶ ἐν μαρτύρων τάξει τοὺς ἀθλητὰς θεραπεύουσι, διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα τοῖς διώκουσι περικεῖσθαι. Ἕν ἐστιν ἔγκλημα νῦν σφοδρῶς ἐκδικούμενον, ἡ ἀκριβὴς τήρησις τῶν πατρικῶν παραδόσεων. Διὰ τοῦτο ἀπελαύνονται μὲν τῶν πατρίδων οἱ εὐσεβεῖς· πρὸς δὲ τὰς ἐρημίας μετοικίζονται. Οὐ πολιὰ τοῖς (48) κριταῖς τῆς ἀδι-

(45) *Τὴν ἐκδίκησιν.* Editi addunt ἡμῶν, quod deest in tribus vetustissimis codicibus et in uno ex Regiis. Harlæani codicis non parum arridet hæc scriptura, διὰ τὸ ἀναπληρωθῆναι τὴν ἐκδίκησιν, *eo quod vindicta impleatur.*

(46) *Ὑποβάλωσι.* Ita Harl., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑποβάλλωσι. In alio codice D Regio, qui est 1824, legitur ὑπολάβητε. Paulo post editi παριστάντα. Septem mss. ut in textu.

(47) *Οἱ μὲν κακούμενοι.* Ita septem mss. Editi οἱ κακουχούμενοι. Ibidem nonnulli codices οἱ δὲ λαοὶ οὐκ ἐν, etc. Sæpe alias Basilius, dum persecutiones Orientis describit, hoc incommodum commemorat, quod non idem sit martyrii splendor ac sub ethnicis imperatoribus. Non idcirco tamen de eorum qui patiebantur merito detrahi putabat. Nam in epist. 257 testatur persecutores ipsos Christianum nomen objicere, ut adversariis martyrii existimationem eripiant, ac simpliciores hac cavillatione decipi : at revera ejusmodi persecutionis, quæ a tribulibus accidit, eo uberiora esse contendit præmia, quo et gravior et ad cavendum difficilior est, ac minus ad martyrii laudem insignis, quam si ab ethnicis excitaretur. Sic etiam Cyprianus in epistola 55 : *Nihil interest quis tradat aut sæviat, cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. Neque enim nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus, nec illis gloria est facere quod fecerit Judas.* Idem docet concilium Sardicense in epistola ad Julium papam, et Liberius papa in epistola septima ad Dionysium, Eusebium et Luciferum in exsilio constitutos. Gregorius Nazianzenus orat. XXIII, p. 416, de Valentis persecutione sic loquitur : Ἄρτι δὲ ὁ ἀσεβὴς ἄρχεται, καὶ τὸ ἀμύνειν Χριστιανοῖς πρόσχημα ἔχων τῆς ἀσεβείας, τοῖς ἀληθῶς Χριστιανοῖς ἐπιγίνεται· καὶ τοσοῦτον ἐκείνου χαλεπώτερος γίνεται, ὅσῳ τότε μὲν ἡ ἄθλησις περιφανεστέρα καὶ λαμπροτέρα, νῦν δὲ καὶ τὸ παθεῖν ἀφιλότιμον, παρά γε τοῖς οὐ δικαίοις τῶν παθῶν λογισταῖς· *Nunc autem turpis et indecora persecutio cooritur; quæ, Christianorum patrocinium ad defensionem impietati suæ prætexens, veros Christianos aggreditur : hoc utique nomine superiore persecutione acerbior, quod tum quidem minime dubia et obscura erat martyrum decertatio : nunc autem res eo rediit, ut cruciatus quoque ipse laude careat, saltem apud iniquos cruciatuum judices.*

(48) *Οὐ πολιὰ τοῖς.* Simplicior hæc scriptura codicum Harl. et Coisl. primi, quam vulgata οὐ πολιὰ παρὰ τοῖς.

Digitized by Google

κίας αἰδέσιμος, οὐκ ἄσκησις εὐσεβείας, οὐ πολιτεία κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐκ νεότητος εἰς γῆρας διανυσθεῖσα. Ἀλλὰ κακοῦργος μὲν οὐδεὶς ἄνευ ἐλέγχων καταδικάζεται· ἐπίσκοποι δὲ ἀπὸ μόνης (49) συκοφαντίας ἑάλωσαν, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως τοῖς ἐγκλήμασιν ἐπενεχθείσης ταῖς τιμωρίαις ἐκδίδονται. Τινὲς δὲ οὔτε ἐγνώρισαν (50) κατηγόρους, οὔτε εἶδον δικαστήρια, οὔτε ἐσυκοφαντήθησαν τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἀωρὶ τῶν νυκτῶν βιαίως ἀναρπασθέντες εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐφυγαδεύθησαν, ταῖς ἐκ τῆς ἐρημίας κακοπαθείαις παραδοθέντες εἰς θάνατον. Τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα γνώριμα παντὶ, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν· φυγαὶ πρεσβυτέρων, φυγαὶ διακόνων, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου λεηλασία (51). Ἀνάγκη γὰρ ἢ προσκυνῆσαι τῇ εἰκόνι, ἢ τῇ πονηρᾷ φλογὶ τῶν μαστίγων παραδοθῆναι. Στεναγμοὶ (52) λαῶν, δάκρυον διηνεκὲς καὶ κατ' οἴκους καὶ δημοσίᾳ, πάντων πρὸς ἀλλήλους ὀδυρομένων ἃ πάσχουσιν. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ὥστε, πατρὸς στερηθεὶς, πράως φέρειν τὴν ὀρφανίαν. Ἦχος θρηνούντων ἐν πόλει, ἦχος ἐν ἀγροῖς, ἐν ὁδοῖς, ἐν ἐρημίαις. Μία φωνὴ ἐλεεινὰ πάντων (53) καὶ σκυθρωπὰ φθεγγομένων. Ἐξῆρται χαρὰ καὶ εὐφροσύνη πνευματική. Εἰς πένθος ἐστράφησαν ἡμῶν αἱ ἑορταί· οἶκοι προσευχῶν ἐπεκλείσθησαν· ἀργὰ τὰ θυσιαστήρια τῆς πνευματικῆς λατρείας. Οὐκέτι σύλλογοι Χριστιανῶν, οὐκέτι διδασκάλων προεδρίαι, οὐ διδάγματα σωτήρια, οὐ πανηγύρεις, οὐχ ὑμνῳδίαι νυκτεριναὶ, οὐ τὸ μακάριον (54) ἐκεῖνο τῶν ψυχῶν ἀγαλλίαμα, τὸ ἐπὶ ταῖς συνάξεσι καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενον τῶν πιστευόντων εἰς Κύριον. Ἡμῖν πρέπει λέγειν, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων, οὔτε προφήτης, οὔτε ἡγούμενος, οὔτε προσφορὰ, οὔτε θυμίαμα, οὐ τόπος τοῦ καρπῶσαι ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος.*

A exercitatio pietatis, non vita secundum Evangelium a juventute ad senectam usque transacta. Sed sceleratus quidem nullus sine certis indiciis condemnatur : episcopi autem ex sola calumnia damnati sunt, ac nullo argumento criminationibus adjecto, suppliciis traduntur. Imo nonnulli neque accusatores agnoverunt, neque viderunt tribunalia, neque omnino calumniis appetiti fuerunt, sed intempesta nocte violenter rapti, in longinquas regiones fugati sunt, ex solitudinis incommodis ad mortem objecti. Quæ autem ex his sequuntur, nota sunt omnibus, etiamsi taceamus; fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, ac cleri totius depopulatio. Necesse enim est aut imaginem adorare [85], aut pravæ flammæ flagellorum tradi. Populorum gemitus, B continuæ privatim ac publice lacrymæ, omnibus inter se mala sua deflentibus. Nemo enim corde est adeo lapideo, ut patre privatus, animo æquo ferat orbitatem. Sonus lamentantium in urbe, sonus in agris, in viis, **374** in solitudinibus. Vox una auditur, miseranda omnibus ac tristia loquentibus. Sublatum est gaudium, et lætitia spiritualis. Versi sunt in luctum festi dies nostri [86]; conclusæ precationum domus; vacant altaria cultu spirituali. Non jam conventus Christianorum, non jam præsidentes doctores, non documenta salutaria, non solemnitates, non hymnorum nocturni cantus, neque beata illa animarum exsultatio, quæ ex synaxibus et communicatione donorum spiri- C tualium animabus credentium in Dominum innascitur. Decet nos dicere : *Non est in tempore hoc princeps, neque propheta, neque dux, neque oblatio, neque suffitus, neque locus sacrificandi coram Domino, et inveniendi misericordiam* [87].

3. Ταῦτα εἰδόσιν ἐπιστέλλομεν, διότι οὐδὲν μέρος ἐστὶ τῆς οἰκουμένης, ὃ τὰς ἡμετέρας λοιπὸν ἠγνόησε συμφοράς. Ὥστε οὐ διδασκαλίας ἕνεκεν τοὺς λόγους τούτους ποιεῖσθαι ἡμᾶς νομίζειν προσῆκεν, οὐδὲ τοῦ (55) ὑπομνῆσαι ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθοισθε ἡμῶν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ ἡ μήτηρ τῶν ἐκγόνων τῆς κοιλίας αὐτῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ περιωδυνίᾳ (56) τινὶ κατεχόμενοι διὰ τῶν στεναγμῶν κουφίζειν πως τὰς ἀλγηδόνας πεφύκασι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν· οἷον ἀποσκευα- D

3. Scribimus hæc scientibus, cum pars nulla sit orbis terrarum, quæ jam calamitates nostras ignoret. Quare non docendi causa hæc a nobis disseri credendum, aut ut commonefaciamus vestram diligentiam. Novimus enim nunquam vos nostri oblituros esse, non magis sane quam matrem filiorum uteri sui [88]. Sed quoniam qui dolore aliquo detinentur, gemitibus levare aliquo modo angores solent, idem et nos facimus; excutimus quodammodo mœroris pondus, dum dilectioni vestræ multipli-

[85] Dan. III, 10. [86] Amos VIII, 10. [87] Dan. III, 58, 59. [88] Isa. XLIX, 15.

(49) Ἀπὸ μόνης. Quatuor codices non antiquissimi ὑπὸ μόνης.

(50) *Οὔτε ἐγνώρισαν. Neque agnoverunt*, id est, accusatores producti coram illis non fuerunt. Designat illa vox ἐγνώρισαν eum cognoscendi modum qui certis et exploratis constat indiciis. Sic Basilius in epist. 202 : Πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτοὺς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία.

(51) Λεηλασία. Ita veteres libri septem. Editi λατρλασίαι.

(52) Στεναγμοί. Codices recentiores non pauci στεναγμός. Ibidem δακρύων διηνεκές in prima editione Paris. Aliter alias in codicibus editis et mss.

(53) Πάντων. Sic omnes mss. Editi ἁπάντων. Hic autem occurrit insignis varietas in quatuor mss. non vetustissimis, in quibus sic legitur : Μία φωνὴ ἐλεεινὴ· πάντων τὰ σκυθρωπὰ φθεγγομένων.

(54) *Οὐ τὸ μακάριον.* Ita codices mss. octo. Editi οὗτε. Paulo post editi ὃ ἐπὶ ταῖς... ἐγγίνεται. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(55) *Οὐδὲ τοῦ.* Tres vetustissimi codices οὐδὲ τῷ. Paulo post editi ἐπιλάθησθε. Harl. et Coisl. primus ut in textu.

(56) *Οἱ περιωδυνίᾳ.* Sic tres vetustissimi codices, quibus favent tres alii in quibus legitur ὥσπερ οἱ ὀδύνῃ. Legitur in Regio 1824, οἱ περὶ εὐδονείᾳ. Editi ὀδύνῃ. Paulo post editi διαγγέλλομεν. Tres vetustissimi codices ἐξαγγέλλομεν.

Digitized by Google

ces nostras calamitates nuntiamus, si quo modo vehementius ad precandum pro nobis commoti, Dominum exoretis ut reconcilietur nobis. Quod si ærumnæ quæ nos affligunt solæ essent, statuissemus utique apud nosmetipsos tacere, atque in incommodis pro Christo perferendis gaudere : *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [89]. Nunc autem veremur, nequando ingravescens malum, velut flamma quædam ardentem materiam pervadens, postquam consumpserit quæ proxima sunt, attingat etiam et remotiora. Depascitur enim hæreseos malum, et timor est ne, voratis Ecclesiis nostris, serpat postea usque ad sanam partem vestræ parœciæ. Fortasse igitur, quia apud nos abundavit peccatum, primi in escam traditi sumus crudelibus inimicorum Dei dentibus. Fortasse etiam, quod et verisimilius est, quoniam Evangelium regni, capto a nostris locis initio, in omnem pervenit terrarum orbem, idcirco communis animarum nostrarum hostis perficere conatur, ut defectionis semina, sumpto ab iisdem locis initio, in totum terrarum orbem diffundantur. Quibus enim affulsit illuminatio cognitionis Christi [90], ad eos ut veniant etiam impietatis tenebræ, machinatur.

4. Vestras igitur existimate afflictiones nostras, ut veri discipuli Domini. Non de pecuniis, non **375** de gloria, non de ulla alia ex rebus temporariis bellum sustinemus : sed de communi hæreditate, patrio thesauro sanæ fidei stamus decertantes. Dolorem nostrum dolete, o vos fratrum amantes, quoniam occlusa sunt apud nos piorum ora, aperta vero omnis audax et blasphema lingua loquentium adversus Deum iniquitatem [91]. Columnæ et fulcrum veritatis in dispersione ; nos vero, qui ob tenuitatem contempti fuimus, loquendi destituimur libertate. Decertate pro populis, nec spectate modo vestrum statum, videlicet quod in portibus tranquillis statis, Dei gratia omnino a turbine malorum ventorum vos protegente. Sed manum etiam Ecclesiis tempestate exagitatis porrigite, nequando derelictæ, penitus fidei naufra-

ζόμεθα τῆς λύπης τὸ βάρος, δι' ὧν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰς πολυειδεῖς ἡμῶν συμφορὰς ἐξαγγέλλομεν, εἴ πως ἂν σφοδρότερον εἰς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχὰς κινηθέντες, δυσωπήσητε (57) τὸν Κύριον διαλλαγῆναι ἡμῖν. Εἰ μὲν οὖν αἱ θλίψεις ἦσαν μόναι αἱ καταπονοῦσαι ἡμᾶς, κἂν συνεβουλεύσαμεν ἑαυτοῖς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ χαίρειν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθήμασιν, ἐπειδὴ *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθήσεσθαι εἰς ἡμᾶς*· νῦν δὲ φοβούμεθα, μήποτε αὐξανόμενον τὸ κακὸν, ὥσπερ τις φλὸξ διὰ τῆς καιομένης ὕλης βαδίζουσα (58), ἐπειδὰν καταναλώσῃ τὰ πλησίον, ἅψηται καὶ τῶν πόρρω. Ἐπινέμεται γὰρ τὸ κακὸν τῆς αἱρέσεως· καὶ δέος ἐστὶ, μὴ, τὰς ἡμετέρας Ἐκκλησίας καταφαγοῦσα, ἔρῃ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον μέρος τῆς καθ' ὑμᾶς παροικίας. Τάχα μὲν οὖν, διὰ τὸ παρ' ἡμῖν πλεονάσαι τὴν ἁμαρτίαν, πρῶτοι παρεδόθημεν εἰς κατάβρωσιν τοῖς ὠμοφάγοις ὀδοῦσι τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ (59)· τάχα δὲ, ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστιν εἰκάσαι, ὅτι, ἐπειδὴ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας; ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τόπων ἀρξάμενον, εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν οἰκουμένην· διὰ τοῦτο ὁ κοινὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐχθρὸς, τὰ τῆς ἀποστασίας σπέρματα, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τόπων τὴν ἀρχὴν λαβόντα, εἰς πᾶσαν οἰκουμένην διαδοθῆναι φιλονεικεῖ. Ἐφ' ὡς γὰρ ἔλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τούτους ἐλθεῖν καὶ τὸ τῆς ἀσεβείας σκότος ἐπινοεῖ.

4. Ὑμέτερα οὖν λογίσασθε τὰ πάθη ἡμῶν, ὡς γνήσιοι μαθηταὶ τοῦ Κυρίου. Οὐχ ὑπὲρ χρημάτων, οὐχ ὑπὲρ δόξης, οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τῶν προσκαίρων καταπολεμούμεθα (60)· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ κτήματος, τοῦ πατρικοῦ θησαυροῦ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, ἐστήκαμεν ἀγωνιζόμενοι. Συναλγήσατε ἡμῖν, ὦ φιλάδελφοι, ὅτι ἀποκέκλεισται μὲν παρ' ἡμῖν τῶν εὐσεβούντων τὰ στόματα, ἠνοικται (61) δὲ πᾶσα θρασεῖα καὶ βλάσφημος γλῶσσα τῶν λαλούντων κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Οἱ στῦλοι καὶ τὸ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐν διασπορᾷ· ἡμεῖς δὲ, οἱ διὰ σμικρότητα (62) παροφθέντες, ἀπαρρησίαστοι. Ἀγωνιάσατε ὑπὲρ τῶν λαῶν· καὶ μὴ τὸ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖτε μόνον, ὅτι ἐν λιμέσιν εὐδίοις ὁρμίζεσθε, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος πᾶσαν ὑμῖν σκέπην χαρισαμένης (63) ἀπὸ τῆς ζάλης τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ἀλλὰ καὶ ταῖς χειμαζομέναις τῶν Ἐκκλησιῶν χεῖρα ὀρέξατε

[89] Rom. VIII, 18. [90] II Cor. IV, 6. [91] Psal. LXXIV, 6.

(57) *Δυσωπήσητε*. Ita sex mss. Editi δυσωπήσετε.

(58) *Βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταναλώσῃ*. Ita octo mss., nisi quod in nonnullis recentioribus legitur βαδίσασα. Editi βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταλάβοι καὶ καταναλώσει.

(59) *Εἰς κατάβρωσιν τοῖς... τοῦ Θεοῦ*. Ita tres vetustissimi codices. Editi εἰς κατάβρωμα τοῖς... τοῦ Χριστοῦ. Paulo post quinque codices non antiquissimi ἀποστασίας ῥήματα.

(60) *Καταπολεμούμεθα*. Quinque codices recentiores πολεμούμεθα. Sic etiam habent editiones Haganoensis et Frobenianæ. Ibidem editi ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ θησαυροῦ τοῦ πατρικοῦ κτήματος. Codices mss. omnes ut in textu. In codice Vaticano legitur πνευματικοῦ κτήματος.

(61) *Ἠνοικται*. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἠνοίγη.

(62) *Οἱ διὰ σμικρότητα*. His ex verbis concludit Combefisius hanc epistolam a solo Basilio scriptam non fuisse. *Id enim*, inquit, *in sua Basilius persona, idque solius, non facile dicat, tantæ sedis antistes, ipseque sic clarus*. Nulla ratione nititur eruditi viri observatio. Ut omittam loca pene innumerabilia, in quibus de se ipso Basilius demississime loquitur; certe in epistola 225 contemptum se fuisse dicit a judicibus, qui furorem suum in Gregorium Nyssenum verterant.

(63) *Χαρισαμένης*. Ita tres vetustissimi codices cum uno ex Regiis. Editi χαριζομένης.

Digitized by Google

μήποτε, ἐγκαταλειφθεισαι, παντελῶς ὑπομείνωσι τῆς πίστεως τὸ ναυάγιον. Στενάξατε ἐφ' ἡμῖν, ὅτι ὁ Μονογενὴς βλασφημεῖται, καὶ ὁ ἀντιλέγων οὐκ ἔστι. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀθετεῖται, καὶ ὁ δυνάμενος ἐλέγχειν ἀποδιώκεται. Πολυθεΐα κεκράτηκε. Μέγας θεὸς παρ' αὐτοῖς καὶ μικρός. Υἱὸς (64) οὐχὶ φύσεως ὄνομα, ἀλλὰ τιμῆς τινος εἶναι προσηγορία νενόμισται· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ συμπληρωτικὸν εἶναι τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐδὲ κοινωνὸν τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως, ἀλλ' ἕν τι τῶν ἐκ τῆς κτίσεως, εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσερρίφθαι. *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς* (65) *μου πηγὴν δακρύων;* καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν ἡμέρας πολλὰς, τὸν ταῖς πονηραῖς ταύταις διδασκαλίαις πρὸς τὴν ἀπώλειαν συνωθούμενον. Παραδίδονται τῶν ἀκεραιοτέρων αἱ ἀκοαὶ· εἰς συνήθειαν λοιπὸν ἦλθον τῆς αἱρετικῆς δυσσεβείας. Συνεκτρέφεται τὰ νήπια τῆς Ἐκκλησίας τοῖς λόγοις τῆς ἀσεβείας. Τί γὰρ καὶ ποιήσουσι; Βαπτίσματα παρ' ἐκείνοις (66), προπομπαὶ τῶν ἐξοδευόντων, ἐπισκέψεις τῶν ἀσθενούντων, παρακλήσεις (67) τῶν λυπουμένων, βοήθειαι τῶν καταπονουμένων, ἀντιλήψεις παντοδαπαὶ, μυστηρίων κοινωνίαι· ἃ πάντα, δι' ἐκείνων ἐπιτελούμενα, σύνδεσμος γίνεται τοῖς λαοῖς τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμονοίας· ὥστε, μικροῦ χρόνου προελθόντος, μηδ' εἰ γένοιτό τις ἄδεια, ἐλπίδα λοιπὸν εἶναι τοὺς ὑπὸ τῆς χρονίας ἀπάτης κατασχεθέντας, πάλιν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἀνακληθῆναι.

A gium perpetiantur. Ingemiscite nostra causa, quia Unigenitus blasphematur, nec est qui contradicat. Spiritus sanctus rejicitur, et qui redarguere potest, fugatur. Multitudo obtinuit deorum. Magnus Deus apud illos et parvus. Filius non naturæ nomen, sed dignitatis alicujus appellatio esse; Spiritus sanctus non complere Trinitatem sanctam; neque particeps esse divinæ ac beatæ naturæ, sed una aliqua ex rebus creatis, temere et fortuito Patri et Filio adjectus existimatur. *Quis dabit capiti meo aquam, et palpebris meis fontem lacrymarum*[11]? et diebus multis populum deflebo pravis istis doctrinis ad exitium impulsum. Seducuntur simpliciorum aures, jamque assuetæ sunt hæreticæ impietati. Enutriuntur Ecclesiæ infantes in doB ctrinis impiis. Quid enim facient? Baptismata apud illos, deductiones proficiscentium, visitationes ægrotantium, consolationes mœrentium, adjumenta omnis generis, mysteriorum communiones: quæ omnia, per eos administrata, populis vinculum sunt concordiæ cum eis ineundæ; adeo ut intra breve tempus, etiamsi qua libertas detur, nulla jam spes sit futura homines diuturna deceptione detentos, iterum ad veritatis agnitionem revocatum iri.

5. Τούτων ἕνεκεν πολλοὺς ἡμᾶς ἐχρῆν συνδραμεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν σεμνότητα, καὶ ἕκαστον τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων ἐξηγητὴν γενέσθαι. Νῦν δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο δεῖγμα γενέσθω ὑμῖν τῆς κακοπαθείας, ἐν ᾗ διάγομεν, ὅτι οὐδ' ἀποδημίας ἐσμὲν κύριοι. Εἰ γάρ τις καὶ πρὸς τὸ βραχύτατον τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτοῦ (68) ἀποσταίη, ἐκδότους ἀφήσει τοὺς λαοὺς τοῖς ἐξεδρεύουσιν. Ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἕνα ἀπ-

(94) *Ὑμῖν δέ.* Editi præmittunt καί, quam vocalam sustulimus, quia melius abest a tribus mss. etsi non vetustissimis. Hæc epistola in Harlæano codice sic finitur: ὁμολογουμένην εἶχον ἐπ' ἴσοις τοῖς κατορθώμασιν.

[*] Alias CCCIII, scripta anno 376.

Digitized by Google

2. Quare adhortamur vos, ut ne animo in ærumnis concidatis, sed in Dei dilectione renovemini, ac quotidie studio vestro adjiciatis : scientes in vobis debere reliquias pietatis servari, quas veniens Dominus in terra inventurus est. Sive autem ejecti sunt episcopi e suis Ecclesiis, hoc vos nequaquam conçutiat ; sive proditores nonnulli ex ipsis prodiere clericis, neque hoc vestram in Deo fiduciam infirmet. Non enim nomina sunt quæ salvos nos facient, sed propositum, ac vera in Creatorem nostrum dilectio. Considerate in insidiis quæ Domino nostro structæ sunt, principes sacerdotum et scribas et seniores dolum concinnasse, qui autem doctrinam sincero animo susceperunt, paucos ex populo inventos esse, neque multitudinem esse quæ salvatur, sed electos Dei. Quamobrem nunquam vos perterreat magna populi multitudo ; qui velut aquæ maris a vento in alias atque alias partes feruntur. Nam etiamsi unus salvetur velut Loth Sodomis, manere debet in recto judicio, immobilem retinens in Christo spem, quia non derelinquet Dominus sanctos suos. Omnes in Christo fratres meo nomine salutate : pro miserabili mea anima sincere precamini.

2. Διὸ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλ' ἀνανεοῦσθαι τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ, καὶ καθ' ἡμέραν προστιθέναι τῇ σπουδῇ, εἰδότας (95), ὅτι ἐν ὑμῖν ὀφείλει τὸ λείψανον τῆς εὐσεβείας σωθῆναι, ὃ ἐλθὼν ὁ Κύριος εὑρήσει ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ εἴτε ἀπεδιώχθησαν ἐπίσκοποι τῶν Ἐκκλησιῶν, τοῦτο ὑμᾶς μὴ σαλευέτω · εἴτε προδόται ἐξ αὐτῶν ἐφύησαν τῶν κληρικῶν, μηδὲ τοῦτο τὴν πεποίθησιν ὑμῶν τὴν εἰς Θεὸν σαθρούτω. Οὐ γὰρ τὰ ὀνόματά ἐστι τὰ σώζοντα ἡμᾶς, ἀλλ' αἱ προαιρέσεις, καὶ ἡ ἀληθινὴ περὶ τὸν κτίσαντα ἡμᾶς ἀγάπη. Ἐνθυμήθητε, ὅτι καὶ ἐν τῇ κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπιβουλῇ ἀρχιερεῖς μὲν καὶ γραμματεῖς καὶ πρεσβύτεροι τὸν δόλον συνεσκευάσαντο, ὀλίγοι δὲ τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ εὑρίσκοντο οἱ γνησίως τὸν λόγον καταδεχόμενοι· καὶ ὅτι οὐ τὸ πλῆθός ἐστι τὸ σωζόμενον, ἀλλ' οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ὥστε μηδέποτε ὑμᾶς πτοείτω λαοῦ πολυοχλία, οἱ ὥσπερ ὕδωρ θαλάσσης ὑπὸ πνευμάτων μεταφερόμενοι. Ἐὰν γὰρ καὶ εἷς σωθῇ ὥσπερ Λὼτ ἐν Σοδόμοις, μένειν ὀφείλει ἐπὶ τῆς ὀρθῆς κρίσεως, ἀμετακίνητον ἔχων τὴν ἐν Χριστῷ ἐλπίδα, διότι οὐκ ἐγκαταλείψει Κύριος τοὺς ὁσίους αὐτοῦ. Πᾶσαν τὴν ἐν Χριστῷ ἀδελφότητα ἀσπάσασθε ἐξ ἐμοῦ · προσεύχεσθε γνησίως ὑπὲρ τῆς ψυχῆς μου τῆς ἐλεεινῆς.

EPISTOLA CCLVIII *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝΗ'.

Laudat Basilius charitatem Epiphanii, qui ad se scripserit et fratres miserit, ac de componendis in Elæone monte dissensionibus cogitet. Delatam sibi ab Epiphanio sedandæ controversiæ provinciam recusat ; seque ait jam per litteras significasse Palladio et Innocentio, nihil a se addi posse Nicæno symbolo, nisi tantum de Spiritu sancto. Quod spectat ad Antiochenam dissensionem, declarat se cum Meletio semper communicasse ac semper communicaturum, ac ipsum etiam Athanasium cum eo communicare voluisse : cum iis autem qui post Meletium venerunt, nunquam se communicasse, quamvis eos non condemnet, nec adduci posse ut ad eos scribat. Ipsum Epiphanium rogat, ut dissensionem componere conetur, et cum tres hypostases necesse esse existimet confiteri, hoc etiam doceat fratres Antiochenos. Denique respondet quæstioni in aliis litteris propositæ, quid sint Magusæi.

Epiphanio episcopo.

Ἐπιφανίῳ ἐπισκόπῳ.

1. Quod jampridem exspectatum est ex Domini vaticinio, ac nunc tandem rerum experientia confirmatum, fore videlicet ut propter multiplicatam iniquitatem charitas multorum refrigescat [b] ; id jam apud nos adimpletum visæ sunt abolere litteræ præstantiæ tuæ ad nos allatæ. Vere enim charitatis indicium non mediocre, primum quidem quod nostri memineris, qui adeo viles et nullius pretii sumus : deinde etiam quod fratres miseris invisendi nostri causa, idoneos ministros pacificarum litterarum. Hoc enim spectaculo nullum rarius est, cum jam omnes omnibus suspecti sint. Nusquam enim misericordia, **393** nusquam commiseratio, nusquam fraternæ lacrymæ ob fratrem laborantem. Non persecutiones pro veritate toleratæ, non totæ Ecclesiæ ingemiscentes, non magnus ærumnarum nos circumstantium numerus ad mutuam nos sollicitudinem commovere potest. Sed lapsibus insultamus ; lancinamus vulnera ; illatas ab hæreticis injurias, qui idem videmur inter nos sentire, in-

1. Τὸ πάλαι προσδοκηθὲν ἐκ τῆς τοῦ Κυρίου προρρήσεως, νῦν δὲ λοιπὸν τῇ πείρᾳ τῶν πραγμάτων βεβαιούμενον, ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν, ἤδη (96) κεκρατημένον παρ' ἡμῖν, ἔδοξε λύειν τὰ γράμματα τῆς τιμιότητός σου κομισθέντα. Οὕτως γὰρ ἀγάπης ἔνδειγμα οὐ τὸ τυχὸν, πρῶτον μὲν μνησθῆναι ἡμῶν τῶν οὕτω μικρῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων · ἔπειτα καὶ ἀδελφοὺς ἀποστεῖλαι εἰς ἐπίσκεψιν ἡμετέραν, πρέποντας εἶναι διακόνους εἰρηνικῶν γραμμάτων. Οὐδὲν γὰρ τούτου σπανιώτερον θέαμα, πάντων πρὸς πάντας λοιπὸν ὑπόπτως διακειμένων. Οὐδαμοῦ γὰρ εὐσπλαγχνία, οὐδαμοῦ συμπάθεια, οὐ δάκρυον (97) ἀδελφικὸν ἐπ' ἀδελφῷ κάμνοντι. Οὐ διωγμοὶ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, οὐκ Ἐκκλησίαι στενάζουσαι (98) πανδημεί, οὐχ ὁ πολὺς οὗτος τῶν περιεχόντων ἡμᾶς δυσχερῶν κατάλογος κινεῖν δύναται ἡμᾶς πρὸς τὴν ὑπὲρ ἀλλήλων μέριμναν. Ἀλλὰ τοῖς πτώμασιν ἐναλλόμεθα, τὰ τραύματα ἐπιξαίνομεν, τὰς παρὰ τῶν αἱρετικῶν ἐπηρείας, οἱ δοκοῦντες τῷ αὐτῷ κοινωνεῖν φρονή-

[b] Matth. XXIV, 12.

* Alias CCCXXV. Scripta circa annum 377.

(95) *Εἰδότας.* Mss. quinque non tamen antiquissimi εἰδότες.

(96) *Ἤδη.* Sic mss. novem pro eo quod erat in editis τὸ δέ. Paulo post editi μεμνῆσθαι τῶν. Harl., Coisl. uterque et quatuor alii ut in textu.

(97) *Οὐ δάκρυον.* Ita tres vetustissimi codices. Editi hic etiam repetunt οὐδαμοῦ.

(98) *Στενάζουσαι.* Sic mss. omnes. Editi στενάζουσι.

Digitized by Google

ματι, ἐπιτείνομεν, καὶ οἱ ἐν τοῖς καιριωτάτοις ἔχοντες συμφωνίαν, ἑνί γέ τινι πάντως διεστήκασιν ἀπ' ἀλλήλων. Πῶς οὖν μὴ θαυμάσομεν τὸν ἐν τοιούτοις πράγμασι καθαρὰν καὶ ἄδολον τὴν πρὸς τοὺς πλησίον ἀγάπην ἐπιδεικνύμενον, καὶ διὰ τοσαύτης θαλάσσης καὶ ἠπείρου, τῆς χωριζούσης ἡμᾶς σωματικῶς, τὴν ἐνδεχομένην ἐπιμέλειαν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν χαριζόμενον;

2. Ἐθαύμασα δέ σου κἀκεῖνο, ὅτι καὶ τὴν ἐν τῷ Ἐλαιῶνι τῶν ἀδελφῶν διάστασιν λυπηρῶς ἐδέξω, καὶ βούλει τινὰ αὐτοῖς γενέσθαι πρὸς ἀλλήλους συμβιβασμόν. Καὶ ὅτι σε οὐδὲ τὰ παρευρεθέντα ὑπό τινων, καὶ ταραχὰς ἐμποιήσαντα τῇ ἀδελφότητι, παρέλαθεν (99), ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις μέριμναν ἀνεδέξω, καὶ ταῦτα ἀπεδεξάμην. Ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι τῆς σῆς ἐνόμισα εἶναι συνέσεως ἄξιον, τὸ ἡμῖν τὴν περὶ τῶν τηλικούτων διόρθωσιν ἐπιτρέπειν, ἀνθρώποις οὔτε χάριτι Θεοῦ ἀγομένοις, διὰ τὸ ἁμαρτίαις συζῆν, οὔτε τινὰ κεκτημένοις περὶ τοὺς λόγους δύναμιν, διὰ τὸ τῶν μὲν ματαίων ἀγαπητῶς (1) ἀποστῆναι, τῶν δὲ τῆς ἀληθείας δογμάτων μήπω τὴν προσήκουσαν ἕξιν ἀναλαβεῖν. Ἐπεστείλαμεν οὖν ἤδη τοῖς ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν, τοῖς κατὰ τὸν Ἐλαιῶνα, Παλλαδίῳ τῷ ἡμετέρῳ καὶ Ἰννοκεντίῳ (2) τῷ Ἰταλῷ, πρὸς τὰ παρ' αὐτῶν ἡμῖν ἐπεσταλμένα· ὅτι οὐδὲν δυνάμεθα τῇ κατὰ Νίκαιαν πίστει προστιθέναι ἡμεῖς, οὐδὲ τὸ βραχύτατον, πλὴν τῆς εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δοξολογίας, διὰ τὸ ἐν παραδρομῇ τοὺς πατέρας ἡμῶν τούτου τοῦ μέρους ἐπιμνησθῆναι· οὔπω τοῦ κατ' αὐτὸ ζητήματος τότε κεκινημένου. Τὰ δὲ προσυφαινόμενα (3) τῇ πίστει ἐκείνῃ δόγματα περὶ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, ὡς βαθύτερα τῆς ἡμετέρας καταλήψεως, οὔτε ἐβασανίσαμεν, οὔτε παρεδεξάμεθα· εἰδότες, ὅτι, ἐπειδὰν τὴν ἁπλότητα τῆς πίστεως ἅπαξ παρακινήσωμεν, οὔτε τι (4) πέρας τῶν λόγων εὑρήσομεν, ἀεὶ τῆς ἀντιλογίας εἰς τὸ πλεῖον ἡμᾶς προαγούσης, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν ἀκεραιοτέρων παραταράξομεν (5) τῇ παρεισαγωγῇ τῶν ξενιζόντων.

3. Τὴν δὲ κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίαν, λέγω δὴ τὴν τῷ αὐτῷ φρονήματι συμβαίνουσαν, δύῃ ποτὲ ὁ Κύριος ἰδεῖν αὐτὴν ἡνωμένην. Κινδυνεύει γὰρ αὕτη μάλιστα δεδέχθαι τὰς ἐπιβουλὰς τοῦ ἐχθροῦ, μνησικακοῦντος αὐτῇ διὰ τὸ πρῶτον τοῖς ἐκεῖ τὴν

A tendimus; et qui in præcipuis capitibus inter se consentiunt, in una aliqua re prorsus ab se invicem dissident. Quomodo igitur eum non admiremur, qui in tali rerum statu purum ac sincerum erga fratres amorem ostendit, et ex tanto maris et terræ, quibus corpore sejungimur intervallo, quantum in se est, animarum nostrarum curam suscipit?

2. Illud autem etiam in te miratus sum, quod et fratrum, qui in Elæone sunt, moleste tuleris dissensionem, velisque aliquam ipsis fieri inter se conciliationem. Quod autem te non latuerunt quæ a nonnullis male excogitata, fratres conturbarunt, ac de his quoque sollicitudinem suscepisti, hæc etiam mihi probata sunt. Illud vero non jam tua B judicavi esse prudentia dignum, quod nobis harum rerum emendationem commiseris, hominibus neque gratia Dei ductis, ut qui in peccatis vivamus, nec ulla dicendi facultate præditis, eo quod a vanis quidem libenter recesserimus, veritatis autem dogmatum nondum assecuti idoneum usum simus. Jam igitur respondimus dilectis fratribus nostris in Elæone degentibus, Palladio nostro et Innocentio Italo, ad ea quæ nobis ab ipsis fuerunt scripta, nos scilicet nihil posse Nicænæ fidei adjicere, ne brevissimum quidem, excepta Spiritus sancti glorificatione, propterea quod majores nostri cursim hujus partis meminerint, nondum tunc de Spiritu mota quæstione. Quæ autem adtexuntur huic fidei dogmata, de Domini Incarnatione, ea ut altiora C nostra intelligentia, neque examinavimus, neque recepimus: scientes, ubi simplicitatem fidei semel sustulerimus, nullum jam sermonum finem nos esse inventuros, contradictione nos semper ulterius abripiente; ac simpliciorum animas conturbaturos, novis rebus introducendis.

3. Quod autem attinet ad Ecclesiam Antiochenam, illam dico, quæ in eadem doctrina consentit, largiatur aliquando Dominus ut **394** eam videamus conjunctam. Periculum enim est, ne ipsa maxime pateat insidiis inimici, qui ei succenset, quia

(99) *Παρέλαθεν*. Editi præmittunt οὐ. Sed hæc negatio melius abest a codicibus Med., Reg. primo, Coisl. secundo, Paris. et Bigot.

(1) *Ἀγαπητῶς*. Ita mss. novem. Editi ἀγαπητικῶς.

(2) *Ἰννοκεντίῳ*. Coisl. uterque, Harl., Med. et Reg. secundus Ἰνοκεντίῳ.

(3) *Τὰ δὲ προσυφαινόμενα*. Quod ait Basilius, se attexta Nicænæ fidei dogmata de Incarnatione nec examinasse, nec recepisse, id de ipso dogmate accipi non debet, sed de modo dogmatis ita exprimendi, ut hæretici eludere non possint. Nam ipsum quidem dogma certissime tenebat Basilius, neque ad eam rem opus habebat examine. Sed cum nonnulli formulæ Nicænæ aliquid de Incarnatione adderent ad comprimendos Apollinaristas; id Basilius nec examinaverat, nec receperat, tum quia altius intelligentia sua esse ducebat; tum quia metuebat ne finem non haberent ejusmodi quæstiones, ac

D simpliciorum animi novis rebus in symbolum inductis læderentur. Minime autem mirum, si, quamvis Basilium nemo intelligendi et explicandi dogmatis dono superaret, suarum tamen virium ac suæ facultatis esse non putabat, attexta fidei Nicænæ de Incarnatione dogmata examinare. Longe enim difficillimum sciebat esse formulam fidei ita constituere, ut, quod omnino necessarium esse ad legitimam formulam docet lib. 1 *in Eunom.*, p. 213, nihil ei desit, et hæreticorum usu teri non possit. Nec eum latebat ipsos etiam Nicænos Patres formulæ, quam primo condiderant, aliquid addere coactos fuisse, postquam illam ab hæreticorum auribus non abhorrere animadverterunt.

(4) *Οὔτε τι*. Sic omnes mss. Editi οὐκέτι.

(5) *Παραταράξομεν*. Ita Harl., Reg. primus, Paris. et Bigot. Legitur ταράξομεν in tribus aliis, nempe Coisl. utroque et Regio secundo. Editi παρατάξομεν.

Digitized by Google

illic primum Christianorum viguit appellatio. Ac scissa quidem est hæresis contra rectam doctrinam, scissa etiam et ipsa contra se recta fides. Nos autem, quia qui prior veritatem libere defendit, et bonum illud certamen Constantio imperante certavit, Meletius est reverendissimus episcopus; et quia eum habuit Ecclesia mea communicatorem, magnopere eum diligens ob fortem illam ac invictam dimicationem, idcirco habemus illum hactenus, Deo largiente, communicatorem, et certe, si Deus voluerit, habebimus. Nam et beatissimus papa Athanasius, cum Alexandriam venisset, omnino optabat, ut sibi cum ipso communio conciliaretur; sed malitia consiliariorum in aliud tempus dilata eorum conjunctio : quod utinam non evenisset! Nullius autem ex his, qui postea introierunt, communionem unquam admisimus : non quod eos judicemus indignos, sed quod nihil habeamus, unde hunc condemnemus. Atqui multa quidem audivimus a fratribus, sed fidem non adhibuimus, eo quod coram accusatoribus non starent accusati, sicut scriptum est : *Lex nostra non judicat hominem, nisi prius eum audierit et noverit quid faciat*[a]. Quare nondum possumus, frater colendissime, litteras ad illos dare, neque ad hoc cogi debemus. Illud autem pacifico tuo animo dignum fuerit, non, unum quidem conjungere, aliud vero disjungere, sed ad eam conjunctionem, quæ prior exstitit, ea quæ sunt separata reducere. Quapropter primum quidem precare, deinde etiam, quantum in te situm erit, exhortare, ut projecta ex animis ambitione, tum ad robur Ecclesiæ restituendum, tum ad comprimendum inimicorum furorem inter se reconcilientur. Valde autem meum illud etiam animum recreavit, quod diligentia tua cæteris præclare et accurate tractatis adjecit, tres necesse esse hypostases confiteri. Quapropter hoc etiam a te fratres Antiocheni edoceantur : profecto autem jam edocti sunt. Nam sine dubio eorum amplexus non esses communionem, nisi maxime tibi de hoc capite cautum esset.

4. Gens autem Magusæorum (id quod alteris mihi litteris indicare gravatus non es) frequens est apud nos, per omnes fere agros sparsa, coloniis huc jampridem Babylone adductis. Hi utuntur moribus peculiaribus : nulla ipsis cum reliquis hominibus societas, nec fieri ullo modo potest, ut cum illis sermo habeatur, siquidem

A τῶν Χριστιανῶν προσηγορίαν ἐμπολιτεύσασθαι. Καὶ τέτμηται μὲν ἡ αἵρεσις πρὸς τὴν ὀρθοδοξίαν· τέτμηται δὲ καὶ αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν ἡ ὀρθότης. Ἡμεῖς δὲ, ἐπειδὴ καὶ ὁ πρῶτος παῤῥησιασάμενος ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ τὸν καλὸν ἐκεῖνον διαθλήσας ἀγῶνα ἐπὶ τῶν καιρῶν Κωνσταντίου, ὁ αἰδεσιμώτατος Μελέτιός ἐστιν ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ἔσχεν αὐτὸν ἡ ἐμὴ Ἐκκλησία κοινωνικὸν, ὑπεραγαπήσασα αὐτὸν διὰ τὴν καρτερὰν ἐκείνην καὶ ἀνένδοτον ἔνστασιν· ἔχομεν (6) αὐτὸν κοινωνικὸν μέχρι τοῦ νῦν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ ἐξομέν γε, ἐὰν ὁ Θεὸς θέλῃ. Ἐπεὶ καὶ ὁ μακαριώτατος πάπας Ἀθανάσιος, ἐπιστὰς ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, πάνυ ἐβούλετο αὐτῷ τὴν πρὸς αὐτὸν κοινωνίαν καταπραχθῆναι· ἀλλὰ κακῇ συμβούλων εἰς ἕτερον καιρὸν ὑπερετέθη αὐτῶν ἡ συν-
B άφεια· ὡς οὐκ ὤφελε! Τῶν δὲ τελευταῖον ἐπεισελθόντων οὐδενὸς οὐδέπω τὴν κοινωνίαν προσηκάμεθα· οὐκ ἐκείνους κρίνοντες ἀναξίους, ἀλλὰ μηδὲν ἔχοντες τούτου καταγινώσκειν. Καίτοι πολλὰ μὲν ἠκούσαμεν περὶ τῶν ἀδελφῶν, ἀλλ' οὐ προσηκάμεθα, διὰ τὸ μὴ ἀντικαταστῆναι τοῖς κατηγόροις τοὺς ἐγκαλουμένους κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει* (7) *τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ πρῶτον αὐτοῦ ἀκούσῃ, καὶ γνῷ τί ποιεῖ*. Ὥστε οὔπω δυνάμεθα αὐτοῖς ἐπιστέλλειν, τιμιώτατε ἀδελφὲ, οὔτε ἀναγκάζεσθαι εἰς τοῦτο ὀφείλομεν. Πρέπον δ' ἂν εἴη τῇ εἰρηνικῇ σου προθέσει μὴ τὸ μὲν συνάπτειν, τὸ δὲ διασπᾷν, ἀλλὰ τῇ προϋπαρχούσῃ ἑνώσει τὰ κεχωρισμένα προσάγειν. Ὥστε πρῶτον μὲν εὔξαι, ἔπειτα καὶ, ὅση δύναμις, παρακάλεσον, ῥίψαντας αὐτοὺς ἐκ τῶν ψυχῶν τὸ φιλότιμον, καὶ
C ὑπὲρ τοῦ ἀποδοῦναι τὴν ἰσχὺν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ καθελεῖν τὸ φρύαγμα τῶν ἐχθρῶν, συμβῆναι αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους. Ἱκανῶς δέ μου κἀκεῖνο τὴν ψυχὴν παρεκάλεσε, τὸ προστεθὲν παρὰ τῆς σῆς ἀκριβείας τοῖς λοιποῖς καλῶς καὶ ἀκριβῶς θεολογηθεῖσι· τὸ τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν. Ὥστε τοῦτο καὶ οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ διδασκέσθωσαν παρὰ σοῦ· πάντως δέ που καὶ ἐδιδάχθησαν. Οὐ γὰρ ἂν εἶλου (8) δηλονότι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, μὴ τοῦτο αὐτῶν μάλιστα τὸ μέρος ἀσφαλισάμενος.

4. Τὸ δὲ τῶν Μαγουσαίων ἔθνος (ὅπερ διὰ τῆς ἑτέρας ἐπιστολῆς σημῆναι (9) ἡμῖν κατηξίωσας) πολύ
D ἐστι παρ' ἡμῖν κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν χώραν διεσπαρμένον, ἀποίκων τὸ παλαιὸν (10) ἐκ τῆς Βαβυλωνίας ἡμῖν ἐπεισαχθέντων. Οἳ ἔθεσιν ἰδιάζουσι κέχρηνται, ἄμικτοι ὄντες πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους· λόγῳ δὲ πρὸς αὐτοὺς κεχρῆσθαι, καθό (11)

[a] Joan. VII, 51.

(6) *Ἔχομεν*. Ita tres mss. vetustissimi. Editi καὶ ἔχομεν.

(7) *Κρίνει*. Sic plerique mss. Editi κρινεῖ. Paulo ante, quamvis in omnibus codicibus legatur περὶ τῶν ἀδελφῶν, *multa audivimus de fratribus*, legendum tamen videtur παρὰ τῶν ἀδελφῶν. Hic enim fratrum nomine probabilius est eos designari, qui a S. Meletii partibus stabant, quam qui a Paulini.

(8) *Ἂν εἶλου*. Codex Medicæus εἶλω.

(9) *Σημῆναι*. Ita tres vetustissimi codices. Editi σημᾶναι.

(10) *Τὸ παλαιόν*. Ita mss. quinque. Editi τὸ πάλαι.

(11) *Καθό*. Med. et Coisl primus, καθ' ὅσον. Harl. καθ' ὅν.

Digitized by Google

σιν ἐξωγρημένοι ὑπὸ τοῦ διαβόλου εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, παντελῶς ἐστιν ἀδύνατον. Οὔτε γὰρ βιβλία εἰσὶ παρ' αὐτοῖς, οὔτε διδάσκαλοι δογμάτων, ἀλλὰ τοῖς ἀλόγῳ συντρέφονται, παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενοι τὴν ἀσέβειαν. Ἐκτὸς δὴ τούτων, ἃ ὑπὸ πάντων ὁρᾶται, τὴν ζωοθυσίαν παραιτοῦνται ὡς μίασμα, δι' ἀλλοτρίων χειρῶν τὰ πρὸς τὴν χρείαν θύοντα καταστράττοντες (12)· γάμοις ἐπιμαίνονται παρανόμοις· καὶ τὸ πῦρ ἡγοῦνται θεόν· καὶ εἴ τι τοιοῦτο. Τὰς δὲ ἐκ τοῦ Ἀβραὰμ γενεαλογίας οὐδεὶς ἡμῖν μέχρι τοῦ παρόντος τῶν μάγων ἐμυθολόγησεν· ἀλλὰ Ζαρνοῦάν τινα ἑαυτοῖς ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἐπιφημίζουσι. Διόπερ οὐδὲν ἔχω (13) πλέον στέλλειν ὑπὲρ αὐτῶν τῇ τιμιότητί σου.

A diaboli facti sunt præda, ut illius inserviant voluntati. Nam nec libri apud illos, nec dogmatum magistri, sed moribus insulsis instituuntur, filius a patre impietatem excipientes. Jam vero præter hæc quæ conspiciuntur ab omnibus, animalium cædem aversantur ut inquinamentum, alienis manibus animalia ad suos usus necessaria **395** mactantes : nuptiis insaniunt illegitimis, ac ignem deum esse arbitrantur ; et si quod aliud institutum ejusmodi. Cæterum magorum ab Abrahamo genealogias nemo hactenus nobis narravit : sed Zarnuam quemdam generis sui auctorem esse ferunt. Quapropter nihil amplius habeo, quod de his dignitati tuæ scribam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝΘ'.

EPISTOLA CCLIX *.

Videt Basilius quod pacem conciliare non potuerit, sed tamen nemini succenset. Non petit ut se crebro invisant Palladius et Innocentius, sed ut pro se precentur.

Παλλαδίῳ καὶ Ἰννοκεντίῳ μοναζουσιν (14).

Ἐγὼ πόσον μὲν ὑμᾶς ἀγαπῶ, εἰκάζειν ὀφείλετε ἐξ ὧν ἡμᾶς αὐτοὶ ἀγαπᾶτε. Καὶ εἰρήνης μὲν ἐπιθύμησα ἀεὶ γενέσθαι βραβευτὴς, ἀποτυγχάνων δὲ ὀδύρομαι μέν. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐ μὴν (15) ἐχθραίνειν ἄνεμαί τισι τούτου γε ἕνεκεν, εἰδὼς, ὅτι πάλαι παρ' ἡμῶν ἦρθη τὸ τῆς εἰρήνης καλόν. Εἰ δὲ παρ' ἄλλοις ἡ αἰτία τῆς διαστάσεως, παράσχοι Κύριος παύσασθαι τοὺς τὰς διχοστασίας ποιοῦντας. Οὐ μέντοι οὐδὲ ἐπιζητῶ συνεχῆ ὑμῶν τὴν ἐπιδημίαν· ὥστε τούτου ἕνεκεν μηδὲ ἀπολογεῖσθαί (16) μοι. Οἶδα γὰρ, ὅτι ἄνδρες τὸν πεπονημένον προελόμενοι βίον, καὶ διὰ τῶν χειρῶν ἑαυτοῖς τὰ ἀναγκαῖα συμπορίζομενοι, πολὺν ἀποδημεῖν χρόνον τῶν ἰδίων οὐ δύνανται. Ἀλλ' ὅπουπερ ἂν ἦτε, μέμνησθε ἡμῶν· καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ ἡμῶν (17), ἵνα αὐτοὶ γοῦν πρὸς ἑαυτοὺς εἰρήνην ἔχωμεν καὶ πρὸς τὸν Θεὸν, μηδεμιᾶς τοῖς λογισμοῖς ἡμῶν ταραχῆς ἐνοικούσης.

Palladio et Innocentio monachis.

Quantum ego vos diligam, conjicere debetis ex vestro in me amore. Et pacis quidem semper optavi conciliator esse, sed, re infecta, mœreo. Quomodo enim non mœrerem ? Sed tamen ea causa succensere nemini possum ; quippe cum sciam pacis bonum jam olim a nobis esse sublatum. Quod si in aliis causa residet dissensionis, faxit Dominus ut dissidiorum auctores conquiescant. Non sane a vobis peto, ut me crebro conveniatis. Quare non est cur ea de re causam apud me dicatis. Novi enim homines, pauperem amplexos vitam, ac semper suis manibus sibi necessaria comparantes, longo peregrinari tempore a suis ædibus non posse. Sed ubicunque locorum fueritis, nostri mementote : ac pro nobis precamini, ut nos saltem nobiscum ipsi pacem habeamus et cum Deo, nulla cogitationibus nostris perturbatione insidente.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞ'.

EPISTOLA CCLX **.

Loquax Optimi pluribus explicat Basilius illud Scripturæ : Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet; *tum etiam Lamechi ad uxores verba, et Simeonis ad Mariam.*

Ὀπτίμῳ ἐπισκόπῳ.

1. Καὶ ἄλλως (18) μὲν ἡδέως ὁρῶν τοὺς ἀγαθοὺς

Optimo episcopo.

1. Cum et alias libenter videam optimos pueros,

(12) *Καταστράττοντες.* Codices nonnulli καταστάζοντες. Basilii narrationem confirmant Bardesanes apud Eusebium, *Præp. evangel.*, lib. VI, p. 275, et ipse Epiphanius in *Expositione cathol. fid.* Primus testatur legem esse apud Persas ut filias et matres in matrimonium ducant ; neque id in Perside solum fieri, sed etiam quotquot e Perside migrarunt, quos Magusæos vocant, iisdem in flagitiis manere, et filiis quasi patriam hæreditatem hos mores tradere. Addit multos hactenus Magusæos reperiri in Media, Ægypto, Phrygia, et Galatia. Vide p. 259. Epiphanius ait Magusæos apud Persas simulacra detestari, sed ea tamen adorare, siquidem adorant ignem, solem et lunam.

(13) *Ἔχω.* Coisl. primus εἶχον. Ibidem editi τῇ τιμιότητί σου ὑπὲρ αὐτῶν. Tres codices vetustissimi, ut in textu, nisi quod Harlæanus habet περὶ αὐτῶν.

(14) *Μοναζουσιν.* Sic legitur in sex nostris codicibus. Editi μοναχοῖς. Tres codices, nempe Harl., Coisl. primus et Clarom. habent πρεσβυτέροις καὶ μονάζουσιν.

(15) *Οὐ μήν.* Ita tres vetustissimi codices. Plures alii οὐ μὴν δέ. Editi οὐ μὲν δέ.

(16) *Μηδὲ ἀπολογεῖσθαι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi μὴ ἀπολογεῖσθε.

(17) *Ὑπὲρ ἡμῶν.* Hæc desunt in Vaticano, Coisl. secundo et Reg. secundo.

(18) *Καὶ ἄλλως.* Post hæc verba addidimus vocula ex codicibus Harl. et Med. et uno ex Regiis. Ibidem Harlæanus codex prima manu ὁρῶ, et postea ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ γραμμάτων. *Et alias quidem libenter video*, etc., *at ubi cum litteris etiam tuis.* Editi ἐπειδὴ δὲ καὶ μετὰ γραμμάτων. Deest prima vocula in quinque veteribus libris, altera in tribus.

* Alias CLXXXIV. Scripta anno 377

** Alias CCCXVII. Scripta anno 377.

Digitized by Google

tum quia illorum mores ultra ætatem egregie compositi, tum propter eorum cum tua pietate necessitudinem, ex qua etiam magni aliquid ab eis exspectare licet; postquam cum litteris tuis vidi eos ad me venientes, duplicavi in illos amorem. Ubi autem legi epistolam, ac in ea perspexi cum providam animi tui de Ecclesiis sollicitudinem, tum legendæ Scripturæ divinæ studium; gratias egi Domino, ac bona precatus sum his qui tales nobis afferebant litteras, imprimis vero ipsi illi, qui nobis scripsit.

A παῖδας διά τε τὸ ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν τῶν ἠθῶν εὐστοθὲς καὶ διὰ τὸ πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν οἰκείων, ἀφ' οὗ τι καὶ μέγα προσδοκᾶν ἔστιν ἐπ' αὐτοῖς· ἐπειδὴ καὶ μετὰ γραμμάτων σῶν εἶδον αὐτοὺς προσιόντας μοι, ἐδιπλασίασα τὸ ἐπ' αὐτοῖς φίλτρον. Ὅτε δὲ ἀνέγνων τὴν ἐπιστολὴν, καὶ εἶδον ἐν αὐτῇ ὁμοῦ μὲν τὸ περὶ τὰς Ἐκκλησίας (19) προνοητικὸν τῆς σῆς διαθέσεως, ὁμοῦ δὲ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν θείων Γραφῶν ἐπιμελὲς, εὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐπηυξάμην τὰ ἀγαθὰ τοῖς τὰ τοιαῦτα ἡμῖν διακομίζουσι γράμματα, καὶ πρό γε αὐτῶν αὐτῷ τῷ γράψαντι ἡμῖν.

2. Quæsivisti, celeberrimum illud dictum et apud omnes susdeque versatum, quam solutionem **396** habeat: nempe illud: *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas solvet* [6]. Hac autem B interrogatione, primum quidem teipsum demonstrasti id quod Paulus præcepit Timotheo [7] accurate servare (liquet enim te attentum esse lectioni); deinde vero et nos, qui senes sumus, et jam emarcuimus et tempore et imbecillitate corporis, et multitudine afflictionum, quæ plurimæ in nos concitatæ vitam nostram prægravarunt, tamen exsuscitasti, ac fervens spiritu nos frigescentes, tanquam latentia in lustris animalia, ad mediocrem vigilantiam et vitalem operationem revocas. Atque illud quidem dictum et simpliciter sic intelligi potest, et variam accipere explanationem. Simplicior autem et quæ cuilibet possit sua sponte occurrere sententia, hæc est: oportere Cain septemplicem C dare pœnam peccatorum. Non enim est justi judicis, pares paribus statuere mercedes: sed necesse est ut mali inceptor cumulatius persolvat debita, si modo et ipse melior ex suppliciis futurus sit, et alios meliores facturus exemplo. Quoniam igitur statutum est, ut septemplicem Cain adimpleat peccatorum pœnam, dissolvet, inquit, id quod divino judicio de eo decretum est, qui eum occidet. Hæc est sententia sua sponte ex prima lectione nobis occurrens.

2. Ἐπεζήτησας τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο, καὶ παρὰ πᾶσιν ἄνω καὶ κάτω περιφερόμενον ῥητὸν, τίνα τὴν λύσιν ἔχει· τὸ, *Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.* Διὰ τούτου δὲ τῆς B μὲν αὐτὸς σεαυτὸν συνέστησας, τὸ τοῦ Τιμοθέου [20], ὃ παρέδωκεν αὐτῷ Παῦλος, ἀκριβῶς φυλάττειν (δῆλος γὰρ εἶ προσέχων τῇ ἀναγνώσει)· ἔπειτα καὶ ἡμᾶς τοὺς γέροντας, καὶ νεναρκηκότας ἤδη καὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ἀσθενείᾳ τοῦ σώματος, καὶ τῷ πλήθει τῶν θλίψεων, αἱ πολλαὶ νῦν περὶ ἡμᾶς κινηθεῖσαι ἐβάρησαν (21) ἡμῶν τὴν ζωὴν, ὅμως διανέστησας, καὶ ζέων τῷ πνεύματι κατεψυγμένους ἡμᾶς, ὡς τὰ φωλεύοντα τῶν ζώων, εἰς ἐγρήγορσιν μετρίαν καὶ ζωτικὴν ἐνέργειαν ἐπανάγεις (22). Ἔστι δ' οὖν τὸ ῥητὸν καὶ ἁπλῶς οὕτω νοηθῆναι δυνάμενον, καὶ ποικίλον ἐπιδέξασθαι (23) λόγον. Ἡ μὲν οὖν ἁπλουστέρα καὶ παντὶ δυναμένη ἐκ τοῦ προχείρου παραστῆναι διάνοια αὕτη ἐστίν· ὅτι δεῖ τὸν Κάϊν ἑπταπλασίονα ἀποδοῦναι (24) τὴν τιμωρίαν ὑπὲρ ὧν ἥμαρτεν. Οὐ γάρ ἐστι δικαίου κριτοῦ ἴσας πρὸς ἴσας ὁρίζειν τὰς ἀντιδόσεις (25)· ἀλλ' ἀνάγκη, τὸν κατάξαντα κακοῦ μετὰ προσθήκης ἀποτίσαι τὰ ὀφειλόμενα, εἰ μέλλοι αὐτός τε βελτίων ταῖς τιμωρίαις γενήσεσθαι, καὶ τοὺς λοιποὺς σωφρονεστέρους παρασχεῖν (26) τῷ ὑποδείγματι. Οὐκοῦν, ἐπειδὴ τέτακται ἑπτάκις ἀποπληρῶσαι τὴν δίκην τῶν ἡμαρτημένων τὸν Κάϊν, παραλύσει, φησὶ, τοῦτο τὸ ὑπὸ τῆς θείας κρίσεως ἐπ' αὐτῷ δεδογμένον, ὁ ἀποκτείνας αὐτόν. Οὗτός ἐστιν ὁ νοῦς ὁ ἐντεῦθεν ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμῖν ἀναγνώσεως ἡμῖν προσπίπτων.

3. Sed quia solet profunda scrutari hominum laboris amantium animus, quærit quomodo justitia in septemplici adimpleatur, et quid sint τὰ ἐκδικούμενα, utrum peccata septem, an unum peccatum, et septem pro uno supplicia? Semper quidem Scriptura remissionem peccatorum numero septenario definit. *Quoties*, inquit, *peccabit in me frater, et remittam illi* (Petrus est qui hæc Domino dicit)?

3. Ἐπειδὴ δὲ ἐρευνᾷν πέφυκε τὰ βάθη τῶν φιλοπονωτέρων ἡ διάνοια, ἐπιζητεῖ, τὸ δίκαιον πῶς ἐν D τῷ ἑπτάκις ἀποπληροῦται, καὶ τί τὰ ἐκδικούμενα, πότερον τὰ ἁμαρτηθέντα ἑπτά ἐστιν, ἢ ἓν μὲν τὸ ἁμάρτημα, ἑπτὰ δὲ ἐπὶ τῷ ἑνὶ αἱ κολάσεις; Ἡ μὲν οὖν ἡ Γραφὴ τὸν τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτημάτων ἀριθμὸν ἐν τοῖς ἑπτὰ περιορίζει. *Ποσάκις*, φησὶν, *ἁμαρτήσει εἰς ἐμὲ ὁ ἀδελφός μου*,

[6] Gen. IV, 15. [7] I Tim. IV, 13.

(19) *Περὶ τὰς Ἐκκλησίας.* Sic mss. octo. Editi περὶ τῆς.

(20) *Τιμοθέου.* Post hanc vocem addunt editi ποιῶν, quod melius multo deesse visum est in duobus Regiis, Bigot. altero, Coisl. secundo et uno Colbertino.

(21) *Ἐβάρησαν.* Coisl. primus ἐβάρυναν.

(22) *Ἐπανάγεις.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἐπανήγαγες.

(23) *Ἐπιδέξασθαι.* Nonnulli codices ἐπιδείξασθαι. Quidam alii ὑποδείξασθαι.

(24) *Ἀποδοῦναι.* Ita Harl. et Coisl. primus. Med. ἀποδιδόναι. Editi δοῦναι.

(25) *Ἀντιδόσεις.* Ita Harl. et Coisl. primus cum Anglicano et uno ex Regiis.

(26) *Ποιήσειν.* Multi codices sed recentiores ποιεῖν.

(27) *Ποσάκις.* Editi addunt γὰρ, quæ vocula

γω αὐτῷ; (Ὁ Πέτρος ἐστὶ λέγων τῷ Κυρίῳ.) ἑπτάκις; Εἶτα ἀπόκρισις τοῦ Κυρίου· *Οὐ λέγω σοι ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Οὐ γὰρ ἐπ' ἄλλον ἀριθμὸν μετέβη ὁ Κύριος, ἢ τὸν ἑπτὰ πολυπλασιάσας, ἐν αὐτῷ τὸν ὅρον τῆς ἀφέσεως. Καὶ δι' ἑπτὰ μὲν ἐτῶν ὁ Ἑβραῖος ἔλυτο τῆς δουλείας· ἑπτὰ δὲ ἑβδομάδες ἐτῶν τὸν ἐνδοξότατον ἰωβηλαῖον ἐποίουν ἐν τοῖς πάλαι, ἐν ᾧ ἀφίετο μὲν ἡ γῆ, χρεῶν δὲ ἦσαν ἀποκοπαὶ, καὶ δουλείας ἀπαλλαγὴ, καὶ οἱονεὶ νέος ἄνωθεν καθίστατο βίος, ἐν τῷ ἑβδοματικῷ ἀριθμῷ τοῦ παλαιοῦ πως τινὰ τὴν συντέλειαν δεχομένου. Ταῦτα δὲ τὰ τοῦ αἰῶνος τούτου, ὃς διὰ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν περικυκλούμενος ἡμᾶς παρατρέχει· ἐν ᾧ γίνονται τῶν μετριωτέρων ἁμαρτημάτων ἐκτίσεις, κατὰ τὴν φιλάνθρωπον ἐπιμέλειαν τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου, μὴ τῷ ἀπεράντῳ αἰῶνι παραδοθῆναι ἡμᾶς εἰς κόλασιν. Τὸ μὲν οὖν *ἑπτάκις* διὰ τὴν πρὸς τὸν κόσμον τοῦτον συγγένειαν, ὡς τῶν φιλοκόσμων ἀνθρώπων ἀπ' αὐτῶν ὀφειλόντων μάλιστα ζημιοῦσθαι, ἕνεκεν εἵλοντο πονηρεύεσθαι (28). Ἐκδικούμενα εἴτε τὰ παρὰ τοῦ (29) Κάϊν ἡμαρτημένα λέγοις, ἑπτὰ ἐστί· εἴτε τὰ παρὰ τοῦ κριτοῦ ἐπ' αὐτῷ ἐπιτεθέντα (30), καὶ οὕτως οὐκ ἀποτεύξῃ τῆς ἐννεάδος. Ἐν μὲν οὖν τοῖς παρὰ τοῦ Κάϊν τετολμημένοις πρῶτον ἁμάρτημα φθόνος ἐπὶ τῷ προτιμήσει τοῦ Ἄβελ· δεύτερον δόλος, μεθ' οὗ διελέχθη τῷ ἀδελφῷ, εἰπών· *Διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*· τρίτον βίας, προσθήκη τοῦ κακοῦ· τέταρτον, ὅτι καὶ ἀδελφοῦ φόνος, μείζων ἡ ἐπίτασις· πέμπτον, ὅτι πρῶτος φονεὺς ὁ Κάϊν, πονηρὸν ὑπόδειγμα τῷ μετ' αὐτὸν καταλιπών· ἕκτον ἀδίκημα, ὅτι γονεῦσι πένθος ἐποίησεν (31)· ἕβδομον, ὅτι Θεῷ ἐψεύσατο· ἐρωτηθεὶς γὰρ, *Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου;* εἶπεν, *Οὐκ οἶδα.* Ἑπτὰ οὖν τὰ ἐκδικούμενα παρελύετο ἐν τῷ ἀφεθῆναι τὸν Κάϊν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος, *Ἐπικατάρατος ἡ γῆ, ἣ ἔχανε δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου·* καὶ, *Στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς·* ὁ Κάϊν φησίν· *Εἰ ἐκβάλλεις με σήμερον ἀπὸ τῆς γῆς* (32), *καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, καὶ ἔσομαι στένων καὶ τρέμων ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με.* Πρὸς δὲ τοῦτο ὁ Κύριός φησιν· *Οὐχ οὕτω· πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν ἑπτὰ ἐκδικούμενα λυθήσεται.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐνόμισεν εὐάλωτος εἶναι καὶ ὁ Κάϊν, διὰ τὸ τὴν ἐπὶ τῆς γῆς (33) ἀσφάλειαν μὴ ἔχειν (ἐπικατάρατος γὰρ ἡ γῆ ἀπ' αὐτοῦ), καὶ τῆς ἀπὸ Θεοῦ βοηθείας ἠρημῶσθαι, ὀργισθέντος

A *Num usque septies?* Deinde responsum Domini : *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies* [8]. Non enim ad alium numerum transivit Dominus, sed septenarium multiplicans, in illo modum constituit remissionis. Post septem annos Hebræus liberabatur a servitute [9]. Septem hebdomades annorum celeberrimum jubilæum olim efficiebant [10], quo sabbatum terra servabat, debita rescindebantur, servi in libertatem asserebantur, ac veluti novum de integro constituebatur ævum, vetere per septenarium numerum quodam modo finem accipiente. Hæc autem figuræ eran hujus sæculi, quod per septem dies revolutum præterit ; in quo mediocrium peccatorum pœnæ solvuntur, secundum benignam divini nostri Domini provi-
B dentiam, ut ne infinito sæculo tradamur ad supplicium. Illud igitur, *septies*, propter hujus mundi amorem dictum est, eo quod mundi amatores ex his debeant maxime puniri, quorum causa improbi esse voluerunt. Quæ autem dicuntur ἐκδικούμενα, sive admissa a Cain **397** peccata intelligas, invenies septem : sive pœnas illi a judice constitutas, ne sic quidem a sententia aberrabis. In iis igitur quæ Cain perpetravit, primum peccatum, invidia ob prælatum Abelem : secundum, dolus, quo allocutus est fratrem, dicens, *Transeamus in campum* [11] ; tertium, cædes, mali accessio ; quartum, etiam fratris cædes, intentior iniquitas ; quintum, quod primus homicida Cain, malum exemplum sæculo relinquens ; sextum, quod parentibus luC ctum incussit ; septimum, quod Deo mentitus est ; interrogatus enim : *Ubi Abel frater tuus?* dixit *Nescio* [12]. Septem igitur ἐκδικούμενα dissolvebantur in Caini nece. Cum enim dixisset ei Dominus : *Maledicta terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui ;* et : *Gemens et tremens eris super terram ;* dixit Cain : *Si ejicis me hodie de terra, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram ; et omnis qui invenerit me, occidet me.* Ad hoc autem dixit Dominus : *Non sic : qui occiderit Cain, septem vindictas exsolvet* [13]. Quoniam enim credidit Cain se facile a quolibet captum iri, eo quod securitatem super terram non haberet (maledicta enim terra propter illum) et a
D Dei auxilio desertus esset, qui ei iratus erat ob cædem ; ut neque e terra, neque e cœlo relicta illi ope : *Erit*, inquit, *omnis qui invenerit me, occidet me.* Arguens illius errorem Scriptura dicit, *Non*

[8] Matth. XVIII, 21, 22. [9] Deut. XV, 12. [10] Lev. XXV, 10. [11] Gen. IV, 8. [12] ibid. 9. [13] ibid. 12, 14, 15.

st in tribus vetustissimis codicibus : deest seins verbum in pluribus recentioribus. Ibidem iidem codices ἀδελφός μου. Deerat vocula in s et in editis.

28) *Πονηρεύεσθαι.* Editi τὸ πονηρεύεσθαι. Deest culus in codicibus Harl., Coisl. utroque et duo- Regiis.

29) *Παρὰ τοῦ.* Ita Harl., Coisl. uterque et Reg. nus.

(30) *Ἐπαχθέντα.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ὁρισθέντα.

(31) *Ἐποίησεν.* Ita Harl., Coisl. uterque et unus ex Regiis. Editi ἐνεποίησεν. Ibidem eorumdem codicum auctoritate emendavimus quod erat in editis Θεὸν ἐψεύσατο.

(32) *Ἀπὸ τῆς γῆς.* Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς.

(33) *Ἐπὶ τῆς γῆς.* Sic Coisl. primus et Harl. Quatuor alii ἐκ τῆς γῆς. Editi ἀπὸ τῆς γῆς.

Digitized by Google

sic, id est, non occideris. Lucrum enim mors est his qui puniuntur, solutionem afferens ex molestiis. Sed produceris in vita, ut pro meritis peccatorum rependantur tibi supplicia. Quoniam igitur illud ἐκδικούμενον duplici sensu intelligitur, nempe peccatum, cui vindicta infligitur, et modus supplicii, per quod vindicta; videamus an septem suppliciorum modi inflicti fuerint ei, qui male fecerat.

τηθὲν, ἐφ' ᾧ ἡ ἐκδίκησις, καὶ ὁ τρόπος τῆς τρόποι βασανιστηρίων ἐπηνέχθησαν (35) τῷ πονηρευσαμένῳ.

4. Septem quidem peccata Caini superior enumeravit oratio. Nunc autem quærimus an septena sint, quæ ipsi ad supplicium inferuntur; ac sic disserimus. Interrogavit Dominus [14]: *Ubi est Abel frater tuus?* quod quidem non discere volens, sed pœnitentiæ illi occasionem præbens, benignus Dominus quæsivit, ut demonstrant ipsa verba. Postquam enim negavit ille, cito arguit, dicens: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me.* Quare illud, *Ubi est Abel frater tuus?* occasionem ei dabat persentiendi peccati, non Deo cognitionem afferebat. Nam si caruisset inspectione Dei, prætextum habuisset, ut derelictus, nec ullo instructus præsidio ad pœnitentiam. Nunc autem apparuit ei medicus, ut ad eum ægrotus confugiat. Ille autem non modo **398** abscondit ulcus, sed aliud insuper efficit, cædi mendacium adjungens, *Nescio. Num custos fratris mei sum ego?* Inde jam enumera supplicia. *Maledicta terra propter te.* Unum supplicium. *Operaberis terram.* Aliud supplicium. Necessitas enim arcana quædam imposita illi erat, ad opus agriculturæ urgens, ita ut ne volenti quidem liceret requiescere, sed semper cruciaretur cum inimica sua terra, quam maledictam ipse sibi fecerat, polluens eam fratricino sanguine. *Operaberis ergo terram.* Grave supplicium, cum iis, qui odio habent, degere, comitem habere hostem, implacabilem inimicum. *Operaberis terram*; hoc est, intentus ad opera agriculturæ, nullum tempus remittes, nec nocte nec die solutus a laboribus, sed domino quodam acerbo molestiorem habens arcanam necessitatem, ad opera te incitantem. *Et non adjiciet dare virtutem suam.* Atque etiamsi illud non intermissum opus aliquem habuisset fructum; ipse labor non mediocris fuisset cru-

αὐτῷ ἐπὶ τῷ φόνῳ, ὡς οὔτε ἀπὸ γῆς, οὔτε ἀπ' οὐ
ρανοῦ ἀντιλήψεως αὐτῷ λειπομένης· Ἔσται, φησ
πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με· ἐλέγχει (3
αὐτοῦ τὸ σφάλμα ὁ λόγος λέγων, Οὐχ οὕτω, τα
ἐστιν, οὐκ ἀναιρεθήσῃ. Κέρδος γὰρ τοῖς κολαζο
νοις ὁ θάνατος, ἀπαλλαγὴν φέρων τῶν λυπηρ
Ἀλλὰ παραταθήσῃ τῷ βίῳ, ἵνα κατ' ἀξίαν τ
ἡμαρτημένων ἀντιμετρηθῇ σοι τὰ κολαστήρια. Ἐπ
δὴ δὲ τὸ ἐκδικούμενον διχῶς νοεῖται, τό τε ἁμα
κολάσεως, δι οὗ ἡ ἐκδίκησις· ἴδωμεν εἰ ἐπ

4. Τὰ μὲν οὖν ἑπτὰ ἁμαρτήματα τοῦ Κάϊν ὁ
τοῖς κατόπιν ὁ λόγος ἀπηριθμήσατο. Νῦν δὲ ζητοῦμ
εἰ ἑπτά ἐστι τὰ εἰς κόλασιν αὐτῷ ἐπαγόμενα, κ
φαμεν οὕτως (36). Μετὰ τὴν πεῦσιν τοῦ Κυρίου, Πο
Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ἣν οὐχὶ μαθεῖν βουλόμενο
ἀλλὰ μετανοίας αὐτῷ ἀφορμὴν παρεχόμενος, ὁ φιλά
θρωπος Δεσπότης προσήγαγεν, ὡς δηλοῖ αὐτὰ τ
ῥήματα. Ἀρνησαμένου γὰρ αὐτοῦ, ταχὺν ποιεῖ
τὸν ἔλεγχον, εἰπών· Φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σ
βοᾷ πρός μέ. Ὥστε τὸ, Ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σο
ἐκείνῳ ἀφορμὴν ἐδίδου τῆς συναισθήσεως τοῦ ἡμα
τημένου, οὐ τῷ Θεῷ ἐγίνετο διδασκαλίας πρόφ
Εἰ γὰρ μὴ ἔτυχεν ἐπισκοπῆς Θεοῦ, εἶχεν ἂν πρό
σιν ὡς ἐγκαταλελειμμένος, καὶ οὐδεμίαν λαβὼν ἀφ
μὴν εἰς μετάνοιαν. Νῦν δὲ ἐπεφάνη αὐτῷ ὁ ἰατρ
ἵνα προσφύγῃ αὐτῷ (37) ὁ ἀσθενῶν. Ὁ δὲ οὐ μό
οὐ (37*) κρύπτει τὸ ἕλκος, ἀλλὰ καὶ ἕτερον προσ
ζεται, τῷ φόνῳ τὸ ψεῦδος ἐπισυνάπτων, Οὐκ οἶδα. Μ
φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμὶ ἐγώ; Ἐντεῦθεν λ
πὸν ἀρίθμει (38) τὰς τιμωρίας. Ἐπικατάρατος
γῆ ἀπὸ σοῦ. Μία κόλασις. Ἐργᾷ τὴν γῆν. Δευτ
αὕτη. Ἀνάγκη γάρ τις ἄῤῥητος αὐτῷ συνέζευκ
πρὸς τὸ ἔργον τῆς γῆς αὐτὸν κατεπείγουσα· ὡ
μηδὲ βουλομένῳ αὐτῷ ἐξεῖναι ἀναπαύεσθαι, ἀλλ
αὐτὸν προσταλαιπωρεῖσθαι τῇ ἐχθρᾷ αὐτοῦ γῇ,
ἐπικατάρατον αὐτὸς ἑαυτῷ (39) ἐποίησε, μιάνα
τὴν ἀδελφικῷ αἵματι. Ἐργᾷ οὖν τὴν γῆν. Δε
τιμωρία, ἡ μετὰ τῶν μισούντων διαγωγή, σύνε
ἔχειν πολέμιον, ἄπαυστον ἐχθρόν (40). Ἐργᾷ τ
γῆν· τουτέστι, κατατεινόμενος τοῖς ἔργοις τῆς γ
πονικοῖς, οὐδένα χρόνον ἀνήσεις, οὔτε νυκτὸς οὔ
ἡμέρας ἐκλυόμενος ἐκ τῶν πόνων, ἀλλὰ ἀεπείσ
τινὸς πικροῦ χαλεπωτέραν ἔχων τὴν ἄῤῥητον ἀνά
κην, ἐπὶ τὰ ἔργα σε διεγείρουσαν. Καὶ οὐ προσθή
δοῦναι τὴν ἰσχὺν αὐτῆς. Καίτοι εἰ καὶ τὸ τῆς ἐρ

[14] Gen. IV, 9 sqq.

(34) Ἐλέγχει. Editi ἐλέγχει δέ, sed hæc vocula deest in septem codicibus mss.

(35) Ἐπηνέχθησαν. Harl. et Coisl. primus ἐπῆχθησαν.

(36) Οὕτως. Ita tres vetustissimi codices. Editi οὕτω. Mox iidem codices ἀδελφός σού ἐστιν; οὐχὶ μαθεῖν. Totus hic locus non satis astrictus est: id quod Basilio nonnunquam accidit; nam ut verborum constructio perspiciatur, cogitatione interponenda est quædam parenthesis ab his verbis ἣν οὐχὶ μαθεῖν, usque ad illa Ὁ δὲ οὐ μόνον, vel etiam illa Ἐντεῦθεν λοιπὸν ἀριθμεῖ. Sed hæc in interpretando perspicuitatis causa neglexinus.

(37) Αὐτῷ. Multis in codicibus recentioribus deest.

(37*) Habent iidem codices οὐ μόνον κρύπτ et sic legit interpres.

(38) Ἀριθμεῖ. Ita tres vetustissimi codices. Edi ἀπαριθμεῖ. Mox iidem et multi alii ἐργᾷ. Ed ἐργάσῃ. Eadem infra occurrit varietas in hac voc inter editos et mss. codices.

(39) Αὐτὸς ἑαυτῷ. Deest prima vox in multis re centioribus codicibus. Paulo post iidem non ha bent αὐτὴν post μιάνας.

(40) Ἐχθρόν. Pro hac voce legitur τὸ μίσος i tribus vetustissimis codicibus.

Digitized by Google

; ἄπαυστον εἶχέ τινα καρπὸν, αὐτὸς ὁ πόνος οὐ A ciatus semper intento et laboranti. Sed quia et
ρία βάσανος ἦν τῷ ἀεὶ κατατεινομένῳ (41) καὶ opus non intermissum, et infructuosæ circa ter-
ῶντι. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐργασία ἄπαυστος, καὶ ram ærumnæ (non enim dabat virtutem suam);
ρτος ἡ περὶ γῆν ταλαιπωρία (οὐ γὰρ ἐδίδου τὴν tertium est hoc supplicium, inutilitas laborum.
ν)· τρίτη αὕτη ἐστὶ τιμωρία ἡ ἀκαρπία τῶν πόνων. *Gemens et tremens eris super terram.* Duo alia
ων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. Δύο προσέθηκεν tribus adjecit : gemitum continuum, et tremorem
ις ταῖς τρισί· στεναγμὸν διηνεκῆ, καὶ τρόμον corporis, virium firmitate membris destitutis.
σώματος, τὸν ἐκ τῆς ἰσχύος στηριγμὸν τῶν μελῶν Nam quia male usus fuerat viribus corporis, sub-
ἐχόντων. Ἐπειδὴ γὰρ κακῶς ἐχρήσατο τῇ δυνά- tractum illi robur, ita ut titubaret et quateretur,
τοῦ σώματος, ὑφῃρέθη αὐτοῦ ὁ τόνος, ὥστε κλο- nec panem facile posset ori admovere, aut potum
βᾶι αὐτὸν καὶ κατασείεσθαι, οὔτε ἄρτον (42) sumere, cum improba manus post nefarium sce-
ὡς προσφέρειν δυνάμενον τῷ στόματι, οὔτε ποτὸν lus ne propriis quidem et necessariis corporis
σκομίζειν· τῆς πονηρᾶς χειρὸς μετὰ τὴν ἀν- usibus jam ministrare sineretur. Aliud est sup-
ν (43) πρᾶξιν οὐδὲ ταῖς ἰδίαις καὶ ἀναγκαίαις plicium, quod ipse patefecit Cain, dicens : *Si ejicis*
ἰαις τοῦ σώματος λοιπὸν ὑπηρετεῖσθαι (44) συγ- *me nunc de terra, et a facie tua abscondar* Quid
κωμένης. Ἄλλη τιμωρία, ἣν αὐτὸς ἀπεκάλυψεν B est illud, *Si ejicis me de terra?* Id est, si me excludis
άϊν, εἰπών· *Εἰ ἐκβάλλεις με νῦν ἀπὸ τῆς γῆς,* ab utilitate quæ ex ea percipitur. Non enim trans-
ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι. Τί ἐστι ferebatur in alium locum, sed excludebatur ab
Εἰ ἐκβάλλεις με ἀπὸ τῆς γῆς; Τουτέστιν, εἰ illius bonis. *Et a facie tua abscondar.* Gravissimum
κίζεις με τῆς ἀπ' αὐτῆς ὠφελείας. Οὐ γὰρ μετ- hoc supplicium cordatis viris, separari a Deo. *Et*
θετο ἐφ' ἕτερον τόπον, ἀλλ' ἠλλοτριοῦτο τῶν ἀπ' *erit*, inquit, *omnis qui invenerit me, occidet me.*
ῆς (45) καλῶν. *Καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου* Conjecturam facit ex præcedentibus consenta-
κρυβήσομαι. Ἡ βαρυτάτη κόλασις τοῖς εὐφρονοῦ- neam. Si de terra ejicior, si a facie tua absconder, relinquitur ut a quolibet occidar. Quid igitur
(46) ὁ ἀπὸ Θεοῦ χωρισμός. *Καὶ ἔσται,* φησὶ, Dominus? *Non sic.* Sed posuit signum super ip-
ς *ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με.* Εἰκάζει ἐκ τοῦ sum. Septimum hoc supplicium, ut ne abscondatur
λούθου τῶν προαγόντων (47). Εἰ ἀπὸ τῆς γῆς quidem pœna, sed manifesto signo omnibus præ-
ἔλημαι, εἰ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσομαι, dicetur hunc esse nefandorum scelerum invento-
πται ἀπὸ παντὸς ἀναιρεῖσθαι. Τί οὖν ὁ Κύριος; rem. Est enim, si quis recte ratiocinetur, gravis-
χ οὕτως. Ἀλλ' ἔθετο σημεῖον ἐπ' αὐτόν. Ἑβδόμη sima pœnarum opprobrium : quod quidem et in
ἡ τιμωρία, τὸ μηδὲ κρύπτεσθαι τὴν τιμωρίαν, C judicio futurum didicimus, quia alii resurgent in
ὰ σημείῳ προδήλῳ πᾶσι προκεκηρύχθαι, ὅτι vitam æternam, et alii in opprobrium et dedecus
ὡς ἐστιν ὁ τῶν ἀνοσίων ἔργων δημιουργός. Καὶ sempiternum [15].
ῳ τῷ ὀρθῶς λογιζομένῳ βαρυτάτη κολάσεων ἡ
χύνη· ἣν καὶ περὶ τῆς κρίσεως μεμαθήκαμεν, ὅτι οὗτοι ἀναστήσονται εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ οὗτοι
αἰσχύνην καὶ ὀνειδισμὸν (48) αἰώνιον.

ι. Ἀκολουθεῖ τούτῳ ζήτημα συγγενὲς, τὸ παρὰ 5. Sequitur hanc quæstionem alia similis, **399**
Λάμεχ ταῖς γυναιξὶν εἰρημένον, ὅτι *Ἄνδρα* quod a Lamech uxoribus dictum est : *Occidi virum*
ἔκτεινα (49) *εἰς τραῦμα ἐμοὶ, καὶ νεανίσκον εἰς in vulnus mihi, et adolescentulum in livorem mihi :*
μώπά μοι· ὅτι ἑπτάκις ἐκδεδίκηται ἐκ Κάϊν, *quoniam septies vindicatum est de Cain : de Lamech*
δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. Καὶ νομίζουσί *autem septuagies septies* [16]. Existimant nonnulli a
ις ὑπὸ τοῦ Λάμεχ ἀνῃρῆσθαι τὸν Κάϊν· ὡς μέχρι Lamech occisum esse Cain, quasi is usque ad
γενεᾶς ἐκείνης διαρκέσαντος αὐτοῦ, ἐπὶ τῷ μα- hanc ætatem vixerit, ut longiores persolveret
κρὰν δοῦναι τὴν τιμωρίαν. Ἔστι δὲ οὐκ ἀληθές. pœnas. Sed id verum non est. Duas enim illum
γὰρ φαίνεται φόνους πεποιηκὼς, ἐξ ὧν αὐτὸς cædes patrasse perspicitur ex his quæ ipse narrat :
γεῖται· *Ἄνδρα ἀπέκτεινα καὶ νεανίσκον·* τὸν D *Virum occidi, et adolescentulum ;* virum in vulnus,
ρα εἰς τραῦμα, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα. Ἄλλο et adolescentulum in livorem. Aliud igitur vulnus,
τραῦμα, καὶ ἄλλο μώλωψ· καὶ ἄλλο ἀνὴρ, καὶ et aliud livor : ac aliud vir, et aliud adolescentu-

[15] Dan. XII, 2. [16] Gen. IV, 23, 24.

(41) *Κατατειομένῳ.* Sic mss. summo consensu, is tamen commode legitur in editis κατατειρο-ῳ.

(42) *Οὔτε ἄρτον.* Editi præmittunt καί, quod est in novem veteribus libris.

(43) *Ἀνοσίαν.* Sic reperimus in octo mss. Editi ὁσίαν.

(44) *Ὑπηρετεῖσθαι.* narl. ὑπηρετήσασθαι.

(45) *Ἀπ' αὐτῆς.* Præpositio addita ex novem mss.

(46) *Εὐφρονοῦσιν.* Ita tres vetustissimi codices. liti σωφρονοῦσιν. Paulo post editi καὶ ἔστι. Mss. in textu.

(47) *Τῶν προαγόντων.* Coisl. secundus et Reg. secundus τῶν πραγμάτων, et paulo post ὑπὸ παντός.

(48) *Καὶ ὀνειδισμόν.* Ita tres vetustissimi codices cum quatuor aliis. Editi καὶ εἰς ὀνειδισμόν.

(49) *Ἄνδρα ἀπέκτεινα.* In Coisl. utroque, duobus Regiis, Vaticano et Bigot. altero sic legitur hoc Scripturæ testimonium : Ἄνδρα ἀπέκτεινα καὶ νεανίσκον. Τὸν ἄνδρα εἰς τραῦμα, καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπά μοι· *Virum occidi et adolescentulum. Virum in vulnus et adolescentulum in livorem mihi.* Consentiunt cum editis Medicæus, Harlæanus et Colbertinus.

Digitized by Google

lus. *De Cain vindicatum est septies, de Lamech vero septuagies septies.* Æquum est ut quadringenta et nonaginta subeam supplicia ; si justum Dei judicium de Cain, ut septem ille persolveret pœnas. Ille enim, quemadmodum ab alio non didicit occidere, ita non vidit pœnas subeuntem homicidam. Ego autem ante oculos habens eum qui gemebat, et tremebat, et magnitudinem iræ Dei, sapiens non factus sum exemplo. Unde æquum est ut quadringenta et nonaginta luam supplicia. Quidam autem in ejusmodi sententiam delati sunt, quæ non abhorret ab ecclesiastico dogmate : scilicet a Cain usque ad diluvium septem præterierunt generationes, et inflictum est universæ terræ supplicium, eo quod late diffusa esset iniquitas. Peccatum autem Lamechi non indiget diluvio ad curandum, sed ipso illo qui tollit peccatum mundi [17]. Enumera igitur ab Adam usque ad adventum Christi generationes ; et invenies secundum Lucæ genealogiam in septuagesima et septima generatione natum esse Dominum. Atque hæc quidem pro viribus investigata sunt, multis, quæ investigari poterant, prætermissis, ne ultra epistolæ modum sermonem producamus ; sufficiunt autem prudentiæ tuæ vel exigua semina. *Da enim*, inquit, *sapienti occasionem, et sapientior erit* [18]; et : *Sermonem accipiens sapiens, laudabit illum, et adjiciet super illum* [19].

A ἄλλο νεανίσκος. Ὅτι *ἐκ Κάϊν ἐκδεδίκηται ἑπτάκις ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά.* Τετρακοσι καὶ ἐννενήκοντα τιμωρίας ὑποσχεῖν εἰμι δίκαιος εἴπερ δικαία ἡ τοῦ Θεοῦ κρίσις ἐπὶ τῷ Κάϊν, ὡς ἑπτὰ αὐτὸν παρασχεῖν τὰς κολάσεις. Ὁ μὲν γὰ ὥσπερ οὐκ ἔμαθε παρ' ἄλλου φονεύειν, οὕτως οὐ οἶδε τιμωρίαν ὑπέχοντα φονευτήν· ἐγὼ δὲ, ἐν ὀφθα μοῖς ἔχων τὸν στένοντα, καὶ τρέμοντα, καὶ τὸ μέγ θος τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐσωφρονίσθην τῷ ἐκ δείγματι. Ὅθεν ἄξιός εἰμι τετρακοσίας καὶ ἐννεή κοντα δοῦναι κολάσεις. Ἔνιοι δέ τινες (50) τρ τοιοῦτον ὥρμησαν λόγον, οὐκ ἀπᾴδοντα τοῦ ἐκκλη στικοῦ δόγματος· ὅτι ἀπὸ τοῦ Κάϊν ἕως τοῦ κα κλυσμοῦ ἑπτὰ παρεληλύθασι γενεαὶ, καὶ ἐπῆλθε πάσῃ τῇ γῇ ἡ τιμωρία, διὰ τὸ πολλὴν γενέσθαι χώ τῆς ἁμαρτίας. Τὸ δὲ ἁμάρτημα τοῦ Λάμεχ οὐ κα κλυσμοῦ δεῖται πρὸς θεραπείαν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ φ ροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Ἀριθμησον τοί ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ γενεὰς, καὶ εὑρήσεις, κατὰ τὴν τοῦ Λουκᾶ γενεα γίαν, τῇ ἑβδομηκοστῇ καὶ ἑβδόμῃ διαδοχῇ γεγεν μένον (52) τὸν Κύριον. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς ὄνημ ἐξητάσθη, πολλῶν τῶν ἐνόντων ἐξετασθῆναι πα εθέντων, ἵνα μὴ ἔξω τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς ὁ λόγον προαγάγωμεν· ἀρκεῖ δὲ τῇ συνέσει σου καὶ βραχέα σπέρματα. *Δίδου γάρ*, φησὶ, *τῷ σοφῷ ἀφο μὴν, καὶ σοφώτερος ἔσται·* καὶ, *Λέγον δεξάμε νος σοφὸς, αἰνέσει αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προ θήσει.*

B

6. Simeonis autem ad Mariam verba nihil habent quod aut varium sit, aut profundum. *Benedixit* enim *illis Simeon, et dixit ad Mariam matrem ejus : Ecce hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum in Israel, et in signum, cui contradicetur. Tuam autem ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes* [20]. In quibus illud miratus sum, quomodo, præcedentia ut clara prætermittens, de hoc uno quæsieris : *Tuam autem ipsius animam pertransibit gladius.* Ac mihi quidem non minus videtur difficile, quomodo idem in ruinam positus sit et in resurrectionem, et quid sit signum cui contradicetur, quam illud tertium, quomodo Mariæ animam pertransibit gladius.

C

6. Τὰ δὲ τοῦ Συμεὼν ῥήματα πρὸς τὴν Μαρ οὐδὲν ἔχει ποικίλον, οὐδὲ βαθύ *Εὐλόγησε γὰρ αὐτο Συμεὼν, καὶ εἶπε πρὸς Μαρίαν τὴν μητέρα αὐτο Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστα πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντι γόμενον. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελε σεται ῥομφαία· ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πο λῶν καρδιῶν διαλογισμοί.* Ἐν οἷς ἐκεῖνο ἐθαύμα πῶς, τὰ προάγοντα ὡς σαφῆ παρελθὼν, ἐν τούτῳ ἐπεζήτησας, τὸ, *Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν δι ελεύσεται ῥομφαία.* Καίτοι ἐμοὶ οὐχ ἧττον φαίνε ἄπορον, πῶς ὁ αὐτὸς εἰς πτῶσιν κεῖται καὶ ἀνάστ σιν· καὶ τί τὸ σημεῖον τὸ ἀντιλεγόμενον· καὶ τ τον (54), πῶς τῆς Μαρίας τὴν ψυχὴν διελεύσε ῥομφαία.

D

7. Existimo igitur in ruinam et resurrectionem esse Dominum, non quod alii cadant, **400** et alii resurgant, sed quod vitium in nobis cadat, et virtus resurgat. Eversor est enim corporearum libidinum Domini adventus, et excitator animæ proprietatum. Velut cum ait Paulus : *Cum enim infirmor, tunc potens sum* [21]; idem infirmatur et potens

7. Ἡγοῦμαι τοίνυν εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν εἶ τὸν Κύριον, οὐκ ἄλλων πιπτόντων, καὶ ἄλλων ἀ ισταμένων, ἀλλὰ τοῦ ἐν ἡμῖν χείρονος καταπίπτοντ καὶ τοῦ βελτίονος διανισταμένου. Καθαιρετικὴ γὰρ τῶν σωματικῶν παθῶν ἐστιν ἡ τοῦ Κυρίου ἐ φάνεια, διεγερτικὴ δὲ τῶν τῆς ψυχῆς ἰδιωμάτ Ὡς ὅταν λέγῃ Παῦλος (55)· *Ὅταν ἀσθενῶ, τό*

[17] Joan. I, 29. [18] Prov. IX, 9. [19] Eccli. XXI, 18. [20] Luc. II, 34, 35. [21] II Cor. XII, 10.

(50) *Ἔνιοι δέ τινες.* Postrema vox addita ex tribus vetustissimis codicibus.

(51) *Καὶ ἐπήχθη.* Sic iidem tres mss. Editi καὶ εὐθέως ἐπήχθη· *et statim inflictum est*, etc.

(52) *Γεγεννημένον.* Ita plerique mss. codices. Editi γεγενημένον.

(53) *Ἐν τούτῳ.* Sic ope mss. codicum emenda vimus quod prave in editis legebatur ἐν τούτῳ.

(54) *Καὶ τρίτον.* Legendum ἢ τρίτον, aut me poterit erui ex his verbis sententia.

(55) *Λέγῃ Παῦλος.* Ita Coisl. uterque, Med. tres alii. Editi λέγει ὁ Παῦλος. Non tamen deest a ticulus in Medicæo codice, sed deest in Harlæa

Digitized by Google

ματός εἰμι· ὁ αὐτὸς καὶ ἀσθενεῖ καὶ δύναται, ἀλλ' ἀσθενεῖ μὲν τῇ σαρκὶ, δυνατὸς δὲ ἐστι τῷ πνεύματι. τω καὶ ὁ Κύριος οὐχὶ τοῖς μὲν τοῦ πίπτειν τὰς ορμὰς παρέχει, τοῖς δὲ τοῦ ἀνίστασθαι. Οἱ γὰρ πίπτοντες ἀπὸ τῆς στάσεως, ἐν ᾗ ποτε ἦσαν, κατα-πίπτουσι. Δῆλον δὲ ὅτι οὐδέποτε στήκει (56) ὁ ἄπι-στος, ἀεὶ χαμαὶ συρόμενος, μετὰ τοῦ ὄφεως, ᾧ συν-ἕπεται. Οὐκ ἔχει οὖν ὅθεν πέσῃ, διὰ τὸ προκαταβε-βλῆσθαι τῇ ἀπιστίᾳ. Ὥστε πρώτη εὐεργεσία τὸν ἥκοντα τῇ ἁμαρτίᾳ πεσεῖν καὶ ἀποθανεῖν, εἶτα ἐγεί-ρεσθαι (57) τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ἀναστῆναι, τῆς εἰς ἑκάτερον πίστεως (58) ἑκάτερον ἡμῖν χαριζομένης. Πρόσθω τὰ χείρονα, ἵνα λάβῃ καιρὸν τὰ βελτίονα πρὸς τὴν ἀνάστασιν. Ἐὰν μὴ πέσῃ ἡ πορνεία, ἡ σωφροσύνη οὐκ ἀνίσταται. Ἐὰν μὴ ἡ ἀλογία συν-τριβῇ, τὸ λογιστικὸν ἐν ἡμῖν (59) οὐκ ἀνθήσει. Οὕτως οὖν εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν (60).

8. Εἰς δὲ *σημεῖον ἀντιλεγόμενον*. Κυρίως σή-μεῖον ἐγνωμεν παρὰ τῇ Γραφῇ τὸν σταυρὸν εἰρη-μένον. Ἔθηκε γὰρ, φησὶ, *Μωσῆς τὸν ὄφιν ἐπὶ σημείου*· τουτέστιν, ἐπὶ σταυροῦ. Ἢ σημεῖόν ἐστι παραδόξου τινὸς καὶ ἀφανοῦς πράγματος ἐνδεικτι-κὸν ὁρώμενον παρὰ τῶν ἁπλουστέρων, νοούμενον παρὰ τῶν ἐντρεχῶν (61) τὴν διάνοιαν. Ἐπεὶ οὖν πολλοὶ ζυγομαχοῦντες περὶ τῆς ἐνανθρωπή-σεως τοῦ Κυρίου· οἱ μὲν ἀνειληφέναι σῶμα, οἱ δὲ σώματον αὐτοῦ τὴν ἐπιδημίαν γεγενῆσθαι διοριζό-μενοι· καὶ οἱ μὲν παθητὸν ἐσχηκέναι τὸ σῶμα, οἱ φαντασίᾳ τινὶ τὴν διὰ σώματος οἰκονομίαν πλη-ροῦν· καὶ ἄλλοι χοϊκὸν (62), ἄλλοι δὲ ἐπουράνιον σῶμα· καὶ οἱ μὲν προαιώνιον τὴν ὕπαρξιν, οἱ δὲ ἐκ Μαρίας τὴν ἀρχὴν ἐσχηκέναι· διὰ τοῦτο *Εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον*.

9. Ῥομφαίαν δὲ λέγει τὸν λόγον τὸν πειραστικὸν, κριτικὸν τῶν ἐνθυμήσεων, τὸν διικνούμενον ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς τε καὶ πνεύματος (63), ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, καὶ κριτικὸν ἐνθυμήσεων (64). Ἐπειδὴ πᾶσαν πᾶσα ψυχὴ παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους οἱονεὶ ἀφίσει τινὶ ὑπεβάλλετο, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φω-νὴν, εἰπόντος, ὅτι *Πάντες σκανδαλισθήσεσθε ἐν ἐμοὶ* [1]· προφητεύει ὁ Συμεὼν καὶ περὶ αὐτῆς τῆς Μα-ρίας, ὅτι παρεστῶσα τῷ σταυρῷ, καὶ βλέπουσα τὰ γινόμενα, καὶ ἀκούουσα τῶν φωνῶν, μετὰ τὴν τοῦ Γαβριὴλ μαρτυρίαν, μετὰ τὴν ἀπόῤῥητον γνῶσιν τῆς συλλήψεως, μετὰ τὴν μεγάλην τῶν θαυμάτων

A est, sed infirmatur quidem carne, potens est autem spiritu. Ita et Dominus nequaquam aliis quidem cadendi causas præbet, aliis vero resurgendi. Nam qui cadunt, ex statu, in quo aliquando erant, cadunt. Liquet autem nunquam stare infidelem, ut qui semper humi repat cum serpente quem assectatur. Non habet igitur unde cadat, jam præcipitatus infidelitate. Quare primum beneficium est, ut qui stat in peccato, cadat et moriatur, deinde vivat justitiæ et resurgat, utrumque fide in Christum nobis largiente. Cadant pejora, ut locum habeant meliora resurgendi. Nisi cadat fornicatio, temperantia non resurget. Nisi id quod a ratione alienum est, conteratur, id quod rationale est in nobis non B florebit. Sic igitur in ruinam et resurrectionem multorum.

8. *In signum* autem *cui contradicetur*. Proprie *signum* novimus in Scriptura crucem appellari. *Posuit* enim, inquit, *Moses serpentem super signum* [22], id est, super crucem. Vel signum est inopinatæ cujusdam et obscuræ rei indicium : ac videtur quidem a simplicioribus, intelligitur autem ab his qui mente sunt perspicaces. Quoniam igitur non cessant digladiari de Incarnatione Domini : alii quidem eum corpus assumpsisse, alii vero incorporeum illius adventum fuisse decernentes : alii passibile corpus habuisse, alii specie quadam corpoream dispensationem adimplevisse : alii terrestre, alii cœleste corpus : alii eum ab æterno C. præexstitisse, alii ex Maria initium accepisse : propterea *In signum cui contradicetur*.

9. Gladium autem dicit sermonem tentandi vim habentem et discernendi cogitationes, pertingentem usque ad divisionem animæ et spiritus, artuum quoque et medullarum [23]. Quoniam igitur omnis anima passionis tempore cuidam veluti dubitationi subjecta fuit, secundum Domini vocem, dicentis : *Omnes scandalizabimini in me* [24] ; vaticinatur Simeon et de ipsa Maria, astante cruci, et vidente quæ gerebantur, et voces audiente ; post Gabrielis testimonium, post arcanam divinæ conceptionis cognitionem, post plurima exhibita miracula, erit, inquit, quædam et circa animam

[1] Num. xxi, 8. [22] Hebr. iv, 12. [24] Matth. xxvi, 31.

56) *Στήκει*. Tres codices non vetustissimi habent εἰστήκει. In iisdem desunt paulo post hæc ἐφ' ᾧ συνέπεται.

57) *Εἶτα ζῆσαι*. Consentiunt in hac scriptura tres libri. Editi εἶτα τὸ ζῆσαι.

58) *Πίστεως*. Pro hac voce miror legi γνώ-σεως in tribus vetustissimis codicibus. Paulo post alii codices recentiores τὰ βελτίω εἰς τὴν ἀνά-στασιν.

59) *Τὸ λογιστικὸν ἐν ἡμῖν*. Ita Harl. et Coisl. primus. Editi τὸ λογιστικὸν τὸ ἐν ἡμῖν. Legitur λο-γιστὸν in quinque codicibus non antiquissimis.

60) *Πολλῶν. Εἰς δὲ σημεῖον ἀντιλεγόμε-νον*, etc. Consentientibus veteribus libris hunc locum sanavimus. Legebantur enim in editis hæc D verba post εἰρημένον. Paulo post legitur in pluribus recentioribus codicibus ὃ σημεῖόν ἐστι, *super crucem, quæ signum est*.

(61) *Παρὰ τῶν ἐντρεχῶν*. Pro his vocibus legitur in quatuor codicibus non vetustissimis παρ' αὐτῶν.

(62) *Καὶ ἄλλοι χοϊκόν*. Deest conjunctio in Medicæo et Coisl. primo.

(63) *Καὶ πνεύματος*. In Medicæo, Harl., Coisl. primo et Reg. primo legitur καὶ σώματος, *usque ad divisionem animæ et corporis*.

(64) *Καὶ κριτικὸν ἐνθυμήσεων*. Hæc desunt in nonnullis codicibus recentioribus, et videntur redundare.

Digitized by Google

tuam fluctuatio. Oportebat enim Dominum **401** pro omnibus gustare mortem, ac propitiationem mundi factum, omnes justificare in suo sanguine. Et te igitur ipsam, quæ cœlitus didicisti quæ ad Dominum spectant, tanget quædam dubitatio. Hoc designat gladius. *Ut revelentur ex multis cordibus cogitationes* : significat, post scandalum, quod in Christi cruce contigit, discipulis ac ipsi Mariæ celerem quamdam medicinam affuturam a Domino, quæ ipsorum corda confirmaret in illius fide. Sic enim videmus et Petrum, postquam scandalum passus est, firmius fidem in Christum retinuisse. Quod igitur humanum erat, imbecillum esse probatum est, ut potentia Domini demonstraretur.

A ἐπίδειξιν, γενήσεται, φησί, τις καὶ περὶ τὴν σὴν ψυχὴν σάλος (65). Ἔδει γὰρ τὸν Κύριον ὑπὲρ παντὸς (66) γεύσασθαι θανάτου, καὶ ἱλαστήριον γενόμενον τοῦ κόσμου, πάντας δικαιῶσαι ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι. Καὶ σοῦ οὖν αὐτῆς, τῆς ἄνωθεν δεδιδαγμένης τὰ περὶ τοῦ Κυρίου, ἅψεταί τις διάκρισις. Τοῦτο ἔστιν ἡ ῥομφαία. *Ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἀπὸ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί* · αἰνίττεται, ὅτι μετὰ τὸν σκανδαλισμὸν, τὸν ἐπὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ γενόμενον, τοῖς τε μαθηταῖς καὶ αὐτῇ τῇ Μαρίᾳ ταχεῖά τις ἴασις ἐπακολουθήσει παρὰ τοῦ Κυρίου, βεβαιοῦσα αὐτῶν τὴν καρδίαν εἰς τὴν ἐπ' αὐτῷ πίστιν. Οὕτω γὰρ εἴδομεν καὶ Πέτρον μετὰ τὸ σκανδαλισθῆναι βεβαιότερον τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀντισχόμενον. Τὸ ἀνθρώπινον οὖν σαθρὸν διηλέγχη,

B ἵνα τὸ ἰσχυρὸν τοῦ Κυρίου διαδειχθῇ.

EPISTOLA CCLXI *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΑ'

Cum scripsissent Basilio Sozopolitani nonnullos carnem cœlestem Christo affingere et affectus humanos in ipsam divinitatem conferre ; breviter hunc errorem refellit ; ac demonstrat nihil nobis prodesse passiones Christi, si non eumdem ex nostra carnem habuit. Quod spectat ad affectus humanos, probat naturales a Christo assumptos fuisse, vitiosos vero et quaquam

Sozopolitanis.

1. Legi litteras vestras, fratres perquam reverendi, quas de rebus vestris scripsistis. Atque equidem quod nos sollicitudinum socios adhibuistis ad rerum vobis necessariarum ac studio dignarum curam, Domino egimus gratias. Sed ingemuimus, ubi audivimus præter turbas, quas Ariani in Ecclesiis excitarunt, ac confusionem, quam in fidei doctrinam induxerunt, adhuc et aliam quamdam novitatem, quæ in plurimum mœrorem, ut mihi scripsistis, conjicit fraternitatem, vobis obortam esse, ab hominibus nova et auribus fidelium inaudita veluti ex Scripturæ doctrina introducentibus. Scripsistis enim nonnullos apud vos esse, qui dissolvant salutarem dispensationem Domini nostri Jesu Christi, quantum in ipsis est, ac evertant magni mysterii gratiam, taciti quidem a sæculis [25], sed declarati suis temporibus, cum Dominus, qui jam omnia ad generis humani medelam attinentia percurrerat, post omnia suum nobis largitus est

[25] I Tim. III, 16.

Τοῖς ἐν Σωζοπόλει.

1. Ἐνέτυχον τοῖς γράμμασιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ἃ περὶ τῶν καθ' ὑμᾶς πραγμάτων ἐπεστείλατε. Καὶ ὅτι μὲν ἡμᾶς κοινωνοὺς φροντίδων παρελάβετε (67) εἰς τὴν τῶν ἀναγκαίων ὑμῖν καὶ σπουδῆς ἀξίων ἐπιμέλειαν, ηὐχαριστήσαμεν τῷ Κυρίῳ. Ἐστενάξαμεν δὲ, ἀκούσαντες, ὅτι πρὸς τῇ παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἐπαγομένῃ ταραχῇ ταῖς Ἐκκλησίαις καὶ τῇ συγχύσει, ἣν ἐκεῖνοι περὶ τὸν τῆς πίστεως λόγον πεποίηνται, ἔτι καὶ ἄλλη τις ὑμῖν ἀνεφάνη (68) καινοφωνία, εἰς πολλὴν ἀδημονίαν ἐμβάλλουσα τὴν ἀδελφότητα, ὡς ἐπεστείλατε ἡμῖν, ἀνθρώπων καινῶν καὶ ἀσυνήθη ταῖς ἀκοαῖς τῶν πιστῶν ὡς ἐκ τῆς τῶν Γραφῶν διδασκαλίας δῆθεν παρεισαγόντων. Ἐγράφητε γὰρ εἶναί τινας παρ' ὑμῖν τοὺς λύοντας τὴν σωτήριον οἰκονομίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσον τ' ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἀθετοῦντας τοῦ μεγάλου μυστηρίου τὴν χάριν, τοῦ σεσιγημένου μὲν ἀπὸ τῶν αἰώνων, φανερωθέντος δὲ καιροῖς ἰδίοις, ὅτε ὁ Κύριος, πάντα διεξελθὼν (69) τὰ εἰς ἐπιμέλειαν ἥκοντα τοῦ γένους

* Alias LXV. Scripta circa annum 377.

(65) *Σάλος*. Fatendum sane est hoc loco S. Basilium (quod equidem me certo scio non sine ipsius pace dicturum) longe aberrare et ab evangelica historia et a recta Simeonis verborum interpretatione. Nihil enim ejusmodi de sanctissima Deipara suspicari sinunt, cum ipsius constantia in filii morte oculis suis spectanda, tum teneræ ad eam filii moricuris voces. Sed quamvis illius fides minime vacillaverit, non idcirco tamen materna viscera dolore illo caruerunt, quem ei sub gladii nomine Simeon prædicit. Videtur Basilius hanc opinionem hausisse ex Origenis fontibus, quamvis in hoc legendo scriptore satis cautus fuerit. Id enim docet Origenes homil. 27 *in Lucam*. Nonnulli alii post Basilium scriptores idem commentum secuti sunt, quos recenset Petavius lib. XIV *De Incarn.*, c. 1.

(66) *Ὑπὲρ παντός*. Consentiunt in hac scriptura codices mss. Editi ὑπὲρ πάντων. Paulo ante editi τὴν ψυχὴν τὴν σήν. Mss. ut in textu.

(67) *Παρελάβετε*. Coisl. primus et Med. παρελαμβάνετε.

(68) *Ἀνεφάνη*. Ita Coisl. primus et Med. cum tribus aliis. Editi ἐνεφάνη, exceptis tamen vetustis editionibus. Paulo post iidem duo codices Ἐγράφητε γὰρ εἶναι pro eo quod erat in editis Ἐγράφετε δὲ εἶναι.

(69) *Διεξελθών*. Notandum diligenter hoc verbum, quod idcirco simillima voce Latina reddidimus, nempe *percurrerat*, quia indicat Basilius Filium Dei, antequam nasceretur ex Virgine, aliquis patribus apparuisse. Hinc contendit in libro II *in Eunomium*, eum qui Deus et angelus vocatur, ac Moysi apparuit, non alium esse quam Filium. Simili sensu Filius Dei apud Clementem Alexandrinum in libro *Quis dives salvandus*, n. 8, dicitur : *A creatione mundi usque ad signum crucis humanitatem percurrisse :* Ἀπὸ γενέσεως μέχρι τοῦ σημείου τὴν ἀνθρωπότητα διατρέχων.

Digitized by Google

τῶν ἀνθρώπων (70), ἐπὶ πᾶσι τὴν οἰκείαν ἐχαρίσατο ἡμῖν ἐπιδημίαν. Ὠφέλησε γὰρ τὸ ἑαυτοῦ πλάσμα, πρῶτον μὲν διὰ πατριαρχῶν, ὧν οἱ βίοι ὑποδείγματα καὶ κανόνες προετέθησαν τοῖς βουλομένοις ἀκολουθεῖν τοῖς ἴχνεσι τῶν ἁγίων, καὶ κατὰ τὸν ὅμοιον ἐκείνοις ζῆλον φθάσαι πρὸς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων τελείωσιν· εἶτα νόμον ἔδωκεν εἰς βοήθειαν, δι' ἀγγέλων αὐτὸν διαταξάμενος ἐν χειρὶ Μωϋσέως· εἶτα προφήτας, προκαταγγέλλοντας τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι σωτηρίαν, κριτὰς, βασιλεῖς, δικαίους, ποιοῦντας δυνάμεις ἐν χειρὶ κρυφαίᾳ (71). Μετὰ πάντας τούτους, ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν αὐτὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, *Γενόμενος ἐκ γυναικὸς* (72), *γενόμενος ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἱοθεσίαν ἀπολάβωμεν.*

A adventum. Juvit enim suam ipsius creaturam, primum quidem per patriarchas, quorum vitæ, ut exempla ac regulæ, volentibus sanctorum sequi vestigia similique ac illi studio ad bonorum perfectionem pervenire, propositæ fuerunt; deinde legem in auxilium dedit, per angelos eam ordinans in manu Mosis [36] : tum prophetas, qui salutem futuram prænuntiarent, judices, reges, justos, qui in manu **402** occulta ederent virtutes. Post hos omnes in extremis diebus ipse manifestatus est in carne, *Factus est ex muliere, factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus* [37].

2. Εἰ τοίνυν μὴ γέγονε τοῦ Κυρίου ἡ ἐν σαρκὶ ἐπιδημία, οὐκ ἔδωκε μὲν ὁ Λυτρωτὴς τὸ ὑπὲρ ἡμῶν τίμημα τῷ θανάτῳ, οὐ διέκοψε δὲ τοῦ θανάτου τὴν βασιλείαν δι' ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ ἄλλο μὲν ἦν τὸ βασιλευόμενον ὑπὸ τοῦ θανάτου, ἄλλο δὲ τὸ παρὰ τοῦ Κυρίου προσληφθὲν, οὐκ ἂν μὲν ἐπαύσατο τὰ ἑαυτοῦ (73) ἐνεργῶν ὁ θάνατος· οὐκ ἂν δὲ ἡμέτερον κέρδος ἐγένετο τῆς σαρκὸς τῆς θεοφόρου τὰ πάθη· οὐκ ἀπέκτεινε δι' ἣν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί· οὐκ ἐζωοποιήθημεν ἐν τῷ Χριστῷ οἱ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθανόντες· οὐκ ἀνεπλάσθη τὸ διαπεπτωκός· οὐκ ἀνωρθώθη τὸ κατερράγμένον· οὐ προσῳκειώθη τῷ Θεῷ τὸ διὰ τῆς ἀπάτης τοῦ ὄφεως ἀλλοτριωθέν. Ταῦτα γὰρ πάντα ἀναιρεῖται παρὰ τῶν οὐράνιον σῶμα λεγόντων ἔχοντα τὸν Κύριον παραγεγενῆσθαι. Τίς δὲ χρεία τῆς ἁγίας Παρθένου, εἰ μὴ ἐκ τοῦ φυράματος τοῦ Ἀδὰμ ἔμελλεν ἡ θεοφόρος σὰρξ (74) προσλαμβάνεσθαι; Ἀλλὰ τίς οὕτω τολμηρὸς, ὥστε τὸ πάλαι σιωπηθὲν Οὐαλεντίνου δόγμα νῦν πάλιν διὰ σοφιστικῶν ῥημάτων καὶ τῆς ἐκ τῶν Γραφῶν δῆθεν μαρτυρίας ἀνανεοῦσθαι; Οὐ γὰρ νεώτερον τοῦτο τῆς δοκήσεως (75) τὸ ἀσέβημα, ἀλλὰ πάλαι ἀπὸ τοῦ ματαιόφρονος ἀρξάμενον Οὐαλεντίνου, ὅς, ὀλίγας τοῦ Ἀποστόλου λέξεις ἀποσπαράξας, τὸ δυσσεβὲς ἑαυτῷ κατεσκεύασε πλάσμα, μορφὴν λέγων δούλου, καὶ οὐχὶ αὐτὸν τὸν δοῦλον ἀνειληφέναι, καὶ ἐν σχήματι λέγων τὸν Κύριον γεγενῆσθαι, ἀλλ' οὐχὶ αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον παρ' αὐτοῦ

B 2. Itaque si Domini in carne adventus non fuit, non dedit Redemptor pro nobis pretium morti, nec per seipsum mortis regnum resecuit. Si enim aliud esset quod mortis imperio subjectum erat, aliud quod assumptum a Domino ; non desiisset mors ea quæ sua sunt, operari, nec lucrum nostrum factæ fuissent deiferæ carnis passiones : non interemisset peccatum in carne ; non in Christo vivificati fuissemus, qui eramus in Adamo mortui ; non resartum fuisset, quod collapsum erat ; non instauratum, quod confractum ; non conjunctum Deo, quod serpentis fraude fuerat abalienatum. Hæc enim omnia tolluntur ab iis, qui dominum dicunt cœleste corpus habentem advenisse. Quid autem opus sancta Virgine, si non C ex Adami massa assumenda erat caro deifera ? At quis ita audax, ut jamdiu silentio sopitum Valentini dogma nunc rursus verbis sophisticis Scripturarumque scilicet testimonio renovet? Non enim recens est impium illud de apparentia dogma, sed jam olim ab insulso initium habuit Valentino, qui paucas Apostoli dictiones divellens, impium sibi ipse commentum struxit, formam dicens servi, et non ipsum servum assumptum fuisse, et in similitudine Dominum factum esse pronuntians, sed non ipsum hominem ab eo fuisse assumptum. Iis cognata videntur isti effutire, quibus quidem

[36] Galat. III, 19. [37] Galat. IV, 4.

(70) *Τῶν ἀνθρώπων.* Ita Coisl. uterque, Vat. et duo Regii. Editi πάντων ἀνθρώπων. Paulo post Coisl. primus et Med. ἔνσαρκος ἐπιδημία. Non exstat hæc epistola in codice Harlæano.

(71) *Κρυφαίᾳ.* Ita vetustæ editiones et omnes mss. Editio Parisiensis κραταιᾷ, *in manu forti.*

(72) *Γενόμενος ἐκ γυναικός.* Regius secundus et Coisl. secundus γεννώμενος. Paulo post editi ὑπὸ νόμου. Plerique mss. ὑπὸ νόμον.

(73) *Τὰ ἑαυτοῦ.* Coisl. secundus et tres Regii codices τὸ ἑαυτοῦ. Paulo post Med. et Coisl. primus ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντες.

(74) *Ἡ θεοφόρος σάρξ.* Male in Vaticano et tribus Regiis ἡ χριστοφόρος σάρξ. Mox illud δῆθεν, *scilicet*, ironiam indicat.

(75) *Τῆς δοκήσεως.* Illud *apparentiæ* commentum proprie illis tribuitur, qui carnem phantasticam Christo attribuebant : quales fuere post Simeonem Basilides, Marcion et Cassianus, qui Docetarum princeps dictus est. Verum ab his discrepabat Valentinus, eumque testatur Tertullianus carnem et nativitatem Christo attribuisse, lib. *De carne Christi* cap. 1, quamvis hanc carnem per Mariam veluti per tubum transiisse fingeret. Cur ergo τῆς δοκήσεως auctorem illum facit Basilius? Videtur S. Pater de Valentino sic statuisse, quia illius de cœlesti carne Christi commentum eodem redibat ac Marcionis *apparentia*. Utraque enim opinio Incarnationem evertebat : utraque carnem ejusmodi affingebat Christo, quæ cum eadem videretur ac nostra, nec tamen eadem esset, non immerito phantastica dici potuit. Eo libentius in eam partem accipio S. Basilii sententiam, quod cum minime latuerint commenta Valentini. Nam paulo ante cum eos notaret, qui Dominum dicebant *cœleste corpus habentem advenisse, tamdiu silentio sopitum Valentini dogma* ab eis renovari declarat.

Digitized by Google

lugere convenit, novas inter vos turbas inducentibus.

3. Quod autem dicunt affectus humanos in ipsam divinitatem transire, eorum est, qui in suis cogitationibus nullum ordinem servant, neque norunt alios esse carnis affectus, alios carnis animatæ, alios animæ corpore utentis. Est igitur carnis proprium secari, imminui et dissolvi : et rursus carnis animatæ, fatigari, dolere, esurire, sitire et somno opprimi : animæ vero corpore utentis proprii sunt mœrores, et anxietates, et curæ, et reliqua ejusmodi. Quorum alia quidem naturalia sunt, et animali necessaria : alia vero ex prava voluntate, propter vitam male institutam, nec virtute informatam, superinducta. Unde liquet Dominum naturales quidem affectus suscepisse, **403** ad confirmationem veræ, nec phantasticæ Incarnationis, vitiosos vero affectus, qui nostræ vitæ puritatem coinquinant, ut intaminata divinitate indignos rejecisse. Eam ob causam dictum est, factum eum fuisse in similitudine carnis peccati ; non utique in similitudine carnis, ut his videtur, sed in similitudine carnis peccati [28]. Quare carnem nostram una cum naturalibus ipsius affectibus assumpsit, peccatum vero non fecit [29]. Sed quemadmodum mors, quæ in carne per Adamum ad nos transmissa, absorpta fuit a divinitate : sic et peccatum absumptum a justitia quæ in Christo Jesu est [30] : ut in resurrectione resumamus carnem, nec obnoxiam morti, neque subjectam peccato. Hæc sunt, fratres, Ecclesiæ mysteria, hæ Patrum traditiones. Obtestor hominem omnem, qui Dominum timet, Deique judicium exspectat, ut ne variis doctrinis abripiatur. Si quis aliter docet, nec accedit ad sanos fidei sermones, sed Spiritus oracula rejiciens, propriam doctrinam potiorem habet evangelicis documentis ; talem vitate. Utinam autem Dominus largiatur, ut etiam aliquando in unum conveniamus, ut quæ nostrum sermonem effugerunt, ea coram congredientes suppleamus ! Nam vobis pauca ex multis scripsimus, modum epistolæ excedere nolentes, tum etiam quia persuasum habemus, iis, qui Dominum timent, satis esse vel brevem admonitionem

προσειλῆφθαι. Τούτους ἐοίκασι συγγενῆ φθέγγεσθαι οὗτοι, οὓς ἀποδύρεσθαι (76) προσήκει, τὰς νεωτερικὰς ὑμῖν ἐπεισάγοντας ταραχάς.

3. Τὸ δὲ ἐπ' αὐτὴν λέγειν τὴν θεότητα τὰ τοῦ ἀνθρώπου (77) διαβαίνειν πάθη οὐδαμῶς σωζόντων ἐστὶ τὸ ἐν διανοίαις ἀκόλουθον, οὔτε εἰδότων, ὅτι ἄλλα σαρκὸς πάθη, καὶ ἄλλα σαρκὸς ἐμψύχου, καὶ ἄλλα ψυχῆς σώματι κεχρημένης. Σαρκὸς μὲν ὢν ἴδιον τὸ τέμνεσθαι, καὶ μειοῦσθαι, καὶ διαλύεσθαι· καὶ πάλιν σαρκὸς ἐμψύχου τὸ κοποῦσθαι, καὶ ὑπνοῦσθαι, καὶ πεινᾶν, καὶ διψᾶν, καὶ ὕπνῳ κρατεῖσθαι· ψυχῆς δὲ σώματι κεχρημένης λύπαι, καὶ ἀδημονίαι, καὶ φροντίδες, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ὧν τὰ μὲν φυσικὰ καὶ ἀναγκαῖα τῷ ζώῳ, τὰ δὲ ἐκ προαιρέσεως μοχθηρᾶς, διὰ τὸ ἀνάγωγον τοῦ βίου καὶ πρὸς ἀρετὴν ἀγύμναστον ἐπεισαγόμενα. Ὅθεν φαίνεται ὁ Κύριος τὰ μὲν φυσικὰ πάθη παραδεξάμενος (78) εἰς βεβαίωσιν τῆς ἀληθινῆς, καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν ἐνανθρωπήσεως, τὰ δὲ ἀπὸ κακίας πάθη, ὅσα τὸ καθαρὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἐπιῤῥυπαίνει, ταῦτα ὡς ἀνάξια τῆς ἀχράντου θεότητος ἀπωσάμενος. Διὰ τοῦτο εἴρηται ἐν ὁμοιώματι γεγενῆσθαι σαρκὸς ἁμαρτίας. Οὐ γὰρ ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς, ὡς τούτοις δοκεῖ, ἀλλ' ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας. Ὥστε σάρκα μὲν τὴν ἡμετέραν ἀνέλαβε μετὰ τῶν φυσικῶν αὐτῆς παθῶν, ἁμαρτίαν δὲ οὐκ ἐποίησεν. Ἀλλ' ὥσπερ ὁ θάνατος, ὁ ἐν τῇ σαρκὶ, διὰ τοῦ Ἀδὰμ εἰς ἡμᾶς παραπεμφθεὶς, κατεπόθη ὑπὸ τῆς θεότητος, οὕτω καὶ ἡ ἁμαρτία ἐξανηλώθη (79) ὑπὸ τῆς δικαιοσύνης τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὥστε ἡμᾶς ἐν τῇ ἀναστάσει ἀπολαβεῖν τὴν σάρκα, μήτε ὑπόδικον θανάτῳ, μήτε ὑπεύθυνον ἁμαρτίᾳ. Ταῦτά ἐστιν, ἀδελφοὶ, τὰ τῆς Ἐκκλησίας μυστήρια, αὗται τῶν Πατέρων αἱ παραδόσεις. Διαμαρτυρόμεθα παντὶ ἀνθρώπῳ φοβουμένῳ τὸν Κύριον, καὶ κρίσιν Θεοῦ ἀναμένοντι (80), διδαχαῖς ποικίλαις μὴ παραφέρεσθαι. Εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τῆς πίστεως, ἀλλὰ παρωθούμενος τὰ τοῦ Πνεύματος λόγια, τὴν οἰκείαν διδασκαλίαν κυριωτέραν (81) ποιεῖται τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων, φυλάσσεσθε τὸν τοιοῦτον. Παράσχοι δὲ ὁ Κύριος καὶ εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλοις συνελθεῖν ποτε· ὥστε ὅσα τὸν λόγον ἡμῶν διέφυγε, ταῦτα διὰ τῆς κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίας ἀναπληρῶσαι (82). Καὶ γὰρ ὀλίγα ἐκ πολλῶν ὑμῖν ἐπεστείλαμεν, οὐ βουλόμενοι ἔξω γενέσθαι τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς· καὶ ἅμα πεπεισμένοι, ὅτι τοῖς φοβουμένοις τὸν Κύριον ἐξαρκεῖ καὶ ἡ δι' ὀλίγων ὑπόμνησις.

[28] Rom. VIII, 3. [29] I Petr. II, 22. [30] Rom. V, 12 sqq.

(76) *Ἀποδύρεσθαι.* Coisl. primus ἀποδύρασθαι. Non incommode reddi posset : *qui quidem lugendi sunt*, sicque habuit prior interpretatio. Sed sequi malui simillimum Basilii locum in epist. 210, ubi de iis qui Sabellianam impietatem renovabant, sic loquitur n. 5 : Οὓς, ἐὰν μὴ παύσωνται λαλεῖν κατὰ Θεοῦ ἀδικίαν, ὀδύρεσθαι χρὴ μετὰ τῶν ἀρνησιχρίστων· *Quibus quidem, nisi desinant loqui adversus Deum iniquitatem, lugendum est cum iis qui Christum negant.* Ibidem editi ἡμῖν ἐπεισάγοντας. Coisl. uterque cum duobus Regiis habent ὑμῖν. Legitur etiam βλασφημίας pro ταραχάς in Coisl. secundo et duobus Regiis.

(77) *Τὰ τοῦ ἀνθρώπου.* Ita Med. et Coisl. primus. Editi τὰ ἀνθρώπων.

(78) *Παραδεξάμενος.* Sex mss. παραδεχόμενος, nempe Vaticanus, Coisl. secundus et quatuor Regii. Sed Coisl. primus et Med. cum editis consentiunt.

(79) *Ἐξανηλώθη.* Codices nonnulli ἐξαναλώθη.

(80) *Ἀναμένοντι.* Coisl. secundus et Reg. secundus διαναμένοντι.

(81) *Κυριωτέραν.* Coisl. secundus cum quatuor Regiis προτιμοτέραν.

(82) *Ἀναπληρῶσαι.* Ita Coisl. primus et tres Regii. Editi ἐναπληρῶσαι. Ibidem Coisl. primus et Med. ἀπὸ πολλῶν.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΒ'.

EPISTOLA CCLXII*.

Cum ad Basilium Urbicius non sine aliqua timiditate et excusatione scripsisset, jubet eum Basilius hanc timiditatem ejicere, rogatque ut sæpe ad se scribat, et quinam in sua Ecclesia sani sint in fide nuntiet. Audierat enim nonnullos ex his, qui cum Urbicio erant, Deum in carnem conversum fingere. Horum errorem breviter refellit, Urbiciumque hortatur, ut ecclesiastica emendatione hæc impietas non careat.

Οὐρβικίῳ μονάζοντι (83).

1. Καλῶς ἐποίησας ἐπιστείλας ἡμῖν· ἔδειξας γὰρ οὐ μικρὸν τὸν καρπὸν τῆς ἀγάπης· καὶ συνεχῶς ποίει τοῦτο. Μὴ μέντοι νομίσῃς ἀπολογίας σοι δεῖν, ὅταν ἡμῖν ἐπιστέλλῃς. Γνωρίζομεν γὰρ ἑαυτοὺς, καὶ οἶδαμεν, ὅτι παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντας ὁμοτιμίας ἰσότης ἐστὶ (84) κατὰ τὴν φύσιν· ὑπεροχαὶ δὲ ἐν ἡμῖν οὐ κατὰ γένος, οὐδὲ κατὰ περιουσίαν χρημάτων, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ σώματος κατασκευὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ φόβου τοῦ πρὸς τὸν Θεόν. Ὥστε, τί κωλύει σε, πλεῖον (85) φοβούμενον τὸν Δεσπότην, μείζονα ἡμῶν εἶναι κατ' αὐτὸ τοῦτο; Συνεχῶς οὖν ἡμῖν ἐπίστελλε, καὶ γνώριζε, πῶς ἡ περὶ σὲ ἀδελφότης, καὶ τίνες τῶν τῆς Ἐκκλησίας τῆς καθ' ὑμᾶς (86) ὑγιαίνουσιν· ἵνα εἰδῶμεν οἷς χρὴ γράφειν, καὶ τίσιν ἐπαναπαύεσθαι. Ἐπεὶ δὲ ἀκούω τινὰς εἶναι τοὺς τὸ εὐθὲς περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου δόγμα ἐν διαστρόφοις ὑπολήψεσι παραχαράσσοντας (87), παρακαλῶ αὐτοὺς διὰ τῆς σῆς ἀγάπης ἀποσχέσθαι τῆς ἀτόπου ἐκείνης ἐννοίας, ἣν ἔχειν τινὲς ἡμῖν καταγγέλλονται, ὡς αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς σάρκα τραπέντος, καὶ οὐχὶ προσλαβόντος, διὰ τῆς ἁγίας (88) Μαρίας τὸ τοῦ Ἀδὰμ φύραμα, ἀλλ' αὐτοῦ τῇ οἰκείᾳ θεότητι εἰς τὴν ὑλικὴν φύσιν μεταβληθέντος.

2. Τοῦτο δὲ τὸ ἄτοπον ἐλέγξαι καὶ πάνυ ῥᾴδιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτόθεν ἔχει τὸ ἐναργὲς ἡ βλασφημία, νομίζω τῷ φοβουμένῳ τὸν Κύριον ἀρκεῖν καὶ μόνην τὴν ὑπόμνησιν. Εἰ γὰρ ἐτράπη, καὶ ἠλλοιώθη. Τοῦτο δὲ ἀπεῖη καὶ λέγειν καὶ ἐννοεῖν, τοῦ Θεοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*. Ἔπειτα, πῶς εἰς ἡμᾶς διέβη ἡ τῆς ἐνανθρωπήσεως ὠφέλεια, εἰ μὴ τὸ ἡμέτερον σῶμα, τῇ θεότητι συναφθὲν, κρεῖττον ἐγένετο τῆς τοῦ θανάτου ἐπικρατείας; Οὐ γὰρ τραπεὶς (89) οἰκεῖον ὑπεστήσατο σῶμα, ὅπερ, παχυνθεὶσης αὐτῷ τῆς θεϊκῆς φύσεως, ὑπέστη. Πῶς δὲ ἡ ἀπερίληπτος θεότης εἰς μικροῦ σώματος ὄγκον περιεγράφη, εἴπερ ἐτράπη πᾶσα ἡ τοῦ Μονογενοῦς φύσις; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐδένα ἡγοῦμαι νοῦν ἔχοντα, καὶ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ κεκτημένον, πάσχειν τὸ ἀῤῥώστημα. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς ἐμὲ ἡ φήμη, ὅτι

Urbicio monacho.

1. Recte fecisti, quod ad me scripseris : ostendisti enim fructum non exiguum charitatis, idque velim frequenter facias. Nec putes tibi opus esse excusatione, cum ad me scripseris. Nam me ipse novi, et scio quemlibet hominem omnibus parem esse honore secundum naturam : præstantiam autem in nobis, non ex genere, neque ex pecuniarum copia, neque ex corporis constitutione, sed ex excellentiori timoris Dei gradu proficisci. Proinde, quid impedit quominus Dominum magis metuens, major me in hoc ipso sis ? Scribe igitur nobis assidue, ac significa quid rerum agat fratrum qui tecum sunt conventus, et quinam in vestra Ecclesia sani sint ; ut sciam quibus scribendum sit, et in quibus acquiescendum. Sed quia audio nonnullos esse, qui rectam de **404** Incarnatione Domini doctrinam perversis opinionibus depravent ; adhortor eos per tuam charitatem, ut abstineant absurda illa opinione, quam quidam tenere nobis nuntiantur, Deum ipsum in carnem conversum fuisse, nec assumpsisse Adami massam, per sanctam Mariam, sed ipsum in sua ipsius divinitate in materialem naturam fuisse transmutatum.

2. Absurdum illud commentum confutare omnino facile. Sed quia sua sponte evidentiam habet blasphemia, arbitror Dominum timenti satis esse, vel solam admonitionem. Si enim conversus, etiam mutatus. Absit autem ut id aut dicamus, aut cogitemus, cum Deus dicat : *Ego sum, et non mutor* [31]! Deinde, quomodo ad nos transiit Incarnationis fructus, si non corpus nostrum divinitati conjunctum, mortis dominatum superavit? Si enim conversus est, proprium constituit corpus, quod videlicet, densata in ipso deitate, substitit. Quomodo autem incomprehensibilis divinitas parvi corporis mole circumscripta est, si nempe conversa est tota Unigeniti natura ? Verum hoc neminem arbitror, modo mente præditus sit, Deique timorem habeat, morbo laborare. Sed quia venit ad me ru-

[31] Malach. III, 6.

(83) *Οὐρβικίῳ μονάζοντι*. Sic tres vetustissimi codices. Editi cum duobus Regiis et Coisl. secundo addunt : Ὅτι οὐκ ἐτράπη εἰς σῶμα ὁ Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ἤνωσεν ἑαυτῷ τὸ τοῦ Ἀδὰμ φύραμα· *Quod Deus Verbum non conversum sit in corpus, sed sibi univerit Adami massam.*

(84) *Ὁμοτιμίας ἰσότης ἐστί*. Ita Harl., Med., Coisl. primus et Clarom. Editi ὁμοτιμία ἐστί.

(85) *Πλεῖον*. Harl., Colbert. et Clarom. addunt ἡμῶν.

(86) *Τῆς καθ' ὑμᾶς*. Male in editis τῆς καθ' ἡμᾶς, quod non minus pugnat cum antiquis codicibus, quam cum Basilii sententia. Ibidem in nonnullis codicibus recentioribus legitur sine conjunctione τίνες τῶν τῆς καθ' ὑμᾶς.

(87) *Παραχαράσσοντας, παρακαλῶ αὐτούς*. Ita octo mss., excepto quod in Medicæo et Harlæano legatur οὓς παρακαλῶ. Editi παραχαράσσονται αὐτοὺς, διά, etc. Ibidem legitur in codicibus Harl. et Med. πρὸς τὴν σάρκα.

(88) *Ἁγίας*. Deest ea vox in tribus mss. non vetustissimis.

(89) *Οὐ γὰρ τραπείς*. Legendum videtur Εἰ γὰρ τραπείς, vel Ὁ γὰρ τραπείς. Postremam scripturam in solo invenimus Coisliniano secundo. Cæteri consentiunt cum editis.

* Alias CCCXLIV. Scripta circa annum 377.

Digitized by Google

mor, nonnullos ex iis qui cum tua charitate versantur, hac infirmitate mentis teneri, necesse esse duxi, ut salutatione nuda non uterer, sed mea epistola aliquid tale contineret, quod posset etiam animas Dominum timentium ædificare. Adhortor igitur, ut hæc ecclesiastica emendatione non careant, et vos ab hæreticorum communione sejungatis : scientes indifferentia his in rebus nostram in Christo libertatem tolli.

A τινὲς τῶν μετὰ τῆς ἀγάπης σου ἐν τῇ ἀσθενείᾳ ταύτῃ τῶν λογισμῶν εἰσιν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην, μὴ ψιλὴν ποιήσασθαι τὴν πρόσρησιν, ἀλλ' ἔχειν τι τὴν ἐπιστολὴν ἡμῶν τοιοῦτον, ὃ δύναται καὶ οἰκοδομῆσαι τὰς ψυχὰς τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον. Ταῦτα οὖν παρακαλοῦμεν διορθώσεως τυχεῖν ἐκκλησιαστικῆς, καὶ τῆς πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς κοινωνίας ὑμᾶς ἀπέχεσθαι· εἰδότας, ὅτι τὸ ἐν τούτοις ἀδιαφορεῖν (90) τὴν ἐπὶ τῷ Χριστοῦ παῤῥησίαν ἡμῶν ἀφαιρεῖται.

EPISTOLA CCLXIII *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΓ'.

Gratias agunt Orientales Occidentalibus, quod magnum succurrendi Orienti studium significaverint. Rogant ut hoc beneficium impendant vel invisendo vel saltem scribendo; eorum enim sententiam eo majoris futuram ponderis, quo magis alieni sunt a simultatis suspicione. Rerum autem perturbationem non tam Arianis attribuunt, quam iis qui sub pelle ovis latentes grassantur, nempe Eustathio et Apollinario. Primi inconstantiæ in fide describitur; alterius varii errores recensentur. Accusatur etiam Paulinus quod Marcelli sectatores recipiat. Rogantur Occidentales, ut decernant recipiendos esse eos qui ab errore discedent, obstinatos autem excommunicandos.

Occidentalibus.

B

Τοῖς Δυτικοῖς (91).

1. Dominus Deus noster, in quem speravimus, tantam cuique vestrum gratiam largiatur, ut ad propositam spem perveniatis, quanto ipsi gaudio corda nostra implevistis, tum ex litteris, quas nobis per optatissimos compresbyteros scripsistis, tum ex commiseratione, quam ærumnis nostris impendistis, ut induti viscera misericordiæ, quemadmodum prædicti viri nobis annuntiaverunt. Etsi enim vulnera nostra eadem permanent, aliquod tamen solatium est, paratos **405** habere medicos, qui possint, si tempus nanciscantur, celerem afferre nostris doloribus medelam. Quapropter rursus etiam vos per dilectos et salutamus, et adhortamur, ut si Dominus quidem facultatem vobis dederit ad nos proficiscendi, ne pigremini nos invisere. Maximum enim mandatum est infirmorum visitatio. Quod si bonus Deus ac sapiens vitæ nostræ moderator, hoc beneficium in aliud tempus reservat; saltem nobis scribite quæcunque a vobis scribi decet ad solamen afflictorum et erectionem confractorum. Jam enim multæ contritiones Ecclesiæ exstiterunt, nobisque magna ex eis afflictio : nec aliunde exspectatio ulla auxilii, nisi Dominus per vos, a quibus sincere colitur, miserit medelam.

1. Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐφ' ὃν ἠλπίσαμεν (92), τοσαύτην ὑμῶν ἑκάστῳ παράσχοι χάριν εἰς τὸ ἐπιτυγεῖν τῆς προκειμένης ἐλπίδος, ὅσης αὐτοὶ χαρᾶς τὰς καρδίας ἡμῶν ἐνεπλήσατε, ἔκ τε τῶν γραμμάτων ἃ ἐπεστείλατε ἡμῖν διὰ τῶν ποθεινοτάτων συμπρεσβυτέρων ἡμῶν, καὶ ἐκ τῆς συμπαθείας τῶν καθ' ἡμᾶς λυπηρῶν, ἣν συνεπαθήσατε ἡμῖν, ὡς ἐνδεδυμένοι σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ, καθὼς ἀπήγγειλαν ἡμῖν οἱ προειρημένοι. Καὶ γὰρ, εἰ καὶ τὰ τραύματα ἡμῶν ὅμοια διαμένει, ἀλλ' οὖν φέρει τινὰ ἡμῖν ῥᾳστώνην τὸ ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἰατροὺς, δυναμένους, εἰ καιροῦ λάβοιντο, ταχείαν ἐπαγαγεῖν (93) τῶν ἀλγημάτων τὴν ἴασιν. Διὸ καὶ πάλιν ὑμᾶς διὰ τῶν ἀγαπητῶν καὶ προσφθεγγόμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν, εἰ μὲν δίδωσιν ὑμῖν ὁ Κύριος ἄδειαν τοῦ ὡς ἡμᾶς (94) ἀφικέσθαι, μὴ ὀκνῆσαι ἡμῶν τὴν ἐπίσκεψιν· ἐντολῆς γάρ ἐστι τῆς μεγίστης ἡ τῶν ἀσθενούντων ἐπίσκεψις. Εἰ δὲ ὁ ἀγαθὸς Θεὸς καὶ σοφὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν οἰκονόμος τὴν χάριν ταύτην εἰς ἕτερον καιρὸν ταμιεύεται (95), ἀλλ' ἐπιστείλατε ἡμῖν ὅσα παρ' ὑμῶν πρέπει γραφῆναι εἰς παράκλησιν μὲν τῶν θλιβομένων, διόρθωσιν δὲ τῶν συντετριμμένων. Πολλὰ γὰρ ἤδη τὰ συντρίμματα τῆς Ἐκκλησίας γέγονε, καὶ πολλὴ ἡμῖν ἐπ' αὐτοῖς ἡ θλῖψις· καὶ προσδοκία βοηθείας ἐτέρωθεν οὐδαμόθεν, ἐὰν μὴ ὁ Κύριος δι' ὑμῶν τῶν γνησίως δουλευόντων αὐτῷ ἐξαποστείλῃ τὴν ἴασιν.

2. Audax quidem illa ac impudens Arianorum hæresis, palam abscissa a corpore Ecclesiæ, manet in suo ipsius errore, nobisque non multum nocet, quia omnibus aperta ipsorum impietas. Qui autem pellem ovinam induti sunt,

2. Τὸ μὲν οὖν (96) ἰταμὸν καὶ ἀναίσχυντον τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀρειανῶν, φανερῶς ἀποῤῥαγὲν τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας, μένει ἐπὶ τῆς ἰδίας πλάνης, καὶ ὀλίγα ἡμᾶς λυμαίνεται, διὰ τὸ πᾶσι πρόδηλον αὐτῶν τὴν ἀσέβειαν εἶναι· οἱ δὲ τὴν δορὰν τῶν

* Alias LXXIV. Scripta anno 377.

(90) *Ἀδιαφορεῖν.* Med. et Clarom. ἀδιάφορον.

(91) *Τοῖς Δυτικοῖς.* Ita Harl., Med., Coisl. primus et tres Regii. Alius itidem Regius cum Coisl. secundo et editi addunt : Ἐπισκόποις περὶ Εὐσταθίου Σεβαστηνοῦ, καὶ Ἀπολλιναρίου, καὶ Παυλίνου, καὶ τῆς ἑκάστου τούτων αἱρέσεως, *Ad Occidentales episcopos de Eustathio Sebasteno, Apollinario et Paulino, deque unius istorum cujusque hæresi.*

(92) *Ἠλπίσαμεν.* Ita mss. septem et editiones Hagan. et Basil. prim. Aliæ ἐλπίζομεν. Paulo post editio Basil. secunda et Paris. ἀνεπλήσατε. Septem mss. et editiones antiquæ, ut in textu. Nec longe quidam codices ἀπεστείλατε et σπλάγχνα οἰκτιρμῶν.

(93) *Ἐπαγαγεῖν.* Ita octo mss. Editi ἐπάγειν. Mox editi καὶ προσαγορεύομεν. Octo mss. ut in textu.

(94) *Ὡς ἡμᾶς.* Coisl. primus et Med. πρὸς ἡμᾶς. Harl. et tres alii ὡς ἡμᾶς πορεύεσθαι. Duo alii πορεύεσθαι.

(95) *Ταμιεύεται.* Regius secundus et Coisl. secundus ταμιεύσεται. Non longe inepte in duobus Regiis codicibus προσδοκία μοι. Non enim hæc epistola unius scripta Basilii nomine.

(96) *Τὸ μὲν οὖν.* Deest ultima vocula in codicibus Med. et Coisl. primo. Legitur τὸ μὲν γάρ in Harlæano.

Digitized by Google

προβάτου περιβεβλημένοι, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἡμε- A ac speciem blandam præ se ferunt ac lenem,
ρον προβαλλόμενοι καὶ πραεῖαν, ἔνδοθεν δὲ σπαράσ- intus vero dilaniant crudeliter Christi gregem,
σοντες ἀφειδῶς τὰ τοῦ Χριστοῦ ποίμνια, καὶ διὰ τὸ et propterea quod ex nobis exorti sunt, facile
ἐξ ἡμῶν ὡρμῆσθαι, εὐκόλως ἐμβάλλοντες βλάβην perniciem inferunt simplicioribus; hi sunt, qui
τοῖς ἁπλουστέροις· οὗτοί εἰσιν οἱ χαλεποὶ καὶ δυσ- molestiam exhibent, ac ægre vitari possunt.
φύλακτοι. Οὓς ἀξιοῦμεν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀκρι- Hos rogamus ut vestra diligentia omnibus Ori-
βείας πρὸς πάσας τὰς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλη- entis Ecclesiis denuntiet, ut, aut rectam viam
σίας δημοσιευθῆναι· ἵνα, ἢ ὀρθοποδήσαντες, γνη- ingressi sincere versentur nobiscum, aut, si
σίως ὦσι σὺν ἡμῖν, ἢ μένοντες ἐπὶ τῆς διαστροφῆς, in sua permaneant perversitate, damnum in-
ἐν ἑαυτοῖς μόνοις τὴν βλάβην ἔχωσι, μὴ δυνάμενοι tra se solos contineant, nec possint ex incauta
ἐκ τῆς ἀφυλάκτου κοινωνίας τῆς ἰδίας νόσου μεταδι- communione morbum suum cum proximis com-
δόναι (97) τοῖς πλησιάζουσιν. Ἀνάγκη δὲ τούτων municare. Necesse est autem horum nominatim
ὀνομαστὶ μνησθῆναι, ἵνα καὶ αὐτοὶ γνωρίσητε τοὺς meminisse, ut et ipsi cognoscatis eos qui tur-
ταραχὰς παρ' ἡμῖν (98) ἐργαζομένους, καὶ ταῖς Ἐκ- bas apud nos movent, eosque nostris Ecclesiis
κλησίαις ἡμῶν φανερὸν καταστήσατε (99). Ὁ μὲν manifestos facite. Nam sermo noster suspectus
γὰρ παρ' ἡμῶν λόγος ὑποπτός ἐστι τοῖς πολλοῖς, ὡς B est pluribus, quasi forte ob privatas quasdam
τάχα διά τινας ἰδιωτικὰς φιλονεικίας τὴν μικροψυ- simultates exili et jejuno in illos animo simus.
χίαν πρὸς αὐτοὺς ἐλομένων· ὑμεῖς δὲ, ὅσον μακρὰν Vos vero quanto ob illis longius degitis, tanto
αὐτῶν (1) ἀπῳκισμένοι τυγχάνετε, τοσούτῳ πλέον majorem apud populos habetis auctoritatem, præ-
παρὰ τοῖς λαοῖς τὸ ἀξιόπιστον ἔχετε, πρὸς τῷ καὶ terquam quod Dei etiam gratia vos adjuvat ad
τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ (2) χάριν συναίρεσθαι ὑμῖν εἰς succurrendum iis qui vexantur. Quod si etiam
τὴν ὑπὲρ τῶν καταπονουμένων ἐπιμέλειαν. Ἐὰν δὲ concordi animo plures simul eadem decernetis,
καὶ συμφώνως πλείονες ὁμοῦ τὰ αὐτὰ δογματίσητε, perspicuum est multitudinem decernentium omnibus
δῆλον, ὅτι τὸ πλῆθος τῶν δογματισάντων ἀναντίρ- persuasuram, ut decretum citra controversiam sus-
ρητον πᾶσι τὴν παραδοχὴν κατασκευάσει τοῦ δό- cipiant.
γματος.

3. Ἔστι τοίνυν εἷς τῶν πολλήν ἡμῖν κατασκευα- 3 Est itaque unus ex iis, qui nobis multum
ζόντων (3) λύπην Εὐστάθιος ὁ ἐκ τῆς Σεβαστείας exhibent molestiæ, Eustathius ex Sebastia in
τῆς κατὰ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν· ὃς, πάλαι μαθη- minore Armenia, qui olim edoctus ab Ario, et
τευθεὶς τῷ Ἀρείῳ, καὶ ὅτε (4) ἤκμαζεν ἐπὶ τῆς C cum is floreret Alexandriæ pravas in Unigenitum
Ἀλεξανδρείας, τὰς πονηρὰς κατὰ τοῦ Μονογενοῦς construens blasphemias, eum secutus, 406 at-
συντιθεὶς βλασφημίας, ἀκολουθῶν ἐκείνῳ, καὶ τοῖς que inter germanissimos illius discipulos nume-
γνησιωτάτοις αὐτοῦ τῶν μαθητῶν ἐναριθμούμε- ratus, posteaquam rediit in patriam, beatissimo
νος (5), ἐπειδὴ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ, τῷ μακα- Cæsareæ episcopo Hermogeni, ipsum ob pravam
ριωτάτῳ ἐπισκόπῳ (6) Ἑρμογένει τῷ Καισαρείας, doctrinam condemnanti, confessionem sanæ fi-
κρίνοντι αὐτὸν ἐπὶ τῇ κακοδοξίᾳ, ὁμολογίαν ἔδωκε dei obtulit. Atque ita ab ipso ordinatus, post
πίστεως ὑγιοῦς. Καὶ οὕτω τὴν χειροτονίαν ὑπ' αὐ- illius dormitionem statim ad Eusebium Constan-
τοῦ δεξάμενος (7), μετὰ τὴν ἐκείνου κοίμησιν πρὸς tinopolitanum accurrit, qui et ipse nemini con-
τὸν ἐπὶ τῆς Κωνσταντινουπόλεως Εὐσέβιον ἔδραμεν, cedebat in impio Arii dogmate tuendo. Deinde
οὐδενὸς ἧττον καὶ αὐτὸν τὸ δυσσεβὲς δόγμα τοῦ hinc ob aliquas causas, quæcunque illæ sint,
Ἀρείου πρεσβεύοντα. Εἶτα ἐκεῖθεν διά οἵας δήπο- expulsus, cum ad suos populares venisset, ite-
τε (8) αἰτίας ἀπελαθεὶς, ἐλθὼν τοῖς ἐπὶ τῆς πα- rum sese purgavit, impiam quidem occultans
τρίδος ἀπελογήσατο πάλιν· τὸ μὲν δυσσεβὲς ἐπι- sententiam; in verbis autem recti aliquid et accu-
κρυπτόμενος φρόνημα, ῥημάτων δέ τινα ὀρθότητα rati præ se ferens. Episcopatum forte adeptus,
προβαλλόμενος (9). Καὶ τυχὼν τῆς ἐπισκοπῆς, ὡς D illico comperitur anathematismum consubstan-

(97) *Μεταδιδόναι.* Coisl. primus et Med. μεταδοῦναι.

(98) *Παρ' ἡμῖν.* Editi addunt καὶ τὰ σκάνδαλα. Quod additamentum deest in octo mss.

(99) *Φανερὸν καταστήσατε.* Videtur prima specie accuratior editorum lectio φανεροὺς καταστήσητε. Sed tamen discedere non libet ab auctoritate octo veterum librorum, cum præsertim eorum scriptura, quam in textu posuimus, commodo sensu non careat. Legitur etiam φανερόν in editione Hagan. Ibidem Medicæus codex cum tribus Regiis Ἐκκλησίαις ὑμῶν. Sed magis placet vulgata scriptura. Supra enim rogantur Occidentales, ut ejusmodi homines Orientis Ecclesiis denuntient.

(1) *Μακρὰν αὐτῶν.* Coisl. primus et Med. μακρὰν αὐτοῖς. Ibidem editi τοσοῦτον. Coisl. primus et tres alii ut in textu. Mox codices nonnulli πρὸς τό.

(2) *Παρὰ τοῦ Θεοῦ.* Deest præpositio in Coisl. 1.

(3) *Κατασκευαζόντων.* Ita mss. octo. Editi παρασκευαζόντων.

(4) *Καὶ ὅτε.* Conjunctio addita ex sex mss.

(5) *Ἐναριθμούμενος.* Ita octo mss. Editi ἐν τοῖς... ἀριθμούμενος, excepta tamen editione Hagan. quæ cum mss. consentit.

(6) *Ἐπισκόπῳ.* Deest ea vox in codice Medicæo.

(7) *Δεξάμενος.* Hic editi addunt Εὐστάθιος, quod melius abest a codicibus Harl. et Coisl. primo. Paulo post Medicæus codex ἐν Κωνσταντινουπόλει.

(8) *Διὰ οἵας δήποτε.* Ita Med. et Coisl. primus. Editi δι' ἃς δήποτε. Paulo post in Coisl. primo et aliis nonnullis legitur ἀπελογήσατο, πάλιν τό, etc.

(9) *Προβαλλόμενος.* Ita mss. sex. Editi προσβαλλόμενος. Paulo post editi φαίνεται γράψαι. Sex mss. ut in textu.

Digitized by Google

tialis scripsisse in Ancyrana synodo, quæ ab ipsis habebatur. Hinc autem cum Seleuciam venisset, ea gessit cum suæ sententiæ consortibus quæ omnes norunt. Constantinopoli autem iterum assensus est iis quæ ab hæreticis proposita fuerunt. Atque ita ex episcopatu ejectus, propterea quod antea Melitinæ depositus esset, hanc sibi restitutionis viam invenit, ut ad vos se conferret. Quænam autem ei proposita fuerint a beatissimo episcopo Liberio, et quibusnam assensus sit, ignoramus, nisi quod epistolam attulit, quæ eum restituebat, eaque ostensa concilio Tyanensi in suum locum restitutus est. Hic nunc depopulatur fidem illam, ob quam susceptus est, atque una cum iis est, qui consubstantiale anathematizant, seque ducem præbet hæresis Pneumatomachorum. Quoniam igitur istinc evenit illi facultas lædendi Ecclesias, ac data a vobis fiducia utitur ad subversionem multorum, necesse est istinc quoque venire et emendationem, ac per litteras Ecclesiis significari, quibusnam conditionibus susceptus sit, et quomodo nunc immutatus irritum faciat beneficium sibi concessum a Patribus qui tunc erant.

4. Secundus post ipsum est Apolinarius, non parum et ipse Ecclesias contristans. Cum enim scribendi facilitate lingua ei ad omne argumentum prompta sit, replevit scriptis suis orbem terrarum, contempta objurgatione illius, qui dicit: *Cave facere libros multos* [32]: ita quoque profecto in multitudine peccata multa sunt. Quomodo enim possit in multiloquio [33] peccatum vitari? Illius igitur de theologia disputationes, non petitis e Scriptura probationibus, sed humanis argumentis nituntur. Sunt autem illi et de resurrectione elucubrationes fabulose scriptæ, vel potius Judaice: in quibus ait nos rursus ad legalem reversuros cultum, rursusque circumcisum iri, et Sabbata observaturos, atque abstenturos a cibis, et victimas oblaturos Deo, et adoraturos Jerosolymis **407** in templo, ac omnino Judæos ex Christianis futuros. Quibus quidnam magis ridiculum esse possit, aut ab evangelico dogmate magis alienum? Deinde ea etiam quæ de Incarnatione tradidit, tantam intulerunt fratribus perturbationem, ut jam pauci ex iis qui legerunt, priscam pietatis formam conservent: contra, plerique novitatibus intenti, ad quæstiones et ad pertinaces inutilium horum verborum investigationes deflexerint.

[32] Eccle. XII, 12. [33] Prov. X, 19.

ἔτυχεν, εὐθὺς φαίνεται γράψας ἀναθεματισμὸν τοῦ ὁμοουσίου, ἐν τῷ κατὰ Ἀγκύραν γενομένῳ αὐτοῦ συλλόγῳ. Κἀκεῖθεν ἐπὶ τὴν Σελεύκειαν ἐλθὼν, ὃ ἔδρακε (10) μετὰ τῶν ἑαυτοῦ ὁμοδόξων ἃ πάντες ἴσασιν. Ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει συνέθετο πάλιν τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρετικῶν προταθεῖσι. Καὶ οὕτως ἀπελαθεὶς τῆς ἐπισκοπῆς, διὰ τὸ ἐν τῇ Μελιτινῇ (11) προκαθῆρῆσθαι, ὁδὸν ἑαυτῷ τῆς ἀποκαταστάσεως ἐπενόησε τὴν ὡς ὑμᾶς ἄφιξιν. Καὶ τίνα μέν ἐστιν ἃ προετάθη αὐτῷ παρὰ τοῦ μακαριωτάτου ἐπισκόπου Λιβερίου, τίνα δὲ ἃ αὐτὸς συνέθετο, ἀγνοοῦμεν, πλὴν ὅτι ἐπιστολὴν ἐκόμισεν ἀποκαθιστῶσαν αὐτὸν, ἣν ἐπιδείξας τῇ κατὰ Τύανα συνόδῳ, ἀποκατέστη τῷ τόπῳ. Οὗτος νῦν πορθεῖ τὴν πίστιν ἐκείνην, ἐφ' ᾗ ἐδέχθη, καὶ τοῖς ἀναθεματίζουσι τὸ ὁμοούσιον σύνεστι, καὶ πρωτοστάτης ἐστὶ τῆς τῶν πνευματομάχων αἱρέσεως. Ἐπεὶ οὖν αὐτόθεν γέγονεν αὐτῷ ἡ δύναμις τοῦ ἀδικεῖν τὰς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ παρ' ὑμῶν δεδομένῃ αὐτῷ παῤῥησίᾳ κέχρηται εἰς καταστροφὴν τῶν πολλῶν, ἀνάγκη αὐτόθεν ἐλθεῖν καὶ τὴν διόρθωσιν, καὶ ἐπισταλῆναι ταῖς Ἐκκλησίαις, τίνα μέν ἐστιν ἐφ' οἷς ἐδέχθη, πῶς δὲ νῦν μεταβληθεὶς ἀκυροῖ τὴν χάριν τὴν δοθεῖσαν αὐτῷ διὰ τῶν τότε Πατέρων.

4. Δεύτερος μετ' αὐτόν ἐστιν Ἀπολινάριος, ὁ μικρῶς καὶ αὐτὸς τὰς Ἐκκλησίας παραλυπῶν. Τῇ γὰρ τοῦ γράφειν εὐκολίᾳ πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἔχων ἀρκοῦσαν αὐτῷ τὴν γλῶσσαν, ἐνέπλησε μὲν τῶν ἑαυτοῦ συνταγμάτων τὴν οἰκουμένην. παρακούσας τοῦ ἐγκλήματος τοῦ (12) λέγοντος, ὅτι *Φύλαξαι ποιῆσαι βιβλία πολλά*· ἐν δὲ τῷ πλήθει δηλονότι πολλὰ καὶ ἡμάρτηται. Πῶς γὰρ δυνατὸν ἐκ πολυλογίας ἐκφυγεῖν ἁμαρτίαν; Ἔστι μὲν οὖν αὐτοῦ καὶ τὰ τῆς θεολογίας οὐκ ἐκ γραφικῶν ἀποδείξεων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρωπίνων ἀφορμῶν (13) τὴν κατασκευὴν ἔχοντα· ἔστι δὲ αὐτῷ καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως μυθικῶς συγκείμενα, μᾶλλον δὲ Ἰουδαϊκῶς· ἐν οἷς φησι πάλιν ἡμᾶς πρὸς τὴν νομικὴν ὑποστρέφειν (14) λατρείαν, καὶ πάλιν ἡμᾶς περιτμηθήσεσθαι, καὶ σαββατίζειν, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ θυσίας προσοίσειν Θεῷ, καὶ προσκυνήσειν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τοῦ ναοῦ, καὶ ὅλως ἀπὸ Χριστιανῶν Ἰουδαίους γενήσεσθαι. Ὃν τί ἂν γένοιτο καταγελαστότερον, μᾶλλον δὲ ἀλλοτριώτερον τοῦ εὐαγγελικοῦ δόγματος; Εἶτα καὶ τὰ περὶ σαρκώσεως τοσαύτην ἐποίησε τῇ ἀδελφότητι ταραχὴν, ὥστε ὀλίγοι λοιπὸν τῶν ἐντετυχηκότων τὴν ἀρχαῖον τῆς εὐσεβείας διασώζουσι χαρακτῆρα· οἱ δὲ πολλοὶ, ταῖς καινοτομίαις προσέχοντες, ἐξετράπησαν εἰς ζητήσεις καὶ φιλονείκους ἐφευρέσεις τῶν ἀνωφελῶν τούτων ῥημάτων.

(10) *Ἔδρακε*. Sex codices mss. ἔγραψεν. Coisl. primus et Med. cum editis consentiunt.

(11) *Μελιτινῇ*. Medicæus cum tribus Regiis Μελιτήνῃ.

(12) *Τοῦ ἐγκλήματος τοῖ*, etc. Ita mss. septem. Alius habet τοῦ ἐντάλματος. Editi τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ λέγοντος.

(13) *Αφορμῶν*. Coisl. secundus et Regius secundus λογισμῶν.

(14) *Ὑποστρέφειν*. Ita septem mss., quorum tamen duo habent ἀποστρέφειν. Sic etiam editio Maganoensis. Aliæ vero ὑποστρέφειν. Paulo post editio Parisiensis προσφέρειν. Vetustæ editiones, Harl. et Vat. cum tribus aliis ut in textu. Duo alii προσάγειν.

Digitized by Google

5. Ὁ μέντοι Παυλῖνος, εἰ μέν τι καὶ περὶ τὴν A χειροτονίαν ἐπιλήψιμον ἔχει, αὐτοὶ ἂν εἴποιτε· ἡμᾶς δὲ λυπεῖ, τοῖς Μαρκέλλου προσπεπονθὼς (15) δόγμασι, καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἀδιακρίτως εἰς τὴν κοινωνίαν ἑαυτοῦ προσιέμενος. Οἴδατε δὲ, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὅτι πάσης ἡμῶν τῆς ἐλπίδος ἀθέτησιν ἔχει τὸ Μαρκέλλου δόγμα, οὔτε Υἱὸν ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὁμολογοῦν, ἀλλὰ προενεχθέντα, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα εἰς τὸν ὅθεν προῆλθεν, οὔτε τὸν Παράκλητον ἰδίως ὑφεστηκέναι συγχωροῦν· ὥστε οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι Χριστιανισμοῦ μὲν παντελῶς ἀλλοτρίαν ἀποφαίνων τὴν αἵρεσιν, Ἰουδαϊσμὸν δὲ παρεφθαρμένον αὐτὴν προσαγορεύων. Τούτων τὴν ἐπιμέλειαν γενέσθαι παρ' ὑμῶν ἐπιζητοῦμεν. Γένοιτο δ' ἂν, εἰ ἐπιστεῖλαι καταξιώσητε πάσαις ταῖς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις, τοὺς ταῦτα παραχαράσ- B σοντας, εἰ μὲν διορθοῖντο, εἶναι κοινωνικούς· εἰ δὲ ἐπιμένειν φιλονείκως βούλοιντο ταῖς καινοτομίαις, χωρίζεσθαι ἀπ' αὐτῶν. Καὶ ὅτι μὲν ἔδει ἡμᾶς συνεξερεύοντας μετὰ τῆς ὑμετέρας φρονήσεως ἐν κοινῇ σκέψει τὰ περὶ τούτων διαλαβεῖν, οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοοῦμεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ καιρὸς οὐκ ἐνδίδωσι, καὶ τὸ ἀναβάλλεσθαι βλαβερὸν, τῆς ἀπ' αὐτῶν (16) βλάβης ἐῤῥιζωμένης, ἀναγκαίως ἀπεστείλαμεν τοὺς ἀδελφούς· ἵνα ὅσα καὶ τὴν ἐκ τοῦ γράμματος διδασκαλίαν παρέλαθε, ταῦτα παρ' ἑαυτῶν ἀναδιδάξαντες, κινήσωσιν ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν εἰς τὸ παρασχέσθαι τὴν ἐπιζητουμένην βοήθειαν ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

5. Paulinus autem utrum aliquid et circa ordinationem reprehensioni obnoxium habeat, ipsi dixeritis. Nos sane mœrore afficit, quod in Marcelli dogmata propendet, ac illius sectatores sine discrimine ad suam communionem admittit. Scitis enim, fratres maxime colendi, spem nostram omnem everti Marcelli dogmate, quod neque Filium in propria hypostasi confitetur, sed prolatum esse, et rursus reversum ad eum, ex quo processerat, neque Paracletum hypostasim propriam habere concedit: quare non aberraverit, qui a Christianismo penitus alienam hæresim pronuntiet, ac Judaïsmum corruptum illam appellet. A vobis ut horum curam suscipiatis efflagitamus. Suscipietis autem, si omnibus Orientis Ecclesiis scribere non gravemini, eos qui hæc depravant, si corrigantur, admittendos ad communionem; sin autem pertinaciter novitatibus adhærescere voluerint, ab Ecclesiis abscindendos. Atque id quidem factum a nobis oportuisse, ut una cum vestra prudentia sedentes, communi deliberatione de his ageremus, ne ipsi quidem ignoramus. Sed quoniam tempus non permittit, et dilatio exitiosa est, illato ab ipsis damno radice agente, necessario hos fratres misimus, ut et quæcunque litterarum documenta effugerunt, hæc per se ipsi edocentes, pietatem vestram incitent ad expetitum Dei Ecclesiis ferendum auxilium.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΔ'.

EPISTOLA CCLXIV*.

Barsam Basilius, oblata occasione Domnini et sociorum ejus, salutat et hortatur ut oret pro Ecclesia, cui quidem sperat Basilius pacem datum iri, nisi appropinquet defectio.

Βάρσῃ, ἐπισκόπῳ Ἐδέσσης, ἐν ἐξορίᾳ ὄντι. C

Τῷ ὡς ἀληθῶς θεοφιλεστάτῳ καὶ πάσης αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἀξίῳ ἐπισκόπῳ Βάρσῃ Βασίλειος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐρχομένων τῶν γνησιωτάτων ἀδελφῶν τῶν περὶ Δομνῖνον (17) πρὸς τὴν εὐλάβειάν σου, ἡδέως τὴν ἀφορμὴν τῶν γραμμάτων ἐδεξάμεθα, καὶ προσαγορεύομέν σε δι' αὐτῶν, εὐχόμενοι τῷ ἁγίῳ Θεῷ μέχρι τοσούτου φυλαχθῆναι (18) τῇ ζωῇ ταύτῃ, μέχρις οὗ καταξιωθῶμεν ἰδεῖν σε, καὶ ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ χαρισμάτων. Μόνον εὔχου, παρακαλῶ, ἵνα ὁ Κύριος μὴ παραδῷ ἡμᾶς εἰς τέλος τοῖς ἐχθροῖς τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ φυλάξῃ (19) τὰς ἑαυτοῦ Ἐκκλησίας μέχρι τοῦ καιροῦ τῆς εἰρήνης, ἣν αὐτὸς οἶδεν ὁ δίκαιος κριτὴς πότε ἀποδώσει. Ἀποδώσει

Barsæ, Edessæ episcopo, exsulanti.

Vere religiosissimo omnique reverentia et honore digno episcopo Barsæ Basilius in Domino salutem. Cum proficisceretur germanissimus frater Domninus ad tuam pietatem, libenter occasionem scribendi excepimus, teque per illum salutamus, Deum sanctum precantes, ut tandiu custodiamur in hac vita, donec digni habeamur, qui te videamus, ac donis, quæ in te sunt, perfruamur. Tantum precare, obsecro, ut Dominus **408** non tradat nos in perpetuum inimicis crucis Christi, sed custodiat Ecclesias suas usque ad tempus pacis, quam novit ipse justus judex, quando sit redditurus. Reddet enim, nec nos perpetuo

(15) *Προσπεπονθώς*. Ita Harl. cum Coisl. secundo et quatuor codicibus Regiis. Mediceus et Coisl. primus προπεπονθώς. Editi πεποιθώς. Paulo post editi κοινωνίαν αὐτοῦ προέμενος. Octo mss. ut in textu. Sic etiam emendatum est in secunda editione Parisiensi.

(16) *Τῆς ἀπ' αὐτῶν*. Ita veteres libri summo consensu. Editi τῆς ὑπ' αὐτῶν.

(17) *Τῶν περὶ Δομνῖνον*. Existimat Combefisius solum Domninum sic honoris causa nominari, nec ullos designari comites. Atque id quidem libenter assentior doctissimo viro, solum hic Dominum nominari; non idcirco tamen, quod sociis careret, sed quia illi præcipue honor habebatur. Sic enim fieri solere observavimus ad epist. 243, ut cum D plures mitterentur, unus tamen nominaretur. Domnino autem aliquem adfuisse comitem conjicimus ex epist. 267 ad eumdem Barsam, ubi Basilius latores litterarum suarum fratres commemorat, hanc ipsam epistolam indicans. Ait enim se Barsæ non sæpe quidem scripsisse, sed tamen scripsisse: quibus verbis unica designatur epistola.

(18) *Φυλαχθῆναι*. Ita mss. septem. Editi διαφυλαχθῆναι. Paulo post editi καὶ αὐτοπροσώπως ἰδεῖν σε, octo mss. ut in textu.

(19) *Φυλάξῃ*. Sic Vat., Coisl. uterque et Reg. secundus ac Bigot. alter. Quatuor alii φυλάξει. Editi φυλάξοι.

* Alias CCCXXVI. Scripta circa annum 377.

Digitized by Google

neseret. Sed quemadmodum Israelitis annos septuaginta præstituit pro peccatis ad captivitatis pœnam [24]; ita forte et nos omnipotens per statum aliquod tempus traditos aliquando revocabit, ac in pristinam pacem restituet; nisi forte appropinquat defectio, et quæ nunc fiunt, exordia sunt ingressus Antichristi. Quod quidem si ita sit, precare ut aut ærumnas auferat, aut nos inter ærumnas invictos bonus ille custodiat. Omnem illum cœtum, qui pietatis tuæ consuetudine dignus habitus est, per te salutamus. Pietatem tuam omnes, qui nobiscum sunt, salutant. Valens ac lætus in Domino, et pro me orans, Ecclesiæ Dei serveris, Sancti gratia.

Vituperavi prorsus hunc fratrem de domus suæ censu sollicitum, quippe cum in antecessum necessariam immunitatem paupertas ei tribuat. Nam a vita opulenta, ita Domino ad animæ ipsius utilitatem dispensante, nunc in extremam egestatem redactus est, adeo ut quotidianus etiam victus ei vix suppetat, et ex multis mancipiis, quæ prius in sua potestate habuerat, nulli prorsus imperet. Huic corpus solum superest, idque, ut et ipse vides, infirmum et senio confectum, et liberi tres, accessio curarum viro indigenti. Hunc igitur nihil opus habere precatione mea, cum idoneam habeat ad flectendum paupertatem ob morum tuorum humanitatem, certo sciebam. Sed quia difficile est satisfacere petentibus, timui ne cui officio ei debito deessem; C atque adeo scripsi, probe sciens diem illum, quo tuam gravitatem primum viderit, initium vitæ deinceps lætioris futurum, et meliorem aliquam illius rerum mutationem allaturum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙ'.

443 EPISTOLA CCCX ***.

Commendat cognatos suos ac cæteros Ariarathiæ incolas.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ συγγενῶν.

Sine inscriptione, pro cognatis.

Αὐτῷ μοι περισπούδαστον ἦν συντυχεῖν σου τῇ

Mihi ipsi admodum in optatis erat cum tua fa-

(75) *Τοῖς ἀδελφοῖς.* Mutata interpungendi ratione lucem huic loco afferre conatus sum. Sic enim erat in editis, Καὶ παρούσης τῆς τιμιότητός σου, τοῖς ἀδελφοῖς... διελέχθην. Unde interpres, *sermonem habui cum fratribus, eorum, qui Capralis regione orti sunt, gratia:* sed quos hic Basilius fratres appellat, hi alii esse non possunt, quam selecti cives Capralenses ac de rebus patriæ missi. Quare nequaquam his fratribus res Capralenses commendabat, sed potius ei ad quem hæc scripta epistola. Hos enim coram illo antea produxit, ut de rebus Capralensium ageret: nunc eosdem cum litteris mittit. Cæterum clarior multo esset tota verborum complexio, si deessent hæ voces, τοῖς ἀδελφοῖς. Sed si retineantur, non puto aliter, ac interpretatum sum, accipi debere.

(76) *Ἡμῖν εὐχή.* Coisl. secundus et Reg. secundus ἡμῶν εὐχή.

(77) *Ὅς γε.* Sic Med., Coisl. primus et Vat. Editi ὅσγε. [Recte.] D

(78) *Ἐφ' ἡμέραν.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἐφημέρου. Ibidem Vaticanus codex ἀνδραπόδου δὲ μηδενός.

(79) *Δυσωπῆσαι.* Reg. secundus et Coisl. secundus δυσωπῆσαί σε.

(80) *Ἐλλιμπάνῃ.* Coisl. secundus et Reg. secundus ἐλλιμπάνειν.

(81) *Αὐτοῦ.* Ita Coisl. primus et Vat. Editi αὐτῷ.

* Alias CCXXXIII.

** Alias CCXXX.

*** Alias CCXXXVII.

Digitized by Google

cundia congredi pluribus de causis : primum, ut bonis, quæ tibi insunt, longo intervallo perfruerer; deinde, ut etiam pro Ariarathiæ incolis te precarer : quibus jamdudum gravatis dedit Dominus dignum solatium, probitatis tuæ administrationem illis concedens. Est autem et alia quædam meorum cognatorum possessio, quæ valde gravatur, ac fere caput est inopiæ Ariarathicæ : cui etiam precor, ut benignitas tua, quantum fieri potest, medeatur, quo ab iis qui potiuntur, deinceps ferri possit.

A λογιότητι πολλῶν ἕνεκεν· πρῶτον μέν, ὥστε ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ καλῶν διὰ πολλοῦ τοῦ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνου· ἔπειτα δὲ, καὶ περὶ τῶν κατὰ Ἀριαραθίαν ἀνθρώπων παρακαλέσαι σε· οἷς ἐκ παλαιοῦ θλιβομένοις ἔδωκεν ὁ Κύριος ἀξίαν παραμυθίαν, τῆς σῆς ὀρθότητος τὴν ἐπιστασίαν αὐτοῖς (82) χαρισάμενος. Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον τῶν συγγενῶν ἐμῶν πάνυ βεβαρημένον, καὶ σχεδὸν τὸ καιριώτατον τῆς Ἀριαραθικῆς ἀπορίας ὑπάρχον· καὶ παρακαλῶ (83) κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἰατρευθῆναι παρὰ τῆς σῆς χρηστότητος, ὥστε φορητὸν τοῦ λοιποῦ γενέσθαι τοῖς κεκτημένοις.

EPISTOLA CCCXI *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΑ'.

Rogat ut illius domus, qui hanc epistolam ferebat, publicis muneribus gravata subleveti.

Principali.

B

Πρωτεύοντι.

Multas me cogunt litteras dignitati tuæ scribere qui asseverationum mearum rationem non habent, sed proprium quiddam ac eximium in suis rebus exquirunt. Jamdudum enim eis testificatus sum, ita te communem fore et æquabilem nobis juris custodem, ut nemo amplius quidquam ad humanitatem requisiturus sit, nisi plus justo avidus fuerit. Sed tamen ut huic homini satisfaceremus, dedimus ei epistolam, commendantes eum tibi, rogantesque ut et libenter ipsum videas, et quia tempore fatiscit illius domus in obeundis muneribus, eam, quantum fas erit, allevare digneris.

Πολλὰς ἡμῖν ποιοῦσι τὰς ἐπιστολὰς πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα οἱ ταῖς διαβεβαιώσεσιν ἡμῶν μὴ προσέχοντες, ἀλλ' ἴδιόν τι καὶ ἐξαίρετον ἐν τοῖς ἑτέρων ἐπιζητοῦντες. Πάλαι γὰρ ἡμεῖς αὐτοῖς διεμαρτυράμεθα, ὅτι οὕτως ἔσῃ κοινὸς καὶ ἴσος τῶν δικαίων ἡμῖν φύλαξ, ὥστε μηδένα πλέον ἐπιζητῆσαί τι τῶν εἰς φιλανθρωπίαν, ἐὰν μή που ὑπερβάλῃ (84) τῇ ἀπληστίᾳ. Ὅμως δὲ πληροφοροῦντες τοῦτο, ἐδώκαμεν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, συνιστῶντές σοι τὸν ἄνδρα, καὶ παρακαλοῦντες καλῶς τε αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ διὰ τὸ χρόνῳ κεκμηκέναι αὐτοῦ τὸν οἶκον ἐπὶ ταῖς λειτουργίαις, τῆς ἐνδεχομένης αὐτὸν παραλήψεως ἀξιῶσαι.

EPISTOLA CCCXII **.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΒ'.

Commendat aliquem metuentem ne ex novo censu læderetur.

Censitori.

C

Κηνσίτορι.

Nosti quæ accedant hominibus ex censibus tum lucra tum detrimenta. Quare huic ignosce in id vehementer incumbenti, ne quid damni accipiat : quinetiam ei ad jus obtinendum pro virili patrocinari in animum inducas.

Οἶδας τὰς ἐκ τῶν κήνσων καὶ ὠφελείας καὶ βλάβας, τὰς γινομένας τοῖς ἀνθρώποις. Ὥστε σύγγνωθι τῷδε πολλὴν ποιησαμένῳ σπουδὴν μηδεμίαν ὑπομεῖναι βλάβην, καὶ συνάρασθαι αὐτῷ κατὰ δύναμιν πρὸς τὸ δίκαιον προθυμήθητι.

EPISTOLA CCCXIII ***.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΓ'.

Rogat Galatiæ Censitorem, ut de censu domus Sulpicii aliquid remittat.

Censitori.

Κηνσίτορι.

Non licet eminus providentiam divinam intueri : sed nos homines præ animi imbecillitate quæ ante pedes posita sunt respicimus ; et sæpe dum ad bonum finem deducimur, moleste ferimus, tolerante nostras inscitias eo, qui omnia in sapientia moderatur, Domino. Meministi enim quam moleste tunc 444 tulerimus impositam nobis sollicitudinem : quot advocaverimus amicos, ut illorum opera in-

Οὐκ ἔστι πόρρωθεν ἰδεῖν τὰς οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὑπὸ μικροψυχίας οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὰ ἐν ποσὶν ἀποβλέπομεν· καὶ πολλάκις ἐπὶ ἀγαθὸν πέρας ἀγόμενοι δυσχεραίνομεν, ἀνεχομένου ἡμῶν τῆς ἀμαθίας τοῦ πάντα ἐν τῇ ἑαυτοῦ (85) σοφίᾳ διοικοῦντος Δεσπότου. Μέμνησαι γὰρ δήπου ὅσον ἐδυσχεράναμεν (86) τότε πρὸς τὴν ἐπιτεθεῖσαν ἡμῖν φροντίδα, ὅσους παρελάβομεν τῶν φίλων, εἰς τὸ ἡμᾶς ὑπερβάλλῃ.

* Alias CCCCXXI.
** Alias CCCCXXVI.
*** Alias CCCLIII.

(82) *Αὐτοῖς*. Hanc vocem addidimus ex quinque mss. codicibus.

(83) *Ὃ καὶ παρακαλῶ*. Deest conjunctio in Medicæo, Coisl. secundo et Reg. secundo.

(84) *Ὑπερβάλῃ*. Coisl. secundus et Reg. secundus ὑπέρβάλλῃ.

(85) *Τῇ ἑαυτοῦ*. Sic tres vetustissimi codices. Editi τῇ αὐτοῦ.

(86) *Ἐδυσχεράναμεν*. Regius uterque et Coisl. secundus ἐδυσχεραίνομεν. Paulo post editi ὀφλισκάνομεν. Sed potior visa Regii primi et Paris. a Bigot. scriptura, quam secuti sumus.

Digitized by Google

ώτων ἀπώσασθαι τὴν ἐπήρειαν. Οὕτω γὰρ ὠνομάομεν τὸ πρᾶγμα. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς ὁποῖα τὰ παρόντα. Παρέσχε γάρ σοι ὁ Θεὸς ἀφορμὴν τοῦ τὴν καλοκαγαθίαν τῶν τρόπων εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν, καὶ παντὶ τῷ ἐξῆς βίῳ ἀγαθῆς μνήμης ἀφορμὰς ἐναφεῖναι. Οἷαι γὰρ ἂν ὦσιν αἱ ἀποτιμήσεις αὗται, τοιαῦται καὶ αἱ ἐπ' αὐταῖς μνῆμαι παρὰ τῶν ἐπιγινομένων διασώζεσθαι πεφύκασιν (87). Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ εὐτυχουμένοις Γαλάταις ὑπῆρξεν ἂν φιλανθρωποτέρου θεοῦ ἐπιτυχεῖν, ἀκριβῶς ἐγὼ πέπεισμαι. Ἔχω δὲ οὐ Γαλάτας μακαρίζειν τῆς σῆς ἐπιστασίας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐμαυτόν (88). Ἔστι γὰρ κἀμοὶ οἶκος ἐν Γαλατίᾳ, καὶ οἴκων γε ὁ λαμπρότατος σὺν Θεῷ, εἰς ὃν εἰ τύχοιμι παρὰ σοῦ τινος βοηθείας (τεύξομαι δὲ ἕως ἂν ἡ φιλία τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἔχῃ), μεγάλην ἕξομαι τῷ Θεῷ τὴν χάριν. Εἰ οὖν τις λόγος παρὰ τῇ σῇ τιμιότητι τῆς ἐμῆς φιλίας, ὁμολογουμένην τινὰ ὠφέλειαν πάρασχέσθαι τῷ οἴκῳ τοῦ θαυμασιωτάτου ἄρχοντος Σουλπικίου (89), ἡμῶν ἕνεκεν παρακλήθητι· ὥστε ὠφελεῖν τι τῆς νῦν οὔσης ἀπογραφῆς, μάλιστα μὲν ἀξιόλογον, καὶ τῆς σῆς μεγαλονοίας ἄξιον, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ τῆς ἡμετέρας πρεσβείας (90) τῶν ἀγαπώντων σε· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ὅσον οἵ τε καιροὶ (91) συγχωροῦσι, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἐπιδέχεται φύσις· πάντως δὲ ὠφελεῖν, καὶ μὴ ἐᾶσαι ἐπὶ τῆς ταυτότητος· ὥστε ἡμᾶς (92) μυρίων ὧν ἔχομεν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἄρχοντος εὐεργεσιῶν μίαν χάριν ταύτην διὰ τῆς σῆς σεμνότητος ἀντεκτίσαι.

A juriam propulsaremus. Sic enim rem appellabamus Sed nunc vides qualia sint præsentia. Præbuit enim tibi Deus occasionem morum integritatis in lucem proferendæ, totique posteritati argumenta bonæ memoriæ relinquendi. Quales enim descriptiones censuum ipsæ fuerint, talis etiam earum recordatio a posteris conservari solet. Mihi autem Galatas ne optando quidem potuisse ingenium humanius nancisci exploratum et persuasum est. Nec Galatas solum beatos prædicare possum ob tuam administrationem, sed et meipsum. Est enim mihi etiam domus in Galatia ; ac domorum quidem Dei dono longe splendidissima, in quam quidem si mihi aliquid præsidii concesseris (concedes autem quandiu amicitia suo stabit robore), ingentes Deo gratias habiturus sum. Si qua igitur ratio apud tuam dignitatem amicitiæ meæ, ut ratum quoddam beneficium tribuas domui magistratus maxime admirandi Sulpicii, fac mea causa exoreris : adeo ut de censu præsenti aliquid demas, maxime quidem quod memorabile sit, et tua magnanimitate dignum, addam etiam et nostra qui te diligimus precatione. Sin minus, saltem quantum tempora concedunt, et rerum natura patitur : omnino autem aliquid demas, nec in eodem statu relinquas : ut pro innumerabilibus beneficiis, quæ ab egregio illo magistratu accepimus, hanc unam gratiam tuæ gravitatis opera referamus.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΔ'.

EPISTOLA CCCXIV *.

Rogat ut sua causa amorem erga fratrem, qui hanc epistolam ferebat, multiplicet.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ οἰκέτῃ.

Sine inscriptione, pro famulo.

C

Καὶ πῶς ἔμελλον ἐγὼ γραμμάτων οἰκείαν ἀφορμὴν παρόψεσθαι, καὶ μὴ προσερεῖν (93) τὴν σὴν τιμιότητα, τοῦδε πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένου ; Ὃς ἐξήρκει μὲν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ εἰπεῖν τὰ ἡμέτερα, καὶ τὴν τῆς ἐπιστολῆς ἀποπληρῶσαι (94) χρείαν· ἠβουλήθη δὲ καὶ γραμμάτων διάκονος γενέσθαι, διὰ τὸ σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπᾷν, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς προσκεῖσθαι ἡμῖν. Παντὶ (95) τρόπῳ καὶ τὰ ὑμέτερα ῥήματα ἐπικομίζεσθαι βούλεται, καὶ ὑμῖν διακονεῖσθαι. Ἐδώκαμεν οὖν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, δι' ἧς πρῶτον μὲν ὑμῖν εὐχόμεθα πάντα τὰ ἀγαθὰ, ἅτε ὁ βίος οὗτος ἔχει, καὶ ὅσα τὸν ἐν ταῖς (96) ἐπαγγελίαις μακαρισμὸν ἀποκείμενα φυλάσσει· ἔπειτα καὶ δεόμεθα τοῦ ἁγίου Θεοῦ οἰκονομηθῆναι δεύτερον ἡμῖν τὴν συντυχίαν ὑμῶν, ἕως

Et quomodo ego domesticam scribendi occasionem negligerem, nec tuam salutarem dignitatem, hoc ad vos proficiscente ? Qui quidem et per se posset nostra narrare, litterarumque vicem explere : voluit tamen litteras etiam perferre, eo quod me vehementer diligat, ac mihi ex toto animo affixus sit. Cupit omnino et tuum responsum referre, et tibi suam operam præstare. Itaque ei dedi epistolam, qua tibi primum bona omnia precor, tum quæ hæc vita habet, tum quæ promissam beatitudinem reposita servant : deinde etiam Deum sanctum rogo, ut eo ita dispensante iterum vobiscum congrediamur, dum in terra versamur. Cæterum, quin erga memo-

(87) *Τοιαῦται... πεφύκασιν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi τοιαύτη καὶ ἡ ἐπ' αὐτοῖς μνήμη... πέφυκε. Habent etiam ἐπ' αὐταῖς sex alii codices.

(88) *Ἐμαυτόν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ἑαυτόν.

(89) *Σουλπικίου.* Ita Harl. prima manu. Editi Οὐλπικίου.

(90) *Πρεσβείας.* Immorari non soleo in observandis interpretum erratis ; sed tamen hoc loco apponam speciem eruditionis Sculteti, ut quisque videat quantum huic homini tribuendum sit. Sic igitur interpretatur : *Quod ille sit ex ordine presbyterorum nostrorum.* Unde Combefisius : *Vapulet tiro qui sic deliret : eritque nobis homo sic inficetus do-*

D *cirinæ Patrum verique eorum sensus arbiter.*

(91) *Καιροί.* Sic novem mss. Editi χρόνοι.

(92) *Ὥστε ἡμᾶς.* Coisl. primus et Med. ὡς ἡμᾶς.

(93) *Μὴ προσερεῖν.* Negatio addita ex Coisl. secundo et Reg. secundo.

(94) *Ἀποπληρῶσαι.* Iidem duo codices cum Med. πληρῶσαι.

(95) *Ἡμῖν. Παντὶ τρόπῳ.* Uterque Coisl. ἡμῖν παντὶ τρόπῳ.

(96) *Ὅσα τὸν ἐν ταῖς*, etc. Reg. secundus et Coisl. secundus ὅσα τῶν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις τὸν μακαρισμὸν ἀποκείμενον φυλάσσει.

* Alias CCXXXI.

Digitized by Google

ratum fratrem amorem multiplices mea causa, nullus dubito. Quare fac exoreris ut id reipsa experiatur.

ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς. Τὴν δὲ εἰς τὸν προειρημένον ἀδελφὸν ἀγάπην ὅτι πολυπλασιάσεις ἡμῶν ἕνεκεν, οὐκ ἀμφιβάλλω. Ὥστε παρακλήθητι ἔργῳ αὐτῷ παρασχέσθαι τὴν πεῖραν.

445 EPISTOLA CCCXV *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΕ'.

Commendat viduam sibi propinquam ejusque pupillos.

Sine inscriptione, pro propinqua.

Cum omnino persuasum habeam impetraturum me quidquid juste a tua dignitate petivero, libenter epistolam dedi ornatissimæ huic pupillorum curatrici, quæ ædes incolit hydra quadam multorum capitum acerbiores. Quibus omnibus accedit, ut sanguine inter nos conjuncti simus. Quapropter nobilitatem tuam rogo, ut et mihi aliquid tribuens et honorem pupillorum avo debitum conservans, aliquid feras auxilii : quo deinceps fiat illis hæc possessio tolerabilis.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ συγγενοῦς.

Πάνυ πεπεισμένος μηδὲν διαμαρτήσεσθαι περὶ ὧν ἂν μετὰ τοῦ δικαίου παρακαλέσω τὴν τιμιότητά σου, προθύμως ἦλθον ἐπὶ τὸ δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν τῇ κοσμιωτάτῃ τῇδε ὀρφανῶν προεστώσῃ, καὶ οἰκίαν οἰκούσῃ ὕδρας τινὸς πολυκεφάλου χαλεπωτέραν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ὑπάρχει ἡμῖν τὸ καὶ οἰκείως ἔχειν ἀλλήλοις κατὰ γένος. Διὸ παρακαλοῦμέν σου τὴν εὐγένειαν, καὶ ἡμᾶς τιμῶντα, καὶ τῷ πάππῳ τῶν ὀρφανῶν τὴν ὀφειλομένην ἀποσώζοντα τιμήν, παρασχέσθαι τινὰ βοήθειαν· ὥστε φορητὴν τοῦ λοιποῦ τὴν κτῆσιν αὐτοῖς καταστῆσαι.

EPISTOLA CCCXVI **.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙϚ'.

Commendat hominem patrocinio ad ea, quæ sibi proponebat, indigentem.

Sine inscriptione, pro divexato.

Quanquam omnino persuasum habeo litteris non indigere qui tuam clementiam adeunt, propterea quod ex animi probitate plura facis, quam quis obsecrans ad bonum adhortetur ; quia tamen hujusce filii cura majorem in modum tangor, adductus sum ut ad puram tuam et doli expertem animam scriberem, commendans tibi hominem ac rogans, ut quibus rebus poteris præstes, ei ad ea, quæ sibi proponit, tuum pro viribus auxilium. Nullum autem alium ei opus fore patronum, si digneris totam potestatem quam tibi Dominus largitus est, ad illius patrocinium impendere, mihi omnino persuasum est.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ καταπονουμένου (97).

Πάνυ πεπεισμένος μηδὲν δεῖσθαι γραμμάτων τοὺς πρὸς τὴν σὴν χρηστότητα ἀφικομένους, διὰ τὸ πλεῖον ποιεῖν ἐκ τῆς τοῦ τρόπου καλοκαγαθίας ἢ ὅσον ἄν τις παρακαλέσας προτρέψαιτό σε πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὅμως, διὰ τὸ καθ' ὑπερβολὴν φροντίζειν τοῦ υἱοῦ τοῦδε, ἐπιστεῖλαι τῇ καθαρᾷ σου καὶ ἀδόλῳ ψυχῇ προήχθην, συνιστῶν σοι τὸν ἄνδρα, καὶ παρακαλῶν, ἐν οἷς ἂν ᾖ δυνατὸν, παρασχέσθαι αὐτῷ εἰς τὰ προκείμενα τὴν κατὰ δύναμίν σοι ἐπικουρίαν. Ὅτι δὲ οὐδενὸς ἑτέρου δεηθήσεται προστάτου, τοῦ καταξιώσαντος πάσῃ δυνάμει ἣν ἔδωκέ σοι ὁ Κύριος, χρήσασθαι εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῷ προστασίαν, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι.

EPISTOLA CCCXVII ***.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΖ'.

Amici occupationibus tribuit, quod raro litteris suis respondeat. Rogat ut is qui epistolam ferebat, non frustra se pertulisse sentiat.

Sine inscriptione, pro egeno.

Raras mihi ad tuam dignitatem efficiunt litteras rara a te responsa. Indicium enim facio, cur molestiam meas litteras afferre dignitati tuæ putem, quod non accipiam his quæ subinde scribo responsiones. Sed rursus ad aliam traducit cogitationem consideratio multitudinis negotiorum tuorum ; ac tot et tanta in manibus habenti ignosco, si mei obliviscaris : cujus ne si summum quidem esset otium et quies, ob vilem et abjectam vitam facile esset recordari. Te quidem sanctus ille et ad majorem splendorem perducat, et te sua ipsius gratia in præsenti claritate conservet. Mihi autem quælibet occasiones, novæ sunt scribendi

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ ἐνδεοῦς.

Σπανίας ἡμῖν τὰς πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα κατασκευάζει ἐπιστολὰς τὸ σπάνιον τῶν αὐτόθι (98) ἀποκρίσεων. Δεῖγμα γὰρ ποιούμεθα τοῦ ὄγκου ἡμῶν τὸ γράμμα φέρειν τῇ τιμιότητί σου, τὸ μὴ δέχεσθαι ἐφ' οἷς ἂν ἑκάστοτε γράφομεν (99) τὰς ἀποκρίσεις. Πάλιν δὲ εἰς ἑτέραν μεθίστησι διάνοιαν ἡ ἔννοια τοῦ πλήθους τῶν περὶ σὲ πραγμάτων, καὶ συγγνώμην ἔχομεν τῷ τοσαῦτα διὰ χειρὸς ἔχοντι ἐπιλανθανομένῳ ἡμῶν, ὧν οὐδὲ εἰ πᾶσα ἦν σχολὴ καὶ ἡσυχία, διὰ τὸ ταπεινὸν τοῦ βίου μεμνῆσθαι ῥᾴδιον. Σὲ μὲν οὖν ὁ ἅγιος (1) καὶ ἐπὶ μείζονα τῆς περιφανείας ἀγάγοι, καὶ τῇ παρούσῃ λαμπρότητι συντηρήσαι τῇ ἑαυτοῦ χάριτι· ἡμεῖς δὲ πᾶσαν πρόφασιν ἀμείβοντες

* Alias CCXVIII.
** Alias CCXIX.
*** Alias CCXXII.

(97) *Ὑπὲρ καταπονουμένου.* Ita Med. et duo alii. Editi et Coisl. primus, ὑπὲρ καταποιουμένων.

(98) *Αὐτόθι.* Coisl. secundus et Reg. secundus αὐτόθεν.

(99) *Γράφομεν.* Iidem duo codices cum Med. γράφωμεν.

(1) *Ἅγιος.* Vaticanus et Claromontanus addunt Θεός.

Digitized by Google

μεθα γράμμασιν, οὐχ ἥκιστα δὲ τὴν παροῦσαν διὰ τόνδε, ὃν καὶ παρακατατιθέμεθά σοι, καὶ ἀξιοῦμεν λαβεῖν τινα αὐτὸν τῆς τῶν γραμμάτων ἡμῶν (2) διακονίας αἴσθησιν.

A vices; ista inprimis, propter hunc hominem, quem tibi commendo ac rogo, ut se meas ad te litteras non frustra pertulisse sentiat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΗ'

446 EPISTOLA CCCXVIII *.

Rogat ut epistolam ferenti et sua et patriæ prosit commendatio.

Βασιλείου, ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ πατριώτου.

Τοὺς ἐκ τῆς πατρίδος ἡμῶν ἀφικομένους συνίστησί σοι αὐτὸ τῆς πατρίδος δίκαιον· εἰ καὶ ὅτι τῇ τοῦ τρόπου χρηστότητι πάντας ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ἄγεις πρόνοιαν, τοὺς ὁπωσοῦν δεομένους τινὸς ἀντιλήψεως. Καὶ τὸν ἐγχειρίζοντα τοίνυν τὴν ἐπιστολὴν τῇ κοσμιότητί σου, τὸν υἱὸν τοῦδε, δέξαι, καὶ ὡς πατριώτην, καὶ ὡς δεόμενον ἀντιλήψεως, καὶ ὡς παρ' ἡμῶν συνιστάμενόν σοι· καὶ ἐκ πάντων τούτων ἓν αὐτῷ B ὑπαρξάτω, τυχεῖν τῆς ἐνδεχομένης παρὰ σοῦ βοηθείας εἰς τὰ προκείμενα. Δῆλον δὲ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις αἱ ἀνταποδόσεις, οὐ παρ' ἡμῶν τῶν μικρῶν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦ τὰς ἀγαθὰς προαιρέσεις ἀμειβομένου.

Basilii, carens titulo, pro conterraneo.

Eos qui e patria nostra adveniunt, ipsum tibi commendat patriæ jus : tametsi morum benignitate cunctos qui quomodocunque tuo auxilio indigent, sub tuam adducis providentiam. Hunc itaque qui epistolam comitati tuæ traditurus est, filium illius suscipe, et tanquam popularem, et tanquam opis indigum, denique tanquam per nos tibi commendatum ; atque iis ex omnibus unum quoddam illi contingat, ut scilicet auxilium a te quantum fieri poterit consequatur in negotiis suis. Liquet autem bonis operibus paratam esse remunerationem, non per nos quidem pusillos homines, sed per Dominum, qui præclaris institutis mercedem rependit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΘ'.

EPISTOLA CCCXIX **.

Commendat hospitem omni subsidio in terra extranea egentem.

Ὁμοίως ὑπὲρ ξένου.

Κατὰ πόδας τῆς ἀναχωρήσεώς σου ἐπέστη ἡμῖν ὁ υἱὸς οὗτος ὁ τὴν ἐπιστολήν σοι ταύτην ἀποδιδούς, χρείαν ἔχων, ὡς ἀνὴρ ἐν ἀλλοδαπῇ διάγων, πάσης τῆς παρὰ τῶν Χριστιανῶν ὀφειλομένης τοῖς ξένοις C παραμυθίας. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα οὗτός σοι ἐναργέστερον διηγήσεται· τὴν δὲ βοήθειαν αὐτὸς παρέξεις, τήν σοι κατὰ δύναμιν, καὶ ἀναγκαίαν τοῖς προκειμένοις. Ἐὰν μὲν οὖν παρῇ ὁ ἡγεμών, αὐτὸς ζεμαγήσεις πρὸς αὐτὸν δηλονότι. Ἐπεὶ διὰ τῶν πολιτευομένων παρέξεις αὐτῷ τὰ σπουδαζόμενα. Οὐ γὰρ μικρῶς μοι μέλει τὸ πάντα αὐτὸν κατὰ γνώμην πράξαντα ἐπανελθεῖν.

Similiter pro hospite.

E vestigio recessus tui accessit ad me filius iste, qui hanc epistolam tibi porrigit : is velut homo in terra extranea degens, omni eget subsidio, quod hospitibus debetur per Christianos. Et negotium quidem ipse tibi clarius enarrabit : tu vero auxilium præbebis pro viribus, atque necessarium rebus præsentibus. Si itaque aderit præses, ipse videlicet ad eum duces hospitem. Alioqui, per eos qui rempublicam gerunt conficies ei quæ expetit. Non enim mediocriter mihi curæ est, ut peractis ex animi sententia omnibus revertatur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚ'.

EPISTOLA CCCXX ***.

Testatur eum qui ad negotia procuranda missus fuerat, etsi re infecta redit, non tamen pigritiæ accusandum. Scire avet quo loco sint res ecclesiasticæ.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ προσηγορίᾳ.

Διὰ μακροῦ ἡμῖν ὑπῆρξε προσειπεῖν τὴν τιμιότητά σου, τῷ τὸν ἀνακομίζοντα τὰς ἀποκρίσεις πολὺν χρόνον ἐνδιατρῖψαι τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ ἀνδράσι καὶ πράγμασι δυσχερεστέροις (3) περιπεσεῖν. Ἐνιαυτὸν γὰρ ὅλον ἀπεξενώθη τῆς ἐνεγκούσης. Ἀπάταις ἀνθρώπων καὶ διαλύσεσιν ὑπαχθεὶς, εἰ τῆς παρούσης αὐτῷ κακουργίας κρατήσειε, τοῦ παντὸς περιέσεσθαι, ὀψὲ τοῦ κεφαλαίου τῆς ζημίας ἐπῄσθετο, ἐν τῇ κατὰ μικρὸν ἀπάτῃ τῆς αἰσθήσεως κλεπτομένης. Ἐπεὶ οὖν ἐπάνεισι, τῶν τε τοῦ ἀέρος ὀχλη-

Sine inscriptione, salutandi gratia.

Longo intervallo nobis contigit tuam dignitatem salutare ; eo quod qui responsa refert, diu in nostra regione commoratus sit, ac tum in viros morosissimos, tum in negotia difficillima inciderit. Nam annum totum abfuit patria. Is hominum dolis et transactionibus in eam spem inductus se, si præsentem nequitiam superaret, rei totius summam obtenturum, sero damni caput persensit : cum fraus paulatim progrediens sensum præterfugisset. Cum igitur redeat et ab aeris molestiis

(2) *Ἡμῶν.* Coisl. primus ἡμῖν. Paulo ante legit Combefisius πρὸς πᾶσαν πρόφασιν. Sed minus intellexit illud ἀμειβόμεθα, cujus hæc videtur esse sententia : Quot occasiones occurrunt, totidem scribendi vices usurpo.

(3) *Δυσχερεστέροις.* Sic uterque Coisl., Med. et Reg. secundus. Editi δυσχερεστάτοις. Statim editi ἀπάταις γάρ, sed vocula deest in mss. quatuor. Plures autem non habuimus in hanc epistolam.

* Ex Cotelerii *Monum. Ec. Gr.* t. II, p. 94.

** Ibid., p. 95.

*** Alias CCXXI.

Digitized by Google

et ab hominum nequitia liberatus : salutamus te per illum, rogantes ut nostri memineris in precibus (nam precum auxilio valde indigemus), simul etiam certiorem te facio, quos beatus episcopus debito solvendo obnoxios reliquerat (siquidem in suo testamento et debiti fecit mentionem, et unde et a quibus illud **447** solvi oporteret), eos amicis admonitionibus spretis necessitatem tribunalium exspectare. Quare sodalis noster re infecta rediit, atque hæc ipsa rogavit ut de eo testaremur, ne segnitiei aut pigritiæ apud tuam dignitatem incusaretur. De his hactenus. Cæterum quo in statu sint res Ecclesiarum, utrum concedatur ut in eodem statu permaneant, an in pejus vergant, aut spem aliquam habeant futuræ in melius mutationis, per aliquem e charis fratribus certiorem me facere digneris.

ρῶν καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν μοχθηρίας ἀπαλλαγείς, ἀσπαζόμεθά σε δι' αὐτοῦ, παρακαλοῦντες μεμνῆσθαι ἡμῶν ἐπὶ τῶν προσευχῶν (πολλῆς γὰρ τῆς ἐκ τῶν εὐχῶν βοηθείας δεόμεθα), καὶ ἅμα σημαίνομεν, ὅτι οἱ ὑπεύθυνοι καταλειφθέντες πρὸς τὴν τοῦ ὀφλήματος ἔκτισιν παρὰ τοῦ μακαρίου ἐπισκόπου, ἐπιμνησθέντος ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ τε τοῦ χρέως, καὶ ὅθεν προσῆκεν ἐκτισθῆναι (4), καὶ διὰ τίνων, ὑπεριδόντες τῶν φιλικῶν ὑπομνήσεων, τὰς ἐκ τῶν δικαστηρίων ἀνάγκας ἐκδέχονται. Διὸ ἅπρακτος ἐπανῆλθεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν, καὶ ταῦτα αὐτὰ ἠξίωσεν αὐτὸν (5) παρ' ἡμῶν μαρτυρηθῆναι, ὡς μὴ ὀργίας μηδὲ ῥαθυμίας ἔγκλημα σχεῖν παρὰ τῇ τιμιότητί σου. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Τὰ δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν ὅπως ἔχει, εἴτε συγκεχώρηται μένειν ἐπὶ τῆς ὁμοιότητος, εἴτε καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐκπέπτωκεν, ἢ τίνα (6) ἐλπίδα τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἔχει μεταβολῆς, γνωρίσαι ἡμῖν διὰ τινὸς τῶν γνησίων ἀδελφῶν καταξίωσον

EPISTOLA CCCXXI *.

Auctor hujus epistolæ, quem Gregorium Nazianzenum esse non obscure perspicitur, non sine solito lepore Theclam rogat, ut his qui ecclesiæ conseptum exstruebant, vinum suppeditet, propterea quod vehemens anni præteriti frigus vites succiderat.

Theclæ.

Præterito anno, etc.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΑ'.

Θέκλῃ.

Τὸ παριππεῦσαν ἔτος, κ. τ. λ.

Vide inter S. Gregorii Nazianzeni epistolas, epist. 57.

EPISTOLA CCCXXII**.

Rationem reddit cur sero respondeat : rogat ut post longam hiemis absentiam saltem ad Paschæ diem cum conjuge redeat.

Sine inscriptione, ut cum amico Pascha celebret.

Acceptis tuæ dignitatis litteris, gavisus sum, ut par erat, et Domino gratias egi, atque paratus eram respondere, si quis opportune de rescribendo submonuisset. Nam negotium illud, de quo mihi mandaveras, temporis progressu absolutum est. Non erat **448** autem, antequam conficeretur, tutum quidquam respondere. Hæc mei silentii fuit causa : non enim segnities, neque officii ignoratio. Etiamsi enim omnino piger essem, tamen vitia mea coram tua dignitate occultare omni modo studuissem. Nunc vero non possum ego tui oblivisci, ne brevissimo quidem temporis spatio : aut certe quispiam se ipse potius ignoret : sed sive scribam, sive non, infixum te meo cordi circumfero : et longam illam hiemis absentiam ita moleste fero, ut precer, si integrum tibi ipsi non est ob eas, de quibus audivi, occupationes, rusticos relinquere, mihi occasionem dari ad loca illa veniendi, ac vera illa tuorum morum integritate ac ornamentis tuis perfruendi. Omnino autem salutarem Paschæ diem nobiscum conaberis transigere, una cum

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΒ'.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ φίλῳ συμπασχάσαι.

Δεξάμενος τὰ γράμματα τῆς σῆς τιμιότητος ἡσθην, ὡς εἰκὸς, καὶ εὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, καὶ προθύμως εἶχον ἀντιφθέγξασθαι, ἐάν τις κατὰ καιρὸν περὶ ἀντιγράφων ὑπέμνησε. Τὸ γὰρ πρᾶγμα ὑπὲρ οὗ (7) ἐπέταξας ἡμῖν, χρόνῳ ἐλάμβανε τὴν κατάστασιν. Οὐκ ἐνῆν δὲ πρὸ τοῦ πέρατος ἀσφαλὲς οὐδὲν ἀποκρίνασθαι. Αὕτη ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς ἡμῶν· οὐ γὰρ δὴ ῥαθυμία, οὐδὲ ἄγνοια τοῦ προσήκοντος. Εἰ γὰρ καὶ ὅλως ἦμεν (8) ῥᾴθυμοι, ἐσπουδάσαμεν πάντως ἐπὶ τῆς σῆς τιμιότητος συσκιάσαι ἡμῶν τὰ ἐλαττώματα. Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἐπιλαθέσθαι σου οὐδὲ τὸ βραχύτατον (ἢ πρότερον ἄν τις ἑαυτὸν ἀγνοήσειεν)· ἀλλὰ κἂν ἐπιστέλλωμεν, κἂν μή, ἐνιδρυμένον σε ταῖς καρδίαις ἑαυτῶν περιφέρομεν, καὶ πρὸς τὴν μακρὰν ἀπόλειψιν τοῦ χειμῶνος οὕτω δυσκόλως ἔχομεν, ὥστε εὔχεσθαι, εἰ μὴ αὐτῷ σοι (9) δυνατὸν, διὰ τὰς ἀκουομένας ἀσχολίας, καταλιπεῖν τοὺς ἀγροίκους, ἡμῖν ἐγγενέσθαι πρόφασιν ἐπιστῆναι τοῖς τόποις, καὶ τῆς ἀληθινῆς εὐσταθείας τῶν σῶν τρόπων καὶ τῆς κοσμιότητος ἀπολαῦσαι. Πάντως δὲ τὴν σωτήριον ἡμέραν τοῦ Πάσχα μεθ' ἡμῶν ποιῆσαι προθυμηθήσῃ, μετὰ τῆς κοσμιωτάτης συμβίου σου,

* Alias CCXII.

** Alias CCXXIII.

(4) *Ἐκτισθῆναι.* Duo codices ἐκτίσθαι. Paulo post male in editis ἕτερος. Mss. ἑταῖρος.

(5) *Αὐτόν.* Non male deest in codice Vaticano.

(6) *Ἤ τίνα.* Duo codices εἴτε τίνα. Ibidem editi γνωρίσαις. Quatuor mss. ut in textu.

(7) *Ὑπὲρ οὗ.* Duo mss., περὶ οὗ. Paulo post editio Paris., οὐκ εἶην δέ. Mss. ut in textu. Subinde quatuor codices, σιωπῆς ἡμῶν. Editi σιωπῆς ἡμῖν.

(8) *Ἦμεν.* Deest ea vox in Med. et Coisl. prima. Duo codices, εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἐσμέν.

(9) *Εἰ μὴ αὐτῷ σοι.* Sanum locum Combefisius corrumpit, dum emendare cupit. Legendum putat εἰ μὲν αὐτῷ σοι, repugnantibus codicibus mss. ac ipsa etiam sententia.

Digitized by Google

γ καὶ προσαγορεύομεν διὰ σοῦ, καὶ παρακαλοῦμεν A ornatissima tua conjuge : quam per te saluto et
υμπρᾶξαι ἡμῖν εἰς τὸ ἐπεῖξαί σε πρὸς ἡμᾶς. rogo, ut tradita mihi opera tuam ad nos profectionem urgeat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΓ'. EPISTOLA CCCXXIII*.

ratias agit Deo, quod Philagrii servorum fuga ipsius litteras sibi conciliaverit : hortatur ut sæpe ad se scribat de aomesticis et ecclesiasticis rebus, ac operam suam Ecclesiarum pacificationi impendat. Cæterum sibi epistolam sero redditam a Cyriaco ; sed tamen diligentiam suam non defuisse.

Φιλαγρίῳ Ἀρχήτῃ (10).

Χάρις τῷ ἁγίῳ Θεῷ· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι χάριν χειν τοῖς ἠδικηκόσι σε, ὅτι μοι γεγόνασι γραμμάτων πόθεσις. Ἀλλ' ὁ πανταχόθεν εὐεργετῶν ἡμᾶς Κύριος ἴλε καὶ διὰ τῶν λυπηρῶν πληροῦν πολλάκις τὰς παρακλήσεις. Ὅθεν καὶ ἡμῖν τὴν εἰκαιότητα (11) ὧν ἀποδράντων σε (12), εὐφροσύνης ἐποίησεν ἀφορμήν. Ἀλλὰ γράφοις ἡμῖν διὰ πάσης προφάσεως· οἵαὖτα γράφων, οὕτω μὲν ἀπὸ χρηστῆς γνώμης, B οὕτω δὲ ἀπὸ γλώττης κεκαθαρμένης. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ἴσμεν προσποιεῖσθαι τὸ ἐν τῇ λέξει τερπνόν, ἀλλ' ὧν φυσικῶς πως κατακηλούμεθα παρ' αὐτοῦ, καὶ γετε ἡμᾶς, οἱ τὸν λόγον χαρίεντες, ὥσπερ οἱ τὰς ιελίσσας διὰ τῶν κρουμάτων (13). Πολλάς γε οὖν πεμπε τὰς ἐπιστολάς, καὶ μακρὰς ὡς ἔνι μάλιστα· ὑ γὰρ δὴ ἀρετὴ ἐπιστολῆς ἡ βραχύτης, οὐ μᾶλλόν τ ἢ ἀνθρώπου. Γράφε δὲ ἡμῖν τά τε κατὰ τὸν οἶκον, πως διάκειται, καὶ αὐτό σοι τὸ σῶμα ὅπως ὑγείας χει· καὶ, εἰ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡσυχάζει· μέλει γάρ σοι καὶ τούτων καλῶς ποιοῦντι. Καὶ μέντοι καὶ ἴ τις δύναμις συμπονεῖν τῇ εἰρήνῃ καὶ τῇ ἑνώσει ὧν διεστηκότων, μὴ παραιτοῦ. Ὁ δὲ χρηστὸς Κυριακὸς ἥψατο πρότερον τῆς σπουδῆς, καὶ τότε ἡμῖν ἐπέδωκε τὴν ἐπιστολήν· ἐπὶ δὲ (14) τὰ λείψανα τοῦ C πράγματος ἔσχε συναιρομένους, τὰ ἡμῖν δυνατά. Ἐπεστείλαμεν γὰρ τῷ χωρεπισκόπῳ τῶν τόπων· ὃς ἂν ποιήσῃ τι τῶν προστεταγμένων, αὐτὰ γνωρίσει τὰ πράγματα.

Philagrio Arceno.

Gratiæ Deo sancto ; non enim dixerim me gratiam habere his qui te læserunt, quod mihi litterarum occasio exstiterint. Sed qui nos undecunque beneficiis afficit Dominus, novit per ipsas etiam molestias implere sæpe consolationes. Unde et mihi levitatem eorum qui a te aufugerunt, gaudii occasionem effecit. Verum, qualibet oblata occasione, ad me scribe, cum scribas talia, ex voluntate adeo bona, et lingua adeo pura. Quanquam enim orationis suavitatem sectari me non affirmo, tamen natura duce per illam demulceor ; et vos quorum oratio suavis est ac jucunda, me perinde ducitis, ac apes tinnitibus ducuntur. Multas igitur mitte epistolas, et quam poteris longissimas ; non enim virtus epistolæ brevitas, non sane magis quam hominis. Scribe autem nobis et de rebus tuis domesticis, quo sint loco ; et corpus tuum ut valeat, et utrum res Ecclesiarum tranquillæ sint. Nam et hæc tibi curæ sunt, nec immerito. Imo etiamsi qua facultas de pace et dissidentium conjunctione allaborandi, ne refugias. Cæterum bonus ille Cyriacus prius diligentia usus est, et tunc mihi reddidit epistolam : deinde ad id quod supererat negotii adjutores nos habuit pro nostris viribus. Scripsimus enim ad locorum chorepiscopum : qui quidem utrum aliquid ex iis, quæ in mandatis habet perfecturus sit, res ipsa demonstratura est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΔ'. 449 EPISTOLA CCCXXIV**.

Hortatur ut sibi caveat a Patricio homine vaferrimo.

Πασινίκῳ (15) ἰατρῷ.

Δεῖγμα (16) τοῦ μὴ παρέργως σε ἔχειν περὶ ἡμᾶς, ὡ εὐθὺς ἀπ' αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου (17) προσφθέγγεσθαι ἡμᾶς. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τοῦτό σπουδῆς ἄξιον, τὸ ἐντυχεῖν γράμμασι φιλικοῖς· ἂν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις χρείαν ἀνύῃ τὰ D

Pasinico medico.

Argumento est me a te non negligi, quod statim ab ipsis judicii, ut ita dicam, januis me salutasti. Atque illud quidem optabile est, litteras amicas accipere : sed si quæ scribuntur, in rebus maximis usui sint, certe in pretio longe

(10) *Φιλαγρίῳ Ἀρχήτῃ.* Sic tres vetustissimi odices, itidem ut editi. Reg. secundus et Coisl. ecundus, Φιλαγρίῳ Ἀρκίνῳ. Reg. primus, Φιλαγρίῳ, tantum. Duo iidem mss. initio epistolæ, ὑποθέσεις.

(11) *Εἰκαιότητα.* Sic uterque Coisl. cum Regio rimo et Paris. Huic scripturæ favet etiam Vaticanus, qui habet, ἐκκαιότητα. Harl. et Reg. primus um editis, σκαιότητα.

(12) *Ἀποδράντων σε.* Sic Harl., Coisl. primus, Reg. primus et Vat. Editi, ἀποδρασάντων σε. Clarom., ἀποδράντων σου.

(13) *Κρουμάτων.* Ita tres vetustissimi codices uss. et alii duo. Editi, κρουσμάτων.

(14) *Ἐπὶ δέ.* Sic mss. Editi, ἐπεὶ δέ.

(15) *Πασινίκῳ.* Clarom., Παιωνίκῳ.

(16) *Δεῖγμα.* Editi addunt, μέγιστον, sed deest illa vox in sex codicibus. Ibidem Coisl. primus, ἔχειν πρὸς ἡμᾶς. Coisl. secundus et Reg. secundus, μὴ παρέργως ἔχειν.

(17) *Τῆς εἰσόδου.* Magis arrisit hæc scriptura Reg. secundi et Coisl. secundi, quam quod legitur in aliis codicibus et editis, τῆς ὁδοῦ, *ab ipsis viæ januis.* Εἴσοδος in epist. 289 et 307 idem sonat ac judicium, sive introitus in causam, qui quidem sensus mirifice quadrat cum hac epistola. Ibidem Coisl. primus, προσφθέγξασθαι. Paulo post Med, Harl., Coisl. primus, εἰ δὲ καὶ τὴν... ἀνύει.

* Alias CCCLV.

** Alias CCCLXXV.

Digitized by Google

majori sunt habenda. Itaque pro certo scias, Patricium virum perquam optimum tanta suadæ pharmaca in suis labiis ferre, ut, non modo quod tu scripsisti, sed etiamsi Sauromatam quemdam aut Scytham offenderit, ei facile quidquid libuerit persuadeat. Verumtamen illa hilaritatis verba non ex corde proficiscuntur. Jamdudum enim obtinuit illa species, voce tenus simplices esse et ineptos, ac paratos res suas cuivis judicio committere; sed ubi ad rem ipsam ventum erit, tu vero illic haud reperiaris. Sed hæc apud te dicta sint, ut ipse agnoscas virum hunc alioqui non eum esse, quem facile ducas quo velis; atque etiam in animum tuum inducas, nequaquam verbis decoris attendere, sed dum rebus ipsis comprobentur, exspectare.

γραφόμενα, πολλῷ πλείονος ἄξια γίνεται ἀκούσεως. Εὖ τοίνυν (18) ἴσθι, ὡς ὁ τὰ πάντα (19) ἄριστος ἀνὴρ Πατρίκιος τοσαῦτα ἐπὶ τῶν χειλέων αὐτοῦ τῆς πειθοῦς φέρει φάρμακα, ὥστε μὴ ὅτι σὺ (20) ἐπέστειλας, ἀλλὰ κἂν Σαυρομάτην τινὰ ἢ Σκύθην λάθῃ, πείσαι ἂν (21) ῥᾳδίως περὶ ὧν ἐθελήσειεν. Οὐ μὴν ἀπὸ καρδίας ἐστὶ τὰ τῆς εὐφροσύνης (22) ἐκεῖνα ῥήματα. Πάλαι γὰρ ἐπιτετήδευται τὸ σχῆμα τοῦτο· μέχρι φωνῆς (23) χρηστοὺς καὶ ἀπειροκάλους ὄφθαι καὶ ἑτοίμους εἶναι ἐπιτρέπειν παντὶ δικαστηρίῳ τὰ κατ' αὐτούς· ἐπειδὰν δὲ ἐπ' αὐτῶν γένωνται τῶν πραγμάτων, μὴ σύ γε ἐκεῖ (24) τύχοις. Ἀλλὰ ταῦτα μέν μοι πρὸς σὲ εἰρήσθω, ἵν' αὐτός τε εἰδείῃς (25) καὶ (26) τὸν ἄνδρα οὕτε ἄλλως ὄντα εὐπαράγωγον, ἔτι καὶ παρὰ σεαυτοῦ πεισθῇς, μὴ τῇ τῶν ῥημάτων προσέχειν εὐπρεπείᾳ, ἀλλὰ τοὺς ἐκ τῶν πραγμάτων ἀναμένων ἐλέγχους.

EPISTOLA CCCXXV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΕ'.

Gratias agit quod ad se scripserit per communem filiam Icelium, quam laudat perhonorifice.

Magniniano.

Satis erant vel litteræ tuæ gravitatis ad me omni lætitia perfundendum. Nunc vero cum et mulierum ornatissima, communis nostra filia Icelium, tuam mihi epistolam tradidit, lætitiam meam plus quam duplicavit non solum quod viva sit imago probitatis tuæ, sed etiam quod per se omne demonstret virtutis studium. Quare primum quidem eam libenter excepi propter te, deinde vice versa, beatum te propter illam prædicavi, quod te talis liberorum educationis merces maneat a Domino Deo. Utinam autem et te aliquando videamus, atque bonis tuis perfruamur, neque corporis infirma valetudine, neque ulla alia molestia congressum nostrum impediente.

Μαγνιναρῷ (27)

Ἐξήρκει καὶ τὸ γράμμα τῆς σεμνότητός σου πᾶσαν ἡμῖν ἐξεργάσασθαι εὐφροσύνην. Νυνὶ δὲ καὶ ἡ κοσμιωτάτη γυναικῶν Ἰκέλιον (28), ἡ κοινὴ θυγάτηρ ἡμῶν, τὴν ἐπιστολὴν ἀποδοῦσα, πλέον ἢ εἰς τὸ διπλάσιον τὴν εὐφροσύνην ἐπηύξησεν· οὐ μόνον τῷ ἔμψυχος εἰκὼν εἶναι τῆς σῆς (29) καλοκἀγαθίας, ἀλλὰ καὶ τῷ παρ' ἑαυτῆς πᾶσαν ἐπιδεικνύναι ἀρετῆς ἐπιμέλειαν. Ὥστε πρότερον αὐτὴν ἀσμένως ἐξάμενοι διὰ σὲ, ὕστερον ἀναστρέψαντες ἐμακαρίσαμέν σε δι' αὐτήν, ὅτι τοιαύτης τεκνοτροφίας μισθοί σε μένουσι παρὰ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ. Ἀλλ' ἴδοιμέν ποτε καὶ αὐτὸν σὲ, καὶ τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαύσαιμεν, μήτε ἀῤῥωστίας, μήτε ἑτέρας τινὸς δυσχερείας ἐμποδιζούσης ἡμῶν τῇ συντυχίᾳ (30).

450 EPISTOLA CCCXXVI**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚϚ'.

Salutat oblata occasione et hortatur, ut per totam vitam Dei meminerit.

Sine inscriptione, admonitionis causa.

Dedit mihi Deus sanctus commodissimam lit-

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ νουθεσίᾳ.

Ἔδωκεν ἡμῖν ὁ ἅγιος Θεὸς οἰκειοτάτην πραγμα-

* Alias CCCLXXXI.

** Alias CCXXIV.

(18) *Εὖ τοίνυν.* Medicæus codex, σὺ τοίνυν.

(19) *Ὡς ὁ τὰ πάντα.* Duo mss. ὅτι ὁ πάντων.

(20) *Μὴ ὅτι σύ.* Coisl. primus et Med., μηδ' ὅτι οὖν.

(21) *Πεῖσαι ἄν.* Sic Coisl. primus. Tres alii recentiores, πείσῃ ἄν. Editi πείσει ἄν.

(22) *Εὐφροσύνης.* Sic mss. Editi, ἀφροσύνης.

(23) *Φωνῆς.* Editi addunt, εἶναι, quod deest in quatuor mss. iisque antiquissimis. Ibidem Coisl. secundus, ἑτοίμως ἐπιτρέπειν. Idem codex cum tribus aliis habet, καθ' ἑαυτούς.

(24) *Ἐκεῖ.* Deest ea vox in codice Medicæo.

(25) *Εἰδείης.* Mss. quatuor, εἰδῇς. Mox codex Medicæus, πεισθείς.

(26) *Καί.* Fortasse istud καί collocandum sit statim ante vocem ἔτι quæ mox sequitur. EDIT.

(27) *Μαγνιναρῷ.* Hunc Magninianum diversum esse puto a Magneniano comite, ad quem scripsit Basilius epistolam 175. Non solum comitis titulus deest in hac epistola, sed etiam Μαγνινιανός nuncupatur in codicibus Harl., Coisl. secundo et Reg. secundo et editis. In Medicæo autem et Coisl. primo dicitur Μαγνημιανός. Sic etiam Harlæanus secunda manu. At in epistola 175 Medicæus codex habet, Μαγνινιανῷ, Coisl. primus et Clarom., Μαγνηνιανῷ. Editi, Μαγνημιανῷ. Quanquam forte hæ varietates librariorum negligentiæ sunt tribuendæ, itaque et idem Magninianus, sive Magnenianus, sive etiam Magnemianus. Nonnulli codices initio, ἐξεργάσασθαι.

(28) *Ἰκέλιον.* Vat. et Bigot., Εἰκέλιον.

(29) *Τῆς σῆς.* Sic Harl., Coisl. primus. Editi, τῆς ὑμετέρας. Paulo post iidem antiquissimi codices habent, δεικνύναι, et infra, Δεσπότου Χριστοῦ. Harlæanus tamen secunda manu, Θεοῦ.

(30) *Τῇ συντυχίᾳ.* Nonnulli codices, τὴν συντυχίαν.

Digitized by Google

ων (31) ὑπόθεσιν, τον ἀδελφὸν τόνδε γνωρίσας ἡμῖν, ἄνδρα, ᾧ κατὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα ἐχρησάμεθα τῆς ἐγγράφου (31*) ταύτης μιλίας ἡμῶν διακόνῳ· εὐχόμενοι τῷ Θεῷ, ἐπὶ μεῖζόν σε περιφανείας καὶ δόξης προϊόντα, κοσμεῖν καὶ μᾶς καὶ τὴν πατρίδα πᾶσαν τῇ οἰκείᾳ σεαυτοῦ ρετῇ (32). Παρακαλοῦμεν δέ σε παρὰ πάντα τὸν ίον μεμνῆσθαι τοῦ κτίσαντός σε Θεοῦ καὶ τιμήσαντος· ἵνα πρὸς τῇ τοῦ βίου τούτου λαμπρότητι ἔτι αὶ τῆς (32*) οὐρανίου δόξης ἀξιωθῇς, ἧς ἕνεκεν πάντα ποιητέον ἡμῖν, τοῖς πρὸς τὴν μακαρίαν ἐλπίδα τὴν ζωὴν ἡμῶν ἀπευθύνουσιν.

A terarum occasionem : qui mihi hunc fratrem notum fecit, virum nempe illum, quo ad tuam dignitatem revertente hujus per litteras colloquii ministro usus sum : Deum rogans, ut magis ac magis dignitate ac gloria crescens, et nos, et patriam omnem propria tua virtute exornes. Adhortor autem te, ut per totam vitam Dei memineris, qui te condidit, ac honore cumulavit : ut præter hujus vitæ splendorem adhuc etiam gloriam cœlestem consequaris : ob quam nobis, qui ad beatam spem vitam nostram dirigimus, facienda sunt omnia.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΖ'.

EPISTOLA CCCXXVII*.

Viro præpotenti bene precatur, ob honorem sibi ab illo habitum. Hortatur ut ad Ecclesiæ defensionem incumbat

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ παρακλήσει.

Sine inscriptione, exhortatoria.

B

Ὑπὲρ ὧν παρόντας ἡμᾶς ἐτίμησας, καὶ ἀπόντων μεμνῆσθαι καταξιοῖς (33) (ἦλθε γὰρ εἰς ἡμᾶς ἡ ἀκοή), παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Δεσπότου γένοιτό σοι ἀνταπόδοσις· καί σε ἴδοιμεν (34) ἐν τῇ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ ἔργοις ἀγαθοῖς εὐδοκίμων· ἵνα ὥσπερ τῆς ἐνταῦθα περιφανείας ἠξίωσαι, οὕτω καὶ παρὰ τῷ οὐρανίῳ βασιλεῖ σεμνότητος ἀπολαύσῃς. Παρακαλοῦμεν οὖν προηγουμένως, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαρκῆ παρασχέσθαι τὴν σπουδήν· ἔπειτα καὶ τὸ εἰς ἡμᾶς εὐμενὲς ἐπαυξῆσαι, μνήμης τε πάσης καὶ προστασίας ἡμᾶς ἀξιοῦντα, καὶ γράμμασιν· ὥστε ἀπόδειξιν ἡμᾶς ἔχοντας, ὅτι οὐ βαρύνῃ ἡμᾶς ἐπιστέλλοντας (35), συνεχέστερόν σου τῇ μεγαλονοίᾳ καταθαρρῆσειν.

Pro eo quod præsenti mihi honorem habuisti, et absentis meminisse dignaris (ita enim auditione accepi), remunerationem consequaris a Domino optimo : teque videamus in magna illa justi judicii Dei nostri die ob bona opera probatum et spectatum : ut quemadmodum in hac vita inclaruisti, ita etiam splendorem apud cœlestem regem adipiscaris. Adhortamur igitur te ante omnia, ut in Dei Ecclesiam juge conferas studium : deinde etiam, ut benevolentiam in nos adaugeas, meque recordatione omni ac patrocinio dignatus, litteris etiam cohonestes, ita ut ubi compertum erit me tibi molestum non esse, audeam ad tuam magnanimitatem crebrius C scribere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΗ'.

EPISTOLA CCCXXVIII**.

Salutat Hyperechium, seque ait non melius solito valere.

Ὑπερεχίῳ.

Hyperechio.

Καὶ προσαγορεύω τὴν τιμιότητά σου, καὶ εὔχομαί σοι τὰ ἀγαθά· ἐμαυτὸν δὲ καταμηνύω σπουδὴν ἔχοντι πάντως εἰδέναι τὰ καθ' ἡμᾶς, μηδὲν ἄμεινον τῆς συνηθείας πράττοντα (36). Τῶν γὰρ δυσφημοτέρων φείδομαι, ὡς ἂν μὴ πάνυ λυποίην τὸν τὰ βέλτιστα ἡμῖν συνευχόμενον.

Et saluto tuam dignitatem, et tibi bene precor. Meas autem res scire etiam atque etiam aventi, declaro melius solito mihi non esse. Nolim enim gravius quidquam dicere, ne prorsus eum, qui mihi optima precatur, afficiam tristitia.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΘ'.

451 EPISTOLA CCCXXIX***

Gratias agit ob pisces ad se missos, sed multo magis ob litteras.

Φαλερίῳ.

Phalerio.

D

Πάνυ ἡδέως ἐτέρφθην τοῖς ποταμίοις ἰχθύσι, μνησικακήσας (37) αὐτῶν τὴν φυγὴν ἣν ἔφυγον ὑπο-

Suaviter omnino delectatus sum fluvialibus piscibus, fugamque ultus sum, quam concre-

(31) *Πραγμάτων.* Commodissimam negotiorum exediendorum occasionem. Legendum putat Combefisius, γραμμάτων. Valde arridet hæc sententia; ed quia nullus favet ms. codex, nihil ausi sumus n ipso contextu mutare.

(31*) *Ἐγγράφου.* Ita mss. omnes. Editi, ἐγγράφης.

(32) *Πᾶσαν... ἀρετῇ.* Hæc addita ex Med., Coisl. rimo, Vat. et duobus aliis.

(32*) *Ἔτι καὶ τῆς.* Primam vocem addidimus ex uinque mss.

(33) *Καταξιοῖς.* Ita mss. quatuor : editi, κατξίους. Paulo post Medicæus codex. ἦλθεν γὰρ ὡς ἡμᾶς.

(34) *Ἴδοιμεν.* Sic duo mss. Editi, ἴδωμεν. Paulo post mss. tres, ἠξίωσεν.

(35) *Ἐπιστέλλοντας.* Editi addunt, σοι, sed deest hæc vocula in quatuor mss. Deest etiam ἡμᾶς in codice Vaticano.

(36) *Πράττοντα.* Ita mss. Editi, πράττοντι.

(37) *Μνησικακήσας.* Hæc scriptura, quæ in editis et nonnullis exstat mss. ac olim prima manu exstitit in Harlæano, displicet Combefisio, legendum

* Alias CCXXV.

** Alias CCCLXVII.

*** Alias CCLXXXII.

Digitized by Google

tum ex glacie tectum subeundo ceperant. Ego tamen tuas litteras pluris facio quam pisces. Quapropter scribas potius quam mittas. Quod si tibi magis libuerit silere, saltem pro me precari ne intermittas.

δραμόντες τὴν σκέπην τὴν ἐκ τοῦ κρύους. Ἰχθύων δὲ ἡμῖν τιμιώτερά σου τὰ γράμματα. Ὥστε ἐπίστελλε μᾶλλον ἢ ἀπόστελλε. Εἰ δὲ ἥδιόν σοι σιωπᾷν (38), σὺ δὲ ἀλλ' εὐχόμενος ὑπὲρ ἡμῶν μὴ διαλίπῃς (39).

EPISTOLA CCCXXX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛ'.

Queritur quod ad se non scribat.

Sine inscriptione.

Diligi te a me, disce ex his quæ scribo: me a te odio haberi, ex silentio agnovi. Scribe saltem in posterum, calamo et atramento ac exili charta amantes redamans.

Ἀνεπίγραφος.

Ὅτι σε φιλῶ, οἷς ἐπιστέλλω μάθε. Ὅτι με μισεῖς, οἷς σιωπᾷς ἔγνων. Γράφε δὲ κἂν τοῦ λοιποῦ, καλάμῳ καὶ μέλανι καὶ βραχεῖ χάρτῃ φιλοῦντας (40) φιλῶν.

EPISTOLA CCCXXXI**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛΑ'.

Queritur quod iterum eadem de re scribere cogatur, monet ut vel sibi obsequatur, vel causam reddat, cur non obsecutus sit.

Sine inscriptione.

Frustra de iisdem bis scribitur. Aut enim res ejus naturæ non est, ut emendari possit, ac frustra nobis adeuntes molesti sunt: aut nos contemnunt qui epistolas accipiunt, sicque desipimus contemptoribus scribentes. Cum igitur jam de eodem acceperis litteras, coactusque sim denuo scribere; aut corrige, si potes: aut causam indica cur quæ præceperam non sint jamdudum peracta.

Ἀνεπίγραφος (41).

Μάταιόν ἐστι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλειν. Ἢ γὰρ φύσιν οὐκ ἔχει διορθώσεως τὸ πρᾶγμα, καὶ μάτην ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν οἱ προσιόντες, ἢ οἱ δεχόμενοι τὰς ἐπιστολὰς παρορῶσιν (42) ἡμῶν· καὶ οὕτω μεταιοφρονοῦμεν τοῖς καταφρονηταῖς (43) ἐπιστέλλοντες. Ἐπεὶ οὖν ἤδη περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐδέξω γράμματα, ἠναγκάσθημεν δὲ καὶ δεύτερον ἐπιστεῖλαι· ἢ διόρθωσαι, εἴ σοι δύναμις, ἢ γνώρισον ἡμῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν πάλαι οὐ γέγονε τὰ προστεταγμένα.

EPISTOLA CCCXXXII***.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛΒ'.

Peracute nimium silentium exprobrat.

Alia sine inscriptione.

Unum vitæ indicium est sermo. Quomodo igitur tu super terram versari putaberis, nunquam loquens? Sed pelle silentium istud tuum, scribens nobis, ac te vivere indicans.

Ἄλλη ἀνεπίγραφος.

Ἓν γνώρισμα τοῦ ζῆν ὁ λόγος. Πῶς δὲ σὺ (44) ὑπὲρ γῆν εἶναι νομισθείης, μηδέποτε φθεγγόμενος; Ἀλλ' ἄπωσαι τὴν σιωπήν σου, γράψας ἡμῖν, καὶ ἐμφανίσας σεαυτὸν ὅτιπερ ζῇς.

EPISTOLA CCCXXXIII****.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛΓ'.

Monet ut notas et characteres perfectos faciat, et interpunctionibus sit attentus.

Notario.

Sermones naturam habent alatam. Quapropter notis indigent, ut avolantium celeritatem scriptor apprehendat. Tu igitur, o puer, notas ac characteres perfectos facias, **452** et loca ex ordine interpunctionibus distingue. Nam pusillo errore multa vitiatur oratio; scriptoris autem diligentia perficitur sermo.

Notariῳ.

Οἱ λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι. Διὰ τῶν σημείων χρῄζουσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ (45) τὸ τάχος ὁ γράφων. Σὺ οὖν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τόπους (46) ἀκολούθως κατάστιζε. Ἐν γὰρ μικρᾷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τοῦ γράφοντος κατορθοῦται τὸ λεγόμενον.

que putat, μὴ κακήσας, *non vituperavi*. Legitur in quatuor mss., μὴ κακίσας. Med., μὴ μνησικακήσας. Hujus lectionis hæc erit sententia: non vituperat Basilius piscium fugam, fortasse quia sub glacie creverant. Sed magis arridet vulgata scriptura, nec sine lepore significat Basilius ultum se esse fugam piscium, et laborem in illis capiendis impensum.

(38) *Σιωπᾷν*. Editi, τὸ σιωπᾷν, sed deest articulus in quatuor mss.

(39) *Διαλίπῃς*. Ita Reg. primus, Harl. et Coisl. primus et Bigot. Tres alii, μὴ διαλίποις. Editi, μὴ διαλείπῃς.

(40) *Φιλοῦντας*. Harl., φιλοῦντα.

(41) *Ἀνεπίγραφος*. Reg. secundus et Coisl. secundus addunt περὶ τοῦ αὐτοῦ. Editi τῷ αὐτῷ. Iidem codices infra habent ἡμῖν ἐνοχλοῦσιν, quod melius videtur, quam quod est in editis ὑμῖν διοχλοῦσιν.

(42) *Παρορῶσιν*. Coisl. secundus et Reg. secundus ὑπερορῶσιν.

(43) *Καταφρονηταῖς*. Ita mss. Editi καταφρονητοῖς.

(44) *Πῶς δὲ σύ*. Quatuor mss. πῶς γὰρ σύ. Iidem ex Med. et Coisl. primo legimus ὑπὲρ γῆν, et paulo post φθεγγόμενος. Editi ὑπὲρ γῆς et φθεγξόμενος.

(45) *Λάβῃ*. Medicæus et Reg. secundus λάβοι.

(46) *Τοὺς τόπους*. Ita Reg. secundus, Coisl. primus et Med. Editi τοὺς τύπους

* Alias CLXXVI.
** Alias CCXL.
*** Alias CLXXVII.
**** Alias CLXXVIII.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛΔ'.

EPISTOLA CCCXXXIV [a]

Multa tradit præcepta recte scribendi.

Καλλιγράφῳ (47).

Ὀρθὰ γράφε, καὶ χρῶ τοῖς στίχοις ὀρθῶς· καὶ μήτε αἰωρείσθω πρὸς ὕψος ἡ χεὶρ, μήτε φερέσθω κατὰ κρημνῶν. Μηδὲ βιάζου τὸν κάλαμον λοξὰ βαδίζειν, ὥσπερ τὸν παρ' Αἰσώπῳ καρκίνον· ἀλλ' εὐθὺ χώρει, ὥσπερ ἐπὶ στάθμης βαδίζων τεκτονικῆς (48), ἡ πανταχοῦ φυλάττει τὸ ἴσον, καὶ πᾶν ἀναιρεῖ τὸ ἀνώμαλον. Τὸ γὰρ λοξὸν, ἀπρεπές· τὸ δὲ εὐθὺ, τερπνὸν τοῖς ὁρῶσιν, οὐκ ἐῶν ἀνανεύειν καὶ κατανεύειν, ὥσπερ τὰ κηλώνεια, τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀναγινωσκόντων· ὁποῖόν τι κάμοὶ συμβέβηκε τοῖς γράμμασιν ἐντυχόντι τοῖς σοῖς. Τῶν γὰρ στίχων κειμένων κλιμακηδὸν, ἡνίκα ἔδει μεταβαίνειν ἐφ' ἕτερον ἀφ' ἑτέρου (49), ἀνάγκη ἦν ἐξορθοῦν πρὸς τὸ τέλος τοῦ προσιόντος (50). Ἐν ᾧ μηδαμοῦ φαινομένης τῆς ἀκολουθίας, ἀνατρέχειν ἔδει πάλιν καὶ τὴν τάξιν ἐπιζητεῖν, ἀναποδίζοντα καὶ παρεπόμενον τῷ αὔλακι, καθάπερ τὸν Θησέα τῷ μίτῳ τῆς Ἀριάδνης φασί. Γράφε τοίνυν ὀρθῶς, καὶ μὴ πλάνα τὸν νοῦν τῷ πλαγίῳ καὶ λοξῷ τῶν γραφομένων.

Librario.

Recta scribe, ac rectis utere versibus: nec evehatur in altum manus, nec feratur in præcipitia. Neque cogas calamum oblique instar cancri Æsopici procedere: sed recta perge, velut ad amussim progrediens fabrilem, quæ ubique servat æqualitatem, et inæqualitatem omnem tollit. Quod enim obliquum, indecorum est: quod autem rectum, jucundum aspicientibus, non sinens legentium oculos sursum ac deorsum instar tollenonum commeare: quale est quod mihi accidit scripta tua legenti. Cum enim versus in scalæ modum disponerentur; ubi ab altero ad alterum erat transeundum, necesse erat ad finem proximi assurgere: in quo series cum nunquam appareret, erat rursus recurrendum, ordoque inquirendus retrocedendo, sulcumque sequendo, quemadmodum Theseum Ariadnes filum secutum fuisse ferunt. Scribe igitur recta, nec mentem obliquitate scriptorum atque inæqualitate in errorem inducas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΛΕ'.

EPISTOLA CCCXXXV [b].

Significat Basilius se libenter omnes Cappadoces Libanio erudiendos missurum: nunc autem mittit nobilem adolescentem, amici filium, quem Libanio commendat.

Βασιλειος Λιβανίῳ.

Αἰσχύνομαι καθ' ἕνα σοι προσάγων τοὺς Καππαδόκας, ἀλλὰ μὴ πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πείθων, λόγων καὶ παιδεύσεως (51) ἀντιποιεῖσθαι, καὶ σοὶ κεχρῆσθαι τῆς ἀσκήσεως διδασκάλῳ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάντων εἰσάπαξ ἐπιτυχεῖν, τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς αἱρουμένων, οὐχ οἷόν τε· τοὺς ἑκάστοτε πειθομένους παραπέμπομέν (52) σοι, τοσοῦτον αὐτοῖς χαριζόμενος, ὅσον καὶ οἱ τοῖς διψῶσι καθηγούμενοι πρὸς τὰς πηγάς (53). Ὁ δὲ νῦν προσιὼν, μικρὸν ὕστερον ἑαυτοῦ ἕνεκεν σπουδασθήσεται, ἐπειδάν σοι συγγένηται. Νῦν δὲ ἀπὸ πατρός ἐστι γνώριμος, μέγα ἐπὶ ὀρθότητι βίου καὶ δυνάμει πολιτικῇ παρ' ἡμῖν λαβόντος ὄνομα· ὃς καὶ ἐμοὶ (54) εἰς τὴν ἄκραν φιλίαν ἥρμοσται. Ἧς ἀμειβόμενος αὐτὸν, τῷ παιδὶ ταύτην τὴν χάριν δίδωμι, σοὶ ποιῶν αὐτὸν γνώριμον· πρᾶγμα μεγίστης εὐχῆς ἄξιον τοῖς ἀρετὴν ἀνδρὸς κρίνειν ἐπισταμένοις.

Basilius Libanio.

Pudet me tibi Cappadoces singulatim adducere, ac non omnibus adolescentibus persuadere, ut litteris ac doctrinæ dent operam, teque utantur exercitationis magistro. Sed quia omnes simul nancisci non possumus ita affectos, ut convenientia sibi ipsis eligant; quibus subinde persuadeo, eos ad te mitto, tantum in eos conferens beneficii, quantum qui sitientes ad fontes deducunt. Qui vero nunc te adit, paulo post sua ipsius causa in pretio erit, postquam tecum fuerit versatus. Nunc autem ex patre notus est, magnum integritate vitæ ac civili potentia apud nos habente nomen, mihique summa amicitia devincto. Pro qua ut illum remunerer, hoc filio beneficium tribuo, ut ipsum tibi discipulum faciam; rem sane maximis votis dignam apud eos, qui de viri virtute scienter judicant.

(47) *Καλλιγράφῳ*. Addit Harl. στρεβλοὺς ποιοῦντι τοὺς στίχους, *tortuosos facienti versus*. Quinque alii codices πρὸς καλλιγράφον.

(48) *Ἐπὶ στάθμης... τεκτονικῆς*. Nonnulli codices στάθμῃ... τεκτονικῇ.

(49) *Ἐφ' ἕτερον ἀφ' ἑτέρου*. Ita sex mss. Editi ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον.

(50) *Τοῦ προσιόντος*. Ita tres vetustissimi codices cum Reg. secundo et Coisl. secundo. Editi τοῦ προϊόντος.

(51) *Παιδεύσεως*. Editi addunt τῆς σῆς, quæ verba multo melius absunt ab omnibus nostris mss. codicibus.

(52) *Παραπέμπομεν*. Sic mss. codices magno consensu. Editi παραπέμπομαι.

(53) *Πρὸς τὰς πηγάς*. Præpositio addita ex codice Harlæano.

(54) *Ὃς καὶ ἐμοί*. Coisl. uterque et Reg. secundus ὃς κάμοί. Ibidem Medicæus, Coisl. secundus et Reg. secundus εἰς τὴν ἄκραν καὶ μεγάλην φιλίαν.

[a] Alias CLXXX.

[b] Alias CXLII.

Digitized by Google

453 EPISTOLA CCCXXXVI *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΑΞ'.

Declarat Libanius se Basilii adolescentis virtutem admiratum esse, et Celsi fortunas laudasse, quod is una cum Basilio Athenas peteret : ubi autem didicit Basilium, reversum in patrium, præstantissimum vitæ genus amplexum esse, et ipsum et Cappadoces beatos existimasse. Basilii laudes de Firmo confirmat. Quærit quid Firminus rerum agat : eumque partim laudat, partim de illo queritur.

Libanius Basilio.

3. Τοῦ γὰρ φιλανθρώπου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ λέγοντος· Δεῦτε *πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς*· οὐκ ἀκίνδυνον ἀπωθεῖσθαι τοὺς τῷ Κυρίῳ δι' ἡμῶν προσιόντας, καὶ ὑπελθεῖν αὐτοῦ τὸν χρηστὸν ζυγὸν βουλομένους. Προσήκει δὲ τὸν παρελθόντα βίον τῶν προσιόντων καταμανθάνειν, καὶ οἷς μὲν ἤδη τι κατώρθωται, τὰ τελειότερα τῶν διδαγμάτων παραδιδόναι· τοὺς δὲ ἐκ βίου πονηροῦ πρὸς τὸν ἀκριβῆ βίον τῆς θεογνωσίας ὁρμήσαντας ἀνακρίνειν χρή, ὁποῖοι τὸ ἦθός εἰσι, μὴ ἄστατοι, καὶ πρὸς τὰς κρίσεις εὐκίνητοι. Ὕποπτον γὰρ τῶν τοιούτων τὸ εὐμετάθετον· οἳ πρὸς τῷ μηδὲν ἑαυτοὺς ὠφελῆσαι, ἔτι καὶ ἑτέροις αἴτιοι βλάβης γίνονται. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἐπιμελείᾳ κατορθοῦται, καὶ φόβος Θεοῦ παντοίων ἐλαττωμάτων ψυχῆς περιγίνεται, οὐδὲ τούτων ἀπογνωστέον εὐθύς, ἀλλὰ ἄγειν αὐτοὺς εἰς τὰ προσήκοντα γυμνάσια δεῖ, χρόνῳ καὶ ἐπιπόνοις ἀγωνίσμασι πεῖραν τῆς κρίσεως αὐτῶν λαμβάνοντας (1)· ὡς ἐάν τι βέβαιον παρ' αὐτοῖς εὕρωμεν, ἀκινδύνως αὐτοὺς προσίεσθαι· εἰ δὲ μή, ἔξω ὄντας ἀποπέμπεσθαι· ὥστε ἀζημίωτον τὴν πεῖραν τῇ ἀδελφότητι γίνεσθαι. Τὸν δὲ ἀπό τινος περιφανεστέρου βίου πρὸς τὴν καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Κυρίου ταπεινοφροσύνην ἐπειγόμενον (2), ὁρίζειν χρή τινα τῶν ἐπονειδίστων εἶναι δοκούντων παρὰ τοῖς ἔξωθεν, καὶ ἐπιτρεῖν εἰ μετὰ πάσης πληροφορίας ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον τῷ Θεῷ ἑαυτὸν παρίστησιν. Ὅσοι δὲ ὑπὸ ζυγὸν ὄντες δοῦλοι, ταῖς ἀδελφότησι προσφεύγουσι, νουθετηθέντας αὐτοὺς, καὶ βελτιωθέντας (3) ἀποπέμπεσθαι χρὴ τοῖς δεσπόταις, καθ' ὁμοίωσιν τοῦ μακαρίου Παύλου· ὃς τὸν Ὀνήσιμον γεννήσας διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, ἀπέπεμψε τῷ Φιλήμονι, τὸν μὲν πληροφορήσας, ὅτι ὁ ζυγὸς τῆς δουλείας εὐαρέστως τῷ Κυρίῳ κατορθούμενος, βασιλείας οὐρανῶν ἄξιον συνίστησι· τὸν δὲ παρακαλέσας, μὴ μόνον ἀνιέναι τὴν κατ' αὐτοῦ ἀπειλὴν, ἀλλὰ καὶ χρηστοτέραν ἔχειν πρὸς αὐτὸν τὴν διάθεσιν. Εἰ μέντοι κακὸς ὁ δεσπότης τύχοι, παράνομά τινα ἐπιτάσσων, καὶ πρὸς παράβασιν ἐντολῆς (4) τοῦ ἀληθινοῦ δεσπότου καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸν δοῦλον βιαζόμενος, ἀγωνίζεσθαι χρὴ, ὅπως μὴ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ βλασφημηθῇ διὰ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον, ποιήσαντά τι, ὃ μὴ ἀρέσκῃ Θεῷ. Κατορθοῦται δὲ ἀγὼν, ἢ ἐν τῷ τὸν δοῦλον ἐκεῖνον καταρτισθῆναι πρὸς ὑπομονὴν τῶν ἐπιφερομένων αὐτῷ μαθημάτων, ὑπὲρ τοῦ πειθαρχῆσαι Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώπῳ· ἢ ἐν τῷ τοὺς ὑποδεχομένους ἀναδέξασθαι τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐπαγομένους αὐτοῖς πειρασμούς. Τοὺς ἐν συζυγίᾳ δὲ γάμου τοιούτῳ βίῳ προσερχομένους ἀνακρίνεσθαι χρὴ, εἰ ἐκ συμφωνίας τοῦτο ποιοῦσι, κατὰ τὴν διαταγὴν

A

B

C

D

3. (5) Cum enim benignus Deus et Salvator noster Jesus Christus dicat: *Venite ad me, omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* [25]; periculosum est repellere eos qui per nos accedunt ad Dominum, ejusque jugum suave subire volunt. (6) Præterita vero accedentium vita est expendenda, et iis qui aliquid recte jam gesserint, documenta perfectiora tradenda sunt: qui autem ex prava vita ad perfectam vitam in Dei cognitione sitam transeunt, hos perscrutari par est, nimirum qualibus præditi sint moribus, num instabiles, et in consiliis suis facile mobiles. Suspecta enim talium inconstantia: qui quidem præterquam quod ipsi nihil utilitatis capiunt, præterea sunt etiam cæteris detrimenti auctores. Sed quia nihil est quod non labore et diligentia perficiatur, ac timor Dei quævis animæ vitia superat: ne isti quidem statim desperandi, sed ducendi ad idoneas exercitationes, et tempore ac laboriosis certaminibus faciendæ eorum propositi probatio, ita ut si quid firmi in ipsis invenerimus, tuto admittamus; secus vero dum adhuc extra sunt, dimittamus, nec eorum probatio **479** damni quidquam fratribus afferat. (7) Ei autem qui ab illustriore quodam vitæ genere secundum Domini exemplum ad humilitatem festinat, aliqua, quæ probrosa admodum apud externos esse videantur, præscribenda sunt; observandumque, num cum omni æquanimitate seipsum ceu operarium pudoris expertem Deo exhibeat. (8) Porro quicunque servi sub jugo detenti, ad fratrum conventum confugiunt, admoniti et meliores effecti, ad dominos suos remittendi sunt, ad exemplum beati Pauli, qui cum genuisset Onesimum per Evangelium, eum ad Philemonem remisit [26], alteri quidem persuadens, servitutis jugum, si ita, ut Domino placet, feratur, cœlorum regno dignos reddere; alterum vero exhortans, ut non solum minas servo intentatas remitteret, (9) sed animo etiam æquiore erga ipsum afficeretur. Sed tamen si dominus improbus sit, qui aliqua contra legem præscribat, vimque servo inferat ad mandata veri heri et domini nostri Jesu Christi violanda, conatus nobis adhibendus est, ut ne nomen Dei blasphemetur propter servum illum, si quid fecerit, quod Deo displiceat. Erit autem conatus laudabilis, si vel servum illum confirmemus ad implenda constanter præcepta, quæ ipsi imposita sunt, ut Deo magis obediat quam homini [27]; vel si, qui eum recipiunt, illatas sibi ipsius causa tentationes non recusent. (10) Ii vero qui matrimonio conjuncti, ad hujusmodi vitæ genus accedunt, interrogandi sunt,

[25] Matth. xi, 28. [26] Philem. 12. [27] Act. v, 29.

(1) *Λαμβάροντας*. Uterque codex λαμβάνοντες [perperam].
(2) *Τὸν... ἐπειγόμενον*. Syntaxeos ratio postulat, τῷ ἐπειγομένῳ. Edit.
(3) *Αὐτοὺς, καὶ βελτιωθέντας*. Hæc addita ex contextu et Regio codice.
(4) *Ἐντολῆς*. Editi addunt Θεοῦ et paulo post μὴ ποιήσαντά τι. Melius in contextu.
(5) Ex *Regulis fusius tractatis*, 152.
(6) Ibid., 30.
(7) Ibid., 353.
(8) Ibid.
(9) Ibid.
(10) Ibid., 354.

Digitized by Google

an mutuo consensu id efficiant ex Apostoli præcepto, sicque qui accedit, coram pluribus testibus recipiendus est. Quod si dissentiat altera pars, repugnetque, quod minus sollicita sit, quomodo placeat Deo, in mentem veniat Apostoli, qui dicit: *In pace autem vocavit nos Deus* [28]. (1) Eum igitur qui relictis suis Dominum sequi instituit, de iis, quæ spectant ad opes suas, non oportet esse negligentem; sed illud curare, ut omnia accurate colligens, jam tanquam Domino consecrata cum omni pietate distribuat, aut per seipsum, si potest, eique licet per experientiam, aut per alios, qui multo cum examine delecti sint, quippe editis speciminibus ostenderint se eas fideliter prudenterque distribuere posse, cum scire debeat ipsas non sine periculo aut propinquis relinqui, aut a quovis obvio distribui. Etenim si is, cui cura regiarum possessionum commissa, etiamsi sæpe nihil interverterit ex iis quæ in manibus habebat, sed negligentia aliqua prodiderit quæ acquiri poterant, a crimine non absolvitur: qualem exspectandum est ob ea quæ jam Domino dicata sunt condemnationem subiturum, qui in eis administrandis ignave ac negligenter se gesserit?

A τοῦ Ἀποστόλου, καὶ οὕτως ἐπὶ πλειόνων μαρτύρων δέχεσθαι τὸν προσερχόμενον. Εἰ δὲ στασιάζοι τὸ ἕτερον μέρος καὶ διαμάχοιτο, ἧττον φροντίζων τῆς πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως, μνημονευέσθω ὁ Ἀπόστολος λέγων· *Ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός.* Τὸν τοίνυν ἐξερχόμενον ἀπὸ τῶν ἰδίων, σκοπῷ τῷ ἀκολουθῆσαι τῷ Κυρίῳ, οὐ χρὴ καταφρονητικῶς περὶ τῶν διαφερόντων αὐτῷ διακεῖσθαι· ἀλλὰ πειρᾶσθαι πάντα μετὰ ἀκριβείας λαβόντα, ὡς τῷ Κυρίῳ λοιπὸν ἀφιερωμένα, μετὰ πάσης εὐλαβείας οἰκονομεῖν, ἢ δι' ἑαυτοῦ, ἐὰν δυνατῶς καὶ ἐμπείρως ἔχῃ, ἢ διὰ τῶν μετὰ δοκιμασίας πολλῆς ἐπιλεγέντων, καὶ ἀπόδειξιν δεδωκότων τοῦ δύνασθαι πιστῶς καὶ φρονίμως οἰκονομεῖν· εἰδότα, ὅτι οὐκ ἀκίνδυνόν ἐστιν οὔτε τὸ προσαφεῖναι τοῖς οἰκείοις, οὔτε τὸ διὰ B τοῦ τυχόντος οἰκονομῆσαι. Εἰ γὰρ ὁ φροντίδα βασιλικῶν κτημάτων ἐγχειρισθεὶς, κἂν μὴ νοσφίσηται πολλάκις ἐκ τῶν ἑτοίμων, ἀμελείᾳ δέ τινι καταπροδῷ τὰ προσκτηθῆναι δυνάμενα, οὐκ ἀπολύεται τοῦ ἐγκλήματος· τίνα χρὴ προσδοκᾶν ἐπὶ τῶν ἧττον κατονομασθέντων τῷ Κυρίῳ τὴν κατάκρισιν ὑποστήσεσθαι, τὸν χαύνως καὶ ἠμελημένως διατεθέντα (4) πρὸς τὴν τούτων διοίκησιν;

4. (2) Secessus autem a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum **480** disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina divina ducuntur. Est autem cordis præparatio, documentorum ex prava consuetudine illud præoccupantium oblivio. (3) Atque illud quidem in primis homini Deum amanti studio esse debet, sermone non inscite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione, non interpellare disserentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interserendi, modum tenere loquendi et audiendi: discere etiam sine verecundia, docere liberaliter, nec occultare si quid ab alio didiceris, velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocris præferendus est, ut nec exilior auditum prætergugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum et vulgandum. Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in colloquiis suavem; nec voluptatem facetis sermonibus aucupari, sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiamsi objurgandum sit, rejicienda. Nam qui prior se ipse

4. Κόσμου δὲ ἀναχώρησις, οὐχὶ ἐξω αὐτοῦ γενέσθαι σωματικῶς, ἀλλὰ τῆς πρὸς τὸ σῶμα συμπαθείας τὴν ψυχὴν ἀπορρῆξαι, καὶ γενέσθαι ἄπολιν, ἄοικον, ἀνίδιον, ἀφιλέταιρον, ἀκτήμονα, ἄβιον, ἀπράγμονα, ἀσυνάλλακτον, ἀμαθῆ τῶν ἀνθρωπίνων C διδαγμάτων· ἕτοιμον ὑποδέξασθαι τῇ καρδίᾳ τὰς ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας ἐγγινομένας διατυπώσεις· Ἑτοιμασία δὲ καρδίας, ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείας προκατασχόντων αὐτὴν διδαγμάτων. Πρῶτόν γε πάντων, σπουδάζειν προσήκει τὸν φιλόθεον ἄνδρα περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾷν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ ἀφιλοτίμως, μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν τι χρήσιμον λέγῃ, μηδὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς ἐμβάλλειν, μέτρα ἐφιζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ· μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως, καὶ εἴ τι παρ' ἑτέρου δεδίδακται, μὴ ἀποκρυπτόμενον, ὡς αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι· ἀλλὰ κτήσεσιν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου. Τόνος δὲ D φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως· προεξετάσαντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ῥηθησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον. Εὐπροσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκὺν ἐν ταῖς ὁμιλίαις· οὐ διὰ τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηκές ἔχοντα· πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῆσαι δέῃ, ἀπωθούμενον. Προκαταβαλὼν γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως εὐπαράδεκτος ἔσται τῷ δεομέ-

[28] I Cor. vii, 15.

(1) Ex *Regulis fusius tractatis*, 331.
(2) Ex epist. II, 71.
(3) Ibid., 73.
(4) *Διατεθέντα*. Uterque codex ὁ διατεθείς.

Digitized by Google

τῆς θεραπείας. Πολλάκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπλήξεως· ὃς τῷ Δαβὶδ ἁμαρτόντι, οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὅρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον τοῦ ἰδίου δικαστὴν ἐκάθισεν ἁμαρτήματος· ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενεγκόντα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἐπιμέμψασθαι τὸν ἐλέγξαντα. Ὁλκὸς μὲν γὰρ ὕδατος δείκνυσι τὴν οἰκείαν πηγήν, λόγου δὲ φύσις τὴν προενεγκοῦσαν αὐτὸν καρδίαν χαρακτηρίζει.

5. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων, ὅταν εὐστόχως καὶ κατὰ λόγον γίνηται, μετὰ τὴν πεῖραν μάλιστα τὸ ἀπ' αὐτῶν ὠφέλιμον δείκνυται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν παραινέσεων, ἐπειδὰν μάλιστα τὴν ἔκβασιν λάβῃ μαρτυροῦσαν τὰ παραγγέλματα, τότε τὸ σοφὸν αὐτῶν καὶ ὠφέλιμον πρὸς τὴν ἐπανόρθωσιν τοῦ βίου καὶ τὴν τῶν πειθομένων τελείωσιν ἀναφαίνεται. Ὁ γὰρ τὸν κείμενον ἀνιστῶν, ὑψηλότερος εἶναι τοῦ πεπτωκότος πάντως ὀφείλει· ὁ δὲ ἐξ ἴσου καταπεσὼν, ἑτέρου καὶ αὐτὸς τοῦ ἀναστήσοντος ἐπιδέεται. Οἱ δὲ τυφλοῖς διδασκάλοις τὴν ὁδηγίαν ἑαυτῶν ἐπιτρέψαντες, ἐστέρησαν ἑαυτοὺς τῆς τοῦ φωτὸς ἀπολαύσεως. Τὸ γὰρ μετὰ θυμοῦ καὶ ὀργῆς ἐλέγχειν τὸν ἁμαρτήσαντα ἀδελφὸν, οὐχὶ ἐκεῖνόν ἐστιν ἁμαρτίας ἐλευθερῶσαι, ἀλλ' ἑαυτὸν περιβαλεῖν πλημμελήμασιν. Ἐν γὰρ πραότητι δεῖ παιδεύειν τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, καὶ μὴ ἐν οἷς μὲν αὐτὸς παροφθῇ, σφοδρὸν εἶναι· ἐν οἷς δὲ ἂν ἄλλον καταφρονούμενον ἴδῃ, τὴν πρὸς τὸν ἡμαρτηκότα μακροθυμίαν ἐπιδείκνυσθαι· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δυσχεραίνειν ἐπὶ τῷ κακῷ τότε. Οὕτω γὰρ καὶ τῆς φιλαυτίας τὴν ὑποψίαν ἐκφεύξεται, καὶ ἀπόδειξιν δώσει τοῦ μὴ τὸν ἡμαρτηκότα μισεῖν, ἀλλὰ τὴν ἁμαρτίαν ἀποστρέφεσθαι· τὸ μὲν γὰρ μὴ δι' ἑαυτὸν (1) μεριμνᾷν καὶ ἐργάζεσθαι, φιλοχρίστου καὶ φιλαδέλφου διαθέσεως ἐγκώμιον. Παντὶ τοίνυν τρόπῳ χρὴ τὸν ἀσθενοῦντα θεραπεύειν, καὶ σπουδάζειν τὸ ἐξηρθρωμένον, ἵν' οὕτως εἴπω, μέλος ἐναρθροῦν· ἐὰν δὲ τῇ οἰᾳδηποτοῦν κακίᾳ ἐπιμένῃ, ἀφιέναι ὡς ἀλλότριον· γέγραπται γάρ· *Πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται.* Ἐὰν γὰρ δυσαποσπάστως ἔχωσι τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς δουλεύειν ἐθέλωσι μᾶλλον ἢ τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ καταδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν κοινὸς πρὸς αὐτοὺς λόγος. Ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι *Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν*, καὶ ἀλλοτρίαις ἁμαρτίαις μὴ κοινώνει. Καὶ εἰ μή τις ἐπιθυμητικῶς ἔρχεται ἐπὶ τὸ ψάλλειν, καὶ εἰ μὴ ἐπιφαίνεται (2)

per humilitatem abjecerit, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus erit. Plerumque vero utilis nobis et illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui, cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens, ipsum proprii judicem peccati constituit; ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti. (3) Nam aquarum quidem rivulus fontem suum indicat: sermonis autem natura pectus, unde emanavit, depingit ac designat.

5. (4) Atque ut in medicorum præceptis, cum apposite et ex ratione fiunt, post experientiam maxime eorum utilitas solet ostendi: sic in spiritualibus exhortationibus, ubi maxime monita ac præcepta fuerint exitu testata comprobataque, tunc ea sapienter utiliterque ad vitæ emendationem atque ad obtemperantium perfectionem adhibita fuisse apparet. (5) Nam jacentem qui erigit, altior omnino lapso esse debet: qui vero pariter cecidit, altero qui erigat, etiam ipse opus habet. (6) Qui vero cæcos doctores sui duces fecere, jucundissimo se luminis fructu privaverunt. (7) Nam redarguere fratrem cum indignatione et ira, non est illum a peccato liberare; sed seipsum delictis obstringere. Oportet enim in mansuetudine corripere eos qui resistunt [29]: neque, cum ipse contemneris, ob id vehemens esse: ubi vero alium contemni videris, erga eum qui deliquit, indulgentiam ostendere: quin potius tunc in peccatum invehi decet. Ita enim et suspicionem a te hominis seipsum immodice amantis submovebis, et planissime te non peccantem odisse, sed peccatum aversari declarabis. (8) Nam sollicitum esse et agere non propter semetipsum, laus est animi Christum et fratres amantis. (9) Omni igitur modo curandus infirmus, ac danda sedula opera, ut luxatum membrum, ut ita dicam, **481** in suum locum restituatur. Quod si in suo vitio qualecunque tandem sit, perseveraverit, tum perinde atque alienus dimittendus est. Scriptum est enim: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur* [30]. (10) Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, et vitam secundum Evangelium instituere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti et contradicenti edocti sumus audire: *Servans serva animam tuam* [31], alienis peccatis ne communicaveris. (11) Si quis alacriter non accedat ad psallendum, nec ferat præ se affectum illius, qui dixit, *Quam*

[29] II Tim. II, 25. [30] Matth. XV, 13. [31] Gen. XIX, 17.

(1) *Μὴ δι' ἑαυτόν.* Negationem, quæ prorsus necessaria est ad sententiæ seriem, desumpsimus ex codice Regio.
(2) *Ἐπιφαίνεται.* Uterque codex ἐπιφαίνηται, et antea ἔρχηται, et paulo post codex 1910 ἠγῆται.
(3) Ex epist. CXXXIV, 225.
(4) Ex hom. *Adversus eos qui irascuntur*, 83.
(5) Ex hom. *in mart. Julittam*, 42.
(6) Uterque codex indicat serm. *De ira.*
(7) Ex *Regulis fusius tractatis*, 395.
(8) Uterque codex indicat ascetica.
(9) Ex *Regulis brevius tractatis*, 451.
(10) Ex epist. CCXVII, 330.
(11) Ex *Regulis brevius tractatis*, 514.

Digitized by Google

dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel ori meo [32] : nec putet magnum detrimentum desidiam esse : aut corrigatur, aut expellatur, ne modicum fermentum totam massam corrumpat [33]. (1) Quos communes pœnæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad pœnitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subjicere. Scriptum est enim : *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te et ipsum : si te non audierit, assume tecum alium : quod si ne sic quidem, dic Ecclesiæ ; si vero neque Ecclesiam audierit, sit tibi ut ethnicus et publicanus* [34]. Quod ipsum et in isto factum fuit. Semel accusatus est : coram uno et altero convictus fuit : tertio coram Ecclesia. Cum igitur eum obtestati fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pago toti denuntietur, eum admittendum non esse ad ullam rerum ad vitam pertinentium societatem : ut ex eo quod cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli pabulum. (2) Ut enim pueruli disciplinarum negligentes, post inflicta illis a doctoribus verbera, attentiores effecti, præcepta amplectuntur ; quemque sermonem ne audiebant quidem, antequam vapularent, eumdem accepto e flagris dolore, jam inde apertis auribus et auditu percipiunt, ac memoriæ mandant : sic et his accidit qui Dei doctrinam perfunctorie negligenterque audiunt, ejusque mandata pro nihilo ducunt. Postquam ipsi a Deo castigatione affecti fuerint, tum vix tandem Dei præcepta centies illis repetita, centiesque ab eis neglecta, quasi primum ad eorum aures pervenirent, suscipiuntur, ut ille ait : *Disciplina Domini aperit mihi aures* [35].

6. (3) Quemadmodum autem qui mente infirmi sunt, sedato animo curandi : ita vicissim ab iis qui curantur, objurgationes odii loco non sunt accipiendæ, neque cura ea, quæ ex misericordia ad animæ eorum salutem adhibetur, ducenda est pro tyrannide. Turpe est enim eos qui ægro corpore sunt, tantum medicis confidere, ut sive secent, sive urant, sive amarulentis medicamentis molestiam creent, ipsos de se bene meritos fuisse putent ; nos vero erga animarum nostrarum medicos, quando disciplina duriore salutem nobis afferunt, non eodem modo affici. (4) Quando quidem terribile judicium imminet præfecto **482** non redarguenti peccantes : is cui demandata est communis cura, ut rationem de singulis redditurus, ita parare se debet : probe sciens si inciderit in peccatum frater unus, cui antea justificationem

A αὐτῷ ἡ διάθεσις τοῦ εἰπόντος· *Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου! ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου* · καὶ εἰ μὴ ζημίαν μεγάλην ἡγεῖται τὴν ἀργίαν· ἢ διορθωσάσθω, ἢ ἐξαρθήτω (5), ἵνα μὴ μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα δολώσῃ. Οὓς γὰρ τὰ κοινὰ ἐπιτίμια οὐ σωφρονίζει, οὔτε τὸ εἰρχθῆναι τῶν εὐχῶν ἄγει εἰς μετάνοιαν, ἀνάγκη τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου δοθεῖσι κανόσιν ὑποβάλλειν· γέγραπται γάρ· *Ἐὰν ὁ ἀδελφός σου ἁμάρτῃ, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ* (6)· *ἐάν σου μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ καὶ ἄλλον· ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως, εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὡς ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης.* Ὅ γοῦν ἐγένετο καὶ ἐπὶ τοῦδε. Ἅπαξ ἐνεκλήθη, ἐπὶ ἑνὸς καὶ δευτέρου διηλέγχθη, τρίτον ἐπὶ τῆς Ἐκ-
B κλησίας. Ἐπεὶ οὖν διεμαρτυράμεθα αὐτῷ, καὶ ὡ κατεδέξατο, λοιπὸν ἔσται ἐκκήρυκτος, καὶ διαγγελθήτω πάσῃ τῇ πόλει, ἀπρόσδεκτον αὐτὸν εἶναι πρὸς πᾶσαν κοινωνίαν χρήσεως βιωτικῆς· ὡς ἐκ τοῦ μὴ συναναμίγνυσθαι ἡμᾶς αὐτῷ, γένηται παντελῶς κατάβρωμα τοῦ διαβόλου. Ὥσπερ γὰρ τῶν παίδων οἱ νήπιοι, κατολιγωροῦντες τῶν μαθημάτων, μετὰ τὰς μάστιγας, ἃς διδάσκαλοι αὐτοῖς ἢ παιδαγωγοὶ προσάγουσι, προσεχέστεροι δέχονται τὰ διδάγματα· καὶ ὁ αὐτὸς λόγος πρὸ μὲν τῶν πληγῶν οὐκ ἠκούετο, μετὰ δὲ τὰς ἐκ τῶν μαστίγων ὀδύνας ἄρτι τῶν ὤτων διανοιγέντων, καὶ παρεδέχθη τῇ ἀκοῇ καὶ παρεδόθη τῇ μνήμῃ· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν παρακουόντων τῆς θείας διδασκαλίας καὶ καταφρονητικῶς πρὸς τὰς
C ἐντολὰς διακειμένων συμβαίνει. Ἐπειδὰν ἐπιχθῇ αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ παιδεία, τότε δὴ μόλις τὰ ἀεὶ λαλούμενα καὶ ἀεὶ παρακουόμενα τῶν τοῦ θεοῦ προσταγμάτων, ὡς πρῶτον ἐμπεσόντα αὐτῶν ταῖς ἀκοαῖς, παρεδέχθη, κατὰ τὸν λέγοντα, ὅτι *Ἡ παιδεία Κυρίου ἀνοίγει μου τὰ ὦτα.*

6. Ὥσπερ δὲ ἀπαθῶς χρὴ προσάγεσθαι τὰς θεραπείας (7) τοῖς ἀσθενοῦσι κατὰ ψυχήν, οὕτως πάλιν χρὴ τοὺς θεραπευομένους μὴ πρὸς ἔχθραν δέχεσθαι τὰ ἐπιτίμια, μηδὲ τυραννίδα νομίζειν τὴν ἀπὸ εὐσπλαγχνίας ἐπὶ σωτηρίᾳ ψυχῆς προσαγομένην αὐτῶν ἐπιμέλειαν. Αἰσχρὸν γάρ, τοὺς μὲν τὰ σώματα νοσοῦντας, τοσοῦτον τοῖς ἰατροῖς καταπιστεύειν, ὥστε κἂν τέμνωσι, κἂν καίωσι, κἂν πικροῖς τοῖς φαρμάκοις ἀνιῶσιν, εὐεργέτας λογίζεσθαι· ἡμᾶς δὲ
D πρὸς τοὺς τῶν ψυχῶν θεραπευτάς, ὅταν δι' ἐπιπόνου ἀγωγῆς τὴν σωτηρίαν ἡμῖν κατεργάζωνται (8), μὴ τὴν αὐτὴν ἔχειν διάθεσιν. Ἐπεὶ οὖν φοβερὸν τὸ κρῖμα τῷ προεστῶτι μὴ ἐλέγχοντι τοὺς ἁμαρτάνοντας, τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένῳ· ὡς ὀφείλων λόγον δοῦναι περὶ ἑκάστου, οὕτω διακείσθω, εἰδώς, ὅτι ἐὰν ἐμπέσῃ εἰς ἁμαρτίαν εἷς τῶν ἀδελφῶν, μὴ προειπόντος αὐτῷ τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ, ἢ ἐμ-

[32] Psal. CXVIII, 103. [33] Gal. V, 9. [34] Matth. XVIII, 15-17. [35] Isa. L, 5.

(1) Ex epist. CCLXXXVIII, 426.
(2) Uterque codex indicat epist.
(3) Ex *Regulis fusius tractatis*, 396.
(4) Ibid., 370.
(5) *Ἐξαρθήτω*. Codex 1992 ἔξω ἀρθήτω.
(6) *Αὐτοῦ*. Idem codex addit μόνου.
(7) *Τὰς θεραπείας*. Idem τὰς ἰατρείας, et paulo post αὐτῶν ἐπιμέλειαν. Editi et contextus habent αὐτῷ.
(8) *Κατεργάζωνται*. Sic uterque codex. Editi κατεργάζονται. Infra legendum ut in contextu ὁ τὴν κοινὴν φροντίδα πεπιστευμένος.

Digitized by Google

σων ἐπιμένῃ, μὴ διδαχθεὶς τὸν τρόπον τῆς ἐπανορθώσεως, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ ἐκζητηθήσεται, καθὼς γέγραπται· καὶ μάλιστα, ἐὰν μὴ δι' ἄγνοιάν τι παρίδῃ τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ, ἀλλὰ διὰ κολακείαν συμπεριφερόμενος τοῖς ἑκάστου κακοῖς, τὴν ἀκρίβειαν τῆς πολιτείας ἐκλύσῃ. Ὥσπερ δὲ ὁ προεστὼς ὑπεύθυνός ἐστιν ὁδηγεῖν εἰς πάντα τὴν ἀδελφότητα, οὕτω πάλιν καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπιβάλλει, ἐάν ποτε ὑποπτευθῇ τι περὶ τὸν προεστῶτα πλημμελήμα, ὑπομιμνήσκειν αὐτὸν τοὺς προέχοντας τήν τε ἡλικίαν καὶ τὴν σύνεσιν. Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ τι ἄξιον διορθώσεως, τόν τε ἀδελφὸν ὠφελήσαμεν, καὶ ἑαυτοὺς δι' ἐκείνου, τὸν οἱονεὶ κανόνα τοῦ ἡμετέρου βίου ὄντα, καὶ τῇ αὐτοῦ ὀρθότητι τὸ ἐνδιάστροφον ἡμῖν διελέγχειν ὀφείλοντα, πρὸς τὸ εὐθὺ καταρτίσαντες· ἐὰν δὲ μάτην τινὲς ταραχθῶσι, πληροφορηθέντες διὰ τῆς φανερώσεως τῶν οὐ μετὰ ἀληθείας ὑποπτευθέντων, τῆς ἐπ' αὐτῷ διακρίσεως ἀπαλλάσσονται.

A Dei non declararit, aut si lapsus, in eo perstiterit non edoctus ab eo de emendationis modo, sanguinem ipsius ex suis manibus requisitum iri, uti scriptum est [36]: et maxime, si quid eorum quæ placent Deo, non ex inscitia neglexerit, sed potius ex eo quod ob assentationem ad uniuscujusque vitia sese accommodet, disciplinæ integritatem labefactarit. (3) Atque etiam quemadmodum præfectus in omnibus fratrum dux esse debet, ita quoque vicissim reliquis convenit, si quando præfectus ipse delicti alicujus suspectus fuerit, ut ipsum admoneant qui cum ætate tum prudentia præstant. Si quid igitur fuerit, quod emendari operæ pretium sit, juvabimus et fratrem, et per illum nosmet-ipsos, eo qui veluti vitæ nostræ regula est, suaque B rectitudine perversitatem nostram redarguere debet, ad rectam viam a nobis reducto : sin autem temere turbati fuerint nonnulli illius causa, ipsi, iis quæ falso suspecta fuerant cognitis, certiores facti, ab ea quam de ipso conceperant suspicione liberantur.

7. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὡς οἱ προεστῶτες δημοσίᾳ πᾶσι προκείμενοι, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ θαλάσσῃ προβεβλημένοι σκόπελοι, αὐτοὶ τὸν θυμὸν τῶν ἐναντίων κυμάτων ὑποδέχονται, καὶ περὶ αὐτοὺς ῥηγνύμενα, τὰ κατόπιν αὐτῶν οὐκ ἐπικλύζουσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν ἃ κράτιστα εἶναι κρίνω, τὰ μὲν νῦν εἰρημένα, τὰ δὲ παρὰ πάντα τὸν βίον ὑμῖν ξυμβουλεύσω. Κἂν γὰρ ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια ἐμποδίζῃ με (ἣν οὐκ ἀγνοεῖτε πάντως (1), ὅση μοι πάρεστιν, ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ γήρως τούτου συντραφεῖσά μοι, καὶ παιδεύουσά με, κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ πάντα ἐν σοφίᾳ οἰκονομοῦντος Θεοῦ), ἀλλ' ἕως ἀναπνέομεν, ὑπεύθυνοί ἐσμεν μηδὲν ἐλλιμπάνειν τῶν εἰς οἰκοδομὴν τῶν καλῶν. Ὑμεῖς δὲ, τριῶν ἀῤῥωστημάτων μὴ τῷ ἀνιάτῳ προσεοικέναι δόξητε, μηδὲ τὴν τῆς γνώμης νόσον παραπλησίαν τῆς τῶν εἰς τὰ σώματα δυστυχησάντων δείξητε. Οἱ μὲν γὰρ τὰ μικρὰ τῶν παθῶν κάμνοντες, αὐτοὶ παρὰ τοὺς ἰατροὺς ἔρχονται· οἱ δὲ ὑπὸ μειζόνων καταληφθέντες ἀῤῥωστημάτων, ἐφ' ἑαυτοὺς καλοῦσι τοὺς θεραπεύσοντας· οἱ δ' εἰς ἀνήκεστον παντελῶς μελαγχολίαν παρενεχθέντες, οὐδὲ προσιόντας (2) προσίενται. Ὃ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς, ὀρθῶς ἔχοντας τῶν λογισμῶν ἀποφεύγοντες· ἀλλὰ καὶ παιδεύθητε, καὶ στοιχειώθητε τῷ φόβῳ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχητε, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

7. (4) Non enim ignoratis, eos qui præsunt, palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere, qui dum circa eos franguntur, ea quæ retro sunt, non alluunt. (5) Ego quidem quæ optima esse censeo, partim nunc dixi, partim vobis per omnem vitam suadebo. (6) Etiamsi enim me corporis infirmitas constringat (quam prorsus non ignoratis, quanta mihi adsit, a prima ætate ad hanc usque C senectutem enutrita mecum, meque castigans secundum justum Dei judicium, qui omnia in sapientia moderatur), (7) tamen quandiu respirabimus, nihil debemus eorum omittere, quæ ad ædificationem bonorum pertinent. (8) Vos vero cum tria sint ægritudinum genera, ei quod insanabile est similes ne videamini, neque ostendatis animi morbum morbo eorum qui corpore ægrotant, consimilem. Etenim invaletudine parva qui laborant, ipsi accedunt ad medicos : qui vero morbis majoribus correpti fuere, medicos accersunt ad se : qui autem in aliquem atræ bilis morbum prorsus immedicabilem lapsi sunt, ne accedentes quidem admittunt. Quod cavete ne vobis nunc accidat, si eos D qui mente ac ratione præditi sunt, fugiatis; sed erudimini atque initiamini timore Domini Dei nostri, ut futurorum bonorum participes esse possitis, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas cum æterno ejus Patre, et sanctissimo vivificanteque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[36] Ezech. III, 20.

(1) *Ἐμποδίζῃ... πάντως.* Sic uterque codex. Editi συμποδίσῃ... πάντες.
(2) *Προσιόντας.* Codex 1992 προσιόντα.
(3) Ex *Regulis fusius tractatis*, 371.
(4) Ex epist. CCIII, 302.
(5) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 184.
(6) Ex epist. CCIII, 299.
(7) Ibid., 302.
(8) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 184.

Digitized by Google

483 DE CHARITATE IN DEUM ET PROXIMUM.

SERMO III.

1. (1) Qui semetipsos a sæculi curis removerunt, cor suum omni custodia servare debent, ne unquam Dei cogitationem abjiciant, aut memoriam illius mirabilium imaginibus vanarum rerum contaminent; sed ex perpetua ac pura recordatione impressa animis nostris, velut sigillum indelebile, sancta Dei cogitatio circumferenda. Ita enim a nobis comparatur Dei dilectio, quæ simul excitat ad conficienda Dei mandata, et ipsa ab ipsis vicissim servatur, ut perpetua sit ac non intermissa. (2) Quem autem vehemens Christum sequendi cupiditas tenet, is non amplius se ad ullam rem, quæ ad hanc vitam attineat, convertere potest, non ad parentum, aut propinquorum amorem, si Domini præceptis adversetur. Tunc enim locum etiam habet illud : *Si quis venit ad me, et non odit patrem suum et matrem* [37], et cætera : (3) quod etiam docuerunt nos sancti Domini discipuli, Jacobus et Joannes, qui patrem suum Zebedæum, ipsumque, a quo tota illorum victus ratio pendebat, navigium reliquere ; Matthæus etiam, qui ab ipso telonio surrexit, Dominumque secutus est, non telonii solum relinquens emolumenta, sed pericula etiam contemnens, quæ a potestatibus tum sibi tum consanguineis suis impendebant, quod vectigalium rationes reliquisset infectas. Paulo denique totus etiam mundus crucifixus erat, et ipse mundo. (4) Cum enim pietatis amor animam occupat, tum ipsa omne pugnarum genus irridet ; atque etiamsi omnes illam rei adamatæ causa jaculis figant, delectant magis quam excruciant. (5) Nam si erga eos qui de nobis bene meriti sunt, benevolentiam amoremque naturalem habemus, nullumque non subimus laborem, ut beneficia prius in nos collata remuneremur ; quisnam sermo Dei dona pro merito explicare possit ? Tanta quidem est horum multitudo, ut etiam numerum effugiant : item magnitudine tanta sunt et talia, ut vel unicum satis ad id sit, ut omnimodam largitori gratiam rependere debeamus. (6) Est autem adeo bonus, ut neque remunerationem exigat, sed sat habet, si solum pro iis quæ tribuit, diligatur. Quæ omnia ubi mente recolo (ut meum affectum prodam), in horrorem quemdam et terrificum stuporem incido, nequando ob animi inconsiderantiam, aut propter meam circa res vanas occupationem a Dei dilectione excidens, Christo sim dedecori ac opprobrio. (7) Probro enim vertet Domino contemptum nostrum diabolus, ac de con-

[37] Luc. XIV, 26

(1) Ex *Regulis fusius tractatis*, 342.
(2) Ibid., 349.
(3) Ibid., 349.
(4) Ex hom. *De S. Barlaam*, 139.
(5) Ex *Regulis fusius tractatis*, 338.

ΠΕΡΙ ΑΓΑΠΗΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΘΕΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΠΛΗΣΙΟΝ.

ΛΟΓΟΣ Γ.

1. Τοὺς τῶν βιωτικῶν ἑαυτοὺς ἀποξενοῦντας μεριμνῶν, πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν προσήκει τὴν ἑαυτῶν καρδίαν, ὡς μή ποτε τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν ἐκβάλλειν, ἢ τὴν μνήμην τῶν θαυμασίων αὐτοῦ φαντασίαις τῶν ματαίων καταρρυπαίνειν· ἀλλὰ διὰ τῆς διηνεκοῦς (8) καὶ καθαρᾶς μνήμης ἐντετυπωμένην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ὥσπερ σφραγῖδα ἀνεξάλειπτον, τὴν ὁσίαν τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν περιφέρειν. Οὕτως γὰρ προσγίνεται ἡμῖν ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη, ἅμα τε ἀεγείρουσα τὴν ἐργασίαν τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, καὶ ὑπ' αὐτῶν πάλιν αὖτη συντηρουμένη πρὸς τὸ διαρκὲς καὶ ἀδιάπτωτον. Ὁ δὲ σφόδρα τῇ ἐπιθυμίᾳ τοῦ ἀκολουθεῖν τῷ Χριστῷ κατεχόμενος, πρὸς οὐδὲν ἔτι τῆς ζωῆς ταύτης ἐπιστραφῆναι δύναται, οὐ πρὸς γονέων ἢ οἰκείων φίλτρον, ὅταν ἐναντιούμενον ᾖ τὰ τοῦ Κυρίου προστάγμασι. Τότε γὰρ καιρὸν ἔχει καὶ τὸ, *Εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα*, καὶ τὰ λοιπὰ· καθὰ καὶ οἱ ἅγιοι μαθηταὶ τοῦ Κυρίου ὑπέδειξαν ἡμῖν. Ἰάκωβος μὲν καὶ Ἰωάννης, καταλιπόντες τὸν πατέρα αὐτῶν Ζεβεδδαῖον, καὶ αὐτὸ τὸ πλοῖον, τὴν πᾶσαν ἀφορμὴν τοῦ βίου· Ματθαῖος δὲ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τελωνίου ἀναστάς, καὶ ἀκολουθήσας τῷ Κυρίῳ, οὐ τὰ κέρδη μόνον τὰ ἐν τῷ τελωνίῳ καταλιπών, ἀλλὰ καὶ τῶν κινδύνων ὑπεριδών, οἳ ἐπακολουθεῖν ἔμελλον αὐτῷ τε καὶ τοῖς οἰκείοις παρὰ τῆς ἐξουσίας, ἀτελεῖς τοὺς λόγους τοῦ τελωνίου καταλιμπάνοντι· Παῦλῳ δὲ καὶ ὁ σύμπας κόσμος ἐσταύρωτο, καὶ αὐτὸς τῷ κόσμῳ. Ὅταν γὰρ τῆς εὐσεβείας ἔρως τὴν ψυχὴν προκατάσχῃ, ἅπαν αὐτῇ πολέμων καταγέλαστον εἶδος· κἂν πάντες αὐτὴν ὑπὲρ τοῦ ποθουμένου τοξεύωσι, τέρπουσι μᾶλλον ἢ πλήττουσιν. Εἰ γὰρ διὰ τὴν πρὸς τοὺς εὐεργέτας εὔνοιαν καὶ τὸ φίλτρον φυσικῶς αἱρούμεθα, καὶ πάντα πόνον εἰς ἀνταπόδοσιν τῶν προσγενομένων ἡμῖν καλῶν ὑπομένομεν, τίς λόγος ἀξίως ἐφικέσθαι τῶν δωρεῶν τοῦ Θεοῦ δύναται; Αἳ τοσαῦται μὲν εἰσὶ τὸ πλῆθος, ὡς καὶ ἀριθμὸν διαφεύγειν· τηλικαῦται δὲ τὸ μέγεθος καὶ τοιαῦται, ὥστε ἐξαρκεῖν καὶ μίαν ὑπευθύνους ἡμᾶς εἰς πᾶσαν χάριν τῷ δεδωκότι ποιῆσαι. Ὁ δ' οὕτως ἐστὶν ἀγαθὸς, ὥστε οὔτε ἀντίδοσιν ἀπαιτεῖ, ἀλλ' ἀρκεῖται μόνον ἀγαπώμενος ἐφ' οἷς ἔδωκεν. Ὧν ἁπάντων ὅταν εἰς ἔννοιαν ἔλθω (ἵνα τὸ ἐμὸν πάθος ἐξείπω), εἰς φρίκην τινὰ καὶ ἔκστασιν φοβερὰν καταπίπτω, μή ποτε ἐξ ἀπροσεξίας τοῦ νοῦ, ἢ τῆς πρὸς τὰ ματαια ἀσχολίας, τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ ἐκπεσών, ὀνείδος γένωμαι τῷ Χριστῷ. Εἰς ὀνειδισμὸν γὰρ προσοίσει τῷ Κυρίῳ τὴν ἡμετέραν καταφρόνησιν ὁ διάβολος, καὶ ἐγκαυχήσεται τῇ ἀπειθείᾳ ἡμῶν· ὃς γὰ

(6) Ibid., 339.
(7) Ibid.
(8) *Διὰ τῆς διηνεκοῦς*. Præpositio addita ex Codice Regio.

Digitized by Google

οὔτε κτίσας ἡμᾶς, οὔτε ἀποθανὼν ὑπὲρ ἡμῶν, ἀλλ' ὅμως ἔσχεν ἡμᾶς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἐν τῇ ἀπειθείᾳ, καὶ ἐν τῇ ἀμελείᾳ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο τὸ ὄνειδος, τὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, βαρύτερόν μοι τῶν ἐν τῇ γεέννῃ κολάσεων φαίνεται, τῷ ἐχθρῷ τοῦ Χριστοῦ ὕλην γενέσθαι καυχήματος καὶ ἀφορμὴν ἐπάρσεως κατὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμων ἀποθανόντος καὶ ἀναστάντος.

A tumacia et de defectione nostra gloriabitur : qui cum nec creaverit nos, nec pro nobis subierit mortem, tamen suæ contumaciæ, suæque in observandis Dei mandatis negligentiæ socios nos ac comites habuerit. Illud quod Domino inferetur probrum, et illa adversarii jactantia mihi suppliciis gehennæ gravior videtur, quod Christi inimico præbeamus materiam, **484** adversus eum, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, jactandi se et efferendi.

2. Καὶ γὰρ Κύριον τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν δεῖ πάσῃ τῇ ἐνυπαρχούσῃ ἡμῖν πρὸς τὸ ἀγαπᾷν δυνάμει, καὶ ἀγαπᾷν καὶ τὸν πλησίον, καὶ ἀγαπᾷν καὶ τοὺς ἐχθροὺς, ἵνα ὦμεν τέλειοι, μιμούμενοι τὴν χρηστότητα τοῦ ἐν οὐρανοῖς Πατρὸς, τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντος ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς· εἰς ἄλλα δὲ τὴν τοῦ B ἀγαπᾷν δύναμιν παραναλίσκειν οὐ συγχεχώρηται. Τὸ γὰρ τῆς ἀγάπης καλὸν, εἰ μὲν ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἀγάπης περιγράψεται μόνῳ, καταγέλαστόν ἐστι, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα ἐκλεγομένους (1), τούτοις μόνοις μεταδιδόναι τοῦ ἀγαπᾷν, ἑτέρους δὲ μυρίους ἀποκλείειν τῆς πρὸς τὸ καλὸν κοινωνίας. Εἰ δὲ ἡ πρὸς τοὺς βλαβεροὺς συμφωνία ἐν ἀγάπης προσχήματι τὰ τῶν πολεμίων τοὺς προσδεχομένους ἐργάζεται, σκοπεῖν ὀφείλομεν οἷς ἑαυτοὺς ἀναμίγνυμεν. Εἰ γὰρ ὁ ἀγαπητὸς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ μισεῖται, τί μέγα εἰ ἡμεῖς τοῦ μίσους ἀξιούμεθα παρὰ ἀνθρώποις, οἷς περισσεύει τὸ κτῆμα τοῦ μίσους; Πλὴν οὔτε οἰκοδομὴν συστῆναι, συνδέσμων ὑφαιρεθέντων, δυνατὸν, οὔτε Ἐκκλησίαν εἰς ὕψος αὐξηθῆναι, μὴ συνδεδεμέ- C νην τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ἀγάπης. Καὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως ἴδιον τῆς φύσεως ἡμῶν, ὡς τὸ κοινωνεῖν ἀλλήλοις, καὶ χρῄζειν ἀλλήλων, καὶ ἀγαπᾷν τὸ ὁμόφυλον. Πλέον γὰρ ἡμεῖς τῆς ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀδελφῶν ἐπικουρίας δεόμεθα, ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν τῆς ἑτέρας. Ὅταν γὰρ πρὸς αὐτὰ ἀπίδω τὰ μέλη ἡμῶν, ὅτι ἓν οὐδὲ ἑαυτῷ πρὸς ἐνέργειαν αὐταρκες, πῶς ἐμαυτὸν λογίσομαι ἐξαρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς τὰ τοῦ βίου πράγματα; Οὔτε γὰρ ἂν ποῦς ἀσφαλῶς βαδίσειε, μὴ συνυποστηρίζοντος τοῦ ἑτέρου· οὔτε ὀφθαλμὸς ὑγιῶς ἴδοι, μὴ κοινωνὸν ἔχων τὸν ἕτερον, καὶ μετ' αὐτοῦ συμφώνως προσβάλλων τοῖς ὁρατοῖς. Καὶ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα, ἡ δι' ἀμφοῖν τοῖν πόροιν τὴν φωνὴν δεχομένη· καὶ ἀντίληψις κραταιοτέρα τῇ κοινωνίᾳ τῶν δακτύλων. Καὶ ἁπαξ- D απλῶς, οὐδὲν οὔτε τῶν ἐκ φύσεως, οὔτε τῶν ἐκ προαιρέσεως κατορθουμένων ὁρῶ, ἄνευ τῆς τῶν ὁμοφύλων συμπνοίας ἐπιτελούμενον· ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ προσευχὴ, μὴ ἔχουσα τοὺς συμφωνοῦντας, ἀδρανεστέρα ἐστὶ πολλῷ ἑαυτῆς. Νουθετείτω σε τῶν νυκτερίδων τὸ φιλάλληλον, αἳ ὥσπερ ὁρμαθὸς ἀλλήλων ἔχονται· καὶ μὴ τὸ ἀπεσχισμένον καὶ ἰδιάζον

2. (2) Nam Dominum Deum oportet diligere ea tota virtute, quæ nobis inest ad diligendum : diligendus insuper proximus : sunt quoque et inimici diligendi, ut simus perfecti, inimitantes benignitatem Patris nostri, qui in cœlis est : qui solem suum oriri facit super bonos et malos [38]. Porro nefas est in alia perperam consumere vim diligendi. (3) Si charitatis bonum solo charitatis nomine circumscribitur, ridiculum est hunc et illum eligentes, iis solis charitatem impertire, alios vero innumerabiles ab illius boni communicatione excludere. Sed si cum perniciosis hominibus consensio iis, a quibus suscipitur, sub pacis specie damnum infert hostile ; considerare debemus quinam sint ii quibus nos admiscemus. (4) Si enim dilectus Dei Filius odio habetur, quid mirum si nos hominibus odiosi sumus [39], in quibus profecto odium exsuperat? Cæterum neque ædificium consistere ablatis colligationibus potest, neque Ecclesia adaugeri, nisi pacis amorisque vinculo fuerit colligata. Etenim nihil est naturæ nostræ adeo proprium, ut mutuo inter nos communicare, mutuoque indigere, atque ejusdem generis homines adamare. (5) Magis enim nos uniuscujusque fratrum auxilio indigemus, quam manus altera alterius ope. (6) Cum enim hæc ipsa nostra membra considero, quorum nullum sibi ipsi ad agendum satis est, quomodo mihi ipse videbor ad vitæ negotia sufficere? Neque enim pes tuto gradiatur, non suffulciente altero : neque oculus recte videat, non habens alterum consortem, et cum eo socialiter his quæ videntur, intentus. Auditus accuratior, qui per utrosque meatus vocem suscipit, et fortior apprehensio digitorum conjunctione. Et in summa, nihil neque eorum quæ natura, neque eorum quæ libera voluntate perficiuntur, citra conspirationem eorum quæ ejusdem generis sunt, perfici video ; cum et preces ipsæ, si desint qui conspirent, longe sint seipsis debiliores. (7) Admoneat te mutuus vespertilionum amor qui contextim inter se cohærent : neque quod est separatum ac singulare, præstantius esse existima, eo

[38] Matth. v, 43-45. [39] Joan. xv, 18.

(1) *Ἐκλεγομένους*. Sic uterque codex. Editi ἐκλελεγμένους.
(2) Ex comment. *in Isa.*, 410.
(3) Ex epist. CCL, 385.
(4) Uterque codex indicat epist.
(5) Ex epist. XCVII, 190.
(6) Ibid.
(7) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 77

Digitized by Google

quod societatem cum unitate admittit. (1) Nihil enim nos ab invicem separat, nisi animi proposito dissociemur. Unus nobis est Dominus, una fides [40], spes eadem. Sive caput vos ipsos existimatis, non potest caput dicere pedibus : Non est mihi opus vobis [41]. Sive vos in alio ordine reponitis, nobis in eodem corpore constitutis non potestis dicere : Vestri non indigemus. Nam et manus altera alterius eget, et pes alter alterum firmat, et oculi per concordiam clare ac perspicue vident. (2) Non enim vos illa cogitatio detineat : Extra multorum malum sumus, quamobrem quid nobis opus est cum aliis communio? Dominus enim insulas quidem a continente per mare divisit, insularum vero incolas per charitatem cum incolis continentis junxit. (3) Hoc enim potissimum **485** amicus ab adulatore differt, quod hic quidem ad delectationem loquitur, ille vero ne molesta quidem prætermittit. (4) Scis quid a te præstandum sit proximo? quod tibi ipsi ab altero vis fieri. Nosti quid sit malum? quod ipse nolis ab alio pati. (5) Cum enim ex Deo audiverim : *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si diligatis invicem* [42], cumque extremum munus discipulis suis, suam in carne dispensationem absoluturus, pacem suam Dominus reliquerit, dicens : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* [43], dicere non possum, me sine mutua charitate, et nisi, quantum in me est, pacem cum omnibus habeam, dignum posse Jesu Christi servum vocari

3. (6) Eodem igitur modo communem et æqualem omnibus inter se charitatem esse convenit, quo homo naturaliter erga singula sua membra affectus est, qui totum suum corpus pariter sanum vult, quando et uniuscujusque membri dolor æqualem corpori molestiam exhibet. (7) Qui enim in conventu unum præ aliis diligit, seipsum imperfectæ charitatis insimulat. Quare ex conventu contentio indecora et singularis amor sunt æqualiter amandandi. Oritur enim ex contentione inimicitia : ab amicitia vero particulari et sodalitate suspiciones et invidiæ nascuntur. Cum enim æqualitas aufertur, id ubique eis qui ea spoliantur, invidiæ et odii origo et causa est. Quemadmodum igitur Deus optimus ex æquo impertit omnibus lucem, solem suum super justos ac injustos exoriri curans [44] : ita et Dei imitatores communem et parem charitatis radium in omnes effundant. Ubi enim deficit charitas, illic utique ejus loco succedit odium. Quod si, ut Joannes ait, *Deus charitas est* [45], prorsus necesse est diabolum odium esse. Sicut ergo qui habet charitatem, Deum

A τοῦ κοινωνικοῦ καὶ ἡνωμένου ἤγουν προτιμότερον. Οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς χωρίζει ἀπ' ἀλλήλων, ἐὰν μὴ τῇ προαιρέσει τὸν χωρισμὸν ὑποστῶμεν. Εἷς ἡμῶν Κύριος, μία πίστις, ἐλπὶς ἡ αὐτή. Εἴτε οὖν κεφαλὴν ἑαυτοὺς λογίζεσθε, οὐ δύναται ἡ κεφαλὴ εἰπεῖν τοῖς ποσί· Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· εἴτε καὶ ἐν ἄλλῃ τάξει ἑαυτοὺς τάσσετε, οὐ δύνασθε τοῖς ἐν τῷ αὐτῷ σώματι κατατεταγμένοις λέγειν (8) τὸ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχομεν. Αἵ τε γὰρ χεῖρες ἀλλήλων δέονται, καὶ οἱ πόδες ἀλλήλους στηρίζουσι, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ συμφωνίᾳ τὸ ἐναργὲς τῆς καταλήψεως ἔχουσι. Μὴ γὰρ ἐκεῖνος ὑμᾶς ὁ λογισμὸς κατεχέτω, ὅτι Ἡμεῖς ἔξω τοῦ πάθους ἐσμὲν τῶν πολλῶν, καὶ τίς ἡμῖν χρεία τῆς πρὸς αὐτοὺς κοινωνίας; Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν τὰς μὲν νήσους τῆς ἠπείρου διὰ θαλάσ-

B σης διέστησε, τοὺς δὲ νησιώτας τοῖς ἠπειρώταις διὰ τῆς ἀγάπης συνέδησε. Καὶ τούτῳ μάλιστα φίλος τέλακος διενήνοχε, τῷ τὸν μὲν πρὸς ἡδονὴν ὁμιλεῖν, τὸν δὲ μηδὲ τῶν λυπούντων ἀπέχεσθαι. Οἶδας ἃ σε ποιήσεις τῷ πλησίον; ὃ σεαυτῷ βούλει παρ' ἑτέρου γενέσθαι. Οἶδας ὅ τί ποτέ ἐστι τὸ κακόν; ὃ οὐκ ἂν αὐτὸς παθεῖν ἕλοιο παρ' ἑτέρου. Ἐγὼ γὰρ ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*· καὶ ὅτι ἐξιτήριον δῶρον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μέλλων συμπληροῦν τὴν ἐν σαρκὶ οἰκονομίαν, τὴν ἐκ τοῦ εἰρήνην κατέλιπεν εἰπών· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν*· οὐ δύναμαι εἰπεῖν, ὅτι ἄνευ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἀγάπης καὶ ἄνευ

C τοῦ, τὸ εἰς ἐμὲ ἧκον, εἰρηνεύειν πρὸς πάντας, δύναμαι ἄξιος κληθῆναι δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3. Οὕτω τοίνυν προσῆκει κοινὴν καὶ ἴσην πᾶσι πρὸς ἀλλήλους τὴν ἀγάπην εἶναι, ὡς φυσικῶς πρὸς τὰ καθ' ἕκαστον ἑαυτοῦ μέλη ὁ ἄνθρωπος ἔχει, ἐπίσης θέλων παντὶ τῷ σώματι τὴν ὑγίειαν, διότι καὶ ὁ πόνος ἑκάστου μέλους ἴσην παρέχει τῷ σώματι τὴν ἀηδίαν. Ὁ γὰρ ἐν συνοδίᾳ τὸν ἕνα ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀγαπῶν, κατηγορεῖ ἑαυτοῦ μὴ ἔχων τὴν τελείαν ἀγάπην. Ὁμοίως οὖν ἀπόβλητός ἐστιν ἀπὸ συνοδίας ἥ τε ἀπρεπὴς μάχη, καὶ ἡ μερικὴ διάθεσις. Ἀπὸ μὲν γὰρ τῆς μάχης ἔχθρα γίνεται, ἀπὸ δὲ τῆς μερικῆς φιλίας καὶ ἑταιρείας ὑποψίαι καὶ φθόνοι γίνονται· πανταχοῦ γὰρ ἡ τοῦ ἴσου στέρησις ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις φθόνου καὶ δυσμενείας τοῖς ἐλαττουμένοις γίνεται. Ὥσπερ οὖν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς κοινὴν

D δίδωσι πᾶσι τὴν τοῦ φωτὸς μετουσίαν, ἀνατέλλων τὸν ἥλιον ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, οὕτως καὶ οἱ μιμηταὶ τοῦ Θεοῦ κοινήν τε καὶ ὁμότιμον τὴν τῆς ἀγάπης ἀκτῖνα ἐπὶ πάντας φερέτωσαν. Ὅπου γὰρ ἐλλείπει ἡ ἀγάπη, ἐκεῖ πάντως ἀντεισέρχεται τὸ μῖσος. Εἰ δὲ, καθὼς φησιν Ἰωάννης, *Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν*, ἀνάγκη πᾶσα τὸ μῖσος εἶναι τὸν διάβολον. Ὥσπερ οὖν ὁ τὴν ἀγάπην ἔχων, τὸν Θεὸν ἔχει· οὕ-

[40] Ephes. IV, 5. [41] I Cor. XII, 15. [42] Joan. XIII, 35. [43] Joan. XIV, 27. [44] Matth. V, 45. [45] I Joan. IV, 16.

(1) Ex epist. CCIII, 301.
(2) Ibid.
(3) Ex epist. XX, 98.
(4) Ex hom. IX *in Hexaem.*, 83.
(5) Ex epist. CCIII, 229.
(6) Ex serm. ascetico, 325.
(7) Ibid.
(8) Λέγειν. Regius codex εἰπεῖν χρείαν.

Digitized by Google

τως ὁ τὸ μῖσος ἔχων, τὸν διάβολον ἐν ἑαυτῷ τρέφει. Διὰ τοῦτο προσήκει τὴν μὲν ἀγάπην ἴσην καὶ ὁμοίαν παρὰ πάντων τοῖς πᾶσιν εἶναι, τὴν δὲ τιμὴν κατὰ τὸ πρέπον ἑκάστῳ γίνεσθαι. Καὶ ὥσπερ ἐν ἡμῖν αὐτοῖς, ὁ μὲν πόνος ἑκάστου τῶν ἀῤῥωστούντων μελῶν ἴσως ἅπτεται τοῦ παντὸς σώματος, ἔστι δὲ ὅμως ἕτερα ἑτέρων τιμιώτερα μέλη (οὐ γὰρ ὁμοίως περὶ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ (1) περὶ τὸν τοῦ ποδὸς δάκτυλον ἔχομεν, κἂν ὁ πόνος τὸ ἴσον ἔχῃ)· οὕτως τὴν μὲν συμπαθῆ διάθεσιν, καὶ τὴν ἀγαπητικὴν σχέσιν ἴσην ἐπὶ πάντων τῶν ἐν τῇ συνοδίᾳ ζώντων εἶναι παρ' ἑκάστου προσήκει· ἡ δὲ τιμὴ, κατὰ τὸ εὔλογον ἐπὶ τῶν χρησιμωτέρων τὸ πλέον ἕξει. Ἐπὶ γὰρ τῶν πνευματικῶν ἀλλήλοις συναρμοζομένων, οὐδὲ ἡ (2) σωματικὴ συγγένεια πλέον τι κατὰ τὴν ἀγάπην ἕξει· οὐδὲ εἴ τις ἀδελφός τινος κατὰ σάρκα εἴη, ἢ υἱὸς, ἢ θυγάτηρ, ἐν πλείονι διαθέσει πρὸς τὸν τῷ γένει προσήκοντα παρὰ τοὺς ἄλλους γενήσεται ἡ κοινωνία τοῦ αἵματος. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις τῇ φύσει ἀκολουθῶν, κατηγορεῖ ἑαυτοῦ, ὅτι οὔπω τελείως ἀπέστη τῆς φύσεως, ἀλλ' ἔτι ὑπὸ σαρκὸς διοικεῖται. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

habet; sic qui odium habet, is diabolum in seipso nutrit. Quamobrem ut æqualis similisque charitas quibusvis ab omnibus est exhibenda: ita honor, uti addecet, unicuique est tribuendus. (5) Et ut in nobismetipsis, dolor uniuscujusque ægrotantis membri similiter totum corpus attingit, et tamen sunt membra alia aliis præstantiora (non enim pariter de oculo ac de pedis digito afficimur, etiamsi dolor æqualis sit): ita unumquemque in omnes qui in conventu vixerint, commiserationem quidem atque amorem parem ostendere operæ pretium est; sed tamen, ut decet, iis qui utiliores sunt, major deferetur honor. Nam in his qui spirituali animorum conjunctione inter se sunt copulati, non futura est major dilectio ob corporalem consanguinitatem; neque si quis quidem germanus alicujus frater sit, filiusve, aut filia, majorem erga consanguineum, quam erga alios, amorem afferet sanguinis conjunctio. Qui enim in his naturam sequitur, is nondum a natura perfecte recessisse convincitur, sed etiamnum a carne gubernari. Deo autem nostro sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΕΛΕΗΜΟΣΥΝΗΣ.

ΛΟΓΟΣ Δ'.

1. Εἰ θαυμάζεις (3) τὰ χρήματα, ἄνθρωπε, διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν τιμὴν, σκόπει πόσον ἐστὶ πρὸς δόξαν λυσιτελέστερον, μυρίων παίδων πατέρα προσαγορεύεσθαι, ἢ μυρίους στατῆρας ἔχειν ἐν βαλαντίῳ. Τὰ μὲν γὰρ χρήματα καταλείψεις ἐνταῦθα, καὶ μὴ βουλόμενος· τὴν δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις φιλοτιμίαν ἀποκομίσεις πρὸς τὸν Δεσπότην, ὅταν δῆμος ὅλος ἐπὶ τοῦ κοινοῦ Κριτοῦ περιρτάντες (4), τροφέα καὶ εὐεργέτην καὶ πάντα τὰ τῆς φιλανθρωπίας ἀποκαλῶσιν ὀνόματα. Καὶ ἐν μὲν πανηγύρει οὐδεὶς λυπεῖται προέμενος τὰ παρόντα, καὶ ἀντικτώμενος τὰ ἐνδέοντα· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν ἐλάττονος τιμῆς τὰ πολύτιμα πρίηται, τοσούτῳ χαίρει, ὡς λαμπροῦ αὐτῷ τοῦ συναλλάγματος γενομένου. Σὺ δὲ λυπῇ χρυσίον, καὶ ἀργύριον, καὶ κτήματα διδοὺς, τουτέστι λίθους καὶ χοῦν παρεχόμενος, ἵνα κτήσῃ τὴν μακαρίαν ζωήν; Τί δὲ καὶ χρήσῃ τῷ πλούτῳ; ἐσθῆτι πολυτιμήτῳ περιβαλεῖς σεαυτόν; Οὔκουν δύο μέν σοι πηχῶν χιτωνίσκος ἀρκέσει, ἑνὸς δὲ ἱματίου περιβολὴ πᾶσαν τῶν ἐνδυμάτων ἐκπληρώσει τὴν χρείαν; Ἀλλ' εἰς τροφὴν καταχρήσῃ τῷ πλούτῳ; εἷς ἄρτος ἱκανὸς ἀποπληρῶσαι γαστέρα. Τί οὖν λυπῇ; ὡς τίνος ὑστερούμενος; Δόξης τῆς ἀπὸ τοῦ πλούτου; ἀλλ' ἐὰν μὴ χαμαὶ ζητήσῃς τὴν δόξαν, εὑρήσεις τὴν ἀληθινὴν καὶ λαμπρὰν, προάγουσάν σε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Σκορπιζόμενος γὰρ ὁ πλοῦτος, καθ' ὃν ὁ Κύριος ὑποτίθεται τρόπον, πέφυκε παρα-

486 DE ELEEMOSYNA.

SERMO IV.

1. (6) Si opes miraris, o homo, ob provenientem ex eis honorem, considera quanto sit ad gloriam conducibilius, innumerorum filiorum patrem appellari, quam innumeros in marsupio stateres habere. Nam pecunias quidem relicturus hic es vel invitus; contra, partam ob bona opera gloriam exportabis ad Dominum, cum scilicet circumstans coram communi Judice populus omnis, nutritorem et beneficum largitorem ac omnibus humanitatis appellabit nominibus. (7) Etenim in nundinis quidem nemo dolet quod profundat quæ adsunt, et vicissim quæ desunt comparet; contra, quo viliori pretio res pretiosissimas emerit, hoc magis gaudet, ut qui egregie negotiatus sit. Tu vero doles, quod aurum et argentum et opes tradas, hoc est, lapidem ac pulverem præbeas, ut beatam vitam acquiras. Sed cui tibi usui aurum? pretiosa te veste amicies? Annon duorum cubitorum tunica satis tibi fuerit, et unius pallii amictus omnem indumentorum necessitatem explebit? Uterisne divitiis ad lautius vivendum? Verum panis unus exsatiando ventri sufficit. Quid igitur tristitia afficeris? Cujusnam rei fecisti jacturam? An gloriæ quæ ex divitiis oritur? At si humi gloriam non quæsieris, veram illam ac splendidam, quæ te in regnum cœlorum deducet, invenies. (8) Dispersæ enim secundum Domini monitum divitiæ solent permanere,

(1) *Περὶ τὸν ὀφθαλμὸν καὶ.* Hæc addita ex contextu et codice Regio.

(2) *Οὐδὲ ἡ.* Idem codex οὐδὲν ἡ.

(3) *Εἰ θαυμάζεις.* Legitur τί θαυμάζεις, *quid admiraris?* in duobus codicibus Regiis, quibuscum has conciones contulimus. Sunt hi codices 1910 et 1992.

(4) *Περιστάντες.* Legitur in contextu περιστάντες σε.

(5) Ex serm. ascetico, 325.

(6) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 43.

(7) Ex hom. *in Divites*, 52.

(8) Ibid., 53.

Digitized by Google

clausæ autem alienari. Si custodies, non habebis; si dispergas, non amittes. *Dispersit* enim, *dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi* [46]. (1) Quare debent qui prudenter judicant, usum divitiarum ad dispensationem concessum existimare, non ad perfruendum: et his depositis lætari, ut ab alienis remoti, non ægre ferre, ut suis privati. Quid igitur afflictare? quid animo discruciare cum audis: *Vende quæ habes, et da pauperibus* [47]? Etenim si te sequerentur in futurum sæculum, ne sic quidem essent studiosius exquirenda, utpote quæ a præmiis illic repositis obscurentur: sin autem necesse est ea hic manere, cur non ex his divenditis lucrum exportamus? (2) Quisquis enim male suis rebus utitur, miserabilis est, non aliter quam qui accepto ad hostes ulciscendos gladio semetipsum libens sauciat. Qui autem bene et secundum rectam rationem res suas tractat, ac dispensator est bonorum a Deo datorum, nec ea, ut ipse perfruatur, congerit, laude et amore dignus est ob dilectionem in fratres ac liberalem et beneficam indolem.

2. (3) Videte quemadmodum multitudo peccatorum nostrorum et anni tempestates a sua ipsarum natura abduxerit, et temporum formas transmutaverit in alienas temperaturas. (4) Omnia enim insolito modo terminos creationis **487** transgredientia, ac male ad nostram conspirantia perniciem, a victu et a vita mortales abigunt. Quæ ergo causa est inordinationis hujus atque confusionis? (5) Nimirum quia cum acceperimus, aliis non impertimus, laudamus beneficentiam, et eadem privamus egenos. Liberi ex servis facti, conservorum non miseremur; esurientes nutrimur, et egentem negligimus. Divitem datorem ac promum habentes parci effecti sumus, nihilque cum pauperibus communicamus. Oves nostræ abundant fetibus, et major nudorum numerus quam ovium. Horrea ob repositarum frugum copiam in angustum coguntur, nec tamen hominis, qui angustiis urgetur, commiserescimus. (6) Pauper es? Alter est te pauperior. Sunt tibi cibaria dierum decem; illi, unius. Quod tibi superest, ac redundat, id tu ceu bonus ac gratus ex æquo cum egente partiaris. Ne dubites ex modico dare: ne commodum tuum periculo publico anteponas. Quod si ad unum panem redactus cibatus sit, stetque pro foribus mendicus, promito ex penu illum unum, quem imponens manibus, et intuens in cœlum, miserabilem hanc simul et gratam vocem

5. Ac pecuniam quidem qui quærit fenore, in mediis difficultatibus constitutus, cum respicit ad paupertatem, de solutione desperat; cum vero præsentem considerat egestatem, audax fit ad fenus. (4) Sed cum sensim diffluunt pecuniæ, tempusque progrediens secum fenus advehit, non noctes ei requiem afferunt, non dies hilaris est, non sol jucundus, sed vitam moleste fert. Odit dies ad constitutum tempus festinantes. Quod si dormiat, videt feneratorem in somnis, malum somnium, capiti astantem: si vero vigilet, cogitatio ei et cura fenus est. (5) Verum et ad eum qui fenore accipit, dicere licet, *Bibe aquas de tuis vasis* [68], et de fontibus tuis, hoc est, ad alienos fontes ne accede, sed ex propriis laticibus tibi ipse vitæ solatia compara. Habes vasa ærea, vestem, jumentum, diversi generis supellectilem? Hæc vende: induc in animum omnia projicere præter libertatem. Sed me pudet, inquit, isthæc voci præconis subjicere. Cur igitur paulo post alius ea exponet, tuorumque bonorum faciet auctionem, **495** et vili pretio ob oculos tuos vendet? Satius est, arte et industria paulatim necessitatem levare, quam alienis facultatibus subito elatum, deinceps omnibus simul bonis nudari. Si igitur habes unde solvas, cur præsentem egestatem hisce auxiliis non depellis? Sin solvendo non es, malum malo curas. (6) Pauper es nunc, sed liber. Argentum si fenore sumpseris, non ditesces, sed libertate spoliabere. Qui pecuniam sumpsit fenore, feneratoris servus est, imo servus stipendiarius, inexorabile exhibens ministerium. Canes accipiendo mansuescunt, fenerator vero recipiendo irritatur. Non enim allatrare desinit, sed plura exposcit. Si juraveris, non credit. Quæ in ædibus habes, perscrutatur; tua diligenter indagat commercia. Præsente uxore, afficit te pudore, coram amicis imponit contumeliam; in mercatibus fauces constringit; malus est festo die occursus;

[68] Prov. v, 15.

(1) *Δηλητηρίοις*. Sic Basilii contextus. Codex Regius 1992 habet δηλητηρίῳ. Editi δηλητήριον.
(2) *Σύναγε*. Sic idem Regius codex et Basilii contextus. Editi συνάγαγε.
(3) *Καὶ δοῦλος*. Editi iterum addunt καί, sed hæc conjunctio deest in codice Regio 1992 et in contextu Basilii.
(4) Ex hom. *in ps.* XIV, 108.
(5) Ibid., 109.
(6) Ibid.

Digitized by Google

vitam tibi reddit injucundam et intolerabilem. At magna, inquit, est necessitas, nec alia est parandæ pecuniæ ratio. Quæ, quæso, utilitas ex hodiernæ diei dilatione? Fenus enim non omnino liberat, sed consilii et mentis inopiam tantisper tardat. Etenim si argentum fenore non sumis; hodie et postea simili modo eris pauper: nunc quidem nullus tibi vertit probro paupertatem, siquidem malum est haud voluntarium; si vero fenori fueris obnoxius, nemo erit qui te stultitiæ non condemnet. (1) Jam perpende unde sis soluturus. Num ex iis pecuniis quas accipis? Sed hæ et ad necessitatem cohibendam et ad solutionem non sufficiunt. Quod si usuras etiam reputaveris; unde usque adeo multiplicabuntur pecuniæ? Vulnera vulnere curat nemo, neque malum malo sanat. (2) At, inquis, quomodo nutriar? Manus habes, habes artem, loca operam tuam lucri gratia, ministra: multa sunt parandi victus consilia, multi modi. At id facere non potes? Pete a possidentibus. At turpe est postulare? Turpius utique fuerit creditorem datis fenori pecuniis defraudare. Deinde vero potest formica, nec mendicans, nec fenore accipiens, nutriri: apes itidem regibus largiuntur proprii alimenti reliquias: quibus tamen nec manus, nec artes concessit natura. Tu vero industrium animal homo inter artes omnes unam ad transigendam vitam non reperies?

A καὶ οὐδείς μοι πόρος χρημάτων ἕτερος. Τί οὖν τὸ ὄφελος ἐκ τοῦ τὴν σήμερον ὑπερθέσθαι; Τὸ γὰρ δάνος οὐκ ἀπαλλαγὴν παντελῆ, ἀλλὰ μικρὰν ἀναβολὴν τῆς ἀμηχανίας παρέχεται. Μὴ δανεισάμενος μὲν ὁμοίως ἔσῃ πένης καὶ σήμερον, καὶ πρὸς τὸ ἑρεῖς· καὶ νῦν μὲν οὐδεὶς ἐγκαλέσει σοι πτωχεύοντι· ἀκούσιον γὰρ τὸ κακόν· ἐὰν δὲ τόκοις ὑπεύθυνος ᾖς, οὐκ ἔστιν ὃς οὐ μέμψεταί σου τὴν ἀβουλίαν. Ἤδη βούλευσαι πόθεν ἀποτίσεις. Ἀφ' ὧν λαμβάνεις; ἀλλ' οὐκ ἐξαρκεῖ καὶ πρὸς τὴν χρείαν, καὶ πρὸς τὴν ἔκτισιν. Ἐὰν δὲ δὴ καὶ τοὺς τόκους λογίσῃ, πόθεν τὰ χρήματα εἰς τοσοῦτον πολυπλασιασθήσεται; Οὐδεὶς τραύματα τραύμασι θεραπεύει, οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶται. Πῶς οὖν διατραφῶ, φησίν; Ἔχεις χεῖρας, ἔχεις τέχνην· μισθάρνει, διακόνει· B πολλαὶ ἐπίνοιαι τοῦ βίου, πολλαὶ ἀφορμαί. Ἀλλ' ἀδυνάτως ἔχεις; προσαίτει παρὰ τῶν κεκτημένων. Ἀλλὰ αἰσχρὸν τὸ αἰτεῖν; αἰσχρὸν μὲν οὖν (4) τὸ δανεισάμενον ἀποστερεῖν. Εἶτα ὁ μύρμηξ μὲν δύναται, μὴ προσαιτῶν, μήτε δανειζόμενος, διατρέφεσθαι· καὶ μέλισσαι τὰ λείψανα τῆς οἰκείας τροφῆς βασιλεῦσι χαρίζονται, οἷς οὔτε χεῖρας, οὔτε τέχνας ἡ φύσις δέδωκε. Σὺ δὲ τὸ εὐμήχανον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, μίαν τῶν πασῶν μηχανῶν οὐχ εὑρήσεις πρὸς τὴν τοῦ βίου διαγωγήν;

6. (3) Dives es? argentum ne des fenore. Pauper es? ne sume fenore argentum. Etenim si locuples es, nihil tibi fenore opus est: si nihil vero habes, C non pendes usuras. Noli tuam ipsius vitam seræ pœnitentiæ objicere. Hoc uno præstamus divitibus nos pauperes, curarum vacuitate: ac eos vigilantes ridemus ipsi dormientes, ac curis semper distentos et sollicitos, quieti et liberi. Debitor utique et pauper est, et curis multis anxius, et omni tempore cogitatione defixus, nunc quidem res suas æstimans, nunc vero domos sumptuosas, divitum agros, occurrentium vestes. Hæc si mea essent, inquit, tanti et tanti divenderem, atque liberarer **496** fenore. Hæc ejus animo nocteque dieque insident. Januam si pulsaveris, irrepit sub lectum debitor. Velociter accurrit quis, et illius cor palpitat. Canis latrat: ille sudore diffluit, et anxietate corripitur, quaque via fugiat, conspicit. Dies præscriptus instat: D anxie secum reputat quodnam dicturus sit mendacium, et quo conficto prætextu depulsurus a se sit creditorem. Quid te ipse bestiæ fecundissimæ adjungis? Lepores aiunt simul et parere, et nutrire, et superfetare: sic pecuniæ feneratoribus simul et dantur ad pendendas usuras, et gignuntur, et pul-

6. Πλούσιος εἶ; μὴ δανείζου (5). Πένης εἶ; μὴ δανείζου. Εἰ μὲν γὰρ εὐπορεῖς, οὐ χρῄζεις δανείσματος· εἰ δὲ οὐδὲν ἔχεις, οὐκ ἀποτίσεις τὸ δάνειον. Μὴ δῶς σεαυτοῦ τὸν βίον εἰς ὑστεροβουλίαν. Ἐνὶ τούτῳ διαφέρομεν τῶν πλουτούντων οἱ πένητες, τῇ ἀμεριμνίᾳ· καὶ καταγελῶμεν αὐτῶν ἀγρυπνούντων, αὐτοὶ καθεύδοντες· καὶ συνεστώτων ἀεὶ καὶ φροντιζόντων, αὐτοὶ ἀφροντιστοῦντες καὶ ἀνειμένοι. Ὁ μέντοι ὀφείλων καὶ πένης ἐστὶ, καὶ πολυμέριμνος, καὶ σύννους πάντα τὸν χρόνον, νῦν μὲν τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν ἀποτιμώμενος, νῦν δὲ τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, τοὺς ἀγροὺς τῶν πλουσίων (6), τὰς ἐσθῆτας τῶν ἐντυγχανόντων. Εἰ ταῦτα ἐμὰ ἦν, φησὶν, ἀπεδιδόμην τόσου καὶ τόσου, καὶ ἀπηλλασσόμην τοῦ τόκου. Ταῦτα αὐτοῦ καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἐγκαθέζεται τῇ καρδίᾳ. Ἐὰν τὴν θύραν κατάξῃς, ὁ χρεώστης ὑπὸ τὴν κλίνην· σφοδρῶς εἰσέδραμε τις· τοῦ δὲ ἐπάταξεν ἡ καρδία· ὑλακτεῖ ὁ κύων, ὁ δὲ ἱδρῶτι ῥεῖται, καὶ ἀγωνίᾳ συνέχεται, καὶ περισκοπεῖ πόθεν φύγοι. Ἡ προθεσμία προάγει· μεριμνᾷ τί ψεύσεται, ποίαν πλασάμενος πρόφασιν τὸν δανειστὴν διακρούσεται. Τί πολυτόκῳ (7) θηρίῳ σεαυτὸν παραζευγνύεις; Τοὺς λαγῴους φασι καὶ τίκτειν ὁμοῦ, καὶ τρέφειν, καὶ ἐπικυΐσκεσθαι· καὶ τοῖς τοκογλύφοις

(1) Ex hom. *in psal.* XIV, 110
(2) Ibid., 111.
(3) Ibid., 110.
(4) *Αἰσχρὸν μὲν οὖν*. Legitur in contextu αἰσχρότερον.
(5) *Δανείζου*. Nullus dubito quin legendum sit μὴ δάνειζε, *ne des fenore*, non vero, *ne pecuniam sumas fenore*. Rationem enim addit Basilius, quia divites fenore non indigent: qua voce non pecuniam mutuo sumendam, sed mercedem ex collocata pecunia provenientem manifestum est designari. Deterret ergo divites a pecunia in fenus collocanda. Legit archiepiscopus Turonensis, ita ut legendum contendimus. — Vide notam nostram ad tom. I, col. 272. Edit.
(6) *Τῶν πλουσίων*. Codicum alter τῶν πλησίον, *proximi agros*.
(7) *Πολυτόκῳ*. Sic contextus. Editi nostri πολυτρόκῳ.

Digitized by Google

τὰ χρήματα ὁμοῦ καὶ δανείζεται, καὶ γεννᾶται, καὶ ὑποφύεται. Οὕπω γὰρ ἐδέξω εἰς χεῖρας, καὶ τοῦ παρόντος μηνὸς ἀπῃτήθης τὴν ἐργασίαν. Καὶ τοῦτο πάλιν δανεισθὲν, ἕτερον κακὸν ἐξέθρεψε, κἀκεῖνο ἕτερον, καὶ τὸ κακὸν εἰς ἄπειρον· Τόκος γὰρ, ὡς οἶμαι, διὰ τὴν πολυγονίαν (1) τοῦ κακοῦ προσηγόρευται· πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Ἢ τάχα τόκος λέγεται διὰ τὰς ὠδῖνας καὶ λύπας, ἃς ἐμποιεῖν ταῖς ψυχαῖς τῶν δανειζομένων πέφυκεν. Ὡς γὰρ ἡ ὠδὶς τῇ τικτούσῃ, οὕτως ἡ προθεσμία τῷ ὑποχρέῳ παρίσταται. Τόκος ἐπὶ τόκῳ, πονηρῶν γονέων πονηρὸν ἔκγονον. Τὰς ἐχίδνας λέγουσι τὴν γαστέρα τῆς μητρὸς διεσθιούσας τίκτεσθαι· καὶ οἱ τόκοι τοὺς οἴκους τῶν ὀφειλόντων ἐκφαγόντες ἀπογεννῶνται. Τὰ σπέρματα χρόνῳ ῥύεται· ὁ δὲ τόκος σήμερον γεννᾶται, καὶ σήμερον οὐ τίκτειν ἄρχεται. Τῶν αὐξουμένων ἕκαστον, ἐπειδὰν πρὸς τὸ οἰκεῖον ἀφίκηται μέγεθος, τῆς αὐξήσεως ἵσταται· τὸ δὲ τῶν πλεονεκτῶν ἀργύριον τῷ χρόνῳ πάντι συμπαραύξεται. Τὰ ζῶα παραδόντα τοῖς ἐκγόνοις (2) τὸ τίκτειν, αὐτὰ τῆς κυήσεως παύεται· τὰ δὲ τῶν δανειστῶν ἀργύρια καὶ τὰ ἐπιγινόμενα τίκτει, καὶ τὰ ἀρχαῖα νεάζει. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς χολέρας οἱ τὸ ἀεὶ προϊστάμενον ἐξαιροῦντες (3), καὶ πρὶν παντελῶς καθαρθῆναι δευτέραν τροφὴν ἐπεμβαλλόμενοι, πάλιν ἐμοῦσι μετὰ ὀδύνης καὶ σπαραγμῶν· οὕτω καὶ οἱ δανειζόμενοι, τόκους ἐκ τόκων μεταλαμβάνοντες, καὶ πρὶν ἐκκαθᾶραι τὰ πρῶτα, δεύτερον ἐπεισάγοντες δάνεισμα, μικρὸν χρόνον τοῖς ἀλλοτρίοις ἐναβρυνόμενοι, ὕστερον καὶ τὰ οἰκεῖα ὠδύραντο. Ἀλλὰ πολλοὶ, φησὶ, καὶ ἐκ δανείσματος ἐπλούτησαν. Πλείους δὲ, οἶμαι, καὶ βρόχων ἥψαντο. Σὺ δὲ τοὺς ἀπαγξαμένους οὐκ ἀριθμεῖς, οἳ τὴν ἐπὶ ταῖς ἀπαντήσεσιν (4) αἰσχύνην μὴ φέροντες, τὸν δι' ἀγχόνης θάνατον τοῦ ἐπονειδίστους ζῆν προετίμησαν. Εἶδον ἐγὼ ἐλεεινὸν θέαμα, παῖδας ἐλευθέρους ὑπὲρ χρεῶν πατρικῶν ἑλκομένους εἰς τὸ πρατήριον. Οὐκ ἔχεις καταλιπεῖν χρήματα τοῖς παισί; μὴ προσαφέλῃ καὶ τὴν εὐγένειαν. Ἓν τοῦτο διατήρησον αὐτοῖς τὸ κτῆμα τῆς ἐλευθερίας, τὴν παρακαταθήκην, ἣν παρὰ τῶν γονέων παρέλαβες. Οὐδεὶς πενίαν πατρὸς ἐνεκλήθη ποτέ· ὄφλημα δὲ πατρῷον εἰς δεσμωτήριον ἄγει. Μὴ καταλίπῃς γραμματεῖον ὥσπερ ἀρὰν πατρικὴν εἰς παῖδας καταβαίνουσαν καὶ ἐκγόνους.

7. *Πλοῦτος* γὰρ, φησὶν, *ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν*. Θαύμασον τὴν φωνήν. *Πλοῦτος*, φησὶν, *ἐὰν ῥέῃ*. Ῥευστὴ ἡ φύσις τοῦ πλούτου, χειμάρρου ὀξύτερον τοὺς ἔχοντας παρατρέχει· ἄλλοτε ἄλλον πέφυκε παραμείβεσθαι. Καὶ ὥσπερ ποταμὸς ἀφ' ὑψηλοῦ φερόμενος, ἐγγίζει μὲν τοῖς παρεστῶσι τῇ ὄχθῃ, ὁμοῦ δὲ ἥψατο καὶ εὐθὺς ὑπεχώρησεν· οὕτω καὶ ἡ τοῦ πλούτου εὐκολία ὀξυτάτην ἔχει καὶ ὀλισθηρὰν τὴν παρουσίαν, καὶ ἄλλους ἐξ ἄλλων πα-

lulant. Nondum enim in manus accepisti, et tamen præsentis mensis quæstus a te exposcitur. Et hæc pecunia rursus fenore accepta, malum alterum alit, et illud alterum, atque sic malum in infinitum. Etenim, opinor, τοκός, id est, *partus*, ob ingentem mali fecunditatem nominatur. Unde enim aliunde? Aut forte τοκός, hoc est, *partus*, dicitur ob dolores ac molestias, quas animis eorum qui fenore acceperunt, solet creare. Ut enim puerperium parituræ, ita dies indicta debitori instat. Fenus fenori additum, parentum malorum mala est soboles. Aiunt viperas, dum gignuntur, ventrem matris corrodere: fenus quoque, erosis ac consumptis debitorum ædibus, nascitur. Semina temporis progressu germinant: usura vero hodie generatur, et hodie parere incipit. Quidquid crescit, ubi ad propriam magnitudinem pervenerit, desinit augeri; avarorum vero argentum omni tempore augescit. Animalia ubi suæ soboli vim impertiverunt pariendi, supersedent prægnatione: at feneratorum pecuniæ et adnascentes pariunt, et veteres renovantur. (5) Et sicut ii qui cholera laborant, id semper quod ante sumptum est, ejiciunt, et si anteintegram purgationem cibum alterum capiunt, hunc rursus cum dolore, et cum nervorum convulsione evomunt: sic qui fenore accipiunt, usuris usurarum sese onerantes, et antequam priores usuræ purgentur, alteram adjicientes, parumper in alienis gloriati, tum demum rei etiam familiaris jacturam lugent. Atqui, inquis, multi etiam fenore facti sunt divites. At vero plures, arbitror, ad laqueos pervenerunt. Tu vero strangulatos non numeras, qui vadimoniorum dedecus minime ferentes, sibi mortem maluerunt laqueo consciscere, quam probrose vivere. Vidi ego miserabile spectaculum, ingenuos pueros, ob patris debita, venales in forum pertrahi. Non habes pecuniam quam relinquas filiis? Cave ingenuitatem eis auferas. Unam hanc ipsis conserva libertatis possessionem, depositum illud, quod a parentibus accepisti. Nemini unquam patris paupertas data est crimini: at paternum debitum in carcerem ducit. Ne relinquas syngrapham ceu paternam exsecrationem in filios ac nepotes descendentem.

7. (6) *Divitiæ* enim, inquit, *si affluant, nolite cor apponere* [a]. Hanc vocem admirare. *Divitiæ*, inquit, *si affluant*. Fluxa est divitiarum natura, torrente citius præterlabitur possessores, **497** alios aliter solet mutare. Quemadmodum fluvius ab alto labens, iis quidem qui ad ripam astant appropinquat, sed simul ut contigit, statim secedit: ita etiam divitiarum instabilitas velocissimam lubricamque præsentiam habet, alios ex aliis permutare solitam

[a] Psal. LXI, 11.

(1) *Διὰ τὴν πολυγονίαν*. Sic mss. et contextus Basilii. Editi διὰ τινὰ πολυγονίαν.

(2) *Τοῖς ἐκγόνοις*. Sic codicum alter et Basilii contextus. Editi ἐγγόνοις.

(3) *Ἐξαιροῦντες*. Legitur in contextu ἐξερῶντες.

(4) *Ἀπαντήσεσιν*. Longe præferenda hæc scriptura ei quæ legitur in contextu ἀπαιτήσεσιν, *exactionum dedecus*.

(5) Ex hom. *in psal.* XIV, 112.

(6) Ex hom. *in psal.* LXI, 198.

Digitized by Google

Hodie hujus est ager, cras alterius, et paulo post alius. Respice ad civitatis domos; quot jam nomina ex quo exstructæ sunt, accepere, aliter ab alio possessore appellatæ. Quinetiam aurum semper e manibus ejus quem penes est, elabens, ad alterum transit, et ab illo ad alium. Comprehensam manu aquam facilius possis continere, quam divitias tibi constanter servare. Ne igitur invideas e valde locupletibus cuipiam, neque ejus vitam beatam esse duxeris: et si undique ac ex uberi fontium scaturigine circumfluant pecuniæ, ne hanc rerum copiam amplexeris. (1) Non semper laudabilis est paupertas, sed quæ secundum evangelicum consilium ex libera voluntate perficitur. Multi enim, cum paupere sint, si facultates spectes, proposito avarissimi sunt: quos non salvat indigentia, sed propositum condemnat. (2) Divitiæ autem et gloria, quatenus bonos non reddunt possessores, non sunt ex eorum numero, quæ natura sunt bona: quatenus vero prosperitatem quamdam in vita nostra efficiunt, magis contrariis eligenda sunt paupertate et ignominia. Atque hæc quidem nonnullis ad distribuendum dantur a Deo velut Abraham, Jacob, et similibus. Improbis vero provocatio sunt, ut se ad meliorem frugem recipiant, ita ut qui post tantam a Deo benignitatis significationem perseverat in iniquitate, se ipse sine ulla excusationis venia obnoxium condemnationi constituat. Qui quidem justus est, neque ad divitias, cum adsunt, adjungit animum; neque eas, cum absunt, exquirit; siquidem non fruitur concreditis, sed earum administrator est. Nemo autem prudens negotium ambit in alienis rebus distribuendis, nisi respexerit ad laudem vulgi, cui homines in aliqua auctoritate constituti admirationi sunt ac æmulationi. (3) Quod si in despiciendo corpore exercitati essemus, vix aliud quidquam humanarum rerum admiraremur. Quid enim jam nobis, si corporis voluptates fastidiamus, opus sit divitiis, equidem non video; nisi jucundum sit et gratum thesauris defossis more fabulosorum draconum invigilare.

8. (4) Id itaque præcipuum est, et cujus maxime curam gerere Christianus debet, ut vitiosis affectibus qui varii sunt ac diversi, animamque coinquinant, denudetur. Deinde vero oportet, ut qui ad sublimem secundum Deum vitam respicit, opes suas ac facultates derelinquat: quia rerum terrenarum cura ac sollicitudo magnam in animo aberrationem generant. Cum igitur plures ad eumdem salutis scopum intenti, communem inter se vitam amplexi fuerint, id inter ipsos ante omnia obtineat necesse est, ut unum in omnibus sit cor, et voluntas una, unumque desiderium atque ut præcipit

A ραμείβεσθαι πεφυκυῖαν. Σήμερον τοῦδε ὁ ἀγρὸς, καὶ αὔριον ἄλλου, καὶ μετ' ὀλίγον ἄλλου. Ἀπόβλεψον πρὸς τὰς ἐν τῇ πόλει οἰκίας, πόσα ἤδη ἀφ' οὗ γεγόνασιν ὀνόματα μετειλήφασιν, ἄλλοτε ἀπ' ἄλλου τῶν κεκτημένων ὀνομαζόμεναι. Καὶ χρυσὸς ἀεὶ τὰς τοῦ ἔχοντος χεῖρας διαῤῥέων, ἐφ' ἕτερον διαβαίνει, καὶ ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον. Μᾶλλον δύνασαι ὕδωρ τῇ χειρὶ περιλαβὼν κατασχεῖν, ἢ πλοῦτον διαρκῶς σεαυτῷ συντηρῆσαι. Μὴ τοίνυν ζηλώσῃς τῶν ὑπερπλουτούντων τινὰ, μηδὲ μακαρίσῃς αὐτοῦ τὴν ζωήν· κἂν πολλαχόθεν σοι καὶ ἐξ ἀφθόνων πηγῶν περιῤῥέῃ τὰ χρήματα, μὴ προσδέξῃ αὐτῶν τὴν περιουσίαν. Οὐκ ἀεὶ δὲ ἐπαινετὴ ἡ πτωχεία, ἀλλ' ἡ ἐκ προαιρέσεως κατὰ τὸν εὐαγγελικὸν σκοπὸν κατορθουμένη. Πολλοὶ γὰρ πτωχοὶ μὲν τῇ περιουσίᾳ, πλεονεκτικώτατοι δὲ τῇ προαιρέσει τυγχάνουσιν· οὓς οὐχ ἡ ἔνδεια B σώζει, ἀλλ' ἡ προαίρεσις κατακρίνει. Πλοῦτος δὲ καὶ δόξα, καθὸ μὲν οὐ ποιεῖ τοὺς ἔχοντας ἀγαθοὺς, οὐκ ἔστι τῶν κατὰ φύσιν ἀγαθῶν· καθὸ δὲ εὐροιάν τινα παρέχεται ἡμῶν τῷ βίῳ, αἱρετώτερά ἐστι τῶν ἐναντίων, πενίας καὶ ἀτιμίας. Ταῦτα μέντοι τοῖς μὲν οἰκονομίας ἕνεκεν δίδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τοῖς τοιούτοις. Τοῖς δὲ φαυλοτέροις πρόκλησίς ἐστι τοῦ βελτιωθῆναι κατὰ τὸν τρόπον, ὡς ὅ γε μετὰ τοσαύτην ἐκ Θεοῦ δεξίωσιν ἐπιμένων τῇ ἀδικίᾳ, ἀναντιῤῥήτως ἑαυτὸν ὑπόδικον τῇ κατακρίσει καθίστησιν. Ὁ μέντοι δίκαιος, οὔτε παρόντος ἐπιστρέφεται τοῦ πλούτου, οὔτε μὴ παρόντος ἐπιζητεῖ· οὐ γὰρ ἀπολαυστικός ἐστι τῶν δεδομένων, ἀλλ' οἰκο- C νομικός· οὐδεὶς δὲ τῶν εὖ φρονούντων ἐπιτρέχει τῇ ἀσχολίᾳ τῆς τῶν ἀλλοτρίων διανομῆς, ἐὰν μὴ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἀποβλέπῃ δόξαν, οἳ θαυμάζουσι καὶ ζηλοῦσι τοὺς ἐν ἐξουσίᾳ τινὶ καθεστῶτας. Εἰ δὲ τοῦ σώματος ὑπερορᾷν μελετήσαιμεν, σχολῇ γ' ἂν ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων θαυμάσαιμεν. Τί γὰρ ὅτι χρησώμεθα (5) τῷ πλούτῳ, τὰς διὰ τοῦ σώματος ἡδονὰς ἀτιμάζοντες, ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ· πλὴν εἰ μὴ, κατὰ τοὺς ἐν τοῖς μύθοις δράκοντας, ἡδονήν τινα φέρει θησαυροῖς κατορωρυγμένοις ἐπαγρυπνεῖν.

8. Τὸ μὲν οὖν προηγούμενόν ἐστιν, οὗ μάλιστα προσήκει τὸν Χριστιανὸν ἐπιμελεῖσθαι (6), γυμνωθῆναι τὰ κατὰ τὴν κακίαν πάθη τὰ ποικίλα τε καὶ διάφορα, δι' ὧν μολύνεται ἡ ψυχή. Χρὴ δὲ κατὰ δεύτερον λόγον, καὶ τὴν τῶν ὑπαρχόντων ἀποταγὴν κατορθωθῆναι, τῷ πρὸς τὸν κατὰ Θεὸν ὑψηλὸν (7) ἀποβλέποντι βίον· διότι πολὺν παρέχει περισπασμὸν τῇ ψυχῇ ἡ τῶν ὑλικῶν πραγμάτων φροντίς τε καὶ ἐπιμέλεια. Ὅταν οὖν πλείους περὶ τὸν αὐτὸν βλέποντες τῆς σωτηρίας σκοπὸν, τὴν μετ' ἀλλήλων ζωὴν καταδέξωνται, χρὴ τοῦτο πρὸ πάντων ἐν αὐτοῖς κρατηθῆναι, τὸ μίαν ἐν πᾶσι καρδίαν εἶναι, καὶ

(1) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 147.
(2) Ex ep. CCXXXVI, 364.
(3) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 182.
(4) Ex serm. ascetico, 323.
(5) *Ὅτι χρησώμεθα.* Basilii contextus ἔτι χρησόμεθα. Legitur χρησόμεθα, in cod. 1992. Supra contextus καὶ τῷ Ἰώβ.
(6) *Ἐπιμελεῖσθαι.* Hoc verbum deerat in editis; sed cum prorsus necessarium sit, illud desumpsimus ex contextu.
(7) *Τὸν κατὰ Θεὸν ὑψηλόν.* Codicum alter πρὸς θεῖον καὶ ὑψηλόν. Contextus πρὸς τὸν ὑψηλόν.

Digitized by Google

θέλημα ἓν, καὶ μίαν ἐπιθυμίαν, καὶ καθὼς νομοθετεῖ ὁ Ἀπόστολος, ἓν γενέσθαι σῶμα ἐκ διαφόρων μελῶν συνηθροισμένον. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἄλλως κατορθωθῆναι, εἰ μὴ ἐκεῖνο κρατήσειε, τὸ μὴ ἐπονομάζεσθαί τινι ἀποτεταγμένως μήτε ἱμάτιον, μήτε σκεῦος, μήτε ἄλλο τι τῶν εἰς τὴν κοινὴν ζωὴν χρησιμευόντων· ἵνα ἕκαστον τούτων τῆς χρείας ᾖ, καὶ μὴ τοῦ κεκτημένου. Καὶ ὥσπερ ἀνάρμοστόν ἐστι τῷ μείζονι σώματι τὸ μικρὸν ἱμάτιον, ἢ τῷ μικροτέρῳ τὸ τελειότερον, ἀλλ' ἑκάστῳ τὸ σύμμετρόν ἐστι καὶ ἐπωφελὲς καὶ εὐάρμοστον· οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἡ κλίνη, τὰ στρώματα, τὸ θερμὸν περιβόλαιον, τὸ ὑπόδημα τοῦ πάνυ χρῄζοντος, οὐχὶ τοῦ κεκτημένου εἶναι ὀφείλει. Καὶ καθάπερ τῷ φαρμάκῳ ὁ τραυματισθεὶς, οὐχ ὁ ὑγιαίνων κέχρηται, οὕτω καὶ τῶν πρὸς τὴν ἄνεσιν τοῦ σώματος ἐπινοουμένων, οὐχ ὁ τρυφῶν, ἀλλ' ὁ χρῄζων τῆς ἀνέσεως ἀπολαύει δικαίως (1), ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Apostolus, unum efficiatur corpus ex diversis membris coagmentatum [97]. Hoc autem aliter perfici non potest, 498 nisi obtinuerit hæc consuetudo, ut nihil nominatim ac peculiariter cuiquam tribuatur, neque vestimentum, neque vas, neque quidpiam aliud ex iis quæ conducunt vitæ communi; ut singula usibus necessariis, non autem possessoribus destinentur. Et sicuti vestimentum parvum corpori majori, aut majus parvo non convenit, sed quidquid cuique accommodatum est, id utile est et commodum: ita etiam alia omnia, lectus, stragula, calidum vestimentum, valde indigentis esse debent, non possidentis. Quemadmodum enim medicamento qui vulneratus est, non qui sanus, utitur: sic etiam vir quæ ad sublevandum corpus excogitata sunt, B non qui delicate vivit, sed is cui levamen opus est, merito perfruitur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΠΛΕΟΝΕΞΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ Ϛ'.

1. Ὅταν εἰς οἰκίαν ἀνδρὸς ἀπειροκάλου (2) εἰσέλθω, καὶ ἴδω αὐτὴν παντοίοις γεγανυμένην ἄνθεσιν, οἶδα ὅτι οὗτος οὐδὲν τῶν ὁρωμένων τιμιώτερον κέκτηται, ἀλλὰ τὰ μὲν ἄψυχα καλλωπίζει, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει. Καίτοι μυρίοι ἐφεστῶσι τῇ θύρᾳ πτωχοὶ, πᾶσαν ἐλεεινὴν ἀφιέντες φωνήν· ὁ δὲ ἀρνεῖται τὴν δόσιν, ἀδύνατον εἶναι λέγων ἐπαρκεῖν τοῖς αἰτοῦσι. Καὶ τῇ μὲν γλώσσῃ ἐξόμνυται, ὑπὸ δὲ τῆς χειρὸς ἐλέγχεται· σιωπῶσα γὰρ ἡ χεὶρ τὴν ψευδολογίαν κηρύσσει, περιαστραπτομένη ὑπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ δακτυλίου σφενδόνης. Ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, πόσους δύναται εἷς σου δακτύλιος χρεῶν ἀπολῦσαι· πόσους οἴκους καταπίπτοντας ἀνορθῶσαι! Μία σου κιβωτὸς τῶν ἱματίων δύναται δῆμον ὁλόκληρον ῥιγοῦντα περιβαλεῖν· ἀλλ' ὑπομένεις ἄπρακτον ἀποπέμψαι τὸν πένητα, μὴ φοβούμενος τὸ δίκαιον τῆς ἀντιδόσεως τοῦ κριτοῦ. Οὐκ ἠλέησας, οὐκ ἐλεηθήσῃ· οὐκ ἤνοιξας τὴν οἰκίαν, ἀποπεμφθήσῃ τῆς βασιλείας· οὐκ ἔδωκας τὸν ἄρτον, οὐ λήψῃ τὴν αἰώνιον ζωήν. Ἀλλὰ πένητα λέγεις σεαυτόν. Κἀγὼ συντίθεμαι· πένης γάρ ἐστιν, ὁ πολλῶν ἐνδεής. Πολλῶν δὲ ὑμᾶς ἐνδεεῖς ποιεῖ τὸ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόρεστον. Τοῖς δέκα ταλάντοις ἄλλα δέκα τάλαντα προστεθεικέναι σπουδάζετε· ἐπειδὰν εἴκοσι γένηται, ἄλλα τοσαῦτα ἐπιζητεῖτε, καὶ ἀεὶ (3) τὸ προστιθέμενον, οὐχὶ τὴν ὁρμὴν ἵστησιν, ἀλλ' ἀναφλέγει τὴν ὄρεξιν. Ὥσπερ γὰρ τοῖς μεθύουσιν ἀφορμὴ τοῦ πίνειν ἡ προσθήκη τοῦ οἴνου γίνεται, οὕτω καὶ οἱ νεόπλουτοι πολλὰ κτησάμενοι, πλειόνων ἐπιθυμοῦσι, τῷ ἀεὶ προστιθεμένῳ τὴν νόσον τρέφοντες, καὶ περιτρέπεται αὐτοῖς ἡ σπουδὴ πρὸς τὸ ἐναντίον. Οὐ γὰρ εὐφραίνει αὐτοὺς τὰ προσόντα τοσαῦτα ὄντα, ὅσον λυπεῖ τὰ ἐνδέοντα, ἅπερ ἂν αὐτοῖς ἐλλείπειν

DE AVARITIA.

SERMO VI.

1. (4) Quando in domum inepti viri ingredior, videoque ipsam omnigenis renidentem ornamentis, intelligo eum nihil iis quæ videntur pretiosius possidere, sed ornare diligenter inanimata, animam vero incultam relinquere. Quanquam innumeri stant pro foribus pauperes nullam non emittentes vocem miserabilem; negat ille se daturum, seque ait sufficere non posse rogantibus. Et lingua quidem C ejurat non posse, sed a manu arguitur. Illa enim silet quidem, sed mendacium prædicat, annuli pala coruscans. O infelix atque miser, quot potest unus tuus annulus ære alieno liberare! quot domos corruentes erigere! Arca tua vestiaria vel unica potest totum populum frigore rigentem amicere; et tamen sustines pauperem non donatum dimittere, justam judicis vindictam non reformidans. Non misertus es, non consequere misericordiam: non aperuisti domum, a regno excluderis: panem non dedisti, non accipies vitam æternam. Sed pauperem dicis teipsum; et ego assentior. Pauper enim est, qui multis indiget. Vos autem insatiabilis cupiditas multorum indigos efficit. Talentis decem, decem alia adjicere conamini: viginti coactis, totidem D quæritis, neque appetentiam sistet quod semper additur, imo accendit appetitum. Quemadmodum enim ebriis vini accessio bibendi fit occasio: sic etiam recens ditati ubi multa acquisierint, plura concupiscunt, semper addendo morbum nutrientes, eisque suum studium cedit in contrarium. Neque enim præsentia bona cum tanta sint, tantum illos exhilarant, quantum contristant quæ desunt, ea, inquam, quæ sibi deesse putant. Nam cum lætari

[97] 1 Cor. xii, 12.

(1) Δικαίως. Minus commode deest ea vox in contextu Basilii.

(2) Ἀπειροκάλου. Addit Basilii contextus καὶ ὀψιπλούτου, *et sero divitis*.

(3) *Καὶ ἀεί*. Voculam addidimus ex contextu et codicum altero. Idem codex paulo ante καὶ ἐπειδάν.

(4) Ex hom. *in Divites*, 56.

Digitized by Google

ipsos par esset, ac gratiam habere, quod tam multis sunt opulentiores : contra ægre ferunt ac dolent se forte ab uno aut altero locupletiore superari. (1) Neque eos qui se ipsis inferiores sunt enumerantes, pro iis quæ habent, gratias persolvunt largitori benefico : **499** imo facta cum eo quod præstantius est comparatione, quantum superentur reputantes, ita mœrent et conqueruntur bonis alienis privati, ac si suis spoliarentur. (2) Nam qui necessarios terminos excessere, cum jam sibi, more eorum qui in declive feruntur, nihil firmum suppetat, ad quod se recipiant, nusquam ulterius abripi intermittunt : sed quo plura compararint, eo magis opus habebunt paribus, aut etiam amplioribus ad cupiditatem explendam, secundum Execestidæ filium Solonem, qui ait :

Divitiarum homini finis non constitit ullus.

In his etiam Theognide magistro utendum est, qui dicit :

Non amo divitias, non opto : sed mihi parvo
Vivere contingat, nilque timere mali.

Ego autem Diogenis admiror omnium simul humanarum rerum contemptum, qui se rege magno pronuntiavit ditiorem, quod in vita paucioribus quam ille egeret. Avaris autem, nisi Pythii Mysi adsint talenta, nisi sint terræ tot et tot jugera, nisi pecorum greges innumeri, sufficiet nihil. (3) Sed quemadmodum ii qui scalas conscendunt, pede semper ad superiorem gradum erecto non prius conquiescunt, quam ad summum perveniant : sic et hi quando hunc divitem assecuti, confestim ditiori adhuc pares fieri conantur : et ubi eum quoque attigerint, studium suum ad alium transferunt, et non cessant ab appetenda potentia, donec in sublime evecti, alto casu seipsos contundant.

2. (4) Atque ut qui præ insania mente moti sunt, res ipsas non intuentur; sed ea ex quibus afficiuntur : sic avarorum animus, pecuniæ aviditate obrutus, cuncta aurum, cuncta argentum videt : ac lubentius aurum quam solem intueatur. Verti omnia in auri naturam exoptat, atque in id incumbit pro virili. Quid enim non molitur propter aurum? Frumentum fit illi aurum, vinum in aurum concrescit, lanæ illi in aurum vertuntur; mercatura omnis, omnis solertia parit illi aurum. Ipsum aurum generat semetipsum, dum per fenora multiplicatur; neque ullus finis reperitur cupiditatis. Ac pueris quidem gulosis plerumque concedimus, ut iis quæ cupiunt, sese abunde expleant, ut per majorem saturitatem fastidium ipsis afferatur. Avarus non

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 39.
(2) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 183
(3) Ex hom. *in divites*, 57.
(4) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 47.
(5) *Ὑπερκειμένην*. Sic contextus Basilii. Editi nostri ὑποκειμένην.
(6) *Ἀφίκωνται*. Forte ἐφίκωνται. EDIT.

ὑπόθωνται. Δέον γὰρ αὐτοὺς εὐφραίνεσθαι καὶ χάριν ἔχειν, τοσούτων ὄντας εὐπορωτέρους· οἱ δὲ δυσφοροῦσι, καὶ ὀδυνῶνται, ὅτι ἑνός που ἢ δευτέρου τῶν ὑπερπλουτούντων ἀπολιμπάνονται. Καὶ οὐ τοὺς ὑποδεεστέρους ἀπαριθμούμενοι, τὴν ὑπὲρ ὧν ἔχουσι χάριν ἀποπληροῦσι τῷ εὐεργέτῃ· ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸ ὑπερέχον συγκρίσει· ὅσον ἀπολείπονται λογιζόμενοι, ὡς οἰκείων στερούμενοι τῶν ἑτέροις προσόντων, οὕτως ἀνιῶνται καὶ καταμέμφονται. Οἱ γὰρ τῶν ἀναγκαίων ὅρων ἔξω γενόμενοι, παραπλησίως τοῖς κατὰ τοῦ πρανοῦς φερομένοις, πρὸς οὐδὲν στάσιμον ἔχοντες ἀποβῆναι, οὐδαμοῦ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἵστανται· ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν πλείω προσπεριβάλωνται, τοῦ ἴσου δέονται, ἢ καὶ πλείονος πρὸς τὴν τῆς ἐπιθυμίας ἐκπλήρωσιν, κατὰ τὸν Ἐξηκεστίδου Σόλωνα, ὃς φησι·

Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.

Τῷ δὲ Θεόγνιδι πρὸς ταῦτα διδασκάλῳ χρηστέον, λέγοντι·

Οὐκ ἔραμαι πλουτεῖν, οὔτ' εὔχομαι· ἀλλά μοι εἴη
Ζῆν ἀπὸ τῶν ὀλίγων μηδὲν ἔχοντι κακόν.

Ἐγὼ δὲ καὶ Διογένους ἄγαμαι τὴν πάντων ὁμοῦ τῶν ἀνθρωπίνων ὑπεροψίαν ὅς γε καὶ βασιλέως τοῦ μεγάλου ἑαυτὸν ἀπέφηνε πλουσιώτερον, τῷ ἐλαττόνων ἢ ἐκεῖνος κατὰ τὸν βίον προσδεῖσθαι. Τοῖς δὲ πλεονέκταις, εἰ μὴ τὰ Πυθίου τοῦ Μυσοῦ προσείη τάλαντα, καὶ πλέθρα γῆς τόσα καὶ τόσα, καὶ βοσκημάτων ἑσμοὶ πλείους ἢ ἀριθμῆσαι, οὐδὲν ἐξαρκέσει. Ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰς κλίμακας ἀναβαίνοντες, ἀεὶ πρὸς τὴν ὑπερκειμένην (5) βαθμίδα τὸ ἴχνος αἴροντες, οὐ πρότερον ἀφίστανται, πρὶν ἂν τῆς ἄκρας ἀφίκωνται (6)· οὕτω καὶ οὗτοι, ὅταν τοῦτον τὸν πλούσιον καταλάβωσιν, εὐθὺς τῷ πλουσιωτέρῳ παρισωθῆναι φιλονεικοῦσι· κἂν ἐπ' ἐκεῖνον φθάσωσιν, ἐπὶ τὸν ἄλλον τὴν σπουδὴν μεταφέρουσι, καὶ οὐ παύονται τῆς κατὰ τὴν δυναστείαν ὁρμῆς, ἕως ἂν ὑψωθέντες, ἀπὸ μετεώρου τοῦ πτώματος ἑαυτοὺς καταρρήξωσι.

2. Καὶ ὥσπερ οἱ ὑπὸ μανίας παράφοροι οὐ τὰ πράγματα βλέπουσιν, ἀλλὰ τὰ ἐκ τοῦ πάθους φαντάζονται· οὕτως ἡ τοῦ πλεονέκτου ψυχὴ τῇ φιλοχρηματίᾳ καταχωσθεῖσα (7), πάντα χρυσὸν, πάντα ἄργυρον βλέπει. Ἥδιον ἂν ἴδῃ (8) τὸν χρυσὸν, ἢ τὸν ἥλιον. Εὔχεται πάντα πρὸς τὴν τοῦ χρυσοῦ φύσιν μεταβληθῆναι, καὶ ἐπινοεῖ μέντοι καθ' ὅσον οἷόν τε. Ποίαν γὰρ μηχανὴν διὰ χρυσὸν οὐ κινεῖ; Ὁ σῖτος χρυσὸς αὐτῷ γίνεται· ὁ οἶνος εἰς χρυσὸν μεταπήγνυται· τὰ ἔρια αὐτῷ ἀποχρυσοῦται· πᾶσα ἐμπορία, πᾶσα ἐπίνοια χρυσὸν αὐτῷ προσάγει (9). Αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρυσὸς ἀπογεννᾷ, πολυπλασιαζόμενος ἐν δανείσμασι· καὶ τέλος τῆς ἐπιθυμίας οὐκ ἐξευρίσκεται. Τῶν μὲν γὰρ παίδων τοῖς λίχνοις ἀφειδῶς πολλάκις ἐνδίδομεν τῶν περισπουδάστων (10) ὑπερεμπίμπλασθαι, ὥστε

(7) *Καταχωσθεῖσα*. Contextus κατασχεθεῖσα.
(8) *Ἴδῃ*. Forte ἴδοι. EDIT.
(9) *Προσάγει*. Sic codicum alter et Basilii contextus. Editi προάγει.
(10) *Τῶν περισπουδάστων*. Sic idem codex et Basilii contextus. Editi τῷ περισπουδάστῳ.

Digitized by Google

τῷ ὑπερβάλλοντι κόρῳ τὴν ἀποστροφὴν ἐμποιῆσαι. Ὁ δὲ πλεονέκτης, οὐχ οὕτως· ἀλλ' ὅσῳ πλειόνων ἐμφορεῖται, πλειόνων ἐφίεται. Τὸ μὲν πῦρ ἐπειδὰν καταπρήσεως ἄψηται, σπεύδει πᾶσαν ἐπινεμηθῆναι τὴν ὕλην· καὶ οὐδεὶς αὐτῷ (1) στῆσαι δύναται, πρὶν ἂν ἐπιλείπῃ ἡ ὕλη. Τὸν δὲ πλεονέκτην τί δύναται ἐπισχεῖν; Πυρός ἐστι χαλεπώτερος, πάντα διὰ συνεχείας νεμόμενος. Ἔλαβε τὰ τοῦ πλησίον· ἄλλος ἀνεφάνη γείτων, καὶ τὰ ἐκείνου ἐξιδιοποιήσατο. Οὐ τοῖς κατόπιν προσέχει, ὅτι πολλά· ἀλλὰ τοῖς λείπουσιν, ὅτι γείτονας κέκτηται. Οὐκ εὐφραίνει τὰ κτηθέντα· ἀλλὰ λυπεῖ τὰ λειπόμενα· οὐ τῇ ἀπολαύσει τῶν συναχθέντων προσέχει, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκδαπανᾷ τῇ ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ πλείονος κτήσεως. Εἶτα ἀγρυπνίαι ἐντεῦθεν, αἱ μέριμναι, αἱ φροντίδες. Τί ποιήσω; *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω.* Ἄφρον, *ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἀπαιτοῦσι παρὰ σοῦ τὴν ψυχήν· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;* Μείζων τῆς αἰωνίου κολάσεως ὁ γέλως τῆς ἀβουλίας. Ὁ γὰρ μετ' ὀλίγον ἀνάρπαστος ἄγεσθαι (2) μέλλων, οἷα βουλεύεται; *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας.* Καλῶς ποιεῖς, φαίην ἂν ἔγωγε πρὸς αὐτόν· ἄξια γὰρ καθαιρέσεως τὰ ταμιεῖα τῆς ἀδικίας. Κατάσκαπτε ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν, ἃ κακῶς ᾠκοδόμησας· λύε τὰ σιτοδοχεῖα, ὅθεν οὐδεὶς ἀπῆλθέ ποτε παραμυθίας τυχών· ἀφάνισον πάντα οἶκον, πλεονεξίας φύλακα, ἀποσκεύασον ὀρόφους, περίελε τοίχους, δεῖξον ἡλίῳ τὸν εὐρωτιῶντα σῖτον, ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς τὸν δέσμιον πλοῦτον, θριάμβευσον τὰ σκοτεινὰ τοῦ μαμωνᾶ καταγώγια. *Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω.* Ἐὰν δὲ καὶ ταύτας ἐμπλήσῃς (3), τί ποτε ἄρα διανοηθήσῃ; ἦπου πάλιν καθαιρήσεις, καὶ πάλιν οἰκοδομήσεις; Καὶ τί τούτων ἀνοητότερον, ἀπέραντα μοχθεῖν. οἰκοδομεῖν μετὰ σπουδῆς, καὶ μετὰ σπουδῆς καθαιρεῖν;

3. Κἂν μὲν ἀκούσῃς, *Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς*, ἵνα ἔχῃς ἐφόδιον πρὸς τὴν αἰώνιον ἀπόλαυσιν, ἀπέρχῃ λυπούμενος· ἂν δὲ ἀκούσῃς, Δὸς χρήματα γυναιξὶ χλιδώσαις, δὸς λιθοξόοις, τέκτοσι, ψηφοθέταις, ζωγράφοις, χαίρεις ὡς δή τι χρημάτων τιμιώτερον κατακτώμενος. Οὐχ ὁρᾷς τοὺς τοίχους τούτους τοὺς ὑπὸ τοῦ χρόνου καταῤῥυέντας, ὧν τὰ λείψανα ὥσπερ σκόπελοί τινες διὰ τῆς πόλεως πάσης ἀνέχουσι; Πόσοι ἦσαν κατὰ τὴν πόλιν πένητες τούτων ἐγειρομένων, οἳ διὰ τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν ὑπὸ τῶν τότε πλουσίων παρεωρῶντο; Ποῦ τοίνυν ἡ λαμπρὰ τῶν ἔργων κατασκευή; ποῦ δὲ ὁ ἐπὶ τῇ τούτων μεγαλουργίᾳ ζηλούμενος; Οὐ τὰ μὲν συγκέχυται καὶ ἠφάνισται, ὥσπερ τὰ κατὰ παιδιὰν ἐν ταῖς ψάμμοις ὑπὸ τῶν παίδων φιλοτεχνούμενα, ὁ δὲ ἐν τῷ ἅδῃ κεῖται, ἐπὶ τῇ σπουδῇ τῶν ματαίων μεταμελούμενος; Μεγάλην ἔχε τὴν ψυχὴν, ἄνθρωπε. Τοῖχοι δὲ καὶ μικροὶ καὶ μείζονες τὴν αὐτὴν χρείαν πληροῦσι τοῖς ἔχουσιν. Ἔχεις ἀποθήκας, ἐὰν θέλῃς

item : sed quo pluribus impletur, hoc plura desiderat. (4) Ignis postquam accensus est, festinat materiam omnem depascere : nec quisquam priusquam materia deficiat, eum sistere potest. Avarum autem quid potest cohibere? Igne ipso est asperior, omnia continenter depascens. Usurpavit quæ proximi sunt; alius prodiit vicinus, ejus quoque bona sibi assumpsit : **500** non attendit iis quæ prius parta fuerunt, quod multa sunt : sed iis quæ desunt, quod vicinos habet. Non lætatur possessis : sed de iis quæ desunt, dolet : neque ad ea quæ congessit perfruenda animum appellit, sed opum ampliorum desiderio absumit semetipsum. Deinde hinc vigiliæ, curæ, sollicitudines. Quid faciam? *Diruam horrea mea, et ampliora ædificabo. Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te : quæ autem parasti, cujus erunt* [48]? (5) Hæc irrisio stultitiæ superat supplicium æternum. Qui enim paulo post rapiendus est et abducendus, qualia in animo versat consilia? *Destruam horrea mea.* Recte facis, ego ipse ei dixerim. Digna enim sunt quæ destruantur, iniquitatis horrea. Tuis ipse manibus dirue quæ male ædificasti. Solve frumentarias penus, unde nemo unquam allevatus exiit. Destrue omnem domum avaritiæ custodem, everte tecta, demolire muros, ostende soli frumentum cariosum, educ e carcere vinctas opes, produc in publicum tenebrosa mammonæ conclavia : *Destruam horrea mea, et majora ædificabo.* Quod si hæc quoque impleveris, quid tum excogitabis? rursusne destrues, et rursus ædificabis? Quid stultius, quam laborare perpetuo, ædificare diligenter, et diligenter destruere?

3. (6) Quod si audieris : *Vende quæ habes, et da pauperibus* [49], ut habeas viaticum ad æternam felicitatem, abis tristis : si vero audieris : Da pecunias mulieribus luxuriosis, da lapicidis, fabris lignariis, hominibus calculos locantibus, pictoribus, tunc perinde gaudes ac si quidquam pecuniis pretiosius acquiras. Non vides mœnia hæc temporis diuturnitate collapsa, quorum reliquiæ velut scopuli quidam per totam urbem eminent? Quot, cum exstruerentur, erant in urbe pauperes, qui ob collatum in ea studium a divitibus ejus temporis negligebantur? Ubi igitur splendida operum structura? ubi ille, qui magnopere laudabatur ob eorum magnificentiam? Nonne hæc quidem prolapsa et abolita, ut ea, quæ in arena a pueris ludentibus exstruuntur, illum autem in inferno jacentem impensi rebus vanis studii pœnitet? Sis animo magno, o homo. Muri tum parvi tum magni eumdem possidentibus usum præstant. (7) Habes horrea, si

[48] Luc. XII, 18-20. [49] Matth. XIX, 21.

(1) Αὐτῷ. Legendum videtur αὐτό. EDIT.
(2) Ἄγεσθαι. Codicum alter γενέσθαι.
(3) Ἐμπλήσῃς. Sic uterque codex et contextus. Editi ἐμπλήσεις.

(4) Ex hom. dicta *in Lacizis*, 590.
(5) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 48.
(6) Ex hom. *in divites*, 55.
(7) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 49.

Digitized by Google

vis, domos pauperum. *Thesauriza tibi thesaurum in cælo* [70]. Quæ illic reconduntur, ea non depascuntur tineæ, non corrodit caries, non prædantur fures. At egenis impertiar, cum secunda horrea implevero. Longum tibi vitæ tempus præfixisti. Cave te præfinita dies festinans prævertat. Nam pollicitatio isthæc nequitiæ argumentum est, non benignitatis. Polliceris enim, non ut de postea, sed ut præsens submoveas. Nunc cum liceat, quid impedit quominus largiare? Nonne adest indigus? nonne plena sunt horrea? an non parata merces? an non clarum præceptum est et perspicuum? Esuriens contabescit, nudus riget : strangulatur **501** is a quo debitum exigitur; et tu eleemosynam differs in crastinum? Audi Salomonem : *Ne dixeris : Abi ac revertere, et cras dabo, cum hodie benefacere possis* [71] : *ignoras enim quid pariet dies sequens* [72]. (1) Præterea, aurum cum das, et emis equum, non mœres : cum vero peritura impertis, ac regnum cœlorum accipis, lacrymas effundis, et rejicis rogantem, ac dare recusas, sexcentas tibi sumptuum causas comminiscens. Quid respondebis judici? qui parietes vestis, hominem non vestis? qui equos ornas, fratrem in sordibus jacentem aspernaris? qui putrescere sinis frumentum, esurientes non alis? qui defodis aurum, oppressum contemnis?

A τὰς οἰκίας (3) τῶν πενήτων. *Θησαύρισον σεαυτῷ θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ.* Τὰ ἐκεῖ ἀποτιθέμενα οὐ σῆτες μεταβόσκονται, οὐ σηπεδὼν ἐπινέμεται, οὐ λῃσταὶ διακλέπτουσιν. Ἀλλὰ τότε μεταδώσω τοῖς δεομένοις, ὅταν τὰς δευτέρας ἀποθήκας πληρώσω. Μακροὺς σεαυτῷ τοὺς χρόνους τῆς ζωῆς ἔπηξας· καὶ σκόπει, μή σε προκαταλάβῃ ὁ κατὰ προθεσμίαν ἐπείγων. Καὶ γὰρ ἡ ἐπαγγελία οὐ χρηστότητός ἐστιν ἀλλὰ πονηρίας ἀπόδειξις. Ἐπαγγέλλῃ γάρ, οὐχ ἵνα δῷς μετὰ ταῦτα, ἀλλ' ἵνα τὸ παρὸν διακρούσῃ. Ἐπεὶ νῦν τί σε κωλύον τὴν μετάδοσιν; Οὐ πάρεστιν ὁ ἐνδεής; οὐχὶ πλήρεις αἱ ἀποθῆκαι; οὐχ ὁ μισθὸς ἕτοιμος; οὐχὶ ἡ ἐντολὴ τηλαυγής; Ὁ πεινῶν τήκεται, ὁ γυμνητεύων πήγνυται, ὁ ἀπαιτούμενος ἀπάγχεται· καὶ σὺ τὴν ἐλεημοσύνην εἰς τὴν αὔριον ἀναβάλλῃ.

B Ἄκουε Σολομῶντος· *Μὴ εἴπῃς· Ἐπανελθὼν ἐλεήσω, καὶ αὔριον δώσω, δυνατοῦ σου ὄντος εὖ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα.* Εἶτα, χρυσὸν μὲν διδοὺς, καὶ ἵππον κτώμενος, οὐκ ἀθυμεῖς· φθαρτὰ δὲ προέμενος, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν λαμβάνων, δακρύεις, καὶ ἀρνῇ τὸν αἰτοῦντα, καὶ ἀνανεύεις τὴν δόσιν, μυρίας προφάσεις ἀναλωμάτων ἐπινοῶν. Τί ἀποκριθήσῃ τῷ κριτῇ; ὁ τοὺς τοίχους ἀμφιεννὺς, ἄνθρωπον οὐκ ἐνδύεις; ὁ τοὺς ἵππους κοσμῶν, τὸν ἀδελφὸν ἀσχημονοῦντα περιορᾷς; ὁ κατασήπων τὸν σῖτον, τοὺς πεινῶντας οὐ τρέφεις; ὁ τὸν χρυσὸν κατορύσσων, τοῦ ἀγχομένου κατα φρονεῖς;

4. (2) Quomodo tibi pauperis calamitates ponam ob oculos? Ille re familiari circumspecta, videt aurum sibi nec adesse, nec unquam adfuisse, sed C vasa ac vestes, qualis esse solet pauperum possessio, omnia paucis obolis æstimanda. Ecquid igitur? Tum demum miser convertit oculos in liberos, ut in forum ducens, mortis inveniat remedium. Hic urgentis famis pugnam consideres, velim, et paterni amoris. Fames quidem miserrimam mortem minatur, natura vero retrahit, suadetque ut una cum liberis moriatur : et sæpe impulsus, et sæpe retentus, tandem succumbit, necessitate egestatis coactus. Sed quæ in animo consilia versat pater? Quem primum divendam? quemnam frumenti venditor lubentius conspiciet? Accedam ad maximum natu? At ætatis jura revereor. An ad minimum natu? at me miseret illius ætatis, calamitates necdum intelligentis. Hic claram exhibet parentum effigiem : ille idoneus est ad disciplinas discendas. Heu, consilii inopiam! Quo me vertam? in quem horum impingam? qualem bestiæ animum induam? quomodo naturæ obliviscar? Omnes si servo, fame videbo consumi omnes. Unum si vendidero, quibus oculis reliquos aspi-

4. Πῶς σοι ὑπ' ὄψιν ἀγάγω τὰ πάθη τοῦ πένητος; Ἐκεῖνος περισκεψάμενος τὰ ἔνδον, ὁρᾷ, ὅτι χρυσὸς μὲν αὐτῷ οὔτε ἐστὶν, οὔτε γεγένηται (4) πώποτε· σκεύη δὲ καὶ ἐσθῆς, τοιαῦτα ὁποῖα ἂν γένηται πτωχῶν κτήματα (5), ὀλίγων τὰ πάντα ὀβολῶν ἄξια. Τί οὖν; Ἐπὶ τοὺς παῖδας λοιπὸν ὁ ἆθλιος ἄγει τὸν ὀφθαλμὸν, ὥστε ἀγαγὼν εἰς τὸ πρατήριον, ἐντεῦθεν εὕρασθαι τοῦ θανάτου παραμυθίαν. Νόησον ἐνταῦθα μάχην ἀνάγκης λιμοῦ καὶ διαθέσεως πατρικῆς. Ἡ μὲν τὸν οἰκτιστον θάνατον ἀπειλεῖ, ἡ δὲ φύσις ἀνθέλκει, συναποθανεῖν τοῖς τέκνοις πείθουσα· καὶ πολλάκις ὁρμήσας, καὶ πολλάκις ἀνακοπείς, τελευταῖον ἐκρατήθη, ὑπὸ τῆς ἀναγκαίας χρείας ἐκβιασθείς. Καὶ οἷα βουλεύεται ὁ πατήρ; Τίνα τούτων ἀπεμπωλήσω; τίνα δὲ ἡδέως ὁ σιτοπώλης ὄψεται; Ἐπὶ τὸν πρεσβύτατον ἔλθω; ἀλλὰ δυσωποῦμαι αὐτοῦ τὰ πρεσβεῖα. Ἀλλὰ τὸν νέον; ἀλλ' ἐλεῶ τὴν ἡλικίαν ἀναισθητοῦσαν τῶν D συμφορῶν. Οὗτος ἐναργεῖς σώζει τῶν γονέων τοὺς χαρακτῆρας· ἐκεῖνος ἐπιτηδείως ἔχει πρὸς τὰ μαθήματα. Φεῦ τῆς ἀμηχανίας! Τίς γένωμαι; τίνι τούτων προσκρούσω; ποίαν θηρίου ψυχὴν ἀναλάβω; πῶς τῆς φύσεως ἐπιλάθωμαι; Ἐὰν πάντων ἀντίσχωμαι (6), πάντας ὄψομαι δαπανωμένους τῷ πάθει. Ἐὰν ἕνα πρόωμαι, ποίοις ὀφθαλμοῖ- τοὺς λειπο-

[70] Matth. vi, 20. [71] Prov. iii, 28. [72] Prov. xxvii, 1.

(1) Ex hom. *in Divites*, 55.
(2) Ex hom. in illud Lucæ, *Destruam*, 46.
(3) *Τὰς οἰκίας*. Editi τὰς κοιλίας, *ventres pauperum*. Melius Basilii contextus ac nostri codices.
(4) *Γεγένηται*. Legitur in contextu Basilii γενήσεται, *nec unquam adfuturum*.
(5) *Κτήματα*. Deest ea vox in utroque codice, quorum alter habet πτωχῷ.
(6) *Ἐὰν πάντων ἀντίσχωμαι*. Hæc addita ex codicum altero et contextu.

Digitized by Google

μένους προσίδω, ὕποπτος αὐτοῖς ἤδη γεγενημένος εἰς ἀπιστίαν; Πῶς οἰκήσω τὴν οἰκίαν, ἐμαυτῷ κατασκευάσας τὴν ἀπαιδίαν; πῶς ἐπὶ τράπεζαν ἔλθω, ἐκ τοιαύτης προφάσεως τὴν εὐπορίαν ἔχουσαν; Καὶ ὁ μὲν μετὰ μυρίων δακρύων τὸν φίλτατον τῶν παίδων ἀπεμπωλήσων ἔρχεται· σὲ δὲ οὐ κάμπτει τὸ πάθος, οὐ λογισμὸν λαμβάνεις τῆς φύσεως. Ἀλλ' ὁ μὲν λιμὸς συνέχει τὸν ἄθλιον, σὺ δὲ ἀναβάλλῃ καὶ εἰρωνεύῃ, μακροτέραν αὐτῷ κατασκευάζων τὴν συμφοράν. Καὶ ὁ μὲν τὰ σπλάγχνα προτείνεται τιμὴν τῶν τροφῶν· σοῦ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἀπονάρκᾷ ἡ χεὶρ, ἐκ τῶν τοιούτων συμφορῶν ὑποδεχομένη τιμήματα· ἀλλὰ καὶ ζυγομαχεῖς περὶ τοῦ πλείονος· καὶ ὅπως ἂν πολὺ λαβὼν ἔλαττον δώῃς φιλονεικεῖς. πανταχόθεν βαρύνων τὴν συμφορὰν τῷ ἀθλίῳ.

5. Τὴν Σελευκίδα τὸ ὄρνεον, ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἀκόρεστον εἶναι ὁ κτίστης τῶν ὅλων ἐμηχανήσατο· σὺ δὲ ἐπὶ βλάβῃ τῶν πολλῶν ἀκόρεστον σεαυτοῦ τὴν ψυχὴν κατεσκεύασας. Ἀλληλοφάγοι τῶν ἰχθύων οἱ πλεῖστοι, καὶ ὁ μικρότερος παρ' ἐκείνοις βρῶμά ἐστι τοῦ μείζονος. Κἂν ποτε συμβῇ τὸν τοῦ ἐλάττονος κρατήσαντα ἑτέρου γενέσθαι θήραμα, ὑπὸ τὴν μίαν ἄγονται γαστέρα τοῦ τελευταίου. Τί οὖν ἡμεῖς ἄνθρωποι (1) ἄλλο τι ποιοῦμεν ἐν τῇ καταδυναστείᾳ τῶν ὑποδεεστέρων; τί διαφέρει τοῦ τελευταίου ἰχθύος ὁ τῇ λαιμάργῳ φιλοπλουτίᾳ τοῖς ἀπληρώτοις τῆς πλεονεξίας αὐτοῦ κόλποις ἀποκρύπτων τοὺς ἀσθενεῖς; Ἐκεῖνος εἶχε τὰ τοῦ πένητος· σὺ τοῦτον λαβὼν μέρος ἐποιήσω τῆς περιουσίας ἑαυτοῦ. Ἀδίκων ἀδικώτερος ἐφάνης, καὶ πλεονεκτικώτερος πλεονέκτου. Ὅρα, μὴ τὸ αὐτό σε πέρας τῶν ἰχθύων ἐκδέξηται, ἄγκιστρόν που, ἢ κύρτος, ἢ δίκτυον. Πάντως γὰρ καὶ ἡμεῖς πολλὰ τῶν ἀδίκων διεξελθόντες, τὴν τελευταίαν τιμωρίαν οὐκ ἀποδρασόμεθα. Ἐκ πλεονεξίας σοι κατέλιπεν ὁ πατὴρ κτήματα· ἀπόδος τῷ ἠδικημένῳ. μὴ ὡς ἰδίων ἀντιποιοῦ· ἁμαρτίας ἐστὶ κληρονομία. Ἀδίκως καταδουλωσάμενος ὁ πατὴρ ἀφῆκέ σοι δοῦλον· δὸς αὐτῷ σὺ τὴν ἐλευθερίαν, ἵνα κἀκείνῳ κουφοτέραν ποιήσῃς τὴν βάσανον, καὶ σεαυτῷ τὴν ἐλευθερίαν παρασκευάσῃς. Μὴ προφασίζου τοὺς παῖδας. Παῖδές εἰσι; θησαύριζε αὐτοῖς θησαυρὸν αἰώνιον. Κατάλειπε αὐτοῖς μνήμην ἀγαθήν, ἢ πλοῦτον (2) πολύν· πάντας ποίησαι τοῦ παιδὸς τοῦ σοῦ πατέρας διὰ τῆς εὐνοίας (3). Ἀνάγκη σέ ποτε ἀπελθεῖν τοῦ βίου· εἶτα τὸν σὸν παῖδα ἐν τῇ ἀφηλικίᾳ καταλείψεις, τῶν προεστώτων δεόμενον. Ἐὰν μὲν καλὸς καὶ ἀγαθὸς ᾖς, ἕκαστος τὸν σὸν ἔγγονον ὥσπερ ἴδιον ἐκθρέψει· μεμνήσεται γὰρ, ὅτι καὶ σὺ ὀρφανῶν πατὴρ ἐγένου. Ἐὰν δὲ ἐν πονηρίᾳ ζήσας, καὶ πολλοὺς λυπήσας, καὶ παντὸς θηρίου χαλεπώτερος γενόμενος τοῖς συντυγχάνουσιν, ὑπεξέλθοις τοῦ βίου, κατέλιπες τὸν σὸν ἔγγονον κοινὸν ἐχθρὸν τῶν ζώντων. Ὥσπερ γὰρ τέκνον σκορπίου ὁ

A ciam, illis jam perfidiæ ac proditionis nomine suspectus? Quomodo habitabo domum, qui mihi ipse sim auctor orbitatis? Quomodo accedam ad mensam, cujus abundantia causam ejusmodi habet? Atque ille quidem innumeris cum lacrymis abit charissimum filiorum venditurus : te vero non flectit calamitas, neque animum tuum subit naturæ cogitatio. Atqui fames miserum illum premit, tu vero cunctaris ac illudis, calamitatem ei reddens longiorem. Et ille quidem viscera sua pretium alimentorum porrigit; tua vero manus ex ejusmodi calamitatibus pretia referens, non modo non stupet, sed de pretio etiam contendis, quasi plus satis offeras, atque studium in eo ponis, ut plus accipiens, minus des, misero undelibet accu-
B mulans calamitatem.

5. (4) Avem Seleucidem universorum opifex hominum gratia condidit insatiabilem; tu vero in multorum perniciem animum tuum inexplebilem effecisti. (5) Piscium plurimi vorant se invicem, minorque apud illos alimentum est majoris. Et si unquam contigerit, ut is qui **502** minorem superaverat, alterius fiat præda : ambo in unum et eumdem posterioris ventrem ingrediuntur. Quid igitur aliud nos homines agimus, dum tyrannide et potentia opprimimus inferiores? Quid a postremo pisce differt is, qui præ voraci divitiarum cupiditate in inexplebilibus avaritiæ suæ sinibus imbecilles abscondit? Ille possidebat pauperis bona : tu ipsum apprehensum fecisti tuæ ipsius
C opulentiæ partem. Injustis injustiorem, et rapaci rapaciorem te ostendisti. Cave excipiat te idem finis, qui pisces : hamus videlicet, aut nassa, aut rete. Omnino enim et nos, si multum admiserimus iniquitatis, ultimam non effugiemus pœnam. Possessiones per rapinam partas tibi reliquit pater : redde tu injuria affecto, ne tu tibi eas ut proprias vindica; peccati est hæreditas. Injuste in servitutem redactum tibi servum reliquit pater : eum tu libertate dona, ut et illi efficias leviora tormenta, tibique libertatem pares. (6) Ne causeris liberos. Sunt tibi liberi? collige ipsis thesaurum æternum. Relinque illis recordationem bonam, magis quam divitias multas. Fac benevolentia, ut omnes filii
D tui sint patres. Aliquando de vita decedas necesse est; deinde filium tuum in immatura ætate relinques adhuc tutoribus egentem. Quod si honestus fueris et bonus, unusquisque filium tuum ut suum enutriet; nam eis in mentem veniet fuisse te quoque orphanorum patrem; sin autem posteaquam in malitia vixeris, multosque affeceris mœrore, et in eos qui tecum congrediuntur fera omni fueris acerbior, ita demum migras de vita; filium tuum reliquisti communem viventium hostem.

(1) Ἄνθρωποι. Sic uterque codex et contextus. Editi ὦ ἄνθρωποι.

(2) Ἢ πλοῦτον. Editi οὐ πλοῦτον. Cum Basilii contextu consentit uterque codex.

(3) Διὰ τῆς εὐνοίας. In contextu Basilii satis commode emendatum est διὰ τῆς εὐποιίας, *benefu-ciendo*, quamvis duo tantum codices hanc scripturam agnoscant, cæteri cum editis consentiant.

(4) Ex hom. *in divites*, 57.

(5) Ex hom. VII *in Hexaem.*, 65

(6) Ex hom. dicta *in Lacizis*, 591.

Digitized by Google

Quemadmodum enim qui scorpii natum conspexerit, timet ne quando ætate provectior imitetur patrem : ita etiam tuis liberis paternæ nequitiæ hæredibus, priusquam ad ætatem pervenerint, struentur ab omnibus insidiæ. (1) Nam ut flumina ex parvo initio profecta, deinde per eas quæ paulatim fiunt accessiones intolerabiliter aucta, quidquid obsistit et objicitur, id violento impetu secum trahunt ; ita etiam divites ex parva potentia prodeuntes, ubi ex iis quos jam potentia sua oppressere inferendæ injuriæ facultatem ampliorem adepti sunt, tunc reliquos una cum iis quos prius injuria affecere, redigunt in servitutem, fitque ipsis potestatis incrementum magnitudo nequitiæ, cum unusquisque eorum qui jam injuria affecti sunt, magis sollicitus sit, ne quid mali ulterius patiatur, quam ut de iis quæ perpessus est, vindictam sumat.

A θεασάμενος φοβεῖται, μή ποτε εἰς ἡλικίαν ἐλθὼν μιμήσηται τὸν πατέρα· οὕτω καὶ τὰ σὰ ἔκγονα πονηρίας πατρικῆς εἶναι κληρονόμα ὑποπτευόμενα, πρὶν εἰς ἡλικίαν ἐλθεῖν, παρὰ πάντων ἐπιβουλευθήσεται. Ὡς γὰρ οἱ ποταμοὶ ἐκ μικρᾶς τῆς πρώτης ἀρχῆς ὁρμηθέντες, εἶτα ταῖς κατ' ὀλίγον προσθήκαις ἀνυπόστατον λαμβάνοντες τὴν αὔξησιν, τῷ βιαίῳ τῆς φορᾶς τὸ ἐνιστάμενον παρασύρουσιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ πλούσιοι ἐκ μικρᾶς δυνάμεως προελθόντες (5), καὶ ἐκ τῶν ἤδη καταδυναστευθέντων τὴν τοῦ πλείω ἀδικεῖν δύναμιν προσλαμβάνοντες, τοῖς προηδικημένοις τοὺς λειπομένους καταδουλοῦνται, καὶ γίνεται αὐτοῖς δυνάμεως αὔξησις ἡ περιουσία τῆς πονηρίας, πλείονα λόγον ἑκάστου τῶν ἠδικημένων ἔχοντος μὴ προσπαθεῖν τι κακὸν, ἢ δίκην λαβεῖν ὑπὲρ τῶν φθα-

B σάντων.

6. (2) Ne igitur concupiscas agros proximi. Ne sulcum sulco adjiciens, agrum tuum paulatim adaugeas. Quantum enim ex aliena accessione terram dilataveris, tanto majus peccatum tibi accersis. Et terra quidem quæ tibi paulatim accesserat, et per avaritiam parta fuerat, hic remanet, nec amplius tua est, sed hæredum, ac iniquas opes relinquis successori. *Terra in æternum stat* [73] : peccatum vero sequetur **503** ut umbra, animæ omni adhærens. Quemadmodum enim umbra sequitur corpus : ita et peccatum animæ adhæret. (3) Præterea quicunque usurpatis proximorum agris, limites possessionum suarum plus æquo extenderunt, eo quod possessiones illæ non sine gemitibus C eorum qui injuria afficiebantur, fuerant acquisitæ, facti sunt a divina benedictione alieni. Unde ubi decem boum juga, ut est apud Isaiam [74], araverant, vix laguncula una vindemiabitur, et ubi sex artabæ fuerant seminatæ, vix tres fructuum mensuræ colligentur. (4) Malus in urbe, malus ruri vicinus est rapax. Novit mare terminos suos : nox antiquos limites sibi præscriptos non transgreditur. At vero homo rapax non veretur tempus, non agnoscit terminum, successionis ordini non cedit : sed ignis vim imitatur, invadit omnia, omnia depascitur. Quæcunque videt oculus, ea concupiscit rapax. *Non explebitur oculus videndo* [75], neque rapax satiabitur accipiendo. Infernus non dixit, Sufficit [76], neque rapax unquam dixit, Sufficit. (5) At vero quid inde lucri? Vigiliæ, curæ, sollicitudines. Judex exspectatur, et ipse circumspectat ne

7. Βούλεταί σε ἐλεῆσαι, καὶ τῶν αὐτοῦ οἰκτιρμῶν μεταδοῦναι ὁ κριτὴς, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Ἀγαπᾷ ἐλεημοσύνην καὶ κρίσιν ὁ Κύριος*. Ἀλλ' ἐὰν μὲν εὕρῃ σε μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ταπεινὸν, συντετριμμένον, πολλὰ μετακλαύσαντα ἐπὶ τοῖς πονηροῖς ἔργοις, τὰ γενόμενα κρυφῇ ἀνεπαισχύντως δημοσιεύσαντα, δεηθέντα ἀδελφῶν συγκαμεῖν σοι πρὸς τὴν ἴασιν, ὅλως ἐλεεινόν σε γενόμενον ἐὰν ἴδῃ, ἄφθονόν σοι τὴν αὐτοῦ ἐλεημοσύνην ἐπιχορηγεῖ· ἐὰν δὲ καρδίαν ἀμετανόητον, φρόνημα ὑπερήφανον, ἀπιστίαν τοῦ αἰῶνος τοῦ μέλλοντος, ἀφοβίαν τῆς κρίσεως, τότε ἀγαπᾷ ἐπὶ σοὶ τὴν κρίσιν. Ὡς γὰρ ἰατρὸς ἐμμελὴς καὶ φιλάνθρωπος, καταντλήμασι πρότερον καὶ περιπλάσμασιν ἁπαλοῖς πειρᾶται καταστεῖλαι τὸ οἴδημα· ἐπειδὰν δὲ ἴδῃ ἀνενδότως καὶ σκληρῶς ἀντιτυποῦντα τὸν ὄγκον, ῥίψας τὸ ἔλαιον (1) καὶ τὴν μαλακὴν ἀγωγὴν, αἱρεῖται λοιπὸν τὴν τοῦ σιδήρου χρῆσιν. Τοὺς γὰρ ἀπὸ πολλῶν πτωμάτων πολλάκις διαναστάντας ἐκ τῆς κατὰ φιλανθρωπίαν χειραγωγίας, εἶτα ὕστερον ὑπὸ τῶν ἀσθενειῶν κρατηθέντας, ἀπειλεῖ παντελῶς

A audis. Tempus præfinitum prorogabit : scilicet dato tempore probe usus es. (2) Nemo te seducat inanibus verbis [41]. Nam repentinus tibi imminebit interitus [42], et exitium procellæ simile aderit. Veniet angelus tristis, abducens violenter trahensque animam tuam peccatis vinctam, crebro se ad ea quæ hic sunt convertentem, ac sine voce gementem, occluso jam gemituum ac lamentorum organo. O quam dilaniabis te ipse! quantum ingemisces! sed te tuorum consiliorum frustra pœnitebit, cum videbis hinc hilaritatem justorum de egregia donorum distributione lætantium, illinc mœrorem peccatorum qui in altissimis tenebris jacebunt. Quæ tunc dicturus es in dolore cordis tui? Hei mihi! hoc grave peccati onus, cum id exuere ita facile B esset, non abjeci : sed horum malorum acervum traxi. Hei mihi! maculas ac sordes non ablui : sed sum peccatorum notis compunctus. Nunc essem cum angelis : nunc cœlestium bonorum deliciis fruerer. O prava consilia! ob temporariam peccati delectationem æternum excrucior : ob carnis voluptatem igni trador. Justum est judicium Dei : vocabar, et non obediebam : docebar, et animum non attendebam : obtestabantur me, et ego deridebam. Hæc et alia ejusdem generis proferes, deflens temetipsum, si hinc ante pœnitentiam abripiaris. O homo, aut gehennam metue, aut enitere ut regnum adipiscare. Mihi quidem subit lacrymari, cum hoc mecum reputo, quod turpitudinis opera ingenti Dei gloriæ præfers, quod- C que peccato firmissime inhærens ob libidinis delectationem, a promissis bonis te ipse excludis, sic ut tibi cœlestis illius Jerusalem bona videre non liceat.

7. (3) Vult tui misereri judex, teque miserationum suarum facere participem, ut ille ait, *Diligit misericordiam et judicium Dominus* [43]. Si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, **520** ac ea quæ clam facta sunt evulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam, uno verbo si commiseratione dignum viderit, abunde tibi suam impertietur misericordiam. Si vero cor pœnitere nescium, mentem superbam, animum futuro sæculo non credentem, ac D nullum judicii timorem conspexerit, tunc in te judicium diligit. Ita enim bonus ac humanus medicus fomentis prius ac remediis mollibus tumorem sedare conatur : postquam vero viderit molem nihil remittere, atque induratam reniti ; tum demum rejectis oleo ac molliore curandi ratione, ferri usum adhibet. (4) Iis enim, qui ex multis casibus sæpe misericordiæ divinæ præsidio erecti sunt, ac deinde infirmitatibus succubuere, mina-

[41] Ephes. v, 6. [42] 1 Thess. v, 3. [43] Psal. xxxii, 5.

(1) *Τὸ ἔλαιον*. Sic contextus. Editi τὸν ἔλεον, *misericordiam*. Infra editi ἀρωγὴν δέ τινα.
(2) Ibid. 121.
(3) Ex hom. *in psal.* xxxii, 134.
(4) Uterque codex indicat commen.. *in Isa.*

Digitized by Google

tur omnino Deus se non remissurum. Ait enim, *Non amplius remittam vobis peccata vestra* [64], (1) indicans se jam sæpenumero similia prius condonasse : siquidem fieri nequit, ut quis sine venia quæ a Deo conceditur, vitæ secundum virtutem instituendæ sese dedat. (2) Vult enim, ut is qui in peccatis quibusdam versatus est, et deinde ad saniorem vitæ rationem pollicetur se recepturum, finem imponat præteritis, factoque post peccata initio quodam, quasi per pœnitentiam reviviscat. Contra, qui isthæc promittit sine ulla intermissione, et jugiter ab his excidit, illum velut penitus desperatum a sua clementia excludit. Non enim qui dicit, *Peccavi*, et postea in peccato perseverat, is confitetur : sed qui ubi juxta Psalmistam peccatum suum deprehendit, illud odit [65]. Quid enim emolumenti affert ægroto medici cura, quando is qui adversa valetudine utitur, suæ vitæ exitialia conquirit ? Sic qui adhuc peccat, nihil ei utilitatis accedit ex peccatis condonatis : neque qui impurus est, quidquam percipit lucri ex remissis impudicitiæ vitiis.

A ὁ Θεὸς μὴ ἀφήσειν. *Οὐκέτι* γὰρ, φησὶν, *ἀφήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν*· ἔμφασιν ἡμῖν παρέχων τοῦ πολλάκις ἤδη πρότερον ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις συγκεχωρηκέναι. Χωρὶς γὰρ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀφέσεως, ἐπιδιδόναι τινὰ ἑαυτὸν τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ, ἀμήχανον. Τὸν γὰρ ἔν τισιν ἁμαρτίαις ἐξετασθέντα, εἶτα ἐπιτρέχειν ἐπὶ τὸν ὑγιῆ βίον ἐπαγγελλόμενον, βούλεται πέρατι μὲν ὁρίζειν τὰ παρελθόντα, ἀρχὴν δέ τινα ποιεῖσθαι μετὰ τὰ ἡμαρτημένα, οἱονεὶ διὰ τῆς μετανοίας ἀναβιώσκοντα. Συνεχῶς δὲ ταῦτα ἐπαγγελλόμενον, καὶ συνεχῶς αὐτῶν ἀποπίπτοντα, ὡς παντελῶς αὐτὸν ἀπεγνωσμένον, τῆς φιλανθρωπίας ἐκκλείσει. Οὐ γὰρ ὁ εἰπὼν, *Ἥμαρτον*, εἶτα ἐπιμένων τῇ ἁμαρτίᾳ, οὗτος ἐξομολογεῖται· ἀλλ' ὁ κατὰ τὸν Ψαλμῳδὸν εὑρὼν τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, καὶ μισήσας.

B Τί γὰρ ὄφελος τῷ ἀῤῥωστοῦντι (8) ἡ παρὰ τοῦ ἰατροῦ ἐπιμέλεια, ὅταν τὰ φθαρτικὰ τῆς ζωῆς ὁ κάμνων ἐπιτηδεύῃ ; Οὕτως οὐδὲν ὄφελος ἀδικημάτων συγχωρουμένων τῷ ἔτι ἀῤῥωστοῦντι, καὶ ἀκαθαρτημάτων ἀφιεμένων τῷ ἔτι ἀκολασταίνοντι.

8. (3) Desine itaque proximi tui vitia explorare ; cave cogitationibus otium dederis alienum morbum inquirendi ; sed ad teipsum perscrutandum converte oculos. Sunt enim nec pauci, qui festucam quidem animadvertunt in oculo fratris, trabem vero in suo ipsorum oculo non vident [66]. Ea quæ extrinsecus sunt ne circumspice, numcubi cujuspiam reprehendendi locum possis invenire, Pharisæum illum imitatus, qui stans se ipse justificabat, ac publicanum habebat despicatui. Imo vero ne intermittas teipsum percontari, nunquid deliqueris cogitatione, nunquid lingua labarit mentem præcurrens, nunquid in manuum operibus factum sit involuntarium. (4) Quemadmodum enim fieri non potest ut quis sanitatem recuperet, nisi depulsus morbus sit : velut ut quis calefiat, nisi plane sedatum sit frigus ; neque enim hæc simul consistere possunt : similiter et qui bonam vitam agere cupit, eum par est ab omni mali consortio recedere. (5) Non enim temporis diuturnitate, sed animæ affectione pœnitentia dijudicatur. (6) Qui vero ab inani vita recesserunt, et ad diviniorem seipsos exercent, ne apud se, neque seorsim soli se ipsi exerceant ; testibus enim non carere decet vitam ejusmodi, ut extra pravam suspicionem sit posita **521**. (7) Quod si quispiam jam olim inescatus, aut divitiarum pulverem inique apud se coacervavit, earumque curis illigavit animum ; aut lasciviæ scelus quod vix elui potest, naturæ adjunxit ; aut criminibus aliis semet exsatiavit ; is,

8. Παῦσαι τοιγαροῦν τὰ τοῦ πλησίον κακὰ περιεργαζόμενος· μὴ δίδου σχολὴν τοῖς λογισμοῖς ἀλλότριον ἐξετάζειν ἀῤῥώστημα· ἀλλ' ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἔρευναν στρέφε σου τὸ ὄμμα (9). Πολλοὶ γὰρ τὸ μὲν κάρφος τὸ ἐν τῷ ὀφθαλμῷ τοῦ ἀδελφοῦ κατανοοῦσι, τὴν δὲ ἐν τῷ οἰκείῳ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐκ ἐμβλέπουσι. Μὴ τὰ ἔξω περισκόπει, εἴπου τινὸς μῶμον ἐξευρεῖν δυνηθείης, κατὰ τὸν Φαρισαῖον ἐκεῖνον, ὃς εἱστήκει C ἑαυτὸν δικαιῶν, καὶ τὸν τελώνην ἐξουτενίζων. Ἀλλὰ σεαυτὸν ἀνακρίνων μὴ διαλείπῃς, μή τι κατὰ τὰς ἐνθυμήσεις ἥμαρτες, μή τι ἡ γλῶσσα παρώλισθε τῆς διανοίας προεκδραμοῦσα, μὴ ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν πέπραχταί τι τῶν ἀβουλήτων. Ὥσπερ γὰρ ἀμήχανον ὑγείαν ἀναλαβεῖν μὴ τῆς νόσου ἀπωσθέντα, ἢ ἐν θερμότητι γενέσθαι τὸν μὴ καθαρῶς πεπαυμένον τῆς καταψύξεως (ἀνεπίδεκτα γὰρ ταῦτα ἀλλήλοις)· οὕτω καὶ τὸν μέλλοντα ἐν ἀγαθῷ βίῳ γενέσθαι, πάσης προσήκει τῆς ἐπὶ τὸ κακὸν συναφείας ἀπαλλαγῆναι· οὐ γὰρ χρόνου ποσότητι, διατίθεσι δὲ ψυχῆς ἡ μετάνοια κρίνεται. Οἱ δὲ χωρισθέντες τοῦ κενοῦ βίου, καὶ πρὸς τὴν θειοτέραν ζωὴν ἑαυτοὺς ἀσκοῦντες, μὴ ἐφ' ἑαυτοὺς, μηδὲ κατ' μόνας D ἀσκείσθωσαν· ἐμμάρτυρον γὰρ εἶναι προσήκει τὸν τοιοῦτον βίον, ὡς ἂν ἐκτὸς εἶναι πονηρᾶς ὑπονοίας. Καὶ εἴ τις πάλαι δελεασθείς, ἢ πλούτου κόνει ἐξ ἀδικίας ἐφ' ἑαυτὸν συνεφόρησε, καὶ τὸν νοῦν ταῖς τούτου μερίμναις κατέδησεν· ἢ μύσος ἀσελγείας προσέθετο τῇ φύσει δυσέκνιπτον· ἢ τῶν ἄλλων ἐγκλημάτων ἐπλήρωσεν ἑαυτόν· οὗτος, ὡς ἔτι καιρὸς, πρὶν ἐλθεῖν εἰς τελείαν ἀπώλειαν, ἀποθέσθω τῶν φορτίων τὰ

[64] Isa. I, 14. [65] Psal. XXXI, 5. [66] Matth. VII, 3.

(1) Ex comment *in Isa.*, 407
(2) Ibid. 408.
(3) Ex hom. in illud : *Attende tibi ipsi*, 21.
(4) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 153.
(5) Ex epist. CLXXXVIII, can. 2, et ep. CCXVIII, can. 84.
(6) Uterque codex indicat comment. *in Isa.*
(7) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 168.
(8) Ἀῤῥωστοῦντι. Contextus ἀδικοῦντι.
(9) *Τὸ ὄμμα.* In contextu additur τῆς ψυχῆς.

Digitized by Google

πλείονα, καὶ πρὶν ὑποβρύχιον γενέσθαι τὸ σκάφος, ἐκβολὴν ποιησάσθω τῶν ἀγωγίμων, ἃ μὴ δεόντως συνέλεξε. Τὰ χρήματα ἐκβληθέντα καλῶς, οὔτε ἀπόλλυται τοῖς ἐκβαλοῦσι καὶ ῥίψασιν· ἀλλ' ὥσπερ εἰς ὁλκάδας ἄλλας ἀσφαλεστέρας τινὰς τὰς τῶν πενήτων μεταθέντα γαστέρας, διασώζεται, καὶ φθάνει πρὸς λιμένας ἐλθόντα, καὶ φυλάττεται τοῖς ἐκβαλοῦσι κόσμος.

dum adhuc tempus est, antequam ad integrum exitium perveniat, deponat majorem sarcinarum partem, et priusquam navis submergatur, mercium indecore congestarum ejectionem faciat. (4) Neque vero pecuniæ probe ejectæ pereunt effundentibus ac projicientibus; sed quasi in alias quasdam onerarias naves tutiores, pauperum videlicet ventres, exportatæ conservantur, et ad portus perveniunt, custodiunturque jacientibus, quibus ornamento sunt.

9. Τὰ γὰρ χρόνῳ κρατυνθέντα πάθη πρῶτον μὲν χρόνου δεῖται πρὸς τὴν διόρθωσιν· ἔπειτα ἰσχυρᾶς καὶ εὐτονωτέρας διαγωγῆς, εἰ μέλλοι τις τοῦ βάθους αὐτοῦ καθικνεῖσθαι, ὥστε *πρόῤῥιζα* ἐξελεῖν τὰ χρόνῳ μακρῷ ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥιζωθέντα. Τοιαύτη ἡ ἐμμελὴς τῶν Νινευϊτῶν μετάνοια, καὶ ἡ σοφὴ καὶ πεπυκνωμένη θλῖψις ἐκείνη, ἥτις οὐδὲ τὰ ἄλογα ἀσυνετεῖν τῆς τιμωρίας ἀφῆκεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὰ βοᾶν ἐξ ἀνάγκης ἐμηχανήσατο. Ἐχωρίσθη γὰρ τῆς βοὸς ὁ μόσχος, ἀπηλάθη τῆς μητρῴας θηλῆς ὁ ἀρνειός· παιδίον ἐπιμάζιον οὐκ ἦν ἐν ταῖς τῆς τεκούσης ἀγκάλαις ἐπιδεικνύναι· φωναὶ δὲ παρὰ πάντων οἰκτραὶ ἀλλήλαις ἀντιβοῶσαι καὶ ἀντηχοῦσαι. Τὰ τέκνα λιμώττοντα τὰς πηγὰς ἐζήτει τοῦ γάλακτος· αἱ μητέρες τῷ φυσικῷ πάθει διακοπτόμεναι, συμπαθέσι φωναῖς ἀνεκαλοῦντο τὰ ἔγγονα· τὰ βρέφη κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον λιμώττοντα, σφοδροτάτῳ κλαυθμῷ ἀνερῥήγνυντο καὶ ἀπέσπαιρον· αἱ τεκοῦσαι ταῖς φυσικαῖς ἀλγηδόσι κατεκεντοῦντο τὰ σπλάγχνα. Ὁ πρεσβύτης ἐπ' ἐκείνων ἐθρήνει, καὶ τὴν πολιὰν ἔτιλλε καὶ ἐσπάραττεν. Ὁ νεανίσκος καὶ ἀκμάζων, σφοδρότερον ἀπωδύρετο· ὁ πένης ἐστέναξεν· ὁ πλούσιος ἐπιλαθόμενος τῆς τρυφῆς, ἤσκει τὴν κακοπάθειαν ὡς σώφρονα. Ὁ βασιλεὺς αὐτῶν, τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν δόξαν εἰς αἰσχύνην μετέβαλεν. Ἀπέθετο τὸν στέφανον, καὶ κόνιν τῆς κεφαλῆς (1) κατεχέετο· τὴν ἁλουργίδα ῥίψας, σάκκον μετημφιάσατο· τὸν θρόνον τὸν ὑψηλὸν ἀφεὶς καὶ μετέωρον, ἐλεεινῶς τῇ γῇ προσεσύρετο· τὴν ἰδιάζουσαν καὶ βασιλικὴν καταλιπὼν εὐστάθειαν (2), συνεθρήνει τῷ δήμῳ· εἷς ἐγένετο τῶν πολλῶν, ὅτε τὸν κοινὸν πάντων Δεσπότην ἔβλεπεν ὀργιζόμενον. Τοῦτο δούλων εὐαισθήτων φρόνημα. Τοιαύτη τῶν ἁμαρτίαις ἐνεχομένων ἡ μετάνοια· ἵνα διὰ πάσης ἡλικίας ἡ σκυθρωπότης κρατήσῃ, αἰσθομένης τε καὶ ἀναισθήτου, τῆς μὲν κατὰ προαίρεσιν, τῆς δὲ κατ' ἀνάγκην. Διὰ τοῦτο ἰδὼν αὐτοὺς ὁ Θεὸς οὕτω ταπεινωθέντας, ὡς ἐπὶ ὑπερβαίνουσαν ἑαυτῶν ταλαιπωρίαν παγγενῆ κατακρίναντας, καὶ τὸ πάθος ἠλέησε, καὶ τῆς τιμωρίας ἀνῆκε, καὶ τὸ χαίρειν ἐδωρήσατο τοῖς εὐαισθήτως πενθήσασιν. Ἴδιον γὰρ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας, τὸ μὴ σιωπῇ τὰς κολάσεις ἐπάγειν, ἀλλὰ προκηρύσσειν, διὰ τῶν ἀπειλῶν προκαλούμενος (3) εἰς μετάνοιαν τοὺς ἡμαρτηκότας· οὕτω γὰρ

9. (5) Tempore corroborata mala primum quidem tempore indigent ut sanentur; deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut radicitus evellantur quæ longo tempore in animis radices egerunt. (6) Haud absimilis fuit summa illa absolutaque Ninivitarum pœnitentia, atque prudens vehemensque eorum afflictatio, quæ ne bruta quidem animantia a pœnis immunia exemit: sed ea etiam necessario clamare artificio quodam adegit. Separatus namque est vitulus a vacca, semotus est a materno ubere agnus, puer lactens in maternis ulnis minime conspiciebatur; voces vero emittebantur ab omnibus miserabiles, vicissim clamantes, ac resonantes. Partus esurientes lactis fontes quærebant; matres naturali affectione discerptæ, vocibus commiserationem suam significantibus revocabant fetus. Eumdem ad modum infantes fame laborantes, ejulatu vehementissimo frangebantur, palpitabantque, et matrum viscera naturalibus doloribus compungebantur. Inter illos flebat senex, et canos vellebat, discerpebatque. Adolescens, et qui florenti ætate erat, vehementius lamentabatur; ingemiscebat pauper; dives, deliciarum oblitus, afflictationi ut bonæ se dedebat. Rex ipsorum splendorem gloriamque transmutavit in verecundiam. Deposita corona, caput cinere inspersit; purpura abjecta, induit saccum: throno alto et sublimi derelicto, miserabili habitu humi repebat: repudiata propria ac regia gravitate, lugebat cum populo, unus e multis factus et plebeius, quod communem Dominum omnium videret iratum. Hæc est servorum sensu præditorum prudentia: talis hominum peccatis implicitorum pœnitentia, ut tristitia occuparet ætatem omnem, tum sentientem, tum non sentientem, illam sponte, hanc præter voluntatem. Propterea cum vidisset Deus ipsos sic humiliatos, ut condemnarent sese ad gravissimas mulctas omnis generis, et doloris eorum misertus est, et pœnam remisit, et gaudium iis qui sano consilio luxerant, largitus est. (7) Proprium est enim Dei in homines amoris nequaquam silentio pœnas irrogare: sed eas prænuntiare, per minas peccatores provocando ad pœnitentiam: qua

(1) *Τῆς κεφαλῆς*. Editi, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Melius in contextu quem secuti sumus.

(2) *Εὐστάθειαν*. Haud paulo melior hæc scriptura, quam quod in ipso contextu εὐπάθειαν.

(3) *Προκαλούμενος*. Contextus προκαλουμένου. Uterque codex προσκαλούμενος.

(4) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 168.

(5) Ex epist. CLVI, 245.

(6) Ex hom. *in famem*, etc., 65.

(7) Ex comment. *in Isa.*, 480.

Digitized by Google

igendi ratione usus est erga illos Jonæ opera. Nec acite exitium perniciemque induxit **522** Israeli peccanti : sed famulum suum ad fundendas pro populo preces excitans, his verbis prædixit : *Dimitte me ; et delebo populum hunc* [47]. Rursus simile quiddam in Evangelio etiam per parabolam a ficu sumptam sumus edocti ; quippe dominus ejus dicit agricolæ : *Ecce anni tres sunt ex quo venio ad hanc ficum, quærens fructum in ea, et non invenio : succide illam. Utquid etiam terram occupat* [48] ? (1) Itaque in quod tempus rejiciemus pœnitentiam ? annon recipiemus nos ad bonam frugem ? annon a consueta vivendi ratione revocabimus nos ad Evangelii integritatem ? annon ob oculos nobis ponemus illam Domini metuendam ac conspicuam diem, in qua hos quidem qui ad Domini dexteram per sua opera accesserint, regnum cœlorum suscipiet ; illos vero qui ob bonorum operum privationem ad sinistram dejecti fuerint, gehenna ignis et tenebræ æternæ involvent ? *Illic*, inquit, *erit fletus, et stridor dentium* [49]. (2) Nos autem acriter ac cito peccamus, sed negligenter, segniterque pœnitentiam amplectimur. (3) Cœlorum quidem regnum concupiscere nos dicimus, et tamen de iis quibus comparari potest, nihil sumus solliciti ; imo tametsi nullum pro conficiendo Dei mandato laborem subimus, nihilominus æquales honores ac præmia cum iis qui ad mortem usque peccato restiterint, recepturos nos esse præmentis nostræ vanitate existimamus. (4) Simus tandem aliquando de animabus nostris solliciti, fratres, doleamus anteactæ vitæ vanitatem, decertemus pro futuris. Ne maneamus in socordia hac et dissolutione, neve præsens quidem tempus per jugem pigritiam amittentes, in crastinum vero et in posterum differentes operum initium, deinde ab eo qui animas nostras reposcit, inventi imparati a bonis operibus, a nuptialis thalami gaudio excludamur, et frustra inutiliterque ploremus, tunc vitæ tempus male præteritum lugentes, cum nihil amplius profuerit pœnitentibus. Hæc est pœnitentiæ ætas, illa remunerationis ; hæc operæ et laboris, illa rependendæ mercedis : hæc tolerantiæ, illa solatii. Nunc Deus adjutor est eorum qui se a via mala convertunt ; tunc horrendus et quem nullus fallet, humanarum actionum, verborumque et cogitationum inquisitor. Nunc experimur lenitatem, tunc justum judicium cognoscemus, cum videlicet resurgemus, alii ad supplicium æternum, alii ad vitam æternam. et unusquisque

A καὶ τούτοις πεποίηκε διὰ τοῦ Ἰωνᾶ. Καὶ τῷ Ἰσραὴλ ἡμαρτηκότι οὐ σιωπῇ ἐπήγαγε τὸν ἀφανισμόν· ἀλλὰ κινῶν εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τὸν ἑαυτοῦ θεράποντα, προεκήρυσσε λέγων· Ἄφες με, καὶ ἐξαλείψω τὸν λαὸν τοῦτον. Παραπλησίως δέ τι καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῆς κατὰ τὴν συκῆν παραβολῆς μεμαθήκαμεν, τοῦ δεσπότου αὐτῆς λέγοντος τῷ γεωργῷ· Ἰδοὺ τρία ἔτη ἔρχομαι ἐπὶ τὴν συκῆν, ζητῶν καρπὸν ἐν αὐτῇ, καὶ μὴ εὑρίσκων· ἔκκοψον αὐτήν. Ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ ; Τοιγαροῦν πρὸς τίνα καιρὸν ὑπερτιθέμεθα τὴν μετάνοιαν ; οὐκ ἐκνήψομεν ; οὐκ ἀνακαλεσόμεθα ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ κατὰ συνήθειαν βίου πρὸς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ Εὐαγγελίου ; οὐκ ἐν ὀφθαλμοῖς ληψόμεθα τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν φοβερὰν ἐκείνην καὶ ἐπιφανῆ, ἐν ᾗ τοὺς μὲν τῇ δεξιᾷ B τοῦ Κυρίου διὰ τῶν πράξεων προσεγγίζοντας βασιλεία οὐρανῶν ὑποδέξεται· τοὺς δὲ πρὸς τὴν ἀριστερὰν διὰ τὴν ἐρημίαν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἀπεωσμένους (5), γέεννα πυρὸς καὶ σκότος αἰώνιον καταχύψει ; Ἐκεῖ ἔσται, φησὶν, ὁ κλαυθμὸς καὶ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων. Ἀλλ' ἡμεῖς τὴν μὲν ἁμαρτίαν ἐπιτελοῦμεν συντόμως (6), ὀλιγώρως δὲ καὶ ῥᾳθύμως ἀναλαμβάνομεν τὴν μετάνοιαν. Καὶ βασιλείας μὲν οὐρανῶν ἐπιθυμεῖν λέγομεν, ἐξ ὧν δὲ ἔστιν αὐτῆς ἐπιτυχεῖν οὐ φροντίζομεν· ἀλλὰ μηδένα πόνον ὑπὲρ ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ καταδεχόμενοι, τῶν ἴσων τιμῶν τεύξεσθαι τοῖς μέχρι θανάτου πρὸς τὴν ἁμαρτίαν ἀντικαταστᾶσιν ἐν τῇ ματαιότητι τοῦ νοὸς ἡμῶν ὑποτιθέμεθα (7). Ἀφώμεθα τοίνυν, ἀφώμεθά ποτε τῆς φροντίδος τῶν ψυχῶν ἡμῶν, ἀδελφοί· λυπηθῶμεν C ἐπὶ τῇ ματαιώσει τοῦ προλαβόντος βίου· ἀγωνισώμεθα ὑπὲρ τῶν μελλόντων· μὴ τῇ ῥᾳθυμίᾳ καὶ τῇ ἐκλύσει ταύτῃ ἐναπομείνωμεν, καὶ τὸ μὲν παρὸν ἀεὶ διὰ ῥᾳθυμίας προϊέμενοι, πρὸς δὲ τὸ αὔριον καὶ τὸ ἐφεξῆς τὴν ἀρχὴν τῶν ἔργων ὑπερτιθέμενοι, εἶτα καταληφθέντες ὑπὸ τοῦ ἀπαιτοῦντος τὰς ψυχὰς ἡμῶν, ἀπαρασκεύαστοι τῶν ἀγαθῶν ἔργων, τῆς μὲν χαρᾶς τοῦ νυμφῶνος ἀποβληθῶμεν, ἀργὰ δὲ καὶ ἀνόητα κλαίωμεν (8), τὸν κακῶς παρεθέντα τοῦ βίου χρόνον ὀδυρόμενοι τότε, ὅτε πλέον οὐδὲν ἐξέσται τοῖς μεταμελουμένοις. Οὗτος ὁ αἰὼν τῆς μετανοίας, ἐκεῖνος τῆς ἀνταποδόσεως· οὗτος τῆς ἐργασίας, ἐκεῖνος τῆς μισθαποδοσίας· οὗτος τῆς ὑπομονῆς, κἀκεῖνος τῆς παρακλήσεως. Νῦν βοηθὸς τῶν ἐπιστρεφόντων ἀπὸ ὁδοῦ κακῆς ὁ Θεὸς, τότε φοβερὸς καὶ ἀπαραλόγιστος D τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων καὶ ῥημάτων (9) καὶ ἐνθυμημάτων ἐξεταστής. Νῦν τῆς μακροθυμίας ἀπολαύομεν, τότε τὴν δικαιοκρισίαν γνωρίσομεν, ὅταν ἀναστῶμεν, οἱ μὲν εἰς κόλασιν αἰώνιον. οἱ δὲ εἰς ζωὴν

[47] Exod. xxxii, 10. [48] Luc. xiii, 7. [49] Matth. xxv, 30.

(1) Ex *Regulis fusius tractatis*, 328.
(2) Ex hom. *in famem*, etc., 65.
(3) Ex *Regulis fusius tractatis*, 328.
(4) Ibid. 327.
(5) *Διὰ τὴν ἐρημίαν... ἀπεωσμένους*. Sic ope contextus emendavimus vulgatam lectionem διὰ τῆς ἐρημίας... ἐπεγνωσμένους.
(6) *Συντόμως*. Haud scio an præferenda sit hæc scriptura ipsi contextui, in quo legitur συντόνως.
(7) *Τιμῶν... ὑποτιθέμεθα*. Sic restituimus ope codicis Regii et contextus. Editi ἡμῶν ὑπερτιθέμεθα.
(8) *Ἀργὰ δὲ καὶ ἀνόητα κλαίωμεν*. Hæc addita ex contextu et codicum altero. Idem codex τὸν κακῶς παροφθέντα. Editi προεθέντα. Melius in contextu παρεθέντα.
(9) *Καὶ ῥημάτων*. Hæc addita ex contextu et codicum altero.

Digitized by Google

αἰώνιον, καὶ ἀπολάβῃ ἕκαστος κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ. Ὑμῖν δὲ, ὅσοι ἐπεστυγνάσατε τῇ ἀσχημοσύνῃ τῶν καταγνωσθέντων, ἐκεῖνο ἐντελλόμεθα (1)· Ἐὰν μὲν ἴδητε μετανοοῦντας ἐπὶ τῇ ἀτοπίᾳ τῶν πεπραγμένων, συμπαθήσατε ὡς οἰκείοις μέλεσι νενοσηκόσιν· ἐὰν δὲ ἀπαυθαδιαζομένους καὶ καταφρονοῦντας τῆς ὑμετέρας ἐπ' αὐτοῖς λύπης αἴσθησθε, *Ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου μὴ ἅπτησθε·* ἵν' οὕτως οἱ μὲν ἐντραπέντες, εἰς ἐπίγνωσιν ἔλθωσι τῆς οἰκείας κακίας· ὑμεῖς δὲ τοῦ ζήλου τοῦ Φινεὲς τὸν μισθὸν ὑποδέξησθε παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. A

secundum sua ipsius opera recipiet. (3) Vobis vero, quotquot de actionum improbatarum turpitudine doluistis, illud præcipimus . Si videritis quos stultitiæ gestorum suorum pœniteat, eorum misereamini tanquam vestrorum membrorum ægrotantium; sin pervicaces ac vestram pro ipsis mœstitiam spernentes senseritis, *Exite de medio, et separemini, et immundum ne tangatis* [50] : ut sic illi quidem pudore affecti, suam ipsorum pravitatem cognoscant : **523** vos vero mercedem æmulationis Phinees [51] recipiatis a Servatore nostro Jesu Christo, cui gloria, et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

DE ORATIONE.

SERMO IX

B

1. Χρὴ τὴν προσευχὴν μὴ ἐν συλλαβαῖς ἡμᾶς ἐκπληροῦν, ἀδελφοί, ἀλλὰ προαιρέσει μᾶλλον ψυχῆς, καὶ πράξεσι ταῖς κατ' ἀρετὴν παντὶ τῷ βίῳ παρεκτεινομέναις. Οὐδὲ γὰρ ἡγούμεθα τὸν Θεὸν τῆς διὰ τῶν λόγων ὑπομνήσεως δεῖσθαι, ἀλλ' εἰδέναι καὶ μὴ αἰτούντων ἡμῶν τὰ χρήσιμα. Ἡ γὰρ θεία ἀκοὴ οὐ φωνῆς δεῖται πρὸς αἴσθησιν· οἶδε γὰρ καὶ ἐν τῷ κινήματι τῆς καρδίας γνωρίσαι τὰ ἐπιζητούμενα. Ἢ οὐκ ἀκούεις, ὅτι Μωϋσῆς μηδὲν φθεγγόμενος, ἀλλὰ τοῖς ἀλαλήτοις ἑαυτοῦ στεναγμοῖς ἐντυγχάνων τῷ Κυρίῳ, ἠκούετο παρὰ τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Τί βοᾷς πρός μέ;* Οἱ δὲ ἐν τῷ βίῳ μὲν μηδὲν κατορθοῦντες, ἐν δὲ τῇ παρατάσει τῆς προσευχῆς νομίζοντες δικαιοῦσθαι, τούτων ἀκουέτωσαν τῶν ῥημάτων· *Ὅταν τὰς χεῖρας ὑμῶν ἐκτείνητε πρὸς μέ, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν.* Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ὠφελεῖ, ἀλλὰ τὸ μετὰ σπουδαίας διαθέσεως ἀναπέμπεσθαι. Ἐπεὶ καὶ *Ὁ Φαρισαῖος ταῦτα πρὸς ἑαυτὸν προσηύχετο*, οὐχὶ πρὸς τὸν Θεόν· ἐπανήρχετο γὰρ πρὸς ἑαυτὸν, ἐπείπερ ἐν ἁμαρτίᾳ τῆς ὑπερηφανίας ἐγίνετο. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Σωτήρ· *Προσευχόμενοι δὲ μὴ βαττολογεῖτε, ὡς καὶ οἱ ἐθνικοί· δοκοῦσι γὰρ, ὅτι ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν εἰσακουσθήσονται·* καὶ τὸ, *Ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν.* Τοῦτό ἐστι τὸ αἴτιον τοῦ ἀποστρέφεσθαι (2) τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ Θεοῦ, ὅταν ἐκταθῶσιν αἱ χεῖρες, διότι τὰ τῆς ἱκετηρίας σύμβολα παροξυσμοῦ εἰσιν ἀφορμαί. Ὥσπερ ἂν εἴ τις υἱόν τινος φονεύσας ἀγαπητὸν, ἔτι ἡμαγμένας τὰς χεῖρας ἔχων, προτείνοι αὐτὰς τῷ πατρὶ χαλεπαίνοντι, δεξιὰν φιλίας αἰτούμενος· ἆρ' οὐχὶ φανὲν τοῦ τέκνου τὸ αἷμα ἐν τῇ χειρὶ τοῦ παιδοφόνου μᾶλλον εἰς ὀργὴν τὸν ἠδικημένον ἐγείροι; Τοιαῦταί εἰσι καὶ αἱ τῶν Ἰουδαίων εὐχαὶ, ὅταν ἐκτείνωσι τὰς χεῖρας τῆς εἰς τὸν μονογενῆ Υἱὸν ἁμαρτίας ἀναμιμνησκόντων τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ καθ' ἑκάστην

1. (4) Orationem non syllabarum numeris absolvere nos oportet, o fratres; sed animi voluntate, rectisque per totam vitam actionibus. Neque enim Deum arbitramur ut verbis moneatur, indigere; sed nosse, ne petentibus quidem nobis, quæ conducibilia sint. (5) Utique auditus divinus voce non indiget ad percipiendum, siquidem petita etiam in cordis motu cognoscere valet. Nonne scis Moysen, cum nihil loqueretur, sed tacitis suis suspiriis Dominum interpellaret, a Domino auditum, dicente : *Quid clamas ad me* [52]? (6) Qui nulla virtute vitam suam exornant, nihilominus tamen sese existimant in precum suarum longitudine justificari, verba hæc audiant : *Cum extenderitis manus, avertam oculos meos a vobis : etsi multiplicaveritis supplicationem, non exaudiam vos* [53]. Neque enim precum verba simpliciter prolata juvant, sed si cum vehementi affectu depromantur. Nam et *Pharisæus hæc apud se orabat* [54], non apud Deum : respiciebat namque ad seipsum; siquidem in superbiæ peccato versabatur. Quapropter et Salvator ait : *Orantes autem nolite multum loqui sicut ethnici : putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur* [55]; et illud : *Ex multiloquio non effugies peccatum* [56]. Hoc est causæ, cur Deus oculos avertat, cum extenderint manus, quod ipsa supplicationis symbola ad irritandum illum sint occasiones. Quemadmodum si quis dilectum alterius filium occiderit, ac manus suas adhuc cruentatas ad infensum sibi patrem exporrigat, dexteramque efflagitet amicitiæ; nonne sanguis filii in ipsius interfectoris manu apparens patrem injuria affectum acrius exasperat? Ejusmodi sunt Judæorum preces; siquidem cum extendunt manus, admissum in unigenitum Filium scelus Deo et Patri revocant in memoriam, atque per singulas extensiones suas ipsorum manus sanguine Christi plenas ostendunt. Enimvero

C

D

[50] II Cor. VI, 17. [51] Num. XXV, 11. [52] Exod. XIV, 15. [53] Isa. I, 15. [54] Luc. XVIII, 11. [55] Matth. VI, 7. [56] Prov. X, 19.

(1) *Ἐντελλόμεθα.* Contextus διαστέλλόμεθα.
(2) *Τοῦ ἀποστρέφεσθαι.* Male in contextu τὸ ἀποστρέφεσθαι.
(3) Ex hom. *in ebriosos*, 130.
(4) Ex hom. *in mart. Julittam*, 35.
(5) Ex hom. *in psal.* CXIV, 200.
(6) Ex comment. *in Isa.*, 408.

Digitized by Google

qui in sua cæcitate perseverant, cædis paternæ sunt hæredes. *Sanguis enim ejus*, inquiunt, *super nos, et super filios nostros* [87].

2. (1) Semper igitur, o homo, Dei memineris et illius timorem in corde habeto, atque ad communionem precum omnes adjunge. Magnum enim est eorum qui Deum placare possunt auxilium. Nam et viventibus nobis in hac carne bona erit adjutrix precatio, et inde proficiscentibus idoneum viaticum ad futurum ævum. Quemadmodum autem sollicitudo res bona est : ita rursus animum despondere et desperare ac de salute diffidere, res sunt animæ noxiæ. Spem itaque in Dei bonitate colloca, et illius auxilium exspecta : certo sciens, si recte ac sincere ad **524** ipsum convertamur, futurum ut non modo nos omnino non rejiciat, sed etiam nobis adhuc precum verba proferentibus dicat : *Ecce adsum* [88]. (2) Quis enim vel malam admittat cogitationem, vel malum perficiat; si Deum credat ubique esse locorum, adesse his quæ fiunt, unicuique interesse actioni, ac cordium consilia introspicere? Sed rati vel Deum non inspicere, vel non curare ea quæ aguntur; sic homines ad impia patranda facinora animum conferunt. (3) Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acroamata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facetorum ac ridiculorum verba : id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit, atque decore illo illustrata, ipsius etiam naturæ obliviscitur, nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adipiscenda transfert.

3. (4) Neque igitur patiare mediam vitæ partem inutilem tibi esse per somni soporem : sed dividatur tibi noctis tempus in somnum et precationem : imo somnus ipse exercitatio sit pietatis. Sæpe enim expressæ in somno species nescio quomodo vestigia quædam ac reliquiæ esse solent diurnarum curarum. (5) Ecquid igitur beatius, quam statim quidem ac dies incipit ad preces surgentem, hymnis et canticis creatorem venerari; exinde sole jam clare dilucescente ad opera conversum, comitante ubique oratione, hymnis etiam opera tan-

ἐκτασιν τὰς χεῖρας ἑαυτῶν τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ πλήρεις ἐπιδεικνυόντων. Οἱ γὰρ ἐπιμένοντες τῇ πωρώσει, τῆς πατρικῆς μιαιφονίας κληρονόμοι ὑπάρχουσι. *Τὸ γὰρ αἷμα αὐτοῦ*, φησὶν (6), *ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν.*

2. Διὰ παντὸς τοίνυν μέμνησο τοῦ Θεοῦ, ἄνθρωπε, καὶ ἔχε τὸν φόβον αὐτοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ πάντας εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν εὐχῶν παραλάμβανε. Μεγάλη γὰρ καὶ ἡ τῶν δυναμένων δυσωπεῖν τὸν Θεὸν βοήθεια. Καὶ γὰρ καὶ ζῶσιν ἡμῖν τὴν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτην ζωὴν, ἀγαθὴ ἔσται βοηθὸς ἡ προσευχή· καὶ ἀπερχομένοις ἐντεῦθεν, ἐφόδιον διαρκὲς πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Ὥσπερ δὲ ἡ φροντὶς πρᾶγμά ἐστιν ἀγαθόν· οὕτω πάλιν ἡ ἀθυμία καὶ ἡ ἀπόγνωσις, καὶ τὸ δυσελπίστως ἔχειν πρὸς σωτηρίαν, τῶν βλαπτόντων ἐστὶ τὴν ψυχήν. Ἐπέλπιζε τοίνυν τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκδέχου αὐτοῦ τὴν ἀντίληψιν, γινώσκων, ὅτι ἐὰν καλῶς καὶ γνησίως πρὸς αὐτὸν ἐπιστρεφῶμεν, οὐ μόνον οὐκ ἀποῤῥίψει ἡμᾶς εἰς τὸ παντελὲς, ἀλλ' ἔτι λαλούντων ἡμῖν τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ἐρεῖ· *Ἰδοὺ πάρειμι.* Τίς γὰρ πιστεύων εἶναι πανταχοῦ τὸν Θεὸν, καὶ παρεῖναι τοῖς γινομένοις, καὶ ἑκάστῃ πράξει παρεστάναι, καὶ ταῖς βουλαῖς τῶν καρδιῶν ἐνορᾷν· ἢ τὴν ἔννοιαν τὴν πονηρὰν παραδέχεται, ἢ τελεσιουργεῖ τὸ κακόν; Ἀλλ' ἢ μὴ ἐφορᾷν τὸν Θεὸν, ἢ μὴ μέλειν αὐτῷ τῶν γινομένων ὑπολαμβάνοντες· οὕτως ὁρμῶσι πρὸς τὰς ἀνοσίας (7) πράξεις οἱ ἄνθρωποι. Ἀρχὴ δὲ καθάρσεως τῇ ψυχῇ ἡσυχία, μήτε γλώσσης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης ἐν ἀκροάμασι μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων καὶ γελοιαστῶν ἀνδρῶν, ὃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε. Νοῦς γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαφορούμενος, ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτὸν, δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν ἀναβαίνει· κἀκείνῳ τῷ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει· μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος· ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηΐνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ σπουδὴν ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι.

3. Μὴ οὖν καταδέξῃ διὰ τῆς κατὰ τὸν ὕπνον ἀναισθησίας τὸ ἥμισυ τῆς ζωῆς ἀχρειοῦν· ἀλλὰ μεριζέσθω σοι τῆς νυκτὸς ὁ χρόνος εἴς τε ὕπνον καὶ προσευχὴν· ἀλλὰ καὶ οἱ ὕπνοι αὐτοὶ μελέτημα ἔστωσαν τῆς εὐσεβείας. Πεφύκασι γάρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι, ὡς τὰ πολλὰ, ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. Τί δὲ μακαριστότερον ἀνθρώπου, τοῦ εὐθὺς μὲν ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντος, καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίροντος τὸν κτίσαντα; εἶτα ἡλίου καθαρῶς ἐπιλάμψαντος ἐπ' ἔργα τρεπομένου, πανταχοῦ αὐτῷ τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ (8)

[87] Matth. xxvii, 25. [88] Isa. lviii, 9.

(1) Ex epist. clxxiv, 262.
(2) Ex comment. *in Isa.*, 416.
(3) Ex epist. i, 72.
(4) Ex hom. *in mart. Julittam*, 36.
(5) Ex epist ii, 72.
(6) *Φησὶν.* Legisse videtur interpres φασὶν. Edit.
(7) *Ἀνοσίας.* Uterque codex ἀνοσίους.
(8) *Καὶ.* Forte ὡς vel ὥστε. Edit.

Digitized by Google

τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα, αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. Εὐχαὶ καὶ πρὸ τῆς τροφῆς ἀξίως γενέσθωσαν τῶν τοῦ Θεοῦ παροχῶν, ὧν τε νῦν δίδωσι, καὶ ὧν πρὸς τὸ μέλλον ἐταμιεύσατο· εὐχαὶ καὶ μετὰ τὰς τροφάς, εὐχαριστίαν τῶν διδομένων ἔχουσαι, καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων. Εὐχὴ δὲ καλὴ, ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ· τοῦτο γάρ ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράσσηται· ἀλλὰ πάντα ἀποφεύγων, ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβων. Καὶ ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τῷ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῇ τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν, οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ ὄψεις παραπεμπόντων ἐπὶ καρδίαν· ἀλλὰ καὶ μόνου καθ' ἑαυτὸν (1) τοῦ νοῦ τῷ Θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν ἐν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος.

4. Τοῦτο καὶ ἡ κατὰ Μωϋσέα παραινίσσεται ἱστορία, ὅτι διὰ τὸ τοὺς προκόπτοντας μὴ ἐξομαλίζειν τὰς πράξεις, ἀλλὰ ποτὲ μὲν κρεῖττον βιοῦν, ποτὲ δὲ ἐ.' ἀτονίαν ἐκλύεσθαι ἀσθενέστερον ἐνεργεῖν, τῆς ἀνθρωπίνης καταστάσεως σύμβολα ἦν τὰ τότε γινόμενα. Εἰ μὲν γὰρ ἐπῆρε τὰς χεῖρας, ἐνίσχυεν Ἰσραήλ· ὅτε δὲ καθῆκε τὰς χεῖρας, ἐνίσχυεν Ἀμαλήκ. Τουτέστι, καταπιπτούσης ἡμῶν τῆς δραστικῆς δυνάμεως, ἰσχύει τὰ ἀντιπαλαίοντα ἡμῖν· ὑψουμένης δὲ καὶ διαιρομένης, δυνατώτερον γίνεται τὸ διορατικὸν ἐν ἡμῖν· ἐπαίρει μὲν γὰρ ὁ τὰ ἄνω ζητῶν, ἐκτείνει δὲ ὁ τῆς εἰς τὰ σωματικὰ βοηθείας ἐπιδεόμενος. Ὁ τοίνυν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ γενόμενος, οὐ κακολογίαν, οὐ ματαιότητα, οὐκ αἰσχρῶν πραγμάτων ῥήματα, ἀπαγγέλλει, ἄπαγε! ἀλλ' *Ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ*, κατὰ τὸν Δαβὶδ, *πᾶς τις λέγει δόξαν*. Ἐστήκασιν οἱ ἀπογραφόμενοι τὰ ῥήματα ἄγγελοι· πάρεστιν ὁ Κύριος τὰς διαθέσεις τῶν εἰσιόντων ἐπισκοπῶν. Ἡ προσευχὴ ἑκάστου πεφανέρωται τῷ Θεῷ· τίς ἐκ διαθέσεως, τίς ἐπιστημόνως ἐπιζητεῖ τὰ οὐράνια· τίς ἀφωσιωμένως ἄκροις τοῖς χείλεσι τὰ ῥήματα φθέγγεται, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόρρω ἀπέχει ἀπὸ Θεοῦ. Κἂν εὔχηται, ὑγίειαν σαρκὸς, καὶ σωματικὸν πλοῦτον, καὶ δόξαν ἀνθρωπίνην ἐπιζητεῖ. Δεῖ δὲ οὐδὲν τούτων, ὡς ὁ λόγος διδάσκει, ἀλλ' *Ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν*. Ἀλλ', ὦ τοῦ θαύματος! *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*. Ἀγγέλοις ἔργον,

A quam sale condire? siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. (2) Preces ante cibum fiant, quæ donis Dei dignæ sint, tum quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit; preces etiam post cibum, quæ et gratiarum actionem pro acceptis bonis et promissorum petitionem habeant. (3) Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficimur templum, cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur mens, sed omnia fugiens ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus
B immoratur. (4) Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auribus quidquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente **525** per peccatorum recordationem et regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

4. (5) Hoc etiam nobis innuit Moysis historia; quippe quæ tunc fiebant, conditionis humanæ erant symbola, quod ii qui proficiunt, non pari ratione ac tenore operantur: sed modo melius vivunt,
C modo vero ob imbecillitatem franguntur, suasque languidius exerunt actiones. Etenim si Moyses attolleret manus, vincebat Israel [49]: quando vero eas demittebat, prævalebat Amalec. Hoc est, nostra facultas actuosa siquando fatiscit ac prosternitur, in nos prævalent adversariæ potestates: e contrario, si ea sublata in altum sit et erecta; vis nostra videndi vires majores resumit. Siquidem qui quærit sublimia, sustollit: extendit vero, qui ad comparandas res corporales auxilium rogat. (6) Qui igitur in templo Dei est, non convitia, non res vanas, non verba obscenis rebus referta profert, absit! sed *In templo ejus*, ut ait David, *quisque dicit gloriam*. Astant angeli, qui verba describunt: adest Dominus, qui animum ingredien-
D tium intuetur. Preces uniuscujusque manifestæ Deo sunt; quis ex affectu, quis scite exquirat cœlestia; quis perfunctorie et extremis labris verba pronuntiet, cor vero ipsius procul a Deo. Quod si orat, carnis sanitatem, opesque corporeas et humanam gloriam efflagitat. Horum autem nihil petendum est, ut Scriptura docet: sed *In templo ejus unusquisque dicit gloriam* [50]. Verum, o rem admiratione

[49] Exod. xvii, 11. [50] Psal. xxviii, 9.

(1) *Καὶ μόνου καθ' ἑαυτόν*. Forte μόνου καὶ καθ' ἑαυτόν. Edit.
(2) Ex epist. ii, 74.
(3) Ibid., 75.
(4) Ibid., 75.
(5) Ex comment. *in Isa.*, 408.
(6) Ex hom. *in psal.* xxviii, 122.

Digitized by Google

dignam! *Cæli enarrant gloriam Dei*[61]. Deum gloria afficere, angelorum munus est. Hoc unum est totius cœlestis exercitus officium, referre creatori gloriam. Creatura omnis, tum silens, tum loquens, tum cœlestis, tum terrena, dat gloriam conditori. Miserabiles vero homines, postquam ædibus suis relictis ad templum cucurrerunt, quasi quidpiam consecuturi emolumenti, tamen Dei verbis aures non præbent, suam ipsorum naturam non sentiunt; non mœrent dum reminiscuntur peccatorum; non timent judicium; sed arridentes, et inter se jungentes dextras, precationis domum in locum immodicæ loquacitatis vertunt, aspernati Davidem declarantem et dicentem: *In templo ejus unusquisque dicit gloriam.* Tu vero non modo non loqueris: sed alteri etiam es impedimento, qui eum tibi reddas attentum. Deus enim minime indiget gloria; sed te vult esse dignum, qui consequare gloriam. Quapropter, *Quod seminat homo, hoc et metet*[62].

5. (1) Censeo autem oportere Deo bona largienti gratias agere, procrastinanti vero non succensere. Et sane si nobis dederit tecum esse, optima hæc simulque jucundissima parabimus; si rem differat, damnum leniter feremus. Nam melius profecto, quam nos ipsi eligere possimus, nostra moderatur. (2) Halcyon avis marina est. Hæc depositis in ipsa arena ovis, secundum ipsa littora fetificare solet; et circa mediam fere hiemem pullos excludit, tum cum mare multis et violentis ventis ad terram
526 alliditur. Attamen consopiuntur venti omnes, quiescunt æquorei fluctus per septem dies, quibus halcyon ovis incubat. Nam totidem diebus solum pullos excludit. Cum autem et victu ipsis opus sit, alios septem dies ad pullorum incrementum Deus munificentissimus minimo huic animali præstitit. Quamobrem et omnes nautæ hoc sciunt, diesque illos appellant halcyoneos. Res illæ per Dei in bruta providentiam sancitæ sunt et ordinatæ, ut tu his incitatus, ea quæ ad tuam salutem pertinent, a Deo exposcas. Quid tua causa, qui factus es ad Dei imaginem, etiam præter exspectationem fieri non possit, cum aviculæ adeo exiguæ gratia vastum et horrendum mare in media hieme quiescere jussum, detineatur ac frenetur? Si enim halcyoni tanta largitur, quanto majora iis qui ipsum toto corde invocant, concessurus est? Quapropter, o fratres, illud statutum habeamus, cum cæteris in precibus nostris, tum etiam tentationis tempore, non ad humanas spes accurrere, neque hinc venari nobis auxilium: sed in lacrymis et suspiriis et laboriosa preice vigiliisque assiduis preces fundere. Sic enim sua levatur anxietate, qui et humanum auxilium ut vanum contemnit, et spes in eum, cui servandi nostri est po-

δοξολογεῖν τὸν Θεόν. Πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῶν ἐπουρανίων ἓν τοῦτο ἔργον, δόξαν ἀναπέμπειν τῷ κτίσαντι. Ἡ κτίσις πᾶσα, ἥ τε σιωπῶσα καὶ φθεγγομένη, ἥ τε ὑπερκόσμιος, ἥ τε περίγειος, δοξάζει τὸν κτίσαντα. Ἄνθρωποι δὲ ἐλεεινοί, καταλιπόντες τοὺς οἴκους καὶ ἐπὶ τὸν ναὸν δραμόντες (3), ὡς δή τι ἑαυτοὺς ὠφελήσοντες, οὐχ ὑπέχουσι τὰς ἀκοὰς λόγοις Θεοῦ, οὐ λαμβάνουσιν αἴσθησιν τῆς ἑαυτῶν φύσεως, οὐ λυποῦνται εἰς μνήμην τῶν ἁμαρτιῶν ἀφικνούμενοι, οὐ τρέμουσι τὴν κρίσιν· ἀλλὰ μειδιῶντες καὶ τὰς δεξιὰς ἀλλήλοις ἐμβάλλοντες, τόπον μακρολογίας τὸν οἶκον ποιοῦνται τῆς προσευχῆς, παρακούοντες τοῦ Ψαλμῳδοῦ διαμαρτυρομένου καὶ λέγοντος, ὅτι *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.* Σὺ δὲ οὐ μόνον οὐ λέγεις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ ἐμπόδιον γίνῃ, ἐπιστρέφων πρὸς ἑαυτόν. Μὴ γὰρ δόξης ἐπιδέεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σὲ βούλεται ἄξιον εἶναι τοῦ δοξασθῆναι. Διότι, *Ὃ σπείρει ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει.*

5. Χρὴ δὲ διδόντι μὲν τὰ ἀγαθὰ τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι, ταμιευομένῳ δὲ μὴ δυσχεραίνειν. Καὶ εἰ μὲν παράσχοιτο συνεῖναι, ταῦτα ἡμῖν ἄριστά τε ὁμοῦ καὶ ἥδιστα ἡγησόμεθα· εἰ δὲ ἀναβάλοιτο, πράως οἴσομεν τὴν ζημίαν. Ἄμεινον γάρ που πάντως, ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς προειλοίμεθα, διοικεῖται τὰ ἡμέτερα. Ἀλκυών ἐστι θαλάττιον ὄρνεον. Αὕτη παρ' αὐτοὺς νοσσεύειν τοὺς αἰγιαλοὺς πέφυκεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὠὰ τῆς ψάμμου καταθεμένη· καὶ νοσσεύει κατὰ μέσον που τὸν χειμῶνα, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῇ προσαράσσεται. Ἀλλ' ὅμως κοιμίζονται μὲν πάντες ἄνεμοι, ἡσυχάζει δὲ κῦμα θαλάσσιον, ὅταν ἀλκυὼν ἐπωάζῃ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας· ἐν τοσαύταις γὰρ μόναις ἐκλεπίζει τοὺς νεοττούς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεία, ἄλλας ἑπτὰ πρὸς τὴν τῶν νεοττῶν αὔξησιν ὁ μεγαλόδωρος Θεὸς τῷ μικροτάτῳ ζώῳ παρέσχετο. Ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασι τοῦτο, καὶ ἀλκυονίδας τὰς ἡμέρας ἐκείνας προσαγορεύουσι. Ταῦτά σοι εἰς προτροπὴν τοῦ αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ πρὸς σωτηρίαν διὰ τῆς περὶ τὰ ἄλογα τοῦ Θεοῦ προνοίας νενομοθέτηται. Τί γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο τῶν παραδόξων ἕνεκεν σοῦ, ὃς κατ' εἰκόνα γέγονας Θεοῦ, ὅπουγε ὑπὲρ ὄρνιθος οὕτω μικρᾶς ἡ μεγάλη καὶ φοβερὰ κατέχεται θάλασσα, ἐν μέσῳ χειμῶνι γαλήνην ἄγειν ἐπιταχθεῖσα; Εἰ γὰρ ἀλκυόνι τὰ τηλικαῦτα χαρίζεται, πόσῳ μείζονα δώσει τοῖς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιβοωμένοις αὐτόν; Πείσωμεν τοιγαροῦν ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμῶν αἰτήσεσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, μὴ πρὸς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἀποτρέχειν, μηδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὰς βοηθείας θηρᾶσθαι· ἀλλ' ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς, καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ, καὶ ἀγρυπνίᾳ εὐτόνῳ, τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. Οὕτω γὰρ λαμβάνει βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας ὡς ματαίας καταφρονῶν, καὶ τῇ ἐπὶ τὸν σώζειν δυνάμενον ἡμᾶς ἐλπίδι στηρι-

[61] Psal. XVIII, 2. [62] Galat. VI, 8.

(1) Ex epist. I, 70.
(2) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 75.
(3) Δραμόντες. Contextus συνδραμόντες. Codex Regius ἐν ναῷ Θεοῦ Contextu ἐπὶ τὸν ναόν. Hæc in editis nostris deerant.

Digitized by Google

ζόμενος. Ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

testas, nititur. Quoniam ipsi debetur gloria, et adoratio, cum æterno ejus Patre, et vivificante Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΝΗΣΤΕΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ Ι'.

1. Στρατηγοὶ μὲν εἰς παράταξιν τὸν στρατὸν καθιστῶντες, τοῖς παρακλητικοῖς λόγοις πρὸ τῶν ἀγώνων κέχρηνται, καὶ τοσαύτην ἔχει δύναμιν ἡ παραίνεσις, ὥστε καὶ τοῦ θανάτου πολλάκις καταφρόνησιν ἐμποιεῖν. Γυμνασταὶ δὲ καὶ παιδοτρίβαι, πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας τοὺς ἀθλητὰς προσάγοντες, πολλὰ περὶ τοῦ χρῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν στεφάνων διακελεύονται· ὥστε καὶ συνεπείσθησαν πολλοὶ τῇ περὶ τὴν νίκην φιλοτιμίᾳ τῶν σωμάτων ὑπεριδεῖν. Τοίνυν καὶ ἐμοὶ τοὺς Χριστοῦ στρατιώτας πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν πόλεμον διατάσσοντι, καὶ τοὺς ἀθλητὰς τῆς εὐσεβείας ἐπὶ τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους διὰ τῆς ἐγκρατείας παρασκευάζοντι, ἀναγκαῖος ὁ λόγος τῆς παρακλήσεως. Ἄγγελοί εἰσιν οἱ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀπογραφόμενοι τοὺς νηστεύοντας. Ὅρα, μὴ διὰ μικρὰν ἡδονὴν βρωμάτων ζημιωθῇς μὲν τὴν ἀπογραφὴν τοῦ ἀγγέλου, ὑπόδικον δὲ σεαυτὸν λειποταξίου γραφῆς τῷ στρατολογήσαντι καταστήσῃς. Ἐλάττων ὁ κίνδυνος, ῥίψασπιν ἐπὶ παρατάξεως ἐλεγχθῆναί τινα, ἢ τὸ μέγα ὅπλον τὴν νηστείαν ἀποβαλόντα φανῆναι. Πλούσιος εἶ; Μὴ καθυβρίσῃς τὴν νηστείαν, ἀπαξιώσας λαβεῖν αὐτὴν ὁμοτράπεζον, μηδὲ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἄτιμον ἀποπέμψῃ παρευημερηθεῖσαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· μή ποτέ σου καταγγείλῃ ἐπὶ τοῦ νομοθέτου τῶν νηστειῶν, καὶ πολλαπλασίονά σοι ἀπὸ καταδίκης ἐπαγάγῃ τὴν ἔνδειαν, ἢ ἐξ ἀῤῥωστίας σώματος, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς σκυθρωπῆς περιστάσεως. Ὁ πένης μὴ εἰρωνευέσθω πρὸς τὴν νηστείαν, πάλαι σύνοικον αὐτὴν καὶ ὁμοδίαιτον ἔχων. Γυναιξὶ δὲ ὥσπερ τὸ ἀναπνεῖν, οὕτως τὸ νηστεύειν οἰκεῖόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν. Οἱ παῖδες, ὥσπερ τῶν φυτῶν τὰ εὐθαλῆ, τῷ τῆς νηστείας ὕδατι καταρδευέσθωσαν. Τοῖς πρεσβύταις κοῦφον ποιεῖ τὸν πόνον ἡ ἐκ παλαιοῦ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις· πόνοι γὰρ ἐκ μακρᾶς συνηθείας μελετηθέντες, ἀλυπότερον προσπίπτουσι τοῖς γεγυμνασμένοις. Τοῖς ὁδοιπόροις εὐσταλὴς ἐστι συνέμπορος ἡ νηστεία. Ὥσπερ γὰρ ἡ τρυφὴ ἀχθοφορεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει, τὰς ἀπολαύσεις περικομίζοντας· οὕτω κούφους αὐτοὺς καὶ εὐζώνους ἡ νηστεία παρασκευάζει. Καὶ τοῖς μὲν τοῦ κόσμου στρατιώταις, κατὰ τὴν τῶν καμάτων ἀναλογίαν, τὸ σιτηρέσιον αὔξεται· τοῖς δὲ πνευματικοῖς ὁπλίταις, ὁ ἔλαττον ἔχων τῆς τροφῆς, τὸ μεῖζον ἔχει τοῦ ἀξιώματος. Ἄτοπον οὖν ἐστι μὴ χαίρειν ἐπὶ ὑγείᾳ ψυχῆς, ἀλλὰ λυπεῖσθαι ἐπὶ βρωμάτων ἀπαλλαγῇ (1), καὶ πλείονα χάριν φαίνεσθαι διδόντας ἡδονῇ γαστρὸς, ἢ ἐπιμελείᾳ ψυχῆς. Κόρος μὲν γὰρ εἰς γαστέρα τὴν χάριν ἵστησι, νηστεία δὲ πρὸς ψυχὴν ἀναβιβάζει τὸ κέρδος. Μὴ μιμήσῃ τῆς Εὔας τὴν

DE JEJUNIO.

SERMO X.

1. (2) Duces cum aciem instruunt, exhortatoriis orationibus ante conflictum uti solent, tantamque vim habet ea exhortatio, ut etiam mortis contemptum frequenter afferat. Similiter palæstræ magistri et pædotribæ, cum ad stadii certamen athletas producunt, multa disserunt de labore pro coronis perferendo, adeo ut multis persuaserint, ut vincendi studio corpora contemnerent. Proinde mihi quoque, qui Christi milites ad bellum cum invisibilibus hostibus gerendum instruo, et athletas pietatis per abstinentiam præparo ad justitiæ coronas, opus est oratione exhortatoria. (3) Angeli sunt qui in singulis ecclesiis describunt ac recensent jejunantium capita. Vide ne ob parvam eduliorum voluptatem simul et priveris angeli recensione, et teipsum apud eum qui exercitum collegit obnoxium facias desertoris crimini. Minus periculum, si quis fugiendo scutum in acie abjicere deprehendatur, quam si magnum illud scutum, jejunium, videatur projecisse. Dives es? Ne jejunium affeceris contumelia, excludens illud fastidiose a mensæ tuæ consortio, neve absque ullo honore e domo tua ipsum expuleris, a voluptate victum ac superatum; ne quando te reum peragat apud jejuniorum legislatorem, teque longe majori condemnatum inedia mulctet, sive ex adversa valetudine corporis, sive ex alio quopiam tristi casu. Qui pauper **527** est, ne ludum jejunium faciat; quandoquidem illud jam olim habet et domesticum, et mensæ socium. Porro mulieribus quam est naturale respirare, tam est conveniens jejunium. Pueri, velut plantæ virides, jejunii aqua irrigentur. Senibus levem reddit laborem contracta jam olim cum jejunio familiaritas; labores siquidem quorum factum est experimentum longo usu, minore molestia efficiunt exercitatos. Viatoribus expeditus itineris comes est jejunium; quemadmodum enim luxus cogit illos onus perferre, nimirum ea quæ ad delicias spectant circumferentes: sic jejunium eos et leves reddit et expeditos. Atque hujus mundi militibus pro laborum ratione augetur obsonium: contra, inter spirituales milites qui minus habet alimenti, plus habet honoris. (4) Quapropter valde absurdum est non lætari de sanitate animæ, imo de commutatis cibis dolere, ac videri tales qui plus tribuamus voluptati ventris, quam curæ mentis. Nam in ventre sistitur satietatis delectatio, sed jejunium in animam subvehit lucrum. (5) Noli imitari Evæ inobedientiam, noli rursus

(1) Ἀπαλλαγῇ. Melius in contextu ὑπαλλαγῇ.
(2) Ex hom. II *De jejunio*, 10.
(3) Ibid., 11.
(4) Ex hom. I *De jejunio*, 2.
(5) Ibid., 3.

Digitized by Google

serpentem in consilium adhibere, edulium ad carnem mollius curandam proponentem. Ne causeris corporis infirmam valetudinem ac debilitatem. Neque enim mihi istas excusationes profers: sed scienti dicis. Age, dic mihi, jejunare non potes, et satiari per totam vitam ac conficere corpus pondere ciborum potes? Atqui infirmis, non ciborum varietatem, sed inediam et abstinentiam a medicis præscribi scio. Qui fit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Utrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere? nisi forte a naucleris dices onustam sarcinis navem facilius servari quam expeditam et levem. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus adoriens demergit: contra, cujus sarcina moderata est ac modica, hæc facile fluctus superat.

2. (1) Quanquam non arbitror tanto mihi labore opus esse, ut vos ad jejunium exhorter, quanto ut dehorter ne quis in vitium ebrietatis incidat. Nam jejunium quidem plerique partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuum suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti non aliter quam paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquam profectionem adornant, ita nonnulli vecordes hodie adversus quinque dierum jejunium vino indulgent. Quid agis, o homo? (2) Nemo pudicam uxorem legitimo conjugio ducturus, prius scorta et concubinas domum inducit. Neque enim conjux legitima patitur convictum contuberniumque corruptarum. Proinde tu quoque cum exspectatur jejunium, cave prius introducas ebrietatem, scortum illud publicum, impudicitiæ matrem, insanientem, ad omnia turpitudinis genera proclivem. Jejunantem intra sacra septa suscipit Dominus: at luxu crapulaque plenum, veluti profanum et a sacris alienum, nequaquam **528** admittit. Etenim si cras venias vinum redolens, idque cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro jejunio imputabo? neque enim illud cogita, quod merum tibi recens infusum non est: sed quod a vino purus non es, hoc reputa. In utro te ordine collocabo? inter ebrios, an inter jejunantes? Præterita vinolentia te sibi asserit: præsens inedia jejunium testificatur. Anceps es, et controversum temulentiæ veluti mancipium, nec unquam dimittet te, idque optimo jure: quippe quæ manifesta servitutis argumenta proferat, odorem vini velut in lagena residentem.

3. (3) Cujus magistri præsentia puerorum strepitus tam subito compescit, quam jejunium oboriens civitatis tumultus coercet? quis comessator prodiit in jejunio? quis chorus lasciviens a jejunio coactus est? Meretriciæ cantilenæ, insanæ saltationes subito diffugiunt e civitate, a jejunio tanquam

(1) Ex hom. II *De jejunio*, 15.
(2) Ibid., 12.

παρακοήν· μὴ πάλιν σύμβουλον παραδέξῃ τὸν ὄφιν, φειδοῖ τῆς σαρκὸς τὴν βρῶσιν ὑποτιθέμενον. Μὴ προφασίζου ἀῤῥωστίαν σώματος καὶ ἀδυναμίαν· οὐ γὰρ ἐμοὶ τὰς προφάσεις, ἀλλὰ τῷ εἰδότι λέγεις. Νηστεύειν οὐ δύνασαι, εἰπέ μοι; κορέννυσθαι δὲ διὰ βίου, καὶ συντρίβειν τὸ σῶμα τῷ βάρει τῶν ἐσθιομένων δύνασαι; Καὶ μὴν τοῖς ἀσθενοῦσιν οὐχὶ βρωμάτων ποικιλίαν, ἀλλ' ἀσιτίαν καὶ ἔνδειαν οἶδα τοὶ; ἰατροὺς ἐπιτάσσοντας. Πῶς οὖν ὁ ταῦτα δυνάμενος, ἐκεῖνα προφασίζῃ μὴ δύνασθαι; Τί εὐκολώτερον τῇ γαστρὶ, λιτότητι διαίτης παρενεγκεῖν τὴν νύκτα, ἢ δαψιλείᾳ βρωμάτων βεβαρημένην κεῖσθαι; εἰ μὴ καὶ τοὺς κυβερνήτας φήσεις, βαρυνομένην τοῖς ἀγωγίμοις ὁλκάδα εὐκολώτερον σώζειν τῆς εὐσταλεστέρας καὶ κούφης. Τὴν μὲν γὰρ παραπεπιεσμένην τῷ πλήθει, βραχεῖα κύματος ἐπανάστασις κατεβάπτισεν· ἡ δὲ συμμέτρως τῶν ἀγωγίμων ἔχουσα, ῥᾳδίως ὑπεραίρει τοῦ κλύδωνος.

naturæ constitutus est carneæ nativitatis ingressus: contra, exitus, et is qui hinc fit abscessus, pretiosus est et illustris, non omnium hominum, sed eorum, qui sancte et juste hanc vitam transegerunt. Pretiosa igitur est mors, non pretiosus hominum ortus. *Seminatur enim*, inquit, *in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in corruptione, surgit in incorruptione* [71]. Cum etiam Judaice interirent homines, abominanda erant cadavera : ubi vero contigit mors pro Christo, reliquiæ sanctorum ejus sunt pretiosæ. Antea dicebatur sacerdotibus et Nazaræis : Non contaminabitur super ullo mortuo : et, *Si quis tetigerit cadaver, immundus erit* [72]; item, *Lavabis tua ipsius vestimenta* [73]. Nunc autem qui martyris ossa tetigerit, ex insidente in corpore gratia quamdam sanctitatis participationem accipit. *Pretiosa enim est in conspectu Domini mors sanctorum ejus* [74]. Compara itaque mortem nativitati; ac eum qui liberatus est ignominia, lugere desinas. (1) Cum justis enim exsultare, simulque lætari, præcipit nobis sermo divinus : lugeamus vero et lamentemur cum iis qui ex pœnitentia effundunt lacrymas : aut etiam eos qui nullo doloris sensu tanguntur, deploremus, quod perire se ne intelligant quidem. Cæterum implevisse mandatum haudquaquam putandus est, qui hominum mortem deplorat et cum lugentibus edit clamorem. Neque enim laudaverim medicum, qui cum opem ægrotantibus ferre deberet, morbis ipse repleretur. (2) Sic etiam David cum amicissimum sibi Jonatham lugeret, hostem quoque suum una luxit, *Doleo super te*, inquiens, *frater mi Jonathan*; et, *Filiæ Israel, super Saul flete* [75]. Hunc quidem luget, ut peccato immortuum; Jonathan vero ut hominem sibi per totam vitam conjunctissimum.

8. (3) Homines enim mors invadit, expletis vitæ terminis, quos unicuique ab initio constituit judicium justum Dei, quid cuique nostrum conducat, longe prospicientis. At filii charissimi mors animum tuum dolore opprimit. (4) Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in **537** ejusmodi eventu nihil patiatur, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore, ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, et ad commiserationem adducere? (5) Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, et lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet; nec si homines

A νέσεως τῷ τῆς φύσεως ἀναγκαίῳ νενομοθέτηται· ἡ δὲ ἔξοδος, καὶ ἡ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴ, τιμία καὶ περιφανὴς, οὐ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ὁσίως καὶ δικαίως τὸν ἐνταῦθα βίον διενεγκόντων. Τίμιος γὰρ ὁ θάνατος, οὐχὶ τιμία τῶν ἀνθρώπων ἡ γένεσις· Σπείρεται γὰρ, φησὶν, *ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ*. Καὶ ὅτε μὲν Ἰουδαϊκῶς ἀπέθνησκον οἱ ἄνθρωποι, βδελυκτὰ ἦν τὰ θνησιμαῖα· ὅτε δὲ ὑπὲρ Χριστοῦ ὁ θάνατος, τίμια τὰ λείψανα τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Πρὸ τούτου ἐλέγετο τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Ναζιραίοις τό, Οὐ μιανθήσεται ἐπ' οὐδενὶ τεθνηκότι· καὶ τὸ, *Ἐάν τις ἅψηται νεκροῦ, ἀκάθαρτος ἔσται*· καὶ τὸ, *Πλυνεῖς σεαυτοῦ* (6) *τὰ ἱμάτια*. Νῦν δὲ ὁ ἁψάμενος ὀπίσω μάρτυρος, λαμβάνει τινὰ μετουσίαν ἁγιασμοῦ ἐκ τῆς B τοῦ σώματος παρεδρευούσης χάριτος. *Τίμιος γὰρ ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ*. Σύγκρινον τοίνυν τῇ γενέσει τὸν θάνατον, καὶ παῦσαι ὀδυρόμενος τὸν τῆς ἀτιμίας ἀπαλλασσόμενον. Δικαίοις μὲν γὰρ συσκιρτᾶν καὶ συναγάλλεσθαι ὁ θεῖος λόγος ἡμῖν ἐπιτρέπει· τοῖς δ' ἐκ μετανοίας ἀφιεῖσι δάκρυον, συμπενθεῖν καὶ συνοδύρεσθαι· καὶ τοὺς ἀναλγήτως διακειμένους ἀποκλαίεσθαι, ὅτι οὐδὲ ἴσασι πῶς ἀπόλλυνται. Οὐχὶ δὲ ἐπὶ θανάτῳ ἀνθρώπων κατακλαύσαντα, καὶ συνεκβοήσαντα (7) τοῖς πενθοῦσι, πληρωτὴν προσήκει νομίζειν εἶναι τῆς ἐντολῆς. Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν ἐπαινῶ, τὸν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν τοῖς κάμνουσιν, ἑαυτὸν τῶν νοσημάτων ἀναπιμπλάμενον. Οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ τὸν φίλον ὀλοφυρόμενος Ἰωνάθαν, συναπεθρήνησε καὶ τὸν ἐχθρὸν ἑαυτοῦ, C *Ἀλγῶ ἐπὶ σὲ*, λέγων, *ἀδελφὲ Ἰωνάθαν*· καὶ, *Θυγατέρες Ἰερουσαλὴμ, θρηνήσατε ἐπὶ Σαούλ*. Τὸν μὲν γὰρ θρηνεῖ, ὡς ἐναποθανόντα τῇ ἁμαρτίᾳ· τὸν δὲ Ἰωνάθαν, ὡς μέχρι παντὸς αὐτῷ κοινωνήσαντα τοῦ βίου.

8. Θάνατοι γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγονται, τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων, οὓς ἐξ ἀρχῆς περὶ ἕκαστον ἔπηξεν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις, πόρρωθεν τὸ περὶ ἕκαστον ἡμῖν συμφέρον προβλεπομένου. Ἀλλὰ παιδὸς ἀγαπητοῦ θάνατος ἐκπιέζει σου τὴν ψυχήν. Καὶ τίς οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ἢ ἐξ παντελῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥστε ἀπαθῶς ἐνεγκεῖν τὸ συμβὰν, ἢ μετρίῳ πάθει τὴν ψυχὴν καταληφθῆναι (8); Οἴκου λαμπροῦ διαδοχὴ, ἔρεισμα γένους, πατρίδος ἐλπὶς, γονέων εὐσεβῶν βλάστημα D ὑπὸ μυρίαις εὐχαῖς ἐντραφὲν, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ὄν, ἐκ μέσου τῶν πατρικῶν χειρῶν ἁρπασθεὶς οἴχεται. Ταῦτα ποίαν ἀδάμαντος φύσιν οὐκ ἱκανὰ ἐκλῦσαι, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν; Ἂν ἐὰν μὲν ποτνιᾶσθαι ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι καὶ δακρύειν βουλώμεθα, οὐκ ἐξαρκέσει μὲν ὁ χρόνος τοῦ βίου

[71] I Cor. xv, 42, 43. [72] Levit. xi, 39. [73] ibid. 25. [74] Psal. cxv, 14. [75] II Reg. i, 26.

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 41.
(2) Ex hom. *De gratiarum actione*, 28.
(3) Ex hom. *Quod Deus non est auctor malorum*, 74.
(4) Ex epist. v, 77.
(5) Ibid.
(6) *Πλυνεῖς σεαυτοῦ*. Sic Regius codex. Editi πλυνεῖς αὐτοῦ. Legitur in ipso contextu πλυνεῖ ἑαυτοῦ.
(7) *Καὶ συνεκβοήσαντα*. Hæc addita ex Regio codice et contextu.
(8) *Καταληφθῆναι*. Regius codex 1992, καταβληθῆναι.

Digitized by Google

πάντες δὲ ἄνθρωποι μεθ' ἡμῶν στένοντες, παρισταναι ἀπαθῆ τὸν ὀδυρμὸν οὐ δυνήσονται· ἀλλὰ κἂν τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα δάκρυον γένηται, ἐκπληρῶσαι τῶν συμβάντων τὸν θρῆνον οὐκ ἐξαρκέσει. Διὸ παρακαλῶ, ὡς γενναῖον ἀγωνιστὴν, στῆναι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πληγῆς, καὶ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ βάρει τῆς λύπης, μηδὲ καταπυθῆναι τὴν ψυχήν· ἐκεῖνο πεπεισμένον, ὅτι κἂν οἱ λόγοι τῶν παρὰ Θεοῦ οἰκονομουμένων διαφεύγωσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως γε τὸ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαπῶντος ἡμᾶς οἰκονομηθὲν ἀπόδεκτόν ἐστι, κἂν ἐπίπονον ᾖ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε, πῶς ἑκάστῳ διατίθησι τὸ συμφέρον, καὶ διὰ τί ἄνισα τίθησιν ἡμῖν τοῦ βίου τὰ πέρατα. Ἔστι γάρ τις ἀνθρώποις αἰτία ἀκατάληπτος, δι' ἣν οἱ μὲν θᾶττον ἐντεῦθεν ἀπάγονται, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον προσταλαιπωρεῖν τῷ ὀδυνηρῷ τούτῳ βίῳ καταλιμπάνονται. Ὥστε ἐπὶ πᾶσι προσκυνεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ὀφείλομεν, καὶ μὴ δυσχεραίνειν· μεμνημένοι τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ ἀοιδίμου φωνῆς, ἣν ὁ μέγας ἀθλητὴς Ἰὼβ ἐφθέγξατο, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης ἰδὼν δέκα παῖδας ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ συντριβέντας· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο* (1)· *ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο.* Ἡμέτερον τοῦτο τὸ θαῦμα ποιησώμεθα· ἴσος ὁ μισθὸς παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς τὰ ἴσα ἐπιδεικνυμένοις ἀνδραγαθήματα. Οὐκ ἀπεστερήθημεν τοῦ παιδός, ἀλλ' ἀπεδώκαμεν τῷ χρήσαντι (2)· οὐκ ἠφανίσθη αὐτοῦ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον διημείφθη· οὐ γῆ κατέκρυψε τὸν ἀγαπητὸν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο. Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ συνεσόμεθα τῷ ποθουμένῳ. Οὐδὲ πολὺς ὁ χρόνος τῆς διαστάσεως, πάντων ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῷ βίῳ τούτῳ πρὸς τὸ αὐτὸ καταγώγιον ἐπειγομένων· ἐν ᾧ ὁ μὲν προκατέλαβεν (3), ὁ δὲ ἐπῆλθεν, ὁ δὲ ἐπείγεται, πάντας δὲ ἓν ὑποδέχεται τέλος. Εἰ γὰρ καὶ θᾶττον τὴν ὁδὸν κατέλυσεν, ἀλλὰ πάντες τὴν αὐτὴν πορευόμεθα, καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἀναμένει κατάλυμα. Ἀναμνήσθητι τοῦ σοῦ πατρὸς, ὅτι τέθνηκε. Τί οὖν θαυμαστὸν, ἐκ θνητοῦ γεννηθέντα, θνητοῦ γενέσθαι πατέρα; Τὸ δὲ πρὸ ὥρας, καὶ πρὶν κορεσθῆναι τοῦ βίου, καὶ πρὶν εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθεῖν, καὶ φανῆναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διαδοχὴν τοῦ γένους καταλιπεῖν· ταῦτα οὐκ αὔξησις τοῦ πάθους, ἀλλὰ παραμυθία τοῦ γεγονότος ἐστὶν, ὅτι μὴ κατέλιπεν ὑπὲρ γῆς ὀρφανὰ τέκνα· ὅτι μὴ γυναῖκα χήραν θλίψει μακρᾷ ἔκδοτον ἀφῆκεν, ἢ ἀνδρὶ ἑτέρῳ συνοικοῦσαν, καὶ τῶν προτέρων τέκνων καταμελοῦσαν. Τὸ δὲ, ὅτι οὐ παρετάθη τῷ βίῳ τούτῳ ἡ ζωὴ τοῦ παιδὸς, τίς οὕτως ἀγνώμων, ὡς μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τοῦτο νομίζειν εἶναι; Ἡ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐνταῦθα διατριβὴ, πλειόνων κακῶν ἐστιν ἀφορμή.

9. Τίνος ἕνεκεν οὐχὶ θνητὰ φρονεῖν περὶ τοῦ θνητοῦ προειθίσθης, ἀλλ' ἀπροσδόκητον τοῦ παιδὸς τὸν θάνατον προσεδέξω; Ὅτε σοι πρῶτον ἠγγέλθη τοῦ

omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt: imo etiamsi fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere. (4) Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obnitaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo; persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent, at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiamsi molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, et quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre; memores magnæ illius et celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino visum, ita et factum est* [76]. Admirabilem illam vocem nostram faciamus: par merces a justo judice paria præclare facta designantibus. Non sumus filio orbati: sed restituimus ei qui mutuo dederat. Neque exstincta est illius vita, sed in melius transmutata: neque humus dilectum nostrum obtexit, sed cœlum suscepit. Paulisper exspectemus; et una cum eo quem desideramus, erimus. Neque longum est tempus sejunctionis, cum omnes in hac vita tanquam in via ad idem diversorium contendant: in quod hic jam advenit, ille supervenit, alter festinat: finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eamdem omnes ingredimur, omnesque idem manet diversorium. (5) Fac recorderis patris tui, qui mortuus est. Quid igitur mirum, ex mortali genitum, mortalis patrem factum esse? Quod autem immature, et priusquam vita satiaretur, priusquam ad ætatis mensuram perveniret, et innotesceret hominibus, ac generis relinqueret successionem: nequaquam hæc doloris accessio, sed eventus sunt solatium, quod non reliquerit in terra liberos orbos, nec viduam aut ærumnis diuturnis obnoxiam, aut cum altero viro habitaturam et liberos priores neglecturam. Quod autem vita pueri longius in hoc sæculo producta non fuit; quis adeo inconsideratus, ut id maximum bonorum esse non judicet? Longior enim hic commoratio, malorum plurium occasio est.

538 9. (6) Quorsum non prius assuevisti de mortali mortale quiddam sentire, sed mortem filii suscepisti præter exspectationem? Ortus filii cum [illegible]

[76] Job I, 21.

(1) Ἀφείλετο. Uterque codex et editio prima Parisiensis. ἀφείλατο.
(2) Χρήσαντι. Codex Regius 1992, χαρίσαντι.
(3) Προκατέλαβεν. Contextus προκατέ[illegible]τεν, et infra, συνοικήσουσαν, et καταμελήσουσαν.
(4) Ex epist. v, 78.
(5) Ex epist. ccc, 436.
(6) Ex hom. *in mart. Julittam*, 7[illegible]

Digitized by Google

mum nuntiatus est, si quis te interrogasset quale esset quod natum est, quidnam tunc respondisses? nliudne dixisses, nisi quod homo sit quod natum est? Quod si homo, utique et mortalis. Quid igitur miri, si mortuus est mortalis? Annon vides solem orientem et occidentem? non vides crescentem lunam et decrescentem? non terram virentem, deinde arescentem? Quid igitur mirum, si nos quoque cum pars simus mundi, eorum quæ mundi sunt, participes simus? Filii charissimi, aut uxoris gratissimæ, aut alterius cujuspiam eorum qui sunt amicissimi, et omni benevolentia atque necessitudine conjuncti, privatio, baudquaquam futura est molesta et gravis homini provido, et rectam rationem vitæ ducem habenti, non autem ex consuetudine quadam incedenti. Nam acerbissimum est vel ipsis brutis animantibus a consuetudine avelli. Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, pastus ac jugi socio morte sibi prærepto. Quinetiam videre est reliquas bellnas consuetudini valde admodum adhærescere.

A υἱέως ὁ τοκετὸς, εἴ τίς σε εἴρετο, Ποταπόν ἐστι τὸ τεχθὲν, τί ποτε ἂν ἀπεκρίνω; ἆρα ἄλλο τι ἂν εἶπες, ἢ ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ γεννηθέν; Εἰ δὲ ἄνθρωπος, καὶ θνητὸς δηλονότι. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Οὐχ ὁρᾷς ἥλιον ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον; οὐχ ὁρᾷς τὴν σελήνην αὔξουσαν, εἶτα φθίνουσαν; οὐ τὴν γῆν θάλλουσαν, εἶτα ξηραινομένην; Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς, μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀπολαύομεν τῶν ἐκ τοῦ κόσμου; Παιδὸς ἀγαπητοῦ, ἢ γυναικὸς καταθυμίας, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν φιλτάτων καὶ κατὰ πᾶσαν εὔνοιαν συνημμένων στέρησις, οὐδὲν δεινὸν τῷ προεσκεμμένῳ, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα τῆς ζωῆς ἔχοντι, ἀλλὰ μὴ κατὰ συνήθειάν τινα πορευομένῳ. Ἔθους γὰρ χωρισμὸς καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶ δυσφορώτατος. Καὶ B ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα, τοῦ συνόμου αὐτῷ καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων σφοδρῶς τῆς συνηθείας ἔστιν ἰδεῖν ἀντεχόμενα.

10. (1) Non existimavi æquum esse ut officio meo deessem, nec ad te, quæ illius mater es, sermonem converterem. Novi qualia sint matrum viscera; atque conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant; mortuum vero perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contexisset. Illius mors plaga exstitit patriæ; cum illo magnum C et illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit? Verum nostra non fiunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri [17]. Quare si quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit [18]? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, neque id quod factum est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei judicium. Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius D judicia exploremus. Nunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater [19] septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit: sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi, Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines. Afflictio magna, fateor et ego: sed et magna a Domino præmia patientibus

10. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον ἐμοὶ, καὶ μὴ καὶ πρὸς σὲ, τὴν ἐκείνου μητέρα, τὸν λόγον τρέψαι. Οἶδα γὰρ ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγχνα· καὶ λογίζομαι, πόσην εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι τὴν ἀλγηδόνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ηὔξαντο τοὺς ἑαυτῶν τοιούτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς τῇ γῇ C κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ τῆς πατρίδος ἐγένετο· ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὥσπερ ἐρείσματος ὑφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὦ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἴσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὦ γῆ τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἔφριξε τάχα καὶ ὁ ἥλιος, εἴ τις αἴσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει; Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει ἄνευ θελήματος τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Ὥστε εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ γενόμενον διορθούμεθα, καὶ ἑαυτοὺς προσαπόλλυμεν. Μὴ κατηγορήσωμεν τῆς δικαίας D κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀμαθεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰ ἀῤῥητα αὐτοῦ κρίματα δοκιμάζειν. Νῦν σου λαμβάνει τὴν δοκιμὴν ὁ Κύριος τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης· νῦν σοι πάρεστι καιρὸς διὰ τῆς ὑπομονῆς τὴν μερίδα τῶν μαρτύρων λαβεῖν. Ἡ τῶν Μακκαβαίων μήτηρ ἐπὶ παίδων εἶδε θάνατον, καὶ οὐκ ἀνεστέναξεν, οὐδὲ ἀφῆκεν ἀγεννὲς δάκρυον· ἀλλ' εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, ὅτι ἔβλεπεν αὐτοὺς πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ ταῖς χαλεπωτάταις αἰκίαις τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς λυομένους, εὐδόκιμος μὲν παρὰ Θεῷ, ἀοίδιμος δὲ παρὰ ἀνθρώ-

[17] Matth. x, 29. [18] Rom. ix, 19. [19] II Machab. vii, 20.

(1) Ex epist. vi, 78.

Digitized by Google

ποις ἐκρίθη. Μέγα τὸ πάθος, φημὶ κἀγώ· ἀλλὰ μεγάλοι καὶ οἱ παρὰ τοῦ Κυρίου μισθοὶ τοῖς ὑπομένουσιν ἀποκείμενοι. Ὅτε ἐγένου μήτηρ, καὶ εἶδες τὸν παῖδα, καὶ ηὐχαρίστησας τῷ Θεῷ, ἤδεις πάντως, ὅτι θνητὴ οὖσα θνητὸν ἐγέννησας. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Ἀλλὰ λυπεῖ ἡμᾶς τὸ παρὰ καιρόν. Ἄδηλον, εἰ μὴ εὔκαιρον τοῦτο· ἐπειδὴ ἡμεῖς, καὶ ἐκλέγεσθαι τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὁρίζειν προθεσμίαν ἀνθρωπίνης ζωῆς, οὐκ ἐπιστάμεθα. Περίβλεψαι τὸν κόσμον ἅπαντα, ἐν ᾧ κατοικεῖς· καὶ ἐννόησον, ὅτι πάντα θνητὰ τὰ ὁρώμενα· καὶ πάντα φθορᾷ ὑποκείμενα. Ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανόν, καὶ οὗτός ποτε λυθήσεται· πρὸς τὸν ἥλιον, οὐδὲ οὗτος διαμενεῖ· οἱ ἀστέρες σύμπαντες, ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, τὰ περὶ γῆν κάλλη, αὐτὴ ἡ γῆ, πάντα φθαρτά, καὶ πάντα μικρὸν ὕστερον οὐκ ἐσόμενα. Ἡ τούτων ἔννοια, παραμυθία ἔστω τοῦ συμβεβηκότος. Μὴ καθ' ἑαυτὸ μέτρει τὸ πάθος· ἀφόρητον γὰρ οὕτω φανεῖταί σοι· ἀλλὰ τοῖς ἀνθρωπίνοις πᾶσι συγκρίνουσα, ἐντεῦθεν εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἰσχυρὸν ἔχω· Φεῖσαι τοῦ ὁμοζύγου· ἀλλήλοις γένεσθε παραμυθία· μὴ ποιήσῃς αὐτῷ χαλεπωτέραν τὴν συμφοράν, τῷ πάθει ἑαυτὴν καταναλίσκουσα.

reposita. Mater cum effecta es **539**, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo, plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum: nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas, et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cœlum, et illud ipsum aliquando dissolvetur: ad solem, ne ille quidem permanebit; stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogitatio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris: ita enim tibi videbitur intolerabilis: sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo: Parce marito: alter alteri solamen estote: ne facias ei graviorem calamitatem, dolore te ipsa conficiens.

11. Ὑποπτον γὰρ ἡμῖν ἐστι τὸ ἄγαν σου φιλότεκνον, μήποτε ἔκδοτον δῷς σαυτὴν τῷ πάθει, δι' ἀπαλότητα ἠθῶν βαθεῖαν τὴν πληγὴν δεξαμένη τῆς λύπης. Οὐδὲν γὰρ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ὡς λυπηρὸν ὑποδέχεσθαι χρὴ, κἂν πρὸς τὸ παρὸν ἅπτηται τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ τοὺς λόγους ἀγνοοῦμεν, καθ' οὓς ἕκαστον τῶν γινομένων ὡς καλὸν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἡμῖν ἐπάγεται· ἀλλ' ἐκεῖνο πεπεῖσθαι ὀφείλομεν, ὅτι πάντως συμφέρει τὸ γινόμενον, ἢ ἡμῖν διὰ τὸν τῆς ὑπομονῆς μισθὸν, ἢ τῇ παραληφθείσῃ ψυχῇ, ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον τῇ ζωῇ ταύτῃ ἐπιβραδύνασα, τῆς ἐμπολιτευομένης τῷ βίῳ κακίας ἀναπλησθῇ. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐλπὶς περιώριστο, εἰκότως χαλεπὸν ἂν ἐνομίσθη τὸ θᾶττον διαζευχθῆναι τοῦ σώματος· εἰ δὲ ἀρχὴ τοῦ ἀληθινοῦ βίου τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσίν ἐστι τὸ τῶν δεσμῶν τούτων τῶν σωματικῶν τὴν ψυχὴν ἐκλυθῆναι, τί λυπούμεθα, ὡς καὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; Ἀλλ' ἀνδρὸς φιλτάτου στέρησις ἀνυπομόνητόν σοι τὴν συμφορὰν ἐμποιεῖ. Κἀγὼ συντίθημι. Ὅτι μὲν γὰρ λυπηρὰ συμφορὰ τοῦ πάθους τοῦ κατὰ τὸν ἄριστον τῶν ἀνδρῶν ἐκεῖνον, ἅπαντες ἴσμεν. Πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐστὶ λιθίνην ἔχων τὴν καρδίαν, ὃς εἰς πεῖραν ἀφικόμενος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, εἶτ' ἀκούσας αὐτὸν ἀθρόον ἐξ ἀνθρώπων ἀναρπασθέντα, οὐχ ὡς κοινὴν ζημίαν τοῦ βίου τὴν τούτου στέρησιν ἐλογίσατο. Εἰ δὲ τοῖς πόρρω τῆς οἰκειότητος οὕτω βαρὺ καὶ δύσφορον τὸ συμβὰν, πῶς εἰκὸς ὑπὸ τοῦ πάθους τὴν σὴν διατεθῆναι ψυχὴν, οὕτως ὑποκειμένην τῷ πάθει, ὥστε οἱονεὶ διχοτομίας τινὸς αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ τοῦ φιλτάτου χωρισμῷ τελευτήσαντος; Καὶ γὰρ οὐχ ἧττόν ἐστιν ἀλγεινὴ ἡ τοιαύτη διάζευξις, ἢ εἰ τὸ ἥμισυ

11. (1) Sed tamen suspectus mihi est ingens tuus filii amor, ne forte mœrori te dedas, ob simplicitatem morum profundam plagam recipiens doloris. (2) Nihil eorum quæ nobis accidunt, ut molestum accipere oportet, etiamsi in præsentia infirmitatem nostram tangat. Etsi enim rationes ignoramus, ob quas unumquodque eorum quæ contingunt, veluti bonum a Domino nobis exhibetur: tamen hoc nobis persuasum esse debet, omnino utile esse quod evenit: sive nobis, ob patientiæ mercedem: sive animæ assumptæ, ne diutius in hac vita immorans, vigente in hoc mundo malitia repleretur. Si enim hac vita circumscriberetur Christianorum spes, non immerito sane molestum videretur citius a corpore disjungi: sin autem veræ vitæ initium est, iis qui secundum Deum vivunt, animæ e corporis vinculis solutio, quid tristitia afficimur, sicut et ii qui spem non habent? (3) At viri charissimi privatio intolerabilem tibi calamitatem facit. Et ego assentior. Tristem enim esse calamitatem, optimi illius viri casum, omnes scimus. Nam profecto nemo ita corde lapideo, ut virum illum expertus ac deinde audiens ex hominibus subito ereptum esse, non commune humanæ vitæ damnum illius jacturam existimaverit. Quod si his qui non sunt affinitate conjuncti, id quod accidit adeo grave et ad perferendum difficile: quomodo verisimile sit animam tuam in hoc casu affici, quæ ipsi ita est subjecta, ut veluti bipartitam quamdam sectionem in conjugis separatione senserit? (4) Ejusmodi enim separatio non minus habet doloris, quam si media nostri corporis pars discinderetur. Ac tri-

(1) Ex epist. CCLXIX, 415.
(2) Ex epist. CI, 197.
(3) Ex epist. CCCIII, 438.
(4) Ibid., 439.

Digitized by Google

stia quidem ejusmodi, et his majora; sed quæ in his quæ evenerunt consolatio? Primum quidem vigens illa ab initio lex Dei nostri, necesse omnino esse, ut quisquis natus fuerit, stato tempore de vita exeat. Si igitur sic res humanæ ab Adam ad nostra usque tempora constitutæ sunt, communes naturæ **540** casus animo iniquo ne feramus, sed Domini erga nos dispensationem amplectamur. (1) Ac semper quidem utilis Scripturarum doctrina, sed maxime ejusmodi temporibus. Memento igitur latæ a Creatore nostro sententiæ, per quam quotquot ex terra orti sumus, in terram revertimur [80]: nec quisquam ita magnus, ut dissolutioni non sit obnoxius. Admirandus ille vir erat quidem eximius et magnus, et corporis robori parem habens animi virtutem, fateor et ego; nemini sane in utroque secundus, sed tamen homo erat, et mortuus est, ut Adam, ut Noe, ut Abraham, ut Moses, ut alius quivis, quem ejusdem naturæ participem nominaveris. (2) Unum enim revera exemplar naturæ humanæ virum illum Conditor noster creaverat; unde omnes in eum conjiciebantur oculi, et lingua omnis res illius prædicabat; pictores autem et statuarii formæ dignitatem assequi non poterant; historici vero, dum res præclare in bello gestas referunt, in fabularum incredibilium incommodum incidunt. Quare ne adduci quidem plerique poterant, ut famæ tristem illum nuntium circumferenti crederent, aut omnino mortuum esse talem virum faterentur. Sed tamen perpessus est, quæ et cœlo et soli et terræ accident. (3) Ita igitur dolori moderare, ut neque illum animo projicias, neque a tristitia absorbearis.

12. (4) Eos autem, qui dum vivunt, mutuo conjunguntur, ac deinde morte a se invicem divelluntur, viatoribus cogita non esse absimiles, unam et eamdem euntibus viam, et propter continuam inter se confabulationem necessitudine atque consuetudine devinctis. Hi post emensum iter commune, ubi sectam viam repererint, necessitate jam cogente ut alter ab altero separetur, nequaquam consuetudine detenti negligunt quod sibi proposuerant: sed causam quæ se initio compulit, in memoriam revocantes, ad suam quisque metam contendunt. Quemadmodum igitur his alius erat viæ scopus, intercessit autem ex consuetudine inter ipsos, cum iter facerent, necessitudo quædam ac familiaritas: sic etiam iis qui nuptiis aut alia quapiam vitæ societate conjuncti sunt, fuit procul dubio præstitutus proprius quidam vitæ terminus; sed tamen ipsos inter se conjunctos prædefinitus vitæ finis necessario separavit ac sejunxit. (5) Itaque grati animi fuerit non ægre ferre

[80] Gen. III, 19.

(1) Ex epist. CCLXIX, 415.
(2) Ibid., 416.
(3) Ibid.

A ἡμῶν τοῦ σώματος ἀπερρήγνυτο. Ἀλλὰ τὰ μὲν λοιπὰ τοιαῦτα, καὶ μείζω τούτων· ἡ δὲ ἐπὶ τούτοις παραμυθία τίς; Ἡ ἐξ ἀρχῆς κεκρατηκυῖα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν νομοθεσία· τὸ χρῆναι πάντως τὸν εἰς γένεσιν παρελθόντα, τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἀπέναι τοῦ βίου. Εἰ οὖν οὕτως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρις ἡμῶν τὰ ἀνθρώπινα διατέτακται, μὴ ἀγανακτῶμεν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως ἡμῶν παθήμασιν, ἀλλὰ καταδεχώμεθα τὴν ἐφ' ἡμῖν τοῦ Δεσπότου οἰκονομίαν. Πάντοτε μὲν γὰρ χρήσιμον τὸ τῶν Γραφῶν διδασκαλεῖον, μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων καιρῶν. Μνήσθητι τοίνυν τῆς τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ἀποφάσεως, δι' ἧς πάντες οἱ ἐκ τῆς γῆς φύντες, πάλιν εἰς τὴν γῆν ὑποστρέφομεν· καὶ οὐδεὶς οὕτω μέγας, ὥστε βελτίω φανῆναι τῆς διαλύσεως. Καλὸς μὲν οὖν καὶ μέγας ὁ θαυμα- B στὸς ἐκεῖνος, καὶ ἐφάμιλλος τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, φημὶ κἀγώ· οὐμενοῦν ἔχων ὑπερβολὴν εἰς ἑκάτερα, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος, καὶ τέθνηκεν, ὡς Ἀδὰμ, ὡς Νῶε, ὡς Ἀβραὰμ, ὡς Μωϋσῆς, ὡς ὅντινα ἂν εἴπῃς τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως μετασχόντων. Ἓν τῷ ὄντι ὑπόδειγμα τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ὁ κτίσας ἡμᾶς ἐδημιούργησεν· ὥστε πάντες μὲν ὀφθαλμοὶ πρὸς αὐτὸν ἐτέροντο· πᾶσα δὲ γλῶσσα τὰ κατ' αὐτὸν διεξῄει· γραφεῖς δὲ καὶ πλάσται τῆς ἀξίας ἀπελιμπάνοντο· ἱστορικοὶ δὲ ἄνδρες, τὰ κατ' ἀρετὴν ἀνδραγαθήματα διηγούμενοι, πρὸς τὴν τῶν μύθων ἐκπίπτουσιν ἀπιστίαν. Ὅθεν οὐδὲ πιστεύειν ἠνείχοντο οἱ πολλοὶ τῇ φήμῃ τὴν σκυθρωπὴν ἀγγελίαν περιαγούσῃ, οὐδὲ καταδέχεσθαι ὅλως, ὅτι τέθνηκεν ὁ τοιοῦτος. Ἀλλ' C ὅμως πέπονθεν ἃ καὶ οὐρανῷ καὶ ἡλίῳ καὶ γῇ συμβήσεται. Οὕτω τοίνυν τὸ πάθος μέτρησον, ὡς μήτε ἐκβαλεῖν τῆς καρδίας, μήτε καταποθῆναι ὑπὸ τῆς λύπης.

12. Τοὺς γὰρ κατὰ τὸν βίον συναφθέντας ἀλλήλοις, εἶτα θανάτῳ διισταμένους, ὁδοιπόροις λογίζου παραπλησίους, μίαν πορευομένοις ὁδὸν, καὶ διὰ τὴν συνεχῆ μετ' ἀλλήλων διατριβὴν ἐνωθεῖσιν ὑπὸ τῆς συνηθείας. Οἱ ἐπειδὰν τὴν κοινὴν ὁδὸν διεξελθόντες, καταλάβωσι λοιπὸν σχιζομένην αὐτὴν, τῆς χρείας ἤδη ἀναγκαίως μεριζούσης ἑκάτερον, οὐ τῇ συνηθείᾳ προσκαθεζόμενοι ἀμελοῦσι τῶν προκειμένων, ἀλλὰ τῆς ἐξ ἀρχῆς κινησάσης αὐτοὺς αἰτίας ὑπομνησθέντες, πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος ἀποτρέχουσι D πέρας. Ὡς οὖν ἐκείνοις ἄλλος μὲν ἦν ὁ σκοπὸς τῆς ὁδοῦ, συνέβη δὲ αὐτοῖς ἡ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐκ τῆς συνηθείας οἰκείωσις· οὕτω καὶ τοῖς ἐν γάμῳ, ἢ ἄλλῃ τινὶ κοινωνίᾳ βίου συνημμένοις, ἴδιον προέκειτο δηλονότι τῆς ζωῆς τὸ πέρας· συναφθέντας δὲ ἀλλήλοις, ἀναγκαίως τὸ προδιατεταγμένον τῆς ζωῆς τέλος ἐχώρισε καὶ διέλυσε. Εὐγνώμονος δὲ διανοίας, οὐκ ἐπὶ τῷ χωρισμῷ δυσφόρως ἔχειν τοῦ συναφθέντος, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ἐξ ἀρχῆς συναφείᾳ χάριν ἔχειν τῷ συγκληρώσαντι. Σὺ δὲ, καὶ ὅτε περιῆν σοι

(4) Ex hom. *in mart. Julittam*, 38.
(5) Ibid.

Digitized by Google

ὁ ἀνὴρ ἢ τὸ παιδίον, ἢ ὁτιοῦν ὧν ὀδύρῃ νῦν, οὐχὶ χάριν εἶχες τῶν παρόντων τῷ δεδωκότι, ἀλλ' ἐνεκάλεις ὑπὲρ τῶν ἐλλειφθέντων. Εἰ μὲν ἀνδρὶ μόνῳ συνῴκεις, ὅτι μὴ παῖδες ἦσαν οἵους ἐβούλου· εἰ δὲ καὶ παῖδες παρῆσαν, ὅτι μὴ ὑπερεπλούτεις. Ὅρα τοίνυν, μήποτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἀναγκαίας τῶν φιλτάτων τὰς στερήσεις κατασκευάζωμεν· παρόντων μὲν, οὐκ αἰσθανόμενοι, παρελθόντων δὲ, περιεχόμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ παρακειμένων τῶν ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν οὐκ εὐχαριστοῦμεν, ἀναγκαία ἡμῖν ἡ ἀφαίρεσις διὰ τὴν αἴσθησιν γίνεται. Ὥσπερ γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τὸ ἄγαν προκείμενον οὐχ ὁρῶσιν, ἀλλὰ δέονται συμμέτρου τινὸς ἀποστάσεως· οὕτω καὶ αἱ ἀχάριστοι ψυχαὶ ἐοίκασιν ἐν τῇ ἀλλοτριώσει τῶν ἀγαθῶν τῆς παρελθούσης χάριτος ἐπαισθάνεσθαι. Ὅτε γὰρ ἀπέλαυον τῶν χρηστοτέρων, οὐδεμίαν χάριν τῷ δεδωκότι γινώσκοντες· μετὰ τὴν στέρησιν, τὸ παρελθὸν μακαρίζουσιν. Ἀλλ' ἡμεῖς ἀφέντες τὰς ἐπὶ τοῖς ἀποῦσι λύπας, διδαχθῶμεν τὴν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εὐχαριστίαν ἀποδιδόναι. Εἴπωμεν, ἐν μὲν ταῖς σκυθρωποτέραις περιστάσεσι τῶν πραγμάτων, τῷ σοφῷ ἰατρῷ· *Ἐν θλίψει μικρᾷ ἡ παιδεία σου ἡμῖν.* Εἴπωμεν· *Ἀγαθόν μοι, ὅτι ἐταπείνωσάς με.* Εἴπωμεν, ὅτι *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.* Εἴπωμεν, ὅτι *Ὀλίγα ὧν ἡμάρτομεν μεμαστιγώμεθα.* Παρακαλέσωμεν τὸν Κύριον, ὅτι *Παίδευσον ἡμᾶς, Κύριε, πλὴν ἐν κρίσει, καὶ μὴ ἐν Θυμῷ. Ἐλεγχόμενοι γὰρ ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν.* Ἐν δὲ τῇ φαιδροτέρᾳ τοῦ βίου διαγωγῇ ἐκείνην λέγωμεν τοῦ Δαβὶδ τὴν φωνήν· *Τί ἀνταποδώσομεν τῷ Κυρίῳ περὶ πάντων ὧν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν;* καλῶς ἀποροῦντος τοῦ Προφήτου, καὶ περισκοποῦντος αὐτοῦ τὴν πενίαν, ὅτι οὐδὲν ἔχει πρὸς ἀντίδοσιν ἄξιον· ὃς ἐφ' οὕτω μεγάλαις καὶ λαμπραῖς εὐεργεσίαις, οὐμενοῦν ἐχούσαις ὑπερβολὴν, πολλαπλασίονα ἡμῖν τὰ εἰς ὕστερον ἐπαγγέλλεται ἀγαθὰ, *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.* Ὧν καὶ ἡμεῖς ἐπιτύχοιμεν, ἐκ τῶν παθῶν τῆς σαρκὸς ἑαυτοὺς ἐκκαθάραντες, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A separationem illius qui conjunctus fuerat: sed ei qui hujusce consortii auctor fuerat, gratiam ob primam conjunctionem habere. Tu quoque cum superstes esset vir tuus, aut infantulus, aut quodlibet eorum quæ nunc lamentaris, nullas grates rependebas bonorum præsentium largitori: imo de absentibus conquerebaris. Et quidem si absque prole cum viro degebas, querebare quod filii quales desiderasses, tibi non essent: sin autem habebas filios, dolebas quod non affluceres divitiis. Cave igitur, ne forte charissimorum privationem nobis ipsis reddamus necessarium, cum non afficiamur illorum præsentia, sed amissos desideremus. Quoniam enim pro præsentibus bonis a Deo collatis grates non persolvimus: ideo privari B nos iis necesse est, ut affectus noster **541** commoveatur. Quemadmodum enim non vident oculi quod nimium propre admotum est, sed congruenti aliquo spatio indigent: ita et ingratæ animæ per bonorum abalienationem videntur de præterito beneficio affici. Nam cum fruerentur bonis, nullam tum gratiam habebant largitori; sed ubi sunt iis spoliatæ, id ipsum quod evanuit, laudant æstimantque. (1) Nos autem mœrorem ex iis quæ desunt emergentem amandantes, discamus ob præsentia gratias exsolvere. Dicamus sapienti medico in tristioribus rerum infortuniis, *In tribulatione parva, disciplina tua nobis* [81]. Dicamus: *Bonum mihi quia humiliasti me* [82]. Dicamus: *Non sunt condignæ* C *passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [83]. Dicamus: *Pauca præ iis quæ peccavimus accepimus verba* [84]. Obsecremus Dominum: *Castiga me, Domine, verumtamen in judicio, et non in furore* [85]. *Cum enim redarguimur, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur* [86]. At vero in lætiore vitæ statu emittamus illam Davidis vocem: *Quid retribuemus Domino pro omnibus quæ retribuit nobis* [87]? recte nimirum dubitante Propheta, ac inopiam suam circumspiciente, talem videlicet, ei ut nihil suppeteret dignum quod retribueret. Dominus enim post beneficia adeo magna splendidaque, et quibus nihil præstantius, nobis in posterum multo majora pollicetur, *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et* D *in cor hominis non ascenderunt quæ præparavit Deus diligentibus se* [88]. Quæ utinam nos corporeis his affectibus repurgati consequi etiam valeamus, per gratiam ac humanitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria, et potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΛΥΠΗΣ ΚΑΙ ΑΘΥΜΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΒ'.

1. Ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν εὐοδούμενον, καὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν κεκμηκυῖαν καὶ ἀπαγορεύουσαν πρὸς τὸ συνεχὲς τῶν ἐπηρειῶν, ἀθυμίας πληροῦ-

DE TRISTITIA ET ANIMI DEJECTIONE.

SERMO XII.

1. (2) Cum video et malum ad optatos exitus perduci, et vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates, mœstitia

[81] Isa. xxvi, 16. [82] Psal. cxviii, 71. [83] Rom. viii, 18. [84] Job xv, 11. [85] Jerem. x, 24. [86] I Cor. xi, 22. [87] Psal. cxv, 12. [88] I Cor. ii, 9.

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 40.

(2) Ex epist. ccxlvi, 583.

Digitized by Google

repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum considero, eumque nosse et confractos erigere, et justos diligere, superbos vero conterere, et potentes de suis sedibus dejicere: rursus immutatus spe conceptâ allevor. (1) Novi et persuasum habeo, quod et vobis notum esse volo, celerem adfuturam opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passi sumus, ob peccata nostra passi sumus; sed opem suam, ob suum in servos suos amorem ac misericordiam, benignus ostendet. (2) Sive enim peccatorum solvimus pœnas, sufficiunt flagella ad evertendam deinceps Dei in nos iram [89]; sive ad sustinenda pro pietate certamina his tentationibus vocamur, justus est certaminum arbiter, ut non sinat tentari nos ultra quam ferre possumus: sed nobis reddat pro toleratis jam laboribus, patientiæ et spei in ipsum nostræ coronam. (3) Quis enim animo ita adamantino, quis ita commiserationis omnis ac mansuetudinis expers, ut audiens gemitum **542** undique auras nostras ferientem, velut ex tristi quodam choro communem quamdam ac consonam lamentationem edente, non animo doleat, non humi procumbat, et non penitus inextricabilibus his curis tabescat? Hæc autem dico, (4) non consolandi gratia: quis enim sermo inveniatur tantæ medicus calamitatis? sed cordis mei dolorem, quantum possumus, vobis hac voce significo. συμφορᾶς ἰατρός;) ἀλλὰ τὴν ὀδύνην τῆς καρδίας μου, καθ' ὅσον δυνατόν, ἐκ τῆς φωνῆς ταύτης ὑμῖν διασημαίνων.

μαι. Ὅταν δὲ πάλιν τὴν μεγάλην χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἐννοήσω, καὶ ὅτι οἶδεν ἀνορθοῦν τοὺς κατερράγμένους καὶ ἀγαπᾷν δικαίους, συντρίβειν τε ὑπερηφάνους, καὶ καθαιρεῖν ἀπὸ θρόνων δυνάστας· πάλιν μεταβαλὼν, κουφότερος γίνομαι ταῖς ἐλπίσι. Καὶ οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὃ καὶ ὑμᾶς γινώσκειν βούλομαι, ὅτι ταχεῖα ἔσται ἡ ἀντίληψις, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἔσται ἡ ἐγκατάλειψις. Ἃ μὲν γὰρ πεπόνθαμεν, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πεπόνθαμεν· τὴν δὲ αὐτοῦ βοήθειαν διὰ τὴν περὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ ἀγάπην καὶ εὐσπλαγχνίαν ὁ φιλάνθρωπος ἐπιδείξεται. Εἴτε γὰρ ἁμαρτημάτων ἀποτίννυμεν δίκας, ἱκαναὶ αἱ μάστιγες πρὸς παραίτησιν λοιπὸν τῆς ἐφ' ἡμῖν ὀργῆς τοῦ Θεοῦ· εἴτε εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀγῶνας διὰ τῶν πειρασμῶν τούτων κεκλήμεθα, δίκαιος ὁ ἀθλοθέτης μὴ ἐᾶσαι ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα ὑπενεγκεῖν· ἀλλ' ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις ἀποδοῦναι ἡμῖν τὸν τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος στέφανον. Τίς γὰρ οὕτως ἀδαμάντινος τὴν ψυχὴν, τίς οὕτως παντελῶς ἀσυμπαθὴς καὶ ἀνήμερος, ὡς ἀκούων τοῦ πανταχόθεν ἡμᾶς (7) προσβάλλοντος στεναγμοῦ, οἷον ἀπό τινος χοροῦ κατηφοῦς, κοινόν τινα θρῆνον καὶ σύμφωνον προσηχοῦντος, μὴ οὐχὶ παθεῖν τὴν ψυχὴν, καὶ κατακαμρθῆναι εἰς γῆν, καὶ ταῖς ἀμηχάνοις ταύταις ἀνίαις παντελῶς ἐκτακῆναι; Ταῦτα δὲ λέγω, οὐ παρακλήσεως ἕνεκεν, (τίς γὰρ καὶ λόγος εὑρεθείη τοσαύτης μου, καθ' ὅσον δυνατόν, ἐκ τῆς φωνῆς ταύτης ὑμῖν διασημαίνων.

2. (5) Perspeximus enim astutiam belli diabolici, qui, ubi vidit in hostium persecutionibus multiplicari in vobis virtutem, ac magis florere, mutavit suum ipsius consilium, nec jam aperte bellum gerit, sed occultas nobis insidias struit, obtegens callidam nocendi voluntatem nomine quod circumferunt hostes, ut et patiamur eadem quæ patres nostri, nec videamur pati pro Christo, eo quod Christianorum nomen habeant et ipsi persecutores. (6) Hæc nos perculserunt, et propemodum mente emoverunt. Ad has autem cogitationes illa etiam accessit: Num Dominus servos suos reliquit? num novissima hora est, et defectio per hæc ingreditur, ut reveletur tandem iniquus ille, filius perditionis, qui adversatur, et effertur adversus omnem qui dicitur Deus aut numen [90]? Sed tamen sive temporaria est ista tentatio, ferte illam, ut boni Christi athletæ: sive etiam res summo interitui traditæ sunt, animo ne concidamus ob præsentia, sed exspectemus e cœlis revelationem, et adventum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi. Etenim si creatura omnis dissolvetur, et transmutabitur mundi hujus figura, quid mirum

2. Ἐλογισάμην γὰρ τὸ ἔντεχνον τοῦ διαβολικοῦ πολέμου· ὃς ἐπειδὴ εἶδεν ἐν ταῖς παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπηρείαις πληθυνομένην τὴν ἀρετὴν ἐν ὑμῖν, καὶ μᾶλλον θάλλουσαν, μετέστρεψεν ἑαυτοῦ τὴν βουλὴν, καὶ οὐκ ἔτι ἐκ τοῦ προφανοῦς πολεμεῖ, ἀλλὰ κεκρυμμένας (8) ἡμῖν τὰς ἐνέδρας τίθησι, καλύπτων αὐτοῦ τὴν ἐπιβουλὴν διὰ τοῦ ὀνόματος οὗ περιφέρουσιν οἱ πολέμιοι· ἵνα καὶ πάθωμεν τὰ αὐτὰ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, καὶ μὴ δόξωμεν πάσχειν ὑπὲρ Χριστοῦ, διὰ τὸ Χριστιανῶν ὄνομα ἔχειν καὶ τοὺς διώκοντας. Ταῦτα ἡμᾶς ἐξέπληξε, καὶ μικροῦ δεῖν (9), ἔξω ἐποίησε τῶν λογισμῶν. Συνεισῆλθε δὲ τούτοις τοῖς διαλογισμοῖς κἀκείνη ἡ ἔννοια· Ἆρα μὴ ἐγκατέλιπεν ἑαυτοῦ τοὺς δούλους ὁ Κύριος; ἆρα μὴ ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ, καὶ ἡ ἀποστασία διὰ τούτων λαμβάνει τὴν εἴσοδον, ἵνα λοιπὸν ἀποκαλυφθῇ ὁ ἄνομος, ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ ἀντικείμενος, καὶ ὑπεραιρόμενος ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα; Πλὴν, εἴτε πρόσκαιρός ἐστιν ὁ πειρασμὸς, βαστάσατε αὐτὸν ὡς καλοὶ (10) τοῦ Χριστοῦ ἀγωνισταί· εἴτε καὶ τῇ παντελεῖ φθορᾷ τὰ πράγματα παραδέδοται, μὴ ἀκηδιάσωμεν πρὸς τὰ παρόντα· ἀλλ' ἀναμείνωμεν τὴν ἐξ οὐρανῶν ἀποκάλυψιν καὶ ἐπι-

[89] I Cor. x, 13. [90] II Thess. II, 3.

(1) Ex epist. CCXLVII, 583.
(2) Ex epist. CXL, 252.
(3) Ibid.
(4) Ex epist. XXIX, 109.
(5) Ex epist. CXXXIX, 230.
(6) Ibid., 231.
(7) *Ἡμᾶς*. Sic Regius codex cum contextu. Editi ὑμᾶς.
(8) *Κεκρυμμένας*. Sic idem codex et contextus. Editi κεκρυμμένως.
(9) *Μικροῦ δεῖν*. Deest postrema vox in utroque codice Regio.
(10) *Ὡς καλοὶ*. Contextus οἱ καλοί.

Digitized by Google

φάνειαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ πᾶσα ἡ κτίσις λυθήσεται, καὶ μεταποιηθήσεται τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, τί θαυμαστὸν καὶ ἡμᾶς, μέρος ὄντας τῆς κτίσεως, παθεῖν τὰ κοινὰ πάθη, καὶ παραδοθῆναι θλίψεσιν, ἃς κατὰ τὸ μέτρον τῆς δυνάμεως ἡμῶν ὥρισεν ὁ δίκαιος κριτὴς, οὐκ ἐῶν ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ διδοὺς σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν; Μὴ τοίνυν ἀποκάμωμεν, ἀδελφοί· ἀναμένουσι γὰρ ἡμᾶς οἱ τῶν μαρτύρων στέφανοι· ἕτοιμοί εἰσιν οἱ χοροὶ ὁμολογητῶν προτεῖναι ὑμῖν (1) τὰς χεῖρας, καὶ δέξασθαι ὑμᾶς εἰς τὸν ἴδιον ἀριθμόν. Μνήσθητε τῶν πάλαι ἁγίων, ὅτι οὐδεὶς τρυφῶν, οὐδὲ κολακευόμενος, τῶν στεφάνων τῆς ὑπομονῆς ἠξιώθη· ἀλλὰ πάντες διὰ μεγάλων θλίψεων πυρωθέντες, τὸ δοκίμιον ἐπεδείξαντο. Μακάριος ὁ καταξιωθεὶς τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθημάτων. Μακαριώτερος δὲ ὁ πλεονάσας ἐν τοῖς παθήμασι· διότι οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ὁ γὰρ μὴ ὑποπεσὼν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος, τῆς λύπης τὸ βάρος ὑπενεγκών, μεγάλην ἔχει παρὰ Θεῷ τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀντίδοσιν.

A est nos quoque, qui rerum creatarum pars sumus, communibus malis affici, ac tradi afflictionibus, quas pro virium nostrarum modulo infligit nobis justus judex, non tentari nos sinens supra id quod possumus, sed dans una cum tentatione exitum, ut perferre possimus [91]? Ne igitur deficiamus, fratres: exspectant enim nos martyrum coronæ: parati sunt confessorum chori manus vobis porrigere, inque suum numerum recipere. Memineritis veterum sanctorum, quorum nemo deliciis inserviens, aut adulationibus delinitus, coronas patientiæ consecutus est; sed omnes per magnas afflictiones quasi per ignem tentati, experimentum sui dederunt. (5) Beatus qui dignus habetur, qui patiatur pro Christo. Beatior qui majora B patitur, quandoquidem afflictiones temporis præsentis dignæ non sunt, quæ comparentur cum gloria, quæ deinceps revelabitur in nobis. (6) Qui enim non succumbit afflictionibus, sed per spem in Deum doloris pondus tolerat, is magnam habet apud Deum patientiæ mercedem.

3. Ὥσπερ οὖν οἱ σκώληκες τοῖς ἁπαλωτέροις τῶν ξύλων ἐντίκτονται μάλιστα, οὕτως αἱ λῦπαι τοῖς μαλακωτέροις ἤθεσι τῶν ἀνθρώπων ἐμφύονται. Οὔτε δὲ γυναιξὶν, οὔτε ἀνδράσιν ἐπιτέτραπται τὸ πολυπενθὲς καὶ πολύδακρυ· ἀλλ' ὅσον ἐπιστυγνάσαι τοῖς λυπηροῖς, καὶ μικρόν τι δάκρυον ἐπιστάξαι, καὶ τοῦτο ἡσυχῇ, μὴ ἀναβρυχόμενον, μηδὲ ὀλολύζοντα, μηδὲ καταῤῥηγνύντα χιτῶνα, ἢ κόνιν χεόμενον, μηδ' ἄλλο τι τοιοῦτον ἀσχημονοῦντα τῶν ἐπιτηδευομένων παρὰ τῶν ἀπαιδεύτως ἐχόντων πρὸς τὰ ἀνθρώπινα (2). Ἀνάνδρου γὰρ ψυχῆς, καὶ οὐδένα τόνον (3) ἐκ τῆς ἐπὶ Θεὸν ἐλπίδος ἐχούσης, τὸ σφοδρῶς καταῤῥήγνυσθαι καὶ ὑποπίπτειν τοῖς λυπηροῖς. Τὸ μὲν γὰρ δάκρυον, ὥσπερ ἐκ πληγῆς (4) τινος, τῆς προσβολῆς τοῦ ἀβουλήτου τὴν ψυχὴν τύπτοντος καὶ συστέλλοντος, καταθλιβομένου τοῦ περικαρδίου πνεύματος, ἀποτίκτεσθαι πέφυκεν· ἡ δὲ χαρὰ οἷον σκίρτημά τί ἐστι τῆς ψυχῆς ἐπαγαλλομένης τοῖς κατὰ γνώμην. Ὅθεν καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα συμπτώματα διενήνοχε. Τοῖς μὲν γὰρ λυπουμένοις, ὠχρὸς καὶ πελιδνὸς καὶ κατεψυγμένος ὁ ὄγκος· τοῖς δὲ φαιδρυνομένοις, ἐξανθοῦσα καὶ ὑπέρυθρος ἡ τοῦ σώματος ἕξις, μονονουχὶ πηδώσης τῆς ψυχῆς, καὶ προωθουμένης ὑφ' ἡδονῆς εἰς τὸ ἔξω. Καὶ πολλοὺς ἔγνωμεν ἐν συμφοραῖς ἀνηκέστοις ἀποστάξαι δάκρυον βιαίως ἐγκαρτερήσαντας· εἶτα τοὺς μὲν εἰς ἀνήκεστα ἐκπεσόντας πάθη, ἀποπληξίας ἢ παραλύσεις· τοὺς δὲ καὶ παντελῶς ἀποψύ-

3. (7) Quemadmodum igitur in lignis teneroribus gignuntur vermes: sic tristitia in molliore hominum indole innascitur. **543** Nec vero mulieribus, neque viris effusior ille luctus fletusque permissus est: sed tantum, quantum fas est, afflictari de adversis, et parum lacrymari, idque tacite, sine fremitibus, sine ejulatibus, adeo ut nec C vestis scindatur, nec cinis inspergatur, nec aliud quidquam eorum indecore fiat, quæ studiose facere solent qui ad humanos casus nulla imbuti fuere disciplina. Etenim animi est ignavi, nullumque ex reposita in Deo spe robur habentis, frangi admodum, et adversis succumbere. (8) Nam lacrymæ velut ex quodam ictu, ex improviso casu percutiente animam, eamque contrahente, compresso circa cor spiritu, oriri consuevere: gaudium vero est animæ ob res ex sententia succedentes gestientis, quidam quasi saltus. Illinc differunt corporis symptomata. Tristes quidem subpallidam lividamque ac rigentem habent corporis molem: D inest vero efflorescens quædam et subrubra corporis habitudo lætis et hilaribus, anima tantum non prosiliente et prorumpente ad exteriora præ voluptate. (9) Ac novimus multos in gravissimis adversitatibus sibi per vim a lacrymis temperasse; quorum alii posthac in immedicabiles morbos inciderunt, in apoplexiam, paralysimque; alii vero omnino supremum diem obierunt, quod eorum vires,

[91] I Cor. x, 13.

(1) *Ὑμῖν*. Sic Regius codex 1992, cum contextu, et paulo post *ὑμᾶς*. Editi ἡμῖν et ἡμᾶς.

(2) *Πρὸς τὰ ἀνθρώπινα*. Haud scio an melior sit hæc scriptura, quam quod in contextu legitur, πρὸς τὰ οὐράνια.

(3) *Τόνον*. Sic contextus. Editi nostri τόπον.

(4) *Πληγῆς*. Sic etiam contextus, multo aptius quam editi nostri, πηγῆς.

(5) Ex epist. CXXXIX. 231.

(6) Ex epist. CCCII, 439.

(7) Ex hom. *De gratiarum actione*, 30.

(8) Ibid., 28.

(9) Ibid., 29.

Digitized by Google

quasi debile quoddam fulcrum, pondere tristitiæ frangerentur. Nam quod videre in flamma licet, quam fumus proprius, si non exeat, sed circumvolvatur, suffocat; id etiam in facultate, qua animal constituitur, fieri dicunt, nimirum extabescere illam et exstingui præ doloribus, si nullus ad exteriora aperiatur exitus. (1) Cur enim Lazari causa Christus flevit? certe ut querulorum ac luctus amantium ad flendum propensionem, animique eorum demissionem sanaret. Quod enim citra ullam animi commotionem, sed ad erudiendos nos lacrymatus est Dominus, perspectum est ac manifestum ex illo: *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum* [92]. Quis nostrum deflet amicum dormientem, quem aliquanto post sperat expergefactum iri? *Lazare, veni foras* [93]. Mortuus revocabatur ad vitam; alligatus ambulabat. Inest miraculum in miraculo. Pedes ligabantur institis, nec tamen a motu prohibebatur. Etenim aderat vis quædam obice major. Quomodo igitur Dominus, qui erat talia facturus, casum illum lacrymis dignum judicasset? Annon palam est, ipsum infirmitatem nostram undique suffulcientem, eas affectiones quæ inevitabiles sunt et necessariæ, intra modos quosdam ac terminos continuisse? Apathiam quidem vitavit tanquam quiddam ferinum: noluit tamen mœrori ac tristitiæ deditus esse, ac multum lacrymari, quod hoc illiberale esset et ignavum. (2) At vero Job, quid? num illi adamantinum erat cor? num compacta ei erant ex saxo viscera? Ceciderunt ei decem liberi in brevi temporis momento, una plaga obtriti, in domo jucunditatis, in tempore deliciarum, decutiente in eos domum diabolo. Vidit mensam sanguine immistam, vidit liberos diverso quidem tempore natos, sed unum communemque sortitos vitæ exitum. Non ejulavit, **544** non comam evellit, non emisit vocem ullam degenerem, sed celebrem illam et ab omnibus decantatam gratiarum actionem protulit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita et factum est; sit nomen Domini benedictum* [94]. Num homo ille erat expers affectionum? At quomodo? cum ipse de se dicat: *Ego flevi super omni afflicto* [95]. Estne his dicendis mentitus? Imo vero præter cæteras virtutes veritas veracem eum quoque fuisse declarat, his verbis: *Homo inculpatus, justus, pius, verax* [96]. Verum hominum plerique cantilenis quibusdam ad mœstitiam compositis ad flendum abutuntur, studentque animum suum modulis lugubribus absumere; et quemadmodum peculiaria sunt tragœdis fictio et apparatus, quocum theatra conscendunt: ita et lugenti hanc existimant speciem convenire, vestem atram, comam

A ξαντας, ὥσπερ ἐρείσματος ἀσθενοῦς τῆς δυνάμεως αὐτῶν τῷ βάρει τῆς λύπης ἀποκλασθείσης. Ὁ γὰρ ἐπὶ τῆς φλογὸς ὁρᾷν ὑπάρχει, ὑπὸ τοῦ οἰκείου αὐτὴν καπνοῦ καταπνίγεσθαι, μὴ ὑπεξιόντος, ἀλλὰ περὶ αὐτὴν εἱλουμένου· τοῦτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομούσης τὸ ζῶον δυνάμεως γίνεσθαι· ἀπομαραίνεσθαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὀδυνηρῶν καὶ κατασβέννυσθαι, μηδεμιᾶς γενομένης ἐπὶ τὸ ἔξω διαπνοῆς. Τίνος γὰρ ἕνεκεν ἐπὶ τῷ Λαζάρῳ ὁ Χριστὸς ἐδάκρυε; τῶν ὀδυρτικῶν πάντως καὶ φιλοθρήνων τὸ ἄγαν περιπαθὲς καὶ ταπεινὸν ἐπανορθούμενος. Ὅτι γὰρ οὐκ ἐμπαθὲς ἦν τὸ δάκρυον τοῦ Κυρίου, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὸν, ἐκεῖθεν δῆλον· *Λάζαρος ὁ φίλος ἡμῶν κεκοίμηται, ἀλλὰ πορεύομαι ἵνα ἐξυπνίσω αὐτόν*. Τίς δὲ ἡμῶν κοιμώμενον ἐδύρεται B φίλον, ὃν μικρὸν ὕστερον προσδοκᾷ διυπνίζειν; *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω*· καὶ ὁ νεκρὸς ἐζωοποιεῖτο, καὶ ὁ δεδεμένος περιεπάτει. Θαῦμα ἐν θαύματι· χειρίαις δεδέσθαι τοὺς πόδας, καὶ μὴ κωλύεσθαι πρὸς τὴν κίνησιν· μεῖζον γὰρ ἦν τὸ ἐνισχύον τοῦ ἐμποδίζοντος. Πῶς οὖν ὁ τὰ τοιαῦτα ἐνεργεῖν μέλλων, δακρύων ἄξιον τὸ συμβὰν ἔκρινεν; Ἢ δῆλον, ὅτι πανταχόθεν ἡμῶν τὸ ἀσθενὲς ὑπερείδων, μέτροις τισὶ καὶ ὅροις τὰ ἀναγκαῖα περιέλαβε πάθη· τὸ μὲν ἀσυμπαθὲς ὡς θηριῶδες ἐκκλίνων, τὸ δὲ φιλόλυπον καὶ πολύθρηνον ὡς ἀγεννὲς παραιτούμενος. Ὁ δὲ Ἰὼβ, τί; μὴ ἀδαμάντινος ἦν τὴν καρδίαν; μὴ ἐκ λίθου ἦν αὐτῷ πεποιημένα τὰ σπλάγχνα; Ἔπεσον αὐτῷ δέκα παῖδες ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ, μιᾷ πληγῇ συντριβέντες, C καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τῆς θυμηδίας, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀπολαύσεως, ἐπικατασείσαντος αὐτοῖς τοῦ διαβόλου τὸ οἴκημα. Εἶδε τράπεζαν αἵματι μεμιγμένην· εἶδε παῖδας διαφόρως μὲν κατὰ τὸν χρόνον ἀποτεχθέντας, κοινῇ δὲ ὑπεξελθόντας τοῦ βίου (3) τὸ τέλος. Καὶ οὐκ ὤμωξεν, οὐ κατετίλατο κόμην, οὐκ ἀφῆκέ τινα φωνὴν ἀγεννῆ, ἀλλὰ τὴν ἀοίδιμον ἐκείνην καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνυμνουμένην εὐχαριστίαν ἀπεφθέγξατο· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο· εἴη τὸ ὄνομα Κυρίου εὐλογημένον*. Μὴ ἀσυμπαθὴς ὁ ἄνθρωπος; Καὶ πῶς; ὅς γε περὶ ἑαυτοῦ λέγει· *Ἐγὼ ἔκλαυσα ἐπὶ παντὶ θλιβομένῳ*. Ἀλλὰ ἆρα μὴ ἐψεύδετο ταῦτα λέγων; Καὶ μὴν μαρτυρεῖ αὐτῷ ἡ ἀλήθεια, ὅτι πρὸς ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς καὶ ἀληθινὸς ἦν· *Ἄνθρωπος γάρ*, D φησὶν, *ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, ἀληθινός*. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ᾠδαῖς τισι πρὸς τὸ κατηφὲς πεποιημέναις καταθρηνοῦσι, καὶ μέλεσι γοεροῖς ἐκτήκειν ἑαυτῶν τὰς ψυχὰς ἐπιτηδεύουσι· καὶ ὥσπερ τῶν τραγῳδῶν ἴδιόν ἐστι τὸ ἀνάπλασμα καὶ ἡ σκευὴ, μεθ' ἧς τὰ θέατρα καταλαμβάνουσιν· οὕτως οἴονται προσήκειν καὶ τῷ πενθοῦντι πρέπον εἶναι σχῆμα, μέλαν ἱμάτιον, καὶ αὐχμηρὰν κόμην, καὶ σκότος ἐν οἰκίᾳ, καὶ ῥύπον, καὶ κόνιν, καὶ μέλος στυγνὸν, ἀεὶ νεαρὸν τῆς λύπης τὸ τραῦμα τῇ ψυχῇ

[92] Joan. xi, 11. [93] ibid. 43. [94] Job i, 21. [95] Job xxx, 25. [96] Job i, 1.

(1) Ex hom. *De gratiarum actione*, 29.
(2) Ibid., 30.
(3) *Βίου*. Addidimus hanc vocem ex codice Regio et contextu.

Digitized by Google

διασώζοντι (1)· οὐκ εἰδότες (2), ὅτι ψυχὴ ἡ ἄπαξ προσδεθεῖσα τῷ πόθῳ τοῦ κτίσαντος, καὶ τοῖς ἐκεῖ κάλλεσιν ἐνειθισμένη φαιδρύνεσθαι, τὸ περιχαρὲς αὐτῆς καὶ εὔθυμον ὑπὸ τῆς ποικίλης μεταπτώσεως τῶν σαρκικῶν παθημάτων οὐ μεταβαλεῖ, ἀλλὰ τὰ τοῖς ἄλλοις λυπηρὰ προσθήκην εὐφροσύνης ποιήσεται. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀσθενεῖς τὰ ὄμματα, τῶν ἄγαν λαμπρῶν τὰς ὄψεις ἀπάγοντες, ἄνθεσι καὶ πόαις προσαναπαύουσιν· οὕτω χρὴ καὶ τὴν ψυχὴν μὴ συνεχῶς καταβλέπειν τὸ λυπηρὸν, μηδὲ τοῖς παροῦσιν ἀνιαροῖς προσκεῖσθαι, ἀλλὰ πρὸς τὴν θεωρίαν τῶν ὄντως ἀγαθῶν περιάγειν αὐτῆς τὰ ὄμματα.

A squalidam, tenebras in domo, sordes, pulverem, et lugubrem cantum, mœroris vulnus semper recens in animo servanti : nescientes animam quæ semel Conditoris sui capta est desiderio, earumque rerum quæ illic sunt pulchritudine exhilarari assuevit, summum illud gaudium et alacritatem, corporearum perturbationum vicissitudine non mutare, imo quæ cæteris sunt molesta, ad lætitiæ accessionem convertere. (5) Ut enim ii, quibus oculi infirmi sunt, obtutus suos a rebus nimis fulgidis deflectunt, eosque florum et herbarum recreant conspectu : ita quoque non debet anima semper sibi res tristes ponere ob oculos, nec jugiter in præsentibus ærumnis defigi, sed bona vera speculari.

4. (2) Cogita autem, o homo, diem extremam (siquidem non tu solus sæculum æternum vives), anxietatem, suffocationem, mortis horam, urgentem Dei sententiam, festinantes angelos, animum interea graviter perturbatum, et conscientia peccatrice amare excruciatum, seque miserabiliter ad ea quæ hic sunt convertentem, ac ineluctabilem longe illius peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua extremum communis vitæ finem, cum veniet Filius hominis in gloria sua. *Veniet enim et non silebit* [19] : nimirum quando veniet judicaturus vivos et mortuos, atque unicuique secundum opus suum redditurus; quando tuba illa magnum quiddam ac horrendum sonans excitabit eos qui ab orbe condito dormierint, **553** et procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem judicii [20]. Revoca tibi in memoriam Danieli oblatam Dei visionem, quomodo nobis ob oculos judicium ponat. *Aspiciebam*, inquit, *donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Flumen ignis trahebat in conspectu ejus. Mille millia deserviebant ei, et dena millia denum millium assistebant ei. Judiciique locum constituit, et libri aperti sunt* [21], bona, mala, manifesta, occulta, actiones, verba, cogitationes, omnia acervatim, ut ab omnibus et angelis et hominibus exaudiri pos-

C

D

4. Λάβε τοίνυν εἰς ἔννοιαν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, ὦ ἄνθρωπε (οὐ γὰρ δὴ σὺ μόνος τὸν αἰῶνα βιώσῃ), καὶ τὴν συνοχὴν (6) καὶ πνιγμὸν, καὶ θανάτου ὥραν, καὶ ἀπόφασιν Θεοῦ κατεπείγουσαν, καὶ ἀγγέλους ἐπισπεύδοντας, καὶ ψυχὴν ἐν τούτοις δεινῶς θορυβουμένην, καὶ ἁμαρτωλῷ συνειδότι πικρῶς μαστιγουμένην (7), καὶ πρὸς τὰ τῇδε ἐλεεινῶς ἐπιστρέφουσαν, καὶ ἀπαραίτητον τῆς μακρᾶς ἐκείνης ἀποδημίας ἀνάγκην. Διάγραψόν μοι τῇ διανοίᾳ τὴν τελευταίαν τοῦ κοινοῦ βίου καταστροφὴν, ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. Ἥξει γάρ, *καὶ οὐ παρασιωπήσεται*· ὅταν ἔλθῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· ὅταν ἡ σάλπιγξ ἐκείνη, μέγα τι καὶ φοβερὸν ἠχήσασα, τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐξυπνίσῃ καθεύδοντας, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Μνήσθητι τῆς τοῦ Δανιὴλ θεοπτίας, ὅπως ἡμῖν ὑπ' ὄψιν ἄγει τὴν κρίσιν. *Ἐθεώρουν*, φησὶν, *ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκαθέζετο. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκυεν* (8) *ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν*, τὰ καλὰ, τὰ φαῦλα, τὰ φανερὰ, τὰ κεκρυμμένα, τὰ πράγματα, τὰ ῥήματα, τὰ ἐνθυμήματα, τὰ πάντα

[18] Prov. IX, 8. [19] Psal XLIX, 3. [20] Joan. V, 39. [21] Dan. VII, 9-10.

(1) Ex hom. *in psal.* LXI, 198.

(2) Ex epist. XLVI, 138.

(3) *Φωνῇ*. Sic Regius codex 1992, melius quam editi φωνεῖ. Paulo post idem codex καὶ ἴστε. Hic autem locus ab his verbis, καὶ μὴ μενομίσῃς, usque ad illa, Ἔλεγχος ἀκριβής, non repertus in contextu.

(4) *Ἀπῆλθες*. Forte ἐπῆλθες. EDIT.

(5) *Παραπλησίως*. Magis arridet hæc scriptura, quam quod legitur in contextu πολλαπλασίους, *multiplicem remunerationem*.

(6) *Τὴν συνοχήν*. Regius codex 1992 λάβε μὲν τὴν συνοχήν

(7) *Μαστιγουμενην*. Sic idem codex et contextus. Editi προσμαστιγουμένην. Mox idem codex δὲ τὴν ἀπαραίτητον.

(8) *Εἵλκυεν*. Contextus εἶλκε

ἀθρόως εἰς ἐξάκουστον τοῖς πᾶσι καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις σαφῶς ἀνακαλύπτουσαι. Πρὸς ταῦτα ποταπὸὺς εἶναι ἀνάγκη τοὺς κακῶς βεβιωκότας; Ποῦ ἄρα ἡ ψυχὴ ἐκείνη καταδύσεται, ἡ ἐν ὄψεσι τοσούτων θεατῶν ἐξαίφνης ὀφθεῖσα αἰσχύνης ἀνάπλεως; ποίῳ δὲ σώματι τὰς ἀπεράντους ἐκείνας καὶ ἀνυποίστους ὑποστήσεται μάστιγας, ὅπου πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀθάνατα κολάζων, καὶ πυθμὴν ᾅδου σκοτεινὸς καὶ φρικώδης, καὶ οἰμωγαὶ πικραὶ, καὶ ὀλολυγμὸς ἐξαίσιος, καὶ κλαυθμὸς, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ πέρας οὐκ ἔχει τὰ δεινά; Τούτων οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγὴ μετὰ θάνατον, οὐδέ τις ἐπίνοια, οὐδὲ μηχανὴ τοῦ διεκδῦναι τὰ πικρὰ κολαστήρια. Ταῦτα φεύγειν ἔξεστι νῦν. Ἕως ἔξεστιν, ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ πτώματος ἀναλάβωμεν, μηδ' ἀπελπίσωμεν ἑαυτῶν, ἐὰν ἀναλύσωμεν ἀπὸ τῶν κακῶν. Ἔστιν ὁδὸς σωτηρίας, ἐὰν θέλωμεν. Σὲ ζητεῖ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ καταλιπὼν τὰ μὴ πεπλανημένα. Ἐὰν ἐπιδῷς σεαυτὸν, οὐκ ὀκνήσει, οὐδ' ἀπαξιώσει σε ὁ φιλάνθρωπος ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσαι τῶν ἰδίων, χαίρων ὅτι εὗρεν αὐτοῦ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλός. Ἕστηκεν ὁ πατὴρ καὶ ἀναμένει τὴν σὴν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπάνοδον. Μόνον ἀνάλυσον, καὶ ἔτι σοῦ μακρὰν ὄντος, προσδραμὼν ἐπιπεσεῖται (1) ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ φιλικοῖς ἀσπασμοῖς περιπτύξεται τὸν ὑπὸ τῆς μετανοίας ἤδη κεκαθαρμένον. Κἂν ἐγκαλέσῃ τις τῶν ἑστάναι δοκούντων, ὅτι ταχὺ προσελήφθης, αὐτὸς ὁ ἀγαθὸς (2) ὑπὲρ σοῦ ἀπολογήσεται, λέγων· Εὐφρανθῆναι δεῖ καὶ χαρῆναι, ὅτι οὗτος ὁ Υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A sint, clare et aperte revelantes. Ad hæc quomodo affectos necesse est esse eos, qui male vixerint? Ubi itaque anima illa abscondetur, quæ in oculis tot spectatorum subito visa fuerit dedecoris plena? quali vero corpore infinita illa et intolerabilia perferet supplicia, ubi ignis inexstinctus, et vermis indesinenter puniens, et imum inferi tenebricosum et horrendum et ululatus amari, et ejulatus ingens, et ploratus, et stridor dentium, et ubi mala finem non habent? Ab his post mortem liberari non datur, neque est industria ulla, neque ars effugiendi amara supplicia. (4) Hæc nunc vitare licet. Dum autem licet, erigamus nosmetipsos ex casu, neque de nobis ipsi desperemus, si a malis discesserimus. Est via salutis, si modo velimus. (5) Quærit te B pastor bonus, ovibus, quæ non erravere, derelictis. Te ipse si dederis, non cunctabitur, neque dedignabitur te suis ipsius humeris portare, lætus quod ovem suam perditam invenerit. Stat pater ac exspectat tuum ab errore reditum. Revertere tantummodo, teque longe adhuc stante, accurrens cadet in collum tuum, et amicis amplexibus jam pœnitentia expurgatum complectetur. (6) Quod si quispiam ex iis, qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumptus es, ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens : Lætandum est et gaudendum, quia hic filius meus mortuus erat, et revixit, et disperditus erat, et inventus est [22]. Illi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

C

ΠΕΡΙ ΑΡΧΗΣ ΚΑΙ ΕΞΟΥΣΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

1. Καλὸν ἀεὶ τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἄγεσθαι· πολλάκις γὰρ ἀκρισία δήμου τὸν χείριστον εἰς ἀρχὴν προεστήσατο. Προσήκει τοίνυν τὸν ἐπὶ πάντων ἐπὶ συνέσει καὶ εὐσταθείᾳ καὶ τῇ κατὰ τὴν ζωὴν ἀκριβείᾳ μεμαρτυρημένον διαφέρειν, τοῦτον προστήσεσθαι (3) εἰς τὸ καθηγεῖσθαι τῶν ἄλλων, ἵνα τὸ ἐν τούτῳ ἀγαθὸν κοινὸν πάντων τῶν μιμουμένων γίνηται. Πρὸς γὰρ τὸ τῶν κρατούντων ἦθος πλάττεσθαι πέφυκεν, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ ἀρχόμενον· ὥστε ὁποῖοί ποτ' ἂν οἱ ἄγοντες ὦσι, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν ἀγόμενον εἶναι. Καὶ ὁποῖοι δ' ἂν ὦσιν οἱ προεστῶτες, τοιαῦτα ὡς ἐπὶ πολὺ καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀρχομένων πέφυκε γίνεσθαι. Καὶ ὥσπερ, εἰ πλείονες ζωγράφοι ἑνὸς προσώπου χαρακτῆρα γράφοιεν, πᾶσαι αἱ εἰκόνες ὁμοίως πρὸς ἀλλήλας ἔξουσι, διὰ τὸ τῷ ἑνὶ ὁμοιοῦσθαι· οὕτω τὰ πολλὰ ἤθη, εἰ πρὸς τὴν τοῦ ἑνὸς μίμησιν βλέποι, πᾶσιν ὁμοίως ἀγαθὸς τοῦ βίου χαρακτὴρ ἐπιλάμψει. Καὶ γὰρ ἡ ἀληθὴς καὶ

DE IMPERIO AC POTESTATE.

SERMO XV.

1. (7) Imbecilliores semper a præstantioribus regi ac gubernari decet : pessimo enim principatum popularis sæpenumero detulit imprudentia. (8) Consentaneum est igitur, ut qui omnium testimonio cæteros sapientia, et fortitudine, atque exacta integrioris vitæ ratione antecellit, aliis dux præficiatur, ut quidquid in eo boni est, commune omnium imitantium fiat. (9) Enimvero subjecti ad mores eorum qui rerum potiuntur, ut plurimum sese conformare solent : ita ut quales tandem fuerint duces, eum etiam qui ducitur, talem esse necesse sit. Et quales sunt qui præsunt, tales ut plurimum et mores eorum, **554** quibus præsunt, esse solent. (10) Et quemadmodum si plures pictores unius faciei lineamenta pingunt, omnes imagines futuræ sunt inter se similes, utpote uni assimilatæ : eumdem ad modum si multa ingenia unum imitandum sibi proponant, in omnibus æqualiter

D

[22] Luc. xv, 32.

(1) *Ἐπιπεσεῖται.* Hanc vocem addidi ex Regio codice et contextu.
(2) *Ὁ ἀγαθός.* Sic idem codex et contextus. Editi, *ὡς ἀγαθός.* In ipso contextu additur, *πατήρ.*
(3) *Προστήσεσθαι.* Forte προστήσασθαι. EDIT.
(4) Ex epist. XLVI, 139.
(5) Ibid., 140.
(6) Ibid.
(7) Uterque codex indicat *Ascetica.*
(8) Ex *Ascet.*, 324.
(9) Ex comment. *in Isai.*, 417.
(10) Ex *Ascet.*, 324.

Digitized by Google

bona vitæ forma elucescet. Vera etenim et perfecta subditorum erga præfectum obedientia in eo declaratur, si non a flagitiosis modo abstineant ex præfecti consilio, sed si ne ea quidem quæ laudabilia sunt, citra illius arbitrium peragant. Nam abstinentia et omnis corporalis afflictatio ad aliquid utilis est : sed si quis animi sui motum secutus, quod sibi placet, egerit, et præposito consilium sibi danti non obtemperaverit, peccatum futurum est majus, quam recte factum. *Qui enim resistit potestati, Dei ornationi resistit*[23]; atque obedientiæ major merces quam abstinentiæ virtuti tribuitur.

2. (1) Is igitur qui potest malo mederi, sed sponte differt, non injuria velut homicida condemnari poterit. Non autem qui præest ob eum in quo positus est dignitatis gradum sese attollat aut insolescat, ne humilitatis beatitudine privetur. (2) Nunquid enim qui regi famulatur, se ideo jactabit quod in hoc aut in illo ministerii ordine collocatus est : qui vero dignus habitus est qui Deo serviat, aliunde laudes sibi excogitabit, quasi ad omnem gloriæ splendorisque cumulum invocatio Domini sibi non sufficiat? Satis enim est nobis ad omnem dignitatem, tanti Domini servos nominari. (3) Et quemadmodum nec quidquam aliud oportet præter Deum colere : sic nec in alio, quam in Deo omnium Domino spem reponere. Qui namque in homine sperat, aut qui ob aliquid aliud mundanum effertur, puta, ob potestatem, vel ob divitias, vel ob quidpiam aliud eorum, quæ splendida a multis reputantur, non potest dicere : *Domine Deus meus, in te speravi.* Præceptum enim est, non oportere in principibus sperare; et, *Maledictus homo qui confidit in homine*[24]. (4) Beatus igitur vere est, qui ob nullam vitæ rem quantumvis sublimem exsultat, sed suam Deum gloriam esse ducit, Deumque quo glorietur unicum habet, ac secundum Apostolum dicere potest : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi*[25]. Etenim si quis sese magnopere jactat, quod servus sit regis, atque in magno honore apud eum habeatur : quantum convenit gloriari te apud temetipsum, quod Regis magni servus es, ab ipso accitus ad summam familiaritatem? (5) Qui vere princeps est, non ab externis insignibus dignoscitur, uti purpura, paludamento et diademate; sed ab imperatoria qua præditus est virtute. Qui enim subditur voluptatibus, ac variis cupiditatibus ducitur, servus cum sit peccati, ad imperandum idoneus non est. (6) Nam rebelles sub potestatem redigere, et fortis est viri, et vere imperantis : at benignum esse ac mansuetum in pro-

A τελεία ὑπακοὴ τῶν ὑποχειρίων πρὸς τὸν προεστῶτα, ἐν τούτῳ δείκνυται, ἐν τῷ μὴ μόνον τῶν ἀτόπων κατὰ τὴν συμβουλὴν αὐτοῦ ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὰ τὰ ἐπαινετὰ χωρὶς τῆς ἐκείνου γνώμης ποιεῖν. Ἡ γὰρ ἐγκράτεια, καὶ πᾶσα ἡ σωματικὴ κακοπάθεια, πρός τι χρησίμως ἔχει· ἀλλ' ἐάν τις ταῖς ἰδίαις ὁρμαῖς ἀκολουθῶν, τὸ ἀρέσκον ἑαυτῷ ποιῇ, καὶ συμβουλεύοντι τῷ προεστῶτι μὴ πείθηται, μεῖζον τοῦ κατορθώματος ἔσται τὸ πλημμελούμενον. *Ὁ γὰρ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Κυρίου διαταγῇ ἀνθέστηκε·* καὶ ὁ τῆς ὑπακοῆς μισθὸς μεῖζων τοῦ κατὰ τὴν ἐγκράτειάν ἐστι κατορθώματος.

B 2. Ὁ τοίνυν ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ τὴν τοῦ κακοῦ θεραπείαν, ἐκὼν δὲ ὑπερτιθέμενος, εἰκότως ἂν ἐν τῷ ἴσῳ τῶν αὐτοχείρων καταδικάζοιτο. Καὶ τὸν προεστῶτα δὲ μὴ ἐπαιρέτω τὸ ἀξίωμα, ἵνα μὴ ἐκπέσῃ τοῦ μακαρισμοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης. Οὐ γὰρ δήπου βασιλείᾳ (7) μέν τις ὑπηρετῶν μέγα φρονήσει, διὰ τὸ ἐν τῇδε τῇ τάξει τῆς ὑπηρεσίας τετάχθαι· Θεῷ δὲ καταξιωθεὶς λατρεύειν, ἀλλαχόθεν τοὺς ἐπαίνους ἑαυτῷ περινοήσει, ὡς οὐκ ἀρκούσης αὐτῷ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ Κυρίου πρὸς πᾶσαν δόξης καὶ περιφανείας ὑπερβολήν; Ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς ἅπαν ἀξίωμα τὸ τηλικούτου Δεσπότου δούλους ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι. Καὶ ὥσπερ οὐδὲ σέβειν ἄλλο τι παρὰ τὸν Θεὸν προσῆκεν, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ ἄλλον ἐλπίζειν ἢ ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν πάντων Κύριον. Ὁ γὰρ ἐπ' ἀνθρωπον ἐλπίζων, ἢ ἐπ' ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον μετεωριζόμενος, οἷον ἐπὶ δυναστείαν, ἢ χρήματα, ἢ C τι τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένων εἶναι λαμπρῶν, οὐ δύναται εἰπεῖν· *Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα.* Παράγγελμα γάρ ἐστι μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας, καὶ, *Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον.* Μακάριος οὖν τῷ ὄντι, ὁ μηδενὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ὑψηλῶν ἐπαγαλλόμενος, ἀλλὰ Θεὸν ἔχων (8) τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ὁ καύχημα ἑαυτοῦ ἔχων τὸν Θεόν· ὁ δυνάμενος λέγειν κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ.* Εἰ γὰρ ὁ δεῖνα μέγα φρονεῖ, ὅτι δοῦλός ἐστι βασιλέως, τιμώμενος παρ' αὐτοῦ τὰ μεγάλα, πόσον σοι προσῆκεν ἐπὶ σαυτῷ μεγαλύνεσθαι, ὅτι δοῦλος εἶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἄκραν οἰκείωσιν; Ὁ γὰρ ἀληθῶς ἄρχων, οὐκ ἐκ τῶν ἔξωθεν D συμβόλων γνωρίζεται, οἷον πορφύρας, χλανίδος, καὶ διαδήματος· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν ἀρχικὴν ἀρετήν. Ὁ δὲ ἀρχόμενος ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, καὶ ἀγόμενος ἐπιθυμίαις πολλάκις, δοῦλος ὢν τῆς ἁμαρτίας, ἀνεπιτήδειος πρὸς τὸ ἄρχειν καθέστηκε. Καὶ τὸ μὲν τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς· τὸ δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι χρη-

[23] Rom. XIII, 2. [24] Jerem. XVII, 5. [25] Galat. VI, 14.

(1) Ex hom. *in famem et siccitatem*, 69.
(2) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 145.
(3) Ex hom. *in psal.* VII, 98.
(4) Ex hom. *in psal.* LXI, 196.
(5) Ex comment. *in Isai.*, 456.
(6) Ex epist. CXII, 204.

(7) *Βασιλείᾳ.* Ita Regius codex. Editi βασιλεῖς. Contextus βασιλεῖ.

(8) *Θεὸν ἔχων.* Sic ope ejusdem codicis et contextus emendavimus vulgatam scripturam ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐπὶ τὸν Κύριον. Quæ sequuntur, prorsus superflua sunt, nec in contextu reperiuntur.

Digitized by Google

στὸν εἶναι καὶ πρᾶον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος. Κύριοι μὲν γὰρ τῶν ἠδικηκότων πολλοὶ τῶν πρότερον ἤδη γεγόνασιν, ὧν οὐδεὶς πρὸς τοὺς ὕστερον διεπέμφθη λόγος· ἀφῆκαν δὲ τὴν ὀργὴν οἱ φιλοσοφίᾳ τοὺς πολλοὺς ὑπεράραντες, ὧν ἀθάνατος ἡ μνήμη τῷ χρόνῳ παντὶ παραδέδοται. Τοὺς γὰρ τῷ ὁτιοῦν ἀδικοῦντας οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων κολάζομεν, (τίς γὰρ ἂν γένοιτο μηχανὴ μὴ γεγενῆσθαι τὰ πεπραγμένα;) ἀλλ' ὅπως ἂν ἢ αὐτοὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀμείνους γένοιντο, ἢ ἑτέροις ὑπάρξαιεν τοῦ σωφρονεῖν παράδειγμα.

3. Πολλάκις γὰρ (1) καὶ ἐν τοῖς σμικροτάτοις ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ διαφαίνεται. Ὁ γὰρ οὐρανὸν ἁπλώσας, καὶ τὰ ἄπλετα μεγέθη τῶν πελάγων ἀναχέας, οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ λεπτότατον κέντρον τῆς μελίσσης κοιλάνας, ὥσπερ αὐλὸν, ὥστε τὸν ἰὸν·δι' αὐτοῦ ἐκχεῖσθαι. Τοῦτον σαρκὸς (2) μὲν ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι (3) ἀδύνατον, τὸ γὰρ ἀσώματον σαρκὸς ὄμμασιν ὑποπίπτειν οὐ δύναται· καὶ μεμαρτύρηκεν αὐτὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, λέγων· *Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται.* Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον εἶδεν ὁ Ἰεζεκιὴλ, ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; *Εἶδεν ὁμοίωμα δόξης Κυρίου*, οὐ μὴν δὲ αὐτὸν τὸν Κύριον· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴν τὴν δόξαν, ὡς ἔστιν ἀληθῶς. Καὶ ἰδὼν τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ φόβου. Εἰ δὲ τὸ τῆς δόξης ὁμοίωμα θεαθὲν φόβον καὶ ἀγωνίαν περιεποίει τοῖς ἀνθρώποις, αὐτὸν εἴ τις ἂν ἐθεώρησε τὸν Θεὸν, πάντως ἂν ἀπηλλάττετο, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται.* Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν μεγίστην αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁ Θεὸς παραπέτασμα τῆς οἰκείας θεότητος ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ προφήτης εἶπεν· *Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ ταχήσονται παρ' αὐτά.* Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ ὁ Ἰεζεκιὴλ, τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης ἰδὼν, ἔπεσεν; Ὁ Δανιὴλ οἰκέτην ἰδὼν τοῦ Κυρίου, καὶ ἔπτηξε (4), καὶ ἔπεσεν· καὶ ἄχρις ὅτου ἐξεδιάζετο τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν εἰς ὁμοίωμα υἱοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐτόλμησεν ἀποκριθῆναι. Εἰ δὲ Γαβριὴλ ὀπτανόμενος, τρόμον ποιεῖ προφήταις ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ· εἰ ἦλθε καθὼς ἦν, οὐκ ἂν ἀπώλλυντο πάντες; παντί που δῆλον. Εἰ τοίνυν θέλεις γνῶναι σαφῶς, ὅτι φύσιν Θεοῦ καταλαβεῖν ἀδύνατον, μάνθανε, τί λέγουσιν οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, ὑμνολογοῦντες τὸν Θεόν· *Εὐλογητὸς εἶ, ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ χερουβίμ.* Εἰπέ μοι, τοῦ χερουβὶμ τίς ἐστιν ἡ φύσις, καὶ τότε τὸν ἐπικαθήμενον θεωρεῖς. Καίτοιγε

stratos, hominis est magnanimitate et clementia omnes superantis. (5) Illud enim considera, dominos eorum qui læserant exstitisse multos ex iis qui **555** ante nos vixere, de quibus nullus ad posteros transmissus sermo; at vero iram remisisse, qui philosophia vulgus antecelluerunt, quorum immortalis memoria in omni ævo perhibetur. (6) Nam eos qui quidvis deliquerint, non ob ea quæ jam admissa sunt, punimus, (qua enim arte quæ facta sunt, infecta reddantur?) sed ut aut ipsi deinceps meliores fiant, aut aliis sapiendi sint exemplum.

3. (7) Sæpe enim in tenuissimis etiam Dei sese exserit sapientia. Nam qui convexum cœlum expandit, atque ingentes marium gurgites effudit, ille ipse est qui tenuissimum apiculæ stimulum in fistulæ modum excavavit, adeo ut per ipsum venenum effundatur. (8) Hunc corporeis quidem oculis contemplari minime conceditur : incorporeum enim visui subjici corporeo non potest : quod quidem unigenitus ipse Dei Filius testificatus est dicens : *Deum nemo vidit unquam*[26]. Etsi enim, ut scriptum est, vidit Ezechiel : audi quid Scriptura dicat, *Vidit similitudinem gloriæ Domini*[27]; non tamen ipsum Dominum, sed ne ipsam quidem gloriam, qualis illa revera est. Et cum similitudinem gloriæ vidisset, non ipsam gloriam; præ timore in terram cecidit. Quod si conspecta gloriæ similitudo terrorem hominibus tremoremque incutit, Deum ipsum si quispiam viderit, e vita prorsus migraverit, ut dictum est : *Nemo videbit Dominum, ac vivet*[28]. Propterea Deus pro sua erga nos humanitate, cœlum ipsum, suæ divinitatis velum, ne pereamus, obtendit. Neque de meo id affero, imo ipse propheta dixit : *Si aperueris cœlum, tremor a tuo conspectu apprehendet montes, et continuo tabescent.* Et quid miraris si gloriæ similitudinem cum vidisset Ezechiel, cecidit in faciem? Daniel, conspecto Dei servo, et tremuit, et in faciem cecidit : et quandiu oculis videre contendit Dei filii similitudinem, tandiu respondere non ausus est[29]. Si vero visus Gabriel prophetis hominibus Dei tremorem incutit; si qualis est, is sese ostenderit, nonne perierint omnes? Nemini profecto dubium est. Si vis igitur aperte cognoscere incomprehensibilem esse Dei naturam, disce quid tres pueri in ardentis ignis fornace laudantes Deum dicant : *Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super cherubim*[30]. Quæso te, dic mihi, quænam est cherubim natura, atque tum insidentem contemplaberis. Quamvis propheta Ezechiel illorum descri-

[26] Joan. I, 18. [27] Ezech. II, 19. [28] Exod. XXXIII 20. [29] Dan. X, 7 sqq. [30] Dan. III, 55.

(1) *Πολλάκις γάρ*, etc. Hæc verba usque ad illa, ἐκχεῖσθαι, desumpta esse ex *Hexaemero* indicat codex Regius 1992, sed ea reperire non potuimus in hoc opere.

(2) *Τοῦτον σαρκός*. Hæc verba usque ad illa, ἐκ μέρους καταργηθήσεται, reperire non potuimus. Codex 1992 indicat orationem, *Quod incomprehensibilis est Deus.*

(3) *Θεωρῆσαι*. Codex Regius 1992 ὑποπίπτειν.

(4) *Ἔπτηξε*. Hunc locum ope utriusque codicis sanavimus. Habebant editi ἔπηξε καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ... ἐξεδιάζετο εἰς ὁμοίωμα.

(5) Ex epist. CXII, 204.

(6) Ibid. 205.

(7) Unus codex indicat hom. in *Hexaem.*

(8) Uterque codex indicat, serm. *Quod Deus sit incomprehensibilis.*

Digitized by Google

ptionem quod fieri potuit, scriptis sit persecutus, inquiens : *Quatuor facies habebat unum, facies una hominis, facies secunda leonis ; et in tertio facies aquilæ, et in quarto facies vituli* [31] : quodque uni sex essent alæ, atque ipsis undique essent oculi, quodque singuli subjectam haberent quadrangularem rotam; facta tamen a propheta descriptione, etiamsi legimus, percipere non valemus. Si vero solium, quod explanavit, animo comprehendere non possumus, insidentem ipsi invisibilem Deum, qua ratione poterimus? facie siquidem ad faciem visuros, perfectamque **556** incomprehensibilis Dei majestatis in futuro sæculo cognitionem habituros eos qui digni fuerint, certa pollicitatione confirmatum est. Nunc vero etiam si Paulus alter quispiam fuerit, etiam si Petrus, cernit quidem vere, neque hallucinatur, aut imaginibus deluditur, verumtamen veluti per speculum, et in ænigmate intuetur : et quod nunc ex parte est cum gratiarum actione accipiens, quod plane perfectum est summa cum lætitia in futurum opperitur [32]. Quod enim in ea ipsa cognitione nunc perfectum esse videtur, adeo exiguum quiddam est et obscurum, ut a futuri sæculi claritate distet magis, quam a cognitione quæ est facie ad faciem. Ac tanta quidem est cognitionis Dei infinitas, tantaque humanæ naturæ in percipiendis hoc in sæculo divinis mysteriis imbecillitas, cum semper quidem pro cujusque progressu aliqua fiat accessio, sed nemo perfectam cognitionem assequatur, donec venerit quod perfectum est, quando quod ex parte est evacuabitur [33].

4. (1) Qui eorum quæ sunt investigationem comparari posse dicit, is procul dubio via quadam et ordine mentem suam ad eorum quæ sunt cognitionem appulit ; et in rebus captu facilibus et minutis exercitatus, ita demum per hanc cognitionem, ad eam quoque quæ cogitationem omnem superat, suam comprehendendi facultatem promovit. Qui igitur eorum quæ sunt cognitionem apprehendisse se gloriatur, is animalis minutissimi ex iis quæ in conspectum cadunt, naturam explicet, et quæ sit formicæ natura dicat, an spiritu et anhelitu contineatur ipsius vita : an corpus ossibus distinctum : an compages nervis atque ligamentis firmata : an musculorum et glandularum ambitu contineatur nervorum situs : an medulla a sincipite ad caudam usque una cum dorsi vertebris protendatur : an membris quæ moventur, ex nervosæ membranæ complexu motum imprimat : an sit in ipsa jecur, et in jecore vas quoddam, quod fel suscipiat, sintne renes et cor, et arteriæ, et venæ, et pelliculæ, et diaphragmata : sitne animal nudum an pilosum : utrum ungulas indivisas, an pedes multifidos habeat : item quanto tempore vivat, et quomodo aliæ alias gignant : quandiu gestetur fetus, et quomodo

A Ἰεζεκιὴλ ὁ προφήτης καὶ τὴν ἔκφρασιν αὐτῶν ἐποιήσατο δυνατῶς, λέγων, ὅτι *Τέσσαρα πρόσωπα τῷ ἑνί· τὸ μὲν ἀνθρώπου, τὸ δὲ λέοντος, τὸ δὲ ἀετοῦ, τὸ δὲ μόσχου·* καὶ ὅτι ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ὅτι ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς πανταχόθεν, καὶ ὅτι ὑπὸ καθ' ἕκαστον τροχὸς τετράγωνος ὑποκείμενος· καὶ ὅμως τοῦ προφήτου (2) τὴν ἔκφρασιν πεποιημένου, οὕπω ἡμεῖς οὔτε ἀναγινώσκοντες καταλαβεῖν δυνάμεθα. Εἰ δὲ τὸν θρόνον ὃν διηγήσατο, καταλαβεῖν οὐ δυνάμεθα, τὸν ἐπικαθήμενον ἀόρατον Θεὸν πῶς καταλαβεῖν δυνησόμεθα ; τὸ μὲν γὰρ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἡ τελεία ἐπίγνωσις τῆς τοῦ Θεοῦ ἀκαταλήπτου μεγαλειότητος, ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τοῖς ἀξίοις ἀποδοθῆναι ἐπήγγελται. Νῦν δὲ κἂν Παῦλός τις ᾖ, κἂν Πέτρος, βλέπει μὲν ἀληθῶς, καὶ οὐ πλανᾶται, οὐδὲ B φαντάζεται, δι' ἐσόπτρου δὲ ὅμως βλέπει καὶ ἐν αἰνίγματι· καὶ τὸ ἐκ μέρους νῦν εὐχαρίστως δεχόμενος, τὸ τέλειον εἰς τὸ μέλλον περιχαρῶς ἐκδέχεται. Τὸ γὰρ δοκοῦν νῦν ἐν τῇ γνώσει τέλειον, βραχύ τι καὶ ἀμυδρότερον τοσοῦτόν ἐστιν, ὡς πλέον ἀπολιμπάνεσθαι τῆς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τρανότητος, ἢ ὅσον ἀπολιμπάνεται τοῦ προσώπου πρὸς πρόσωπον. Τοσοῦτον μὲν οὖν τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Θεοῦ τὸ ἀπέραντον, τοσοῦτον δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ τῶν θείων μυστηρίων ἐν τῷ παρόντι ἀνέφικτον· ἀεὶ μὲν κατὰ προκοπὴν ἑκάστου προστιθεμένου (3) τοῦ πλείονος, ἀεὶ δὲ τοῦ πρὸς ἀξίαν ἀπολιμπανομένων ἁπάντων, ἄχρις ἂν ἔλθῃ τὸ τέλειον ὅτε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

4. Ὁ δὲ ἐφικτὴν εἶναι λέγων τῶν ὄντων τὴν εὕρεσιν, ὁδῷ τινι πάντως καὶ ἀκολουθίᾳ διὰ τῆς τῶν ὄντων γνώσεως προέβαλεν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν· καὶ τοῖς εὐλήπτοις τε καὶ μικροτέροις ἐγγυμνασθεὶς διὰ τῆς καταλήψεως, οὕτω καὶ εἰς τὴν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας προήγαγεν ἑαυτὸν καταληπτικὴν φαντασίαν. Οὐκοῦν ὁ τὴν περὶ τῶν ὄντων εἴδησιν κατειληφέναι μεγαλαυχούμενος, τὸ σμικρότατον τῶν προφαινομένων, ὅπως ἔχει φύσεως, ἑρμηνευσάτω, καὶ τίς ἡ τοῦ μύρμηκος φύσις, εἰπάτω· εἰ πνεύματι καὶ ἀσθμάτι συνέχεται αὐτοῦ ἡ ζωή· εἰ ὀστέοις τὸ σῶμα διείληπται· εἰ νεύροις καὶ ἐνδέσμοις τὰς ἁρμονίας τετόνωται· εἰ μυῶν περιβολῇ καὶ ἀδένων ἡ τῶν νεύρων περικρατεῖται θέσις· εἰ τοῖς νωτιαίοις σπονδύλοις ἐκ τοῦ βρέγματος ἐπὶ τὸ οὐραῖον ὁ μυελὸς συμπαρατείνεται· εἰ ἐπὶ τῇ περιοχῇ τοῦ νευρώδους ὑμένος τοῖς κινουμένοις μέλεσι τὴν ὁρμητικὴν ἐνδίδωσι δύναμιν· εἰ ἔστιν ἐν αὐτῷ τὸ ἧπαρ, καὶ χοληδόχον ἀγγεῖον ἐπὶ τοῦ ἥπατος, νεφροί τε καὶ καρδία, καὶ ἀρτηρίαι, καὶ φλέβες, ὑμένες, καὶ διαφράγματα· εἰ ψιλόν ἐστιν, ἢ τετρίχωται· μονώνυχόν ἐστιν, ἢ πολυσχιδεῖς ἔχει τὰς βάσεις· πόσον δὲ βιοῖ τὸν χρόνον· καὶ τίς αὐτοῖς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἀλλήλων γεννήσεως· ἐπὶ πόσον δὲ κυΐσκεται τὸ τικτόμενον, καὶ πῶς οὗτα

C

D

[31] Ezech. x, 14. [32] I Cor. xiii, 12. [33] ibid. 10.

(1) Ex epist. xvi, 95.

(2) *Προφήτου*. Sic Regius codex 1992, melius quam editi προσώπου.

(3) *Προστιθεμένου*. Sic uterque codex pro ω quod erat in editis προτιθεμένου.

Digitized by Google

πεζοὶ πάντες οἱ μύρμηκες, οὔτε ὑπόπτεροι πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν τῶν χαμαὶ ἑρπομένων εἰσὶν, οἱ δὲ διαέριοι φέρονται. Ὁ τοίνυν τῶν ὄντων τὴν γνῶσιν ἐπικομπάζων, τέως τὴν τοῦ μύρμηκος φύσιν εἰπάτω· εἶθ' οὕτως φυσιολογείτω τὴν πάντα νοῦν ὑπερέχουσαν δύναμιν. Εἰ δὲ τοῦ βραχυτάτου μύρμηκος οὔπω περιέλαβες τῇ γνώσει τὴν φύσιν, πῶς τὴν ἀκατάληπτον τοῦ Θεοῦ δύναμιν μεγαλαυχεῖς φαντάζεσθαι;

A neque omnes formicæ pedestres sint, neque omnes alatæ; sed repentibus humi aliis, aliæ per aerem ferantur. Qui ergo de eorum quæ sunt cognitione gloriatur, interim formicæ nobis explicet naturam, atque ita demum ejus potestatis, quæ intellectum omnem superat, naturam scrutetur. Quod si minutissimæ formicæ naturam nondum cognitione apprehendisti, quomodo incomprehensibilem Dei naturam imaginatione tua comprehensam esse gloriaris?

5. Τὸ γὰρ οἴεσθαι τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ αὐτὴν τὴν οὐσίαν ἐξευρηκέναι, πολλῆς ὑπερηφανίας ἐστὶ καὶ φυσιώσεως· σχεδὸν γὰρ καὶ αὐτὸν ἀποκρύπτουσι τῇ μεγαληγορίᾳ τὸν εἰπόντα· *Ἐπάνω τῶν ἄστρων θήσομαι τὸν θρόνον μου.* Οὐχ ὁ μὲν μέγας Δαβὶδ, ᾧ τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐδήλωσεν ὁ Θεὸς, φανερῶς ὁμολογεῖ τῆς γνώσεως τὸ ἀπρόσιτον, λέγων· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ;* Ἡσαΐας δὲ, ὁ ἐν θεωρίᾳ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ γενόμενος, τί περὶ τῆς θείας οὐσίας ἐδήλωσεν ἡμῖν; ὅς γε ἐν τῇ περὶ τοῦ Χριστοῦ προφητείᾳ διαμαρτύρεται, λέγων· *Τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται;* Τί δὲ τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς Παῦλος, ὁ λαλοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, ὁ ἕως τρίτου ἁρπαγεὶς οὐρανοῦ, ὁ τὰ ἄῤῥητα ἀκούσας ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι, τίνα ἡμῖν περὶ οὐσίας Θεοῦ διδασκαλίαν ἀφῆκεν; Ὅς γε, ὅτε εἰς τοὺς μερικοὺς τῆς οἰκονομίας διέκυψε (1) λόγους, οἱονεὶ ἰλιγγιάσας πρὸς τὸ τῆς θεωρίας ἀδιεξόδευτον, ἐκείνην ἐξεβόησε τὴν φωνήν· *Ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ!* Εἰ δὲ ταῦτα τοῖς εἰς τὸ τῆς Παύλου γνώσεως πεφθακόσιν ἀνέφικτα, πόσος ὁ τῦφος τῶν ἐπαγγελλομένων εἰδέναι τοῦ Θεοῦ τὴν οὐσίαν; Οὓς ἡδέως ἂν ἐρωτήσαιμι περὶ τῆς γῆς ἐφ' ἧς ἑστᾶσι, καὶ ἀφ' ἧς γεγόνασι, τί ποτε λέγουσι, τίνα αὐτῆς τὴν οὐσίαν ἐπαγγέλλουσιν ἡμῖν· ἵνα ἐὰν ἄρα περὶ τῶν χαμαὶ καὶ ὑπὸ τοῖς ποσὶ κειμένων ἀναντιῤῥήτως ἡμῖν διαλεχθῶσι, τότε αὐτοῖς καὶ περὶ τῶν ἐπέκεινα πάσης ἐννοίας διατεινομένοις πιστεύσωμεν. Καὶ ὥσπερ φασὶν, ὅτι Ἀδὰμ ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἡμεῖς αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν, ὁ Θεὸς ἐκ τίνος; ἆρ' οὐ πρόχειρόν ἐστι τῇ ἑκάστου διανοίᾳ ὅτι ἐξ οὐδενός; τὸ δὲ ἐξ οὐδενὸς, τὸ ἄναρχόν ἐστι δηλονότι· τὸ δὲ ἄναρχον, τὸ ἀγέννητον. Ὡς οὖν ἐπ' ἀνθρώπων οὐκ ἦν οὐσία τὸ ἐκ τινὸς, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ Θεοῦ τῶν ὅλων οὐσίαν ἔστιν εἰπεῖν, τὸ ἐξ οὐδενός· ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ (2), ἀγέννητος. Ὁ δὲ τὸ ἄναρχον οὐσίαν εἶναι λέγων, παραπλήσιον ποιεῖ, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐρωτώμενος. τίς ἡ τοῦ Ἀδὰμ οὐσία, καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῷ, ὁ δὲ ἀποκρίνοιτο, μὴ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χειρὸς διαπλασθῆναι. Ποῖος οὖν ἔτι τρόπος τῆς γνώσεως ὑπολείπεται; ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν οἱ περιφρονοῦντες μὲν πάντα τὰ ἐν

5. (3) Putare enim se Dei, qui super omnia est, substantiam ipsam adinvenisse, magnæ superbiæ est atque elationis; fere enim jactantia superant vel illum ipsum, qui dixit: *Super astra ponam sedem meam* [34]. Nonne magnus ille David, cui occulta B absconditaque suæ sapientiæ Deus manifestavit, palam confitetur inaccessam esse cognitionem, cum dicit: *Mirabilis facta est* **557** *scientia tua ex me* [35]. Isaias autem, qui majestatem Dei speculatus est, quid nobis de divina substantia declaravit? nempe cum de Christo prophetiam edit, testatur his verbis: *Generationem ejus quis enarrabit* [36]? Quid vero vas electionis Paulus [37], qui loquentem in se habebat Christum [38], qui ad tertium usque cœlum raptus est, qui arcana audivit verba, quæ non licet homini loqui [39], quam nobis de substantia Dei doctrinam reliquit? Hic ad particulares Providentiæ rationes cum respexisset, velut vertigine laborans propter insuperabilem contemplandi difficultatem, sic exclamat: *O altitudo divitiarum et sapientiæ et* C *cognitionis Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus, et investigabiles viæ ejus* [40]! Quod si hæc illi ipsi qui ad cognitionem Pauli pervenerunt, assequi non possunt; quanta est superbia eorum, qui se substantiam Dei profitentur cognoscere? Quos profecto libens interrogaverim quidnam de terra in qua commorantur, et ex qua nati sunt, dicant, quam ejus nobis exponant substantiam: ut si de iis quæ humi sunt ac pedibus subjacent, certo indubitanterque disserant, tunc eis quoque, cum de rebus intellectum omnem superantibus sententiam proferunt, fidem habeamus. Et sicut inquiunt, (4) Quod Adam a Deo est: ita interrogabimus, Deus a quo est? nonne uniuscujusque mente promptum fuerit D respondere, ex nullo? quod autem ex nullo est, utique sine principio est: et quod sine principio est, id ingenitum est. Sicut ergo in hominibus origo ex aliquo, non est eorum essentia: sic neque in Deo universorum ex nullo esse, quod idem est atque ingenitum, ejus essentiam dicere possumus. Porro esse sine principio essentiam esse qui dicit, non aliter facit, ac si quis interrogatus quæ fuerit essentia Adæ, et quæ ipsius natura, respondeat, non ex coitu viri et mulieris, sed divina manu confor-

[34] Isa. XIV, 13. [35] Psal. CXXXVIII, 6. [36] Isa. LIII, 8. [37] Act. IX, 15. [38] II Cor. XIII, 3. [39] II Cor. XII, 2 4. [40] Rom. XI, 33.

(1) *Διέκυψε.* Sic contextus et Regius codex melioris notæ. Editi ἐδείκνυτο.

(2) *Ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ.* Idem codex ᾧπερ ἴσον ἐστὶ τό.

(3) Ex lib. *adversus Eunomium*, 224.

(4) Ibid., 227.

Digitized by Google

matum eum fuisse. Qualis igitur nobis reliquus est cognitionis modus? respondeant nobis hi qui omnia quidem pedibus nostris subjecta despiciunt, in ipsum vero cœlum penetrant, atque omnes cœlestes potestates. (1) Si cœli magnitudo exsuperat humanæ intelligentiæ mensuram, quisnam valeat sempiternorum naturam perscrutari? Si sol ille corruptioni obnoxius, adeo pulcher est et adeo magnus, cum velox ad motum, tum ordinatos circuitus explens, magnitudinem quidem ad universum ita accommodatam nactus, ut eam quam cum universo habet proportionem non excedat, sua vero pulchritudine tanquam naturæ oculus quidam pellucidus res creatas condecorans : hujus si insatiabilis est aspectus, quali pulchritudine sol justitiæ præditus est? Si hunc solem non conspicere, cæco detrimentum est : quale est peccatori dispendium luce vera carere? Nam si hæc temporaria talia sunt, qualia sempiterna? Et si adeo speciosa quæ videntur, qualia invisibilia, quæ præparavit Deus diligentibus se? Quæ utinam assequi omnes valeamus, gratia atque humanitate Domini nostri Jesu Christi, quia illi debetur gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

A ποσὶ, διαβαίνοντες δὲ τὸν οὐρανὸν, καὶ πάσας τὰς ὑπερκοσμίους δυνάμεις. Εἰ οὐρανοῦ μέγεθος, μέτρον ἀνθρωπίνης διανοίας ἐκβαίνει· τῶν ἀϊδίων τὴν φύσιν τίς ἄρα (6) ἐξιχνιάσαι δυνήσεται; Εἰ ὁ τῇ φθορᾷ ὑποκείμενος ἥλιος οὕτω καλὸς καὶ μέγας, ὀξὺς μὲν κινηθῆναι, εὐτάκτους δὲ τὰς περιόδους ἀποδιδοὺς, σύμμετρον μὲν ἔχων τὸ μέγεθος τῷ παντὶ, ὥστε μὴ ἐκβαίνειν τὴν πρὸς τὸ ὅλον ἀναλογίαν· τῷ δὲ κάλλει τῆς φύσεως οἷόν τις ὀφθαλμὸς διαυγὴς ἐμπρέπων τῇ κτίσει· εἰ ἀκόρεστος τούτου ἡ θέα, ποταπὸς τῷ κάλλει ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος; Εἰ τυφλῷ ζημία τοῦτον μὴ βλέπειν (7), ποταπὴ ζημία τῷ ἁμαρτωλῷ τὸ ἀληθινοῦ φωτὸς στερηθῆναι; Εἰ γὰρ τὰ πρόσκαιρα τοιαῦτα, ποταπὰ τὰ αἰώνια; Καὶ εἰ τὰ ὁρώμενα ὧδε καλὰ, ποταπὰ τὰ ἀόρατα, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς

B τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν; Ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

558 *DE INGLUVIE ET EBRIETATE.*

SERMO XVI.

1. (2) Æqualis et constans Christiani vita, charissimi, et unicum scopum habet Dei gloriam. *Sive enim manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, ait Paulus [61] qui in Christo loquebatur [62]. At vero multiformis et varia est hominum mundanorum vivendi ratio, quæ scilicet aliis atque aliis modis ad conciliandam accedentium

C gratiam transformetur. (3) Quod si etiam futurum est, ut ipsi quoque simus eorumdem rei, et quoad licet nobis, inquiramus etiam ea quæ pertinent ad voluptatem, et ipsa ad ostentationem apparemus, vereor ne quæ destruimus, ea ædificare videamur, et dum cæteros judicamus, nosmetipsos condemnemus, qui simulate vita utamur, modo in hanc, modo in illam formam mutati, nisi forte immutemus etiam vestimenta nostra tum, cum in viros claros et superbos inciderimus. Quod si id turpe est, longe turpius mensam nostram ob homines deliciis diffluentes commutare. (4) Si enim copia ciborum atque lautitia fratri voluptatem afferre volens, mensam tuam immutas, illius accusas amorem voluptatis,

D et iis quæ præparas, gulæ probro illum aspergis, his eum rebus arguens oblectari. (5) Quid igitur nobis cum apparatibus sumptuosis? Accessit hospes aliquis? si frater sit, et idem vitæ institutum sequatur, suam ipsius mensam agnoscet; quæ enim reliquit domi, ea inventurus est apud nos. At fatigatus est ex itinere? tantum afferimus lavamenti, quantum requiritur ad lassitudinem sublevandam. Advenit alius sæculo huic addictus? ex factis discat

[61] I Cor. x, 31. [62] II Cor. II, 17.

(1) Ex homil. VI *in Hexaem.*, 50.
(2) Ex *Regulis fusius tractatis*, 365.
(3) Ibid., 364.
(4) Ibid., 365.

ΠΕΡΙ ΓΑΣΤΡΙΜΑΡΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΕΘΗΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙϚ'.

1. Μονότροπος ὁ τοῦ χριστιανισμοῦ βίος, ἀγαπητοὶ, ἕνα σκοπὸν ἔχων, τὴν δόξαν Θεοῦ. *Εἴτε γὰρ ἐσθίετε, εἴτε πίνετε, εἴτε τι ποιεῖτε, πάντα εἰς δόξαν Θεοῦ ποιεῖτε*, φησὶν ὁ ἐν Χριστῷ λαλῶν Παῦλος. Πολύτροπος δὲ καὶ ποικίλος ὁ τῶν ἔξωθεν βίος, ἄλλοτε ἄλλως πρὸς τὴν ἀρέσκειαν τῶν ἐντυγχανόντων μεταπλασσόμενος. Εἰ οὖν μέλλοιμεν καὶ αὐτοὶ τοῖς αὐτοῖς ἐνέξεσθαι, καὶ κατὰ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν τὰ πρὸς ἡδονὴν ἐπιζητεῖν, καὶ πρὸς ἐπίδειξιν παρασκευάζεσθαι, φοβοῦμαι, μὴ ἃ καταλύομεν, ταῦτα φανῶμεν οἰκοδομοῦντες, καὶ δι' ὧν ἑτέρους κρίνομεν, ἑαυτοὺς κατακρίνωμεν, ἐσχηματισμένοι τῷ βίῳ κεχρημένοι, καὶ ἄλλοτε ἄλλως μεταμορφούμενοι, εἰ μὴ ἄρα καὶ τὰς ἐσθῆτας ἡμῶν διαμείβωμεν, ὅταν τοῖς ὑπερηφάνοις περιτυγχάνωμεν. Εἰ δὲ αἰσχρὸν τοῦτο, πολλῷ αἴσχιον διὰ τοὺς τρυφῶντας τὴν τράπεζαν ἡμῶν μετασκευάζεσθαι. Πλήθει γὰρ βρωμάτων καὶ περιεργείᾳ πρὸς ἡδονὴν μετασκευάζων τοῦ ἀδελφοῦ σου τὴν τράπεζαν, κατηγορεῖς αὐτοῦ φιληδονίαν, καὶ καταχέεις αὐτοῦ γαστριμαργίας ὀνείδη δι' ὧν παρασκευάζῃ, ἐλέγχων αὐτοῦ τὴν περὶ ταῦτα ἡδυπάθειαν. Τί οὖν ἡμῖν καὶ ταῖς πολυτελείαις; Ἐπεδήμησέ τις τῶν ξένων; εἰ μὲν ἀδελφὸς, καὶ τὸν αὐτὸν ἔχων σκοπὸν τοῦ βίου, τὴν οἰκείαν τράπεζαν ἐπιγνώσεται· ἃ γὰρ κατέλιπεν οἴκοι, ταῦτα παρ' ἡμῖν εὑρήσει. Ἀλλὰ κέκμηκεν ἐκ τῆς ὁδοπορίας; τοσοῦτον αὐτῷ προστίθεμεν, ὅσον τὸν κόπον παραμυθήσασθαι. Ἄλλος ἐλήλυθεν ἐκ τοῦ ἔξωθεν βίου; μαθέτω διὰ τῶν ἔργων, ὅσον ὁ λόγος αὐτὸν οὐκ ἔπεισε, καὶ λαβέτω τύπον καὶ ὑπογραμμὸν τῆς ἐν

(5) Ibid., 364.
(6) *Τίς ἄρα.* Codex Regius τίς ἄρα νοῦς.
(7) *Τοῦτον μὴ βλέπειν.* Idem codex τὸ, μὴ βλέπειν.

Digitized by Google

ταῖς τροφαῖς αὐταρκείας. Ἐναπομεινάτω αὐτῷ ὑπομνήματα Χριστιανῶν τραπέζης, καὶ ἀνεπαισχύντου διὰ Χριστὸν πτωχείας. Εἰ δὲ οὐ προσέξει, ἀλλὰ καταγελάσει, δεύτερον ἡμῖν οὐκ ὀχλήσει. Τὸ γὰρ περιτρέχειν ἡμᾶς διερευνωμένους τὰ μὴ πρὸς τὸ ἀναγκαῖον ταῖς χρείαις ἐπιζητούμενα, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὀλεθρίαν ἡδονὴν καὶ βλαβερὰν κενοδοξίαν περῃνενοημένα, οὐ μόνον αἰσχρόν ἡμῖν καὶ ἀσύμφωνον, ἀλλὰ καὶ βλάβην ἔχον οὐ τὴν τυχοῦσαν, ὅταν οἱ τρυφῶντες καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς γαστρὸς, τὴν μακαριότητα ὁριζόμενοι, περὶ τὰς αὐτὰς φροντίδας καὶ ἡμᾶς ὁρῶσι στρεφομένους, περὶ ἃς ἐκεῖνοι ἐπτόηνται. Ἐνθίοντες δὲ, μὴ ἀργὸν τὸν νοῦν ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχωμεν, ἀλλὰ αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν, ἀφορμὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας· πῶς ποικίλα εἴδη τροφῶν τῇ ιδιότητι τῶν σωμάτων ἁρμόζοντα, παρὰ τοῦ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινενόηται. Τροφῆς δὲ ὥρα μία ἀποτεταγμένη ἦτω· ἡ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἁπαντῶσα, ὡς ἐκ τῶν εἰκοσιτεσσάρων ὡρῶν τοῦ ἡμερονυκτίου μίαν εἶναι μόλις ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι, τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ ἀπασχολεῖν.

quæ ei sermo non persuasit, et frugalitatis in escis servandæ formam et exemplar accipiat. Maneant in ipso monumenta mensæ Christianorum, et ejus paupertatis, quæ Christi causa citra verecundiam perferenda est. Quod si his ille minime commovebitur, ac potius deridebit, rursus nobis non exhibiturus est molestiam. (2) Nam circumcursare nos, ac investigare ea quæ non ad necessarium usum requiruntur, sed quæ ad perniciosam voluptatem et ad inanem exitiosamque gloriam adinventa fuerunt, non solum nobis turpe atque indecorum est, sed detrimentum etiam affert non leve, cum scilicet qui in deliciis vivunt, et ventris voluptatibus metiuntur beatitudinem, nos quoque eisdem curis, quibus ipsi cum admiratione et stupore incumbunt, distentos vident. (3) Inter epulandum ne tum quidem animam a Dei cogitatione habeamus otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, et corporis ea susciplentis structura divinarum laudum materiam ducamus, quod varia ciborum genera, qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens, adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis vix illa una ad curandum corpus insumatur, reliquæ in animi exercitatione.

2. Ὁ μὲν γὰρ ἄριστα βουλευόμενος, τῆς ψυχῆς ὅτι μάλιστα φροντίσει, καὶ τοῦτο διὰ πάντων πειράσεται σώζειν εἰλικρινές τε καὶ γνήσιον· τῆς σαρκὸς δὲ ἢ λιμῷ τηκομένης, ἢ κρυμῷ καὶ θάλπει προσταλαιούσης, ἢ νόσοις ἀλγυνομένης, ἢ πασχούσης τι παρά τινων βίαιον, ὀλίγον ποιήσεται τὸν λόγον, καὶ οὐδὲ τοὺς ὑπὲρ τοῦ ζῆν κινδύνους προϊόντας (1) ὁρῶν, φανήσεται δεδιώς. Εἰ δέ τις ἐθέλοι φείδεσθαι καὶ τοῦ σώματος, ὡς μόνου κτήματος αὐτῷ ἀναγκαίου ψυχῇ, καὶ συνεργοῦντος αὐτῇ πρὸς τὸ ζῆν ἐπὶ γῆς, μικρὰ πρὸς τὰς τούτου χρείας ἐπιστραφήσεται, καὶ ὥστε συνέχειν μόνον αὐτὸ, καὶ τῇ τῆς ψυχῆς ὑπηρεσίᾳ διὰ μετρίας ἐπιμελείας ἐῤῥωμένον τηρεῖν, μὴ μέντοιγε ἐπιτρέπειν ὑπὸ κόρου σκιρτᾶν. Τούτοις μὲν γὰρ εὐήνιόν τε αὐτὸ καὶ κοῦφον ἀεὶ πρὸς τὴν οὐράνιον ὁδοιπορίαν ἐργάσεται, καὶ μᾶλλον εἰς τὰ προκείμενα κτήσεται συνεργόν. Εἰ δὲ ὑβρίζειν αὐτὸ συγχωρήσοι, καὶ πάντων ἐφ' ἡμέραν ἐμπίπλασθαι, καθάπερ ει θηρίον ἀνήμερον· ὕστερον ταῖς βιαίοις αὐτοῦ πρὸς γῆν ἀνθολκαῖς συνεπισπασθεὶς, κείσεται στένων ἀνόνητα. Καὶ πρὸς τὸν Δεσπότην ἀχθεὶς, καὶ τῆς ἐπὶ γῆς πορείας τῆς ἐνδοθείσης αὐτῷ τὸν καρπὸν ἀπαιτούμενος, εἶτα οὐκ ἔχων δοῦναι, θρηνήσει μακρὰ, καὶ σκότος οἰκήσει διηνεκὲς, πολλὰ τῇ τρυφῇ καὶ τῇ ταύτης πλάνῃ μεμῳόμενος, ὑφ' ἧς τὸν τῆς σωτηρίας ἐσυλήθη καιρόν· οὐδὲν δὲ ἐκ τῶν δακρύων ἔσται κερδαίνων· Ἐν γὰρ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι; φησὶν ὁ Δαβίδ. Γαστὴρ συναλλάκτης ἐστὶν ἀπιστότατος,

2. (4) Qui enim sibi optime consulit, curabit 559 animam quam maxime, hocque modis omnibus et sincerum et genuinum servare conabitur: carnis vero, sive fame conficiatur, sive cum frigore aut calore luctetur, sive a morbis excrucietur, sive violentum quid ab aliquibus perpetiatur, rationem parvam habebit, et ubi venire se in vitæ periculum viderit, haudquaquam apparebit timidus. Si quis tamen voluerit corpus etiam commiserari, tanquam quod una possessio sit, quæ animæ necessario est, eique ad vitam in terra degendam suppetias fert, exiguam necessitatum ejus curam suscipiet, ut illud et sustentet tantum, et per mediocrem curam sanum conservet ad animæ ministerium, non ita autem ut ipsum satietate lascivire sinat. His enim illud sibi comparabit et minime rebelle, et ad cœleste iter conficiendum nullo non tempore expeditum, eritque auxilio majori ad ea quæ proposita sunt obeunda munia. Sin autem insolens ac protervum esse permiserit, et quibusvis quotidie tanquam immanem quamdam bestiam oppleri, tum demum ipsius pondere ad terram violenter vergente attractus, jacebit inaniter ingemiscens. Quin et ad Dominum adductus, et terreni illius itineris sibi commissi fructum rogatus, nec reddere valens, plurimum lamentabitur, et in perpetuis tenebris habitabit, delicias, eorumque fallaciam non parum incusans, quibus salutis tempus sibi ademptum est; sed nihil tunc utilitatis ex lacrymis capiet. *In in-*

(1) *Προϊόντας.* Forte προσιόντας. Edit.
(2) Ex *Regulis fusius tractatis*, 364.
(3) Ex epist. II, 74.
(4) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 167.

Digitized by Google

ferno enim *quis confitebitur tibi* [44]? inquit David. (1) Venter est pessima fide in conventis, penum incustoditum, in quod cum multa reposueris, noxam quidem retinet, at non servat deposita. (2) Quæ igitur nobis ad cibum ac potum excogitata sunt, et quidquid petulantes divitiæ ultra necessitatem ad ingrati nihilque continentis ventris obsequium adinvenere, quando nostra sunt, etiamsi perpetuo infunduntur? quæ ubi gustum in transitu duntaxat modica quadam voluptate affecerint, mox tanquam molesta ac superflua ægre ferimus, ut in summum vitæ discrimen venturi, si in visceribus diu permaneant. Mortem enim non paucis intulit satietas, fuitque in causa, cur nihil amplius degustarent. Nam vis illa qua animali providetur, temperatum ac parcum victum nullo negotio concoquit, et in corporis quod alitur substantiam vertit; at eadem ubi opiparos variosque cibos complexa est, nec deinde par est his omnino coquendis, tum diversa gignit morborum genera. Satietas lasciviæ initium est. (3) Statim enim una cum deliciis, ebrietate, et omnis generis condimentis, prodit libidinis belluinæ genus omne. Hinc equi insanientes in feminas fiunt homines, ob œstrum ac furorem quem in animo gignunt deliciæ. A temulentis orta est naturæ inversio, dum in masculino sexu femininum, in feminino masculinum quærunt. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem sancti Spiritus in hominis mente irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. (4) Ne igitur carni tuæ obsequare, somno, balneo, ac mollibus culcitis, semper hanc repetens sententiam: *Quæ utilitas in sanguine* **560** *meo, dum descendo in corruptionem* [45]? Quid foves quod paulo post interiturum est? quid saginas teipsum et pinguefacis? An ignoras quod quanto pinguius tibi corpus conficis, tanto graviorem carcerem animæ struis? Corporearum enim virium abundantia, spiritus saluti impedimento est. (5) Oportet itaque quæ necessaria sunt ventri subministrare, non quæ sunt perquam jucunda, ut solent qui quosdam mensarum structores coquosque exquirunt, totamque terram ac mare vestigant, velut moroso hero tributa pendentes, digni miseratione ob ejusmodi occupationem, haud remissius quam qui in inferno versantur, excruciati, plane dissecantes ignem, cribro ferentes aquam, et in pertusum dolium infundentes, laborum finem nullum habentes. (6) Quemadmodum igitur sitis efficit, ut jucundus sit potus, et sicut quæ præivit fames, epulas suaves reddit: ita quoque quæ su-

A ταμεῖον ἀφύλακτον, πολλῶν ἐναποτιθεμένων, τὴν μὲν βλάβην παρακατέχουσα, τὰ μέντοι παρατεθέντα οὐ διασώζουσα. Τὰ τοίνυν εἰς βρῶσιν ἡμῖν ἐπινενοημένα καὶ πόσιν, καὶ πάντα, ὅσα πέρα τῆς χρείας ὁ πλοῦτος ὑβρίζων ἐμηχανήσατο πρὸς θεραπείαν τῆς ἀχαρίστου καὶ μηδὲν στεγούσης γαστρὸς, πόσ' ἂν ἡμετέρα γένοιτο, κἂν ἐπαντλῆται: (7) διηνεκῶς; ἃ γε μικράν τινα γεύσει μόνον ἐναποθέμενα κατὰ τὴν πάροδον ἡδονὴν, εὐθὺς ὡς ὀχληρὰ καὶ περιττὰ δυσχεραίνομεν, ὡς εἰ τοῖς σπλάγχνοις ἐγχρονίσοι, τὰ μέγιστα περὶ τὸ ζῆν κινδυνεύσοντες Πολλοῖς γοῦν ὁ κόρος ἦγαγε θάνατον, καὶ τοῦ μηδενὸς ἀπολαύειν ἔτι γεγένηται πρόξενος. Ἡ γὰρ οἰκονομοῦσα τὸ ζῶον δύναμις αὐτάρκειαν μὲν καὶ λειότητα (8) ῥᾳδίως κατειργάσατο, καὶ ᾠκείωσε τῷ τρεφομένῳ· B πολυτέλειαν δὲ καὶ ποικιλίαν βρωμάτων παραλαβοῦσα, εἶτα ἀντισχεῖν πρὸς τὸ πέρας μὴ ἐξαρκέσασα, τὰ ποικίλα γένη τῶν νοσημάτων ἐποίησεν. Ὁ κόρος ὕβρεώς ἐστιν ἀρχή. Εὐθὺς γὰρ συνεισπίπτει τῇ τρυφῇ καὶ τῇ μέθῃ καὶ ταῖς παντοδαπαῖς καρυκείαις πᾶν εἶδος ἀκολασίας βοσκηματώδους· ἔνθεν ἵπποι θηλυμανεῖς οἱ ἄνθρωποι, διὰ τὸν ἐκ τῆς τρυφῆς (9) οἶστρον ἐπιγινόμενον τῇ ψυχῇ. Παρὰ τῶν μεθυόντων αἱ τῆς φύσεως ἐναλλαγαὶ, ἐν ἄῤῥενι μὲν τὸ θῆλυ, ἐν δὲ τῷ θήλει τὸ ἄῤῥεν ἐπιζητούντων. Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς, οἷον αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐγγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσι. Μὴ τοίνυν κολάκευέ σου τὴν σάρκα ὕπνοις καὶ λουτροῖς, καὶ μαλακοῖς στρώμασιν, ἀεὶ C ἐπιλέγων τὸ ῥῆμα τοῦτο· *Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν;* Τί περιέπεις τὸ μικρὸν ὕστερον φθαρησόμενον; τί καταπιαίνεις σεαυτὸν καὶ περισαρκοῖς; Ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι ὅσῳ παχυτέραν τὴν σάρκα ἑαυτῷ ποιεῖς, τοσούτῳ βαρύτερον τῇ ψυχῇ κατασκευάζεις τὸ δεσμωτήριον; τὸ γὰρ πλῆθος τῆς σωματικῆς δυνάμεως, ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὴν σωτηρίαν τοῦ πνεύματος. Δεῖ τῇ γαστρὶ τὰ ἀναγκαῖα ὑπηρετεῖν, οὐχὶ τὰ ἥδιστα, ὡς οἵγε τραπεζοποιούς τινας καὶ μαγείρους περινοοῦντες, καὶ πᾶσαν διερευνώμενοι γῆν τε καὶ θάλατταν, οἷόν τινι χαλεπῷ δεσπότῃ φόρους ἀπάγοντες· ἐλεεινοὶ τῆς ἀσχολίας, τῶν ἐν ᾅδου κολαζομένων οὐδὲν πάσχοντες ἀνεκτότερον, ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ξαίνοντες, D καὶ κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ, καὶ εἰς τετρημένον ἀντλοῦντες πίθον, οὐδὲν δὲ πέρας τῶν πόνων ἔχοντες. Ὥσπερ οὖν ἡ δίψα ἡδὺ τὸ ποτὸν εὐτρεπίζει, καὶ λιμὸς ἡγησάμενος ἡδεῖαν παρασκευάζει τὴν τράπεζαν· οὕτω καὶ τὴν τῶν βρωμάτων ἀπόλαυσιν ἡ ἐγκράτεια φαιδρύνει. Μέσην γὰρ ἑαυτὴν παρενθεῖσα, καὶ τὸ συνεχὲς τῆς τρυφῆς διακόψασα, ποθεινήν σοι τὴν

[44] Psal. VI, 6. [45] Psal. XXIX, 10.

(1) Ex hom. *De jejunio*, 15.
(2) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 166.
(3) Ex hom. *De jejunio*, 9.
(4) Ex hom. *in psal.* XXIX, 130.
(5) Ex serm. *De legendis lib. gentilium*, 181.
(6) Ex hom. *De jejunio*, 6.

(7) *Ἡμετέρα... ἐπαντλῆται.* Sic contextus et Regius codex 1992. Editi ἡμέρα... ἐπαντλῆσαι.
(8) *Λειότητα.* Haud dubium quin legendum sit λιτότητα. EDIT.
(9) *Τρυφῆς.* Sic contextus et uterque codex. Editi τροφῆς.

Digitized by Google

μετάληψιν φανηναι ποιήσει, ὥσπερ ἀπόδημον. Ὥστε εἰ βούλει σαυτῷ ἐπιθυμητὴν κατασκευάσαι τὴν τράπεζαν, δέξαι τὴν ἐκ τῆς ἐγκρατείας μεταβολήν. Σὺ δὲ ὑπὸ τοῦ σφόδρα τῆς τρυφῆς περιέχεσθαι, λέληθας σαυτῷ ἀμαυρῶν τὴν τρυφὴν, καὶ ὑπὸ φιλησονίας τὴν ἡδονὴν ἀφανίζων. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπιθυμητὸν, ὃ μὴ τῇ συνεχείᾳ τῆς ἀπολαύσεως εὐκαταφρόνητον γίνεσθαι πέφυκεν· ὧν δὲ σπανία ἡ κτῆσις, τούτων περισπούδαστος ἡ ἀπόλαυσις.

3. Οἱ γοῦν ἀρχομένης ἡμέρας περισκοποῦντες, ποῦ πότοι γίνονται, καὶ οἰνοπώλια καὶ καπηλεῖα περιαθροῦντες, καὶ ἀλλήλους ἐπὶ τὸ πίνειν παραλαμβάνοντες, καὶ πᾶσαν τῆς ψυχῆς τὴν μέριμναν ἐπὶ τὴν τῶν τοιούτων φροντίδα καταναλίσκοντες, οὗτοι ὑπὸ τοῦ προφήτου καταθρηνοῦνται. Οὐ γὰρ ἄγουσι σχολὴν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἀνανεῦσαι πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ κάλλη καταμαθεῖν· ἀλλ' εὐθὺς ἀρχομένης ἡμέρας, κοσμοῦσιν ἑαυτῶν τὰ συμπόσια, σπουδήν τε καὶ ἐπιμέλειαν εἰς τὴν τῶν ἐκπωμάτων παρασκευὴν ἐπιδείκνυνται, ψυκτῆρας καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας ὥσπερ ἐν πομπῇ τινι καὶ πανηγύρει διατιθέντες, ὡς ἂν τὸ τῶν ἀγγείων διάφορον τὸν κόρον αὐτοῖς ὑποκλέπτῃ, καὶ ἡ τῶν ἐκπωμάτων ὑπαλλαγὴ καὶ μετάβασις ἱκανὴν αὐτοῖς εἰς τὸ πίνειν διατριβὴν ἐμποιῇ· τάξις ἐν ἀταξίᾳ, καὶ διάθεσις ἐν ἀκόσμῳ ἐπινενοημένη. Πρὸς τούτοις ἅμιλλαι περὶ τοῦ πλείονος, φιλονεικίαι καὶ ἀγωνίσματα, ἀλλήλους ὑπερβάλλεσθαι φιλοτιμουμένων κατὰ τὴν μέθην. Καὶ ὁ ἀγωνοθετῶν αὐτοῖς, διάβολος, καὶ ἄθλον τῆς νίκης, ἡ ἁμαρτία. Ὁ γὰρ πλείονα τὸν ἄκρατον ἐγχεάμενος (1), οὗτος φέρεται κατὰ τῶν ἄλλων τὰ νικητήρια· φιλονεικοῦσι μὲν γὰρ ἀλλήλους, ἀμύνονται δὲ ἑαυτούς. Πάντα ἀλογίας γέμει, πάντα συγχύσεως· οἱ ἡττηθέντες μεθύουσιν, οἱ νικήσαντες μεθύουσιν (2), οἱ ὑπηρέται καταγελῶσιν. Ἡ χεὶρ ἀπείρηκε, τὸ στόμα οὐχ ὑποδέχεται, ἡ γαστὴρ διαῤῥήγνυται, καὶ τὸ κακὸν οὐχ ὑφίσταται. Τὸ ἄθλιον σῶμα τοῦ φυσικοῦ τόνου παραλυθὲν (3), ἀπόῤῥυτόν ἐστι πανταχόθεν, τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας βίαν μὴ ὑπομένον (4). Ἐλεεινὸν θέαμα! Ἀνὴρ ἀκμάζων καθ' ἡλικίαν, στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐμπρέπων, φοράδην οἴκαδε κομιζόμενος, μὴ δυνάμενος ὀρθοῦσθαι, μηδὲ τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἐπιβῆναι. Ἀνὴρ φοβερὸς εἶναι ὀφείλων τοῖς πολεμίοις, γέλωτός ἐστιν ἀφορμὴ τοῖς κατ' ἀγορὰν παιδίοις· ἄνευ σιδήρου καταβέβληται, ἄνευ πολεμίων πεφόνευται. Ἀνὴρ ὁπλίτης, αὐτὸ τῆς ἡλικίας ἄγων τὸ ἄνθος, οἴνου γέγονε παρανάλωμα, ἕτοιμος παθεῖν τοῖς ἐχθροῖς ὅσα καὶ βούλοιντο. Τίς ὁ τῶν κακῶν τούτων αἴτιος; τίς ὁ ταῦτα ἐπιβουλεύσας; Παράταξιν ἐποίησας τὸ συμπόσιον, ἐνέκρωσας τὴν ἀκμὴν τῆς νεότητος ἀπὸ οἴνου· καὶ καλεῖς μὲν ὡς φίλον ἐπὶ τὸ δεῖπνον, ἐκβάλλεις δὲ νεκρὸν, οἴνῳ τὴν

A muntur edulia condit abstinentia atque edulcat. Dum enim mediam se interponit, ac deliciarum continuum usum interrumpit, sumptionem, utpote intermissam, tibi jucundam exhibebit. Proinde si vis tibi mensam apparare suavem, admitte ex abstinentia vicissitudinem. Tu vero, quod deliciis nimium addictus es, insipidas reddis tibi delicias imprudens, ac præ voluptatis amore voluptatem fugas. Nihil enim tam cupitum est, quod non abeat in fastidium, si perpetuo fruare. At quæ raro habentur, his avide fruimur.

3. (5) Qui igitur ineunte die explorant ubi compotationes fiant, et cœnopolia ac caupones collustrant, seque mutuo ad compotandum conjungunt, et omnem animi curam in hæc insumunt, hos propheta deplorat. Non enim oculis eorum vacat suspicere in cœlum, ejusque pulchritudinem condiscere: sed ineunte statim die, sua exornant convivia, atque studium ac diligentiam in poculis apparandis ostendunt, vasa ad refrigerandum vinum, craterasque et phialas velut in pompa aliqua ac conventu publico disponentes, ut vasorum diversitas ipsis satietatem suffuretur, et alternatio poculorum ac permutatio eos diu in bibendo detineat. Ordo in confusione, ac dispositio in re incomposita excogitatur. Ad hæc oriuntur de ampliore potu certamina contentionesque et lites, dum se mutuo ebrietate superare conantur. Atque certaminum horum præfectus diabolus est, et victoriæ præmium peccatum. Nam qui plus infuderit merl, is ex aliis reportat victoriam. Contendunt enim inter se ac se ipsi ulciscuntur. Omnia sunt insipientia referta, omnia confusione; victi victoresque ebrii sunt, derident ministri. Labat manus, os non suscipit, venter disrumpitur, nec malum sustinet. Miserum corpus naturali vigore exsolutum undelibet diffluit, haud sustinens immodici **561** potus violentiam. Miserabile spectaculum! Vir ætate florens, inter militares ordines clarus, aliorum manibus domum deportatur, quod se erigere non queat, neque propriis incedere pedibus. Vir qui terrori hostibus esse debuerat, pueris in foro ridendi occasionem præbet: sine ferro prostratus est, sine hostibus enectus. Vir armiger in ipso ætatis flore a vino consumptus nullo negotio et confectus, quidquid hostes voluerint perpeti paratus. Quis auctor est horum malorum? quis hæc machinatus est? (6) Convivium aciem effecisti: juventutis florem vino enecasti; ac vocas quidem veluti amicum ad cœnam, ejicis autem mortuum, exstincta a vino illius vita. (7) Qua re differs, o homo, a brutis animantibus? nonne rationis dono, qua a tuo conditore accepta, creaturæ cujuslibet princeps effectus es et dominus? Quisquis igitur se ipse intelligentia ac cognitione

(1) *Ἐγχεάμενος*. Contextus ἐχχεόμενος.

(2) *Οἱ νικήσαντες μεθύουσιν*. Hæc addidimus ex Regio codice 1992. Leguntur etiam in contextu. Paulo post minus belle in contextu τὸ κακὸν οὐχ ὑφίησι.

(3) *Παραλυθέν*. Sic idem codex et contextus. Editi παραχυθέν.

(4) *Μὴ ὑπομένον*. Negatio addita ex eodem codice et contextu.

(5) Ex homil. *in ebriosos*, 127.

(6) Ibid., 128.

(7) Ibid., 124.

Digitized by Google

privat per ebrietatem, *comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*[45]. Imo etiam dixerim ego, temulentos rationis magis esse expertes quam ipsa pecora: quandoquidem quadrupedia omnia et bestiæ certos ac constantes ad coitum motus impetusque habent: quorum autem anima ebrietate detinetur, et corpus calore præter naturam accedente impletur, hi omni tempore et omni hora ad impuros turpesque complexus concitantur. (1) Quemadmodum enim aqua igni est adversa, sic immodicum vinum rationem exstinguit. (2) Enimvero quodnam brutum animal vivendi audiendique sensu languescit ita ut temulentus? Nonne ignorat familiarissimos, et ad alienos velut ad familiares ac necessarios accurrit? nonne sæpenumero umbras tanquam rivulos, aut convalles transiliunt? Rursus eorum aures sonitu ac strepitu quodam quasi æstuantis maris implentur; terra vero sursum erigi videtur, et montes in orbem circumverti. His somni quidem graves sunt, et excussu difficiles, prope suffocantes, planeque morti vicini, vigiliæ vero somnis stupidiores. Nam insomnium quoddam est vita ipsorum, qui cum nec vestem habeant, neque quod in crastinum edant, regnant et exercitibus in ebrietate imperant, construunt urbes, ac pecunias elargiuntur. (3) Quid facis, o homo? Famulus profugit ab hero verberante: tu vero non recedis a vino, quod tuum quotidie caput percutit?

ζωὴν αὐτοῦ κατασβέσας. Τίνι διενήνοχας τῶν ἀλόγων, ὦ ἄνθρωπε; οὐ τῇ δωρεᾷ τοῦ λόγου, ἣν λαβὼν παρὰ τοῦ κτίσαντός σε, ἄρχων καὶ κύριος ἐγένου πάσης τῆς κτίσεως; Ὁ τοίνυν ἀφελόμενος ἑαυτοῦ τὴν φρόνησιν διὰ τῆς μέθης, *παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς*. Μᾶλλον δὲ καὶ τῶν βοσκημάτων φαίην ἂν ἔγωγε ἀλογωτέρους εἶναι τοὺς ἐν τῇ μέθῃ· διότι τὰ μὲν τετράποδα πάντα καὶ τὰ θηρία τεταγμένας ἔχει τὰς πρὸς τὴν μίξιν ὁρμάς· οἱ δὲ ὑπὸ τῆς μέθης τὴν ψυχὴν κατεχόμενοι, καὶ τὸ σῶμα τῆς παρὰ φύσιν θερμότητος ἀναπληρώσαντες, πάντα καιρὸν καὶ πᾶσαν ὥραν πρὸς τὰς ἀκαθάρτους καὶ ἀσχήμονας συμπλοκὰς συνελαύνονται. Ὥσπερ γὰρ ὕδωρ πολέμιόν ἐστι πυρὶ, οὕτως ἀμετρία οἴνου λογισμὸν κατασβέννυσι σώφρονα. Ποῖον γὰρ βόσκημα οὕτω παραβλέπει καὶ παρακούει ὡς ὁ μεθύων; Οὐχὶ ἀγνοεῖ μὲν τοὺς οἰκειοτάτους, προστρέχει δὲ τοῖς ἀλλοτρίοις ὡς τοῖς συνήθεσιν; οὐ τὰς σκιὰς διαπηδῶσιν οἱ τοιοῦτοι πολλάκις, ὡς ὀχετοὺς ἢ φάραγγας; Ἤχων δὲ αὐτοῖς καὶ ψόφων τὰ ὦτα πεπλήρωται οἱονεὶ θαλάσσης κυμαινούσης· ἡ δὲ γῆ πρὸς τὸ ὀρθιον διανίστασθαι δοκεῖ, καὶ τὰ ὄρη περιτρέχειν κύκλῳ. Τούτοις ὕπνοι μὲν βαρεῖς, καὶ δυσανάφοροι, καὶ πνιγώδεις, καὶ τῷ ὄντι θανάτου γείτονες· αἱ δὲ γρηγορήσεις, τῶν ὕπνων ἀναισθητότεραι. Ἐνύπνιον γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ὁ βίος, οἵ γε ἱμάτιον οὐκ ἔχοντες, οὐδ' ὅ τι φάγωσιν εἰς τὴν αὔριον, βασιλεύουσι καὶ στρατοπέδων ἄρχουσιν ἐν τῇ μέθῃ, καὶ πόλεις οἰκοδομοῦσι, καὶ χρήματα διανέμουσι. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Οἰκέτης δραπετεύει δεσπότην τύπτοντα· σὺ δὲ καὶ παραμένεις τῷ οἴνῳ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὴν κεφαλήν σου τύπτοντι;

4. Modus utendi vino optimus est corporis necessitas. Quod si fines prætergredieris, postridie venies capitis gravedine affectus, oscitans, vertigine laborans, putrefactum obolens vinum; omnia tibi circumferri, omnia circumvolvi videbuntur. (4) Postquam enim fuligine, quam vinum exhalans sursum emittit, repletæ sunt cerebri membranæ, caput ut intolerabilibus doloribus corripitur, ita super humeros rectum manere non valens, huc illuc super vertebras nutans, jactatur. (5) Quinetiam ipsa in fruendis voluptatibus incontinentia ex vino quasi ex fonte manifeste prorumpit, atque una cum mero irrepit impudicitiæ labes, quæ omnem pecorum in feminas insaniam **562** demonstrat procacitate ac lascivia ebriorum minorem esse. Et quidem bruta animalia naturæ terminos non ignorant: ebrii vero in masculo feminam, in femina masculum requirunt. Postquam enim animam ita perdidere, ut sint omnigenis maculis compuncti, præterea ipsam quoque corporis habitudinem corrumpunt. Etenim non ob immodicas

4. Μέτρον ἄριστον τῆς τοῦ οἴνου χρήσεως, ἡ χρεία τοῦ σώματος. Ἐὰν δὲ ἔξω τῶν ὅρων γένῃ, αὔριον ἥξεις καρηβαρῶν, χασμώμενος, ἰλιγγιῶν (6), σεσηπότος οἴνου ἀπόζων· πάντα σοι περιφέρεσθαι, πάντα δονεῖσθαι δόξει. Ὅταν γὰρ πλήρεις αἱ μήνιγγες γένωνται τῆς αἰθάλης, ἣν ὁ οἶνος ἐξατμιζόμενος ἀναφέρει, βάλλεται μὲν ὀδύναις ἀφορήτοις ἡ κεφαλή· μένειν δὲ ὀρθὴ ἐπὶ τῶν ὤμων μὴ δυναμένη, ἄλλοτε ἐπ' ἄλλα (7) καταπίπτει, τοῖς σπονδύλοις ἐνολισθαίνουσα. Ἡ δὲ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἀκρασία, ἀντικρυς, ὥσπερ ἐκ πηγῆς τοῦ οἴνου φέρεται, καὶ συνεισπίπτει τῷ ἀκράτῳ τῆς ἀσελγείας ἡ νόσος, πᾶσαν βοσκημάτων μανίαν ἐπὶ τὸ θῆλυ (8) δευτέραν τῆς τῶν μεθυόντων ὕβρεως ἀποφαίνουσα. Διότι τὰ μὲν ἄλογα γνωρίζει τοὺς ὅρους τῆς φύσεως· οἱ δὲ μεθύοντες ἐν ἄρρενι μὲν τὸ θῆλυ, ἐν δὲ τῷ θήλει τὸ ἄρρεν ἐπιζητοῦσιν. Οὕτω γὰρ τὴν ψυχὴν ἀπολωλότες, ὡς ὑπὸ πάσης κηλίδος κατεστιγμένοι, ἔτι καὶ αὐτὴν τοῦ σώματος τὴν ἕξιν προσδιαφθείρονται· οὐ μόνον τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἡδονῶν ἐξοιστρουσῶν ἐπὶ λαγνείας ἐκτετηκότες καὶ διαῤῥέοντες, ἀλλὰ καὶ αὐ-

[45] Psal. XLVIII, 13.

(1) Ex hom. *in ebriosos*, 123.
(2) Ibid., 124.
(3) Ex hom. I *de jejunio*, 9.
(4) Ex hom. *in ebriosos*, 126.
(5) Ibid., 123.

(6) Ἰλιγγιῶν. Hanc vocem ex contextu desumpsimus.
(7) Ἐπ' ἄλλα. Regius codex ἐπ' ἄλλοις.
(8) Ἐπὶ τὸ θῆλυ. Sic Regius codex et contextus. Editi ἐπὶ τῷ θήλει.

Digitized by Google

τῷ τῷ ὄγκῳ πεπλαδηκὸς καὶ βρυῶδες καὶ τοῦ ζωτικοῦ τόνου λελυμένον τὸ σῶμα φέροντες. Τούτων πελιδνοὶ μὲν οἱ ὀφθαλμοί, ὕπωχρος δὲ ἡ ἐπιφάνεια, πνεῦμα προστετηκὸς, γλῶσσα παρειμένη, καὶ κραυγὴ ἄτημος, ἀκροσφαλεῖς οἱ πόδες καθάπερ οἱ τῶν παίδων, ἐκκρίσεις δὲ τῶν περιττωμάτων αὐτόματοι ὥσπερ ἀπὸ ἀψύχων ῥέουσαι. Ἐλεεινοὶ τῆς τρυφῆς, ἐλεεινότεροι τῶν ἐν πελάγει χειμαζομένων, οὓς ἄλλα ἐξ ἄλλων διαδεχόμενα καὶ ἐπιβαπτίζοντα κύματα ἀναφέρειν οὐκ ἐπιτρέπει τοῦ κλύδωνος. Ὥσπερ γὰρ τὰ χειμαζόμενα πλοῖα ἐπειδὰν ὑπέραντλα γένηται, ἀναγκαίως τῇ ἐκβολῇ τοῦ φόρτου κουφίζεται· οὕτω καὶ τούτοις ἀναγκαῖαι τῶν βαρυνόντων αἱ ἀποθέσεις. Ἐμοῦντες γὰρ (1) καὶ ἀποβλύζοντες, μόλις ἐλευθεροῦνται τοῦ βάρους, τοσούτῳ τῶν δυσπλοούντων ἐλεεινότεροι, ὅσον οἱ μὲν ἀνέμους καὶ θάλασσαν καὶ τὰς ἔξωθεν ἀνάγκας ἐπαιτιῶνται· οἱ δὲ αὐθαίρετον ἐπιστῶνται τὸν ἐκ τῆς μέθης χειμῶνα. Καὶ οἱ μὲν δαιμονῶντες, ἐλεεινοί· οἱ δὲ μεθύοντες τὰ αὐτὰ πάσχοντες, οὐδὲ τοῦ ἐλεεῖσθαι ἄξιοι, αὐθαιρέτῳ δαίμονι προσπαλαίοντες. Οἱ καὶ μέθης συντιθέασι φάρμακα, οὐχὶ τοῦ μὴ παθεῖν τι δεινὸν ἀπὸ τοῦ οἴνου, ἀλλὰ τοῦ μὴ διαλιπεῖν μεθύοντες μηχανώμενοι. Καὶ τέλος οὐκ ἔστι τοῦ κακοῦ· αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ὁ οἶνος ἐπὶ τὸ πλεῖον προάγει (2). Οὐ γὰρ τὴν χρείαν παραμυθεῖται, ἀλλ' ἑτέρου ποτοῦ χρείαν ἀπαραίτητον ἐμποιεῖ, ἐκκαίων τοὺς μεθύοντας, καὶ ἀεὶ πρὸς τὴν τοῦ πλείονος ἔφεσιν προσκαλούμενος. Καὶ ὥσπερ αἱ χαράδραι, ἕως μὲν ἂν αὐταῖς ἐπιῤῥέωσιν οἱ χείμαῤῥοι, πλήρεις εἶναι δοκοῦσι, παρελθούσης δὲ τῆς πλημμύρας, ξηραὶ καταλείπονται· οὕτω καὶ τοῖς οἰνόφλυξι τὸ στόμα, ἐλλιμνάζοντος μὲν τοῦ οἴνου, πλῆρές ἐστί πως καὶ δίυγρον, μικρὸν δὲ παραδραμόντος, ξηρὸν καὶ ἄνικμον ἀπελέγχεται.

A solum voluptates, quibus velut furore quodam ad salacitatem concitantur, contabescunt ac diffluunt: sed ob ipsam etiam molem ac tumorem, corpus nimio humore repletum, laxumque et vitali vigore solutum circumferunt. Horum lividi sunt oculi, subpallida superficies cutis, spiritus impeditus ac coagmentatus, lingua resoluta, clamor indistinctus, titubantes pedes velut puerorum, spontaneæ superfluitatum egestiones quasi ab inanimatis profluentes: ob luxum miserabiles, miserabiliores quam qui in mari tempestate jactantur, quos fluctus alii aliis succedentes, ac demergentes, ex undis emergere non sinunt. Quemadmodum enim jactata tempestate navigia cum plus æquo onerantur, onere ejecto necesse est allevari. ita et hi ea B quæ ipsos gravant, necessario egerunt. Vix enim vomitu et dejectione ab onere liberantur, tanto miserabiliores infeliciter navigantibus, quantum hi quidem ventos et mare et externa impedimenta causantur: illi vero ebrietatis tempestatem sibi ipsis sponte asciscunt. Itaque qui a dæmonibus obsidentur, miseratione quidem digni sunt: ebrii vero eadem perpetientes, ne digni quidem sunt, quorum misereamur, quandoquidem cum voluntario dæmone colluctantur. Hi præterea quædam ebrietatis pharmaca componunt, operam industriamque in eo ponentes, non ut ne quid mali a vino patiantur, sed ut ipsorum ebrietas jugis sit et assidua. Ac hujus mali finis nullus est. Nam ipsum se merum promovet ad amplius. Non enim levat C necessitatem: sed alterius potus necessitatem inevitabilem inducit, exurens inebriatos, semperque desiderium plus bibendi provocans. (4) Et quemadmodum cava, dum in se torrentes confluunt, plena esse videntur; sed ubi exundatio præteriit, sicca aridaque relinquuntur: ita et ebriosorum os restagnante vino, plenum quodam modo est. et madidum, sed simul ut paululum effluxit, siccum et humoris expers deprehenditur.

5. Πάντῃ οὖν ἀπέχεσθαι δεῖ τῶν ἐμποιούντων θόλωσιν τῷ ἡγεμονικῷ. Ἐπειδὰν γὰρ πολὺς εἰσπέσῃ ὁ ἄκρατος, οἷόν τις τύραννος ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀναδραμὼν, ἀπὸ τῆς ἄκρας κορυφῆς ἀσιγήτους θορύβους ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ, οὐδενὸς παρανόμου φειδόμενος ἐπιτάγματος. Ἀλλ' αὐτὸν δουλωσάμενος πρῶτον τὸν λογισμὸν, πᾶσαν τὴν τε ἐκ παιδεύσεως ἐνυπάρχουσαν διακόσμησιν συγχεῖ καὶ ταράσσει (3), γέλωτας κινῶν ἀπρεπεῖς, φωνὴν θορυβώδη, ὀργὰς προπετεῖς, ἐπιθυμίας ἀχαλινώτους, οἶστρον καὶ μανίαν ἐπὶ πᾶσαν παράνομον ἡδονήν. Διὰ τοῦτο μὴ πινέτωσαν, φησὶν, οἱ δυνάσται οἶνον, εἴτε οἱ ἀρχήν τινα πεπιστευμένοι, καὶ δημοσίων πραγμάτων οἰκονομίαν· εἴτε οἱ διὰ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας ἐν δυνάμει ὄντες σωματικῇ. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι φύσει τυγχάνοντες πρὸς τὰς ὁρμὰς εὐερέθιστοι, ἐπειδὰν καὶ τὸ τοῦ οἴνου προσλάβωσιν ἔξαλμα, οἷόν τινα φλόγα ἀφθόνῳ χορηγίᾳ τῆς καιομένης ὕλης, ἐπὶ τὸ μέγα

5. (5) Omnino igitur ab iis quæ mentem perturbant, abstinere oportet. Posteaquam enim multum introieris meri, quasi tyrannus quidam ad arcem ascendit, atque nihil non iniquum imperans, a summo vertice irrequietos in anima tumultus excitat. Imo ratione ipsa in servitutem primum redacta, omnem ex disciplina concinnitatem confundit et perturbat, risus indecoros, vocem turbulentam, procaces iras, cupiditates effrenatas, stimulum ac furorem ad omnem iniquam voluptatem provocantem exsuscitans. Quamobrem non bibant vinum potentes, inquit, sive ii quibus aliqua præfectura, aut publicarum rerum administratio commissa; sive ii qui ob ætatis vigorem corporeis **563** viribus pollent. Enimvero qui sunt ejusmodi, utpote suapte natura ad animi motus proni, postquam fomes etiam vini et incitamentum accessit, suppeditata abunde materia, quæ apta est ustioni

(1) *Ἐμοῦντες γάρ.* Voculam addidimus ex Regio codice.

(2) *Προάγει.* Emendavimus ope codicis Regii vulgatam lectionem προσάγει.

(3) *Ταράσσει.* Sic idem codex. Editi et contextus καταῤῥάσσει.

(4) Ex hom. *in ebriosos*, 126.

(5) Ex comment. *in Isa.*, 508.

Digitized by Google

et idonea, velut flammam quamdam in sublime attollunt. Nam quemadmodum onere nimio depressa navis, ægre quo velis impellitur, atque naufragio faciendo mirum in modum prona est: sic etiam corpora, quæcunque voluptatis libidine pluribus atque profusioribus deliciis, cutis curandæ gratia, sese onerant, profundo perditionis pelago innatantia feruntur. (1) Quid vis Caini maledictionem tibi ipse asciscere, ebriosus factus, tremens ac vagabundus per totam vitam? Corpus enim quod naturali fulcro destituitur, circumagi necesse est et contremiscere. Usquequo ebrietas? Periculum est ne tandem cœnum lutumque pro homine fias; ita totus admistus vino es, unaque pariter putruisti, vinum ex quotidiana crapula obolens, et hoc corruptum, perinde ut vasa nulli omnino usui idonea. (2) Si *ebriosi regnum Dei non possidebunt* [46], tu autem temulentus accedis ad jejunium: quid utilitatis aufers? Nam si te ebrietas excludit a regno cœlorum, quisnam tandem e jejunio fructus? An non vides quomodo qui in domandis equis, qui ad certamina aluntur, peritissimi sunt, cum instat certaminis dies, eos inedia præparant? Tu contra, data opera temetipsum deprimis saturitate. Venter enim onustus, non solum ad cursum, sed ne ad somnum quidem accommodus est; quandoquidem pondere oppressus non potest quiescere, sed cogitur subinde semet nunc in dextrum, nunc in lævum latus vertere. (3) Ne igitur ad jejunii mysteria te introducat ebrietas. Non est per temulentiam aditus ad jejunium, quemadmodum nec ad justitiam accessus est per fraudationem, nec ad castimoniam per lasciviam, nec, ut summatim dicam, per nequitiam ad virtutem. Ebrietas ad lasciviam inducit, ad jejunium frugalitas. Athleta ante certamen exercetur: qui jejunaturus est, præparat se per abstinentiam. Ne velut ulciscens hos dies, neu veluti fucum facturus legislatori, ante hos quinque dies colloca crapulam. Nam laboras frustra, si corpus quidem conficis, nec tamen solatium esuritioni admoves. (4) Dominum non recipit ebrietas, Spiritum sanctum propellit. Fumus quidem abigit apes, dona vero spiritualia fugat crapula. Ut autem id minime patiamur, caveamus, ne illi ingrato ventri obsequamur, ut æterna illa bona adipiscamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui, unaque ejus Patri, simul et sancto Spiritui, gloria, honor et potestas, summumque decus, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A ἐξαίρουσιν. Ὥσπερ γὰρ τὰ πλοῖα καταβαρυνόμενα τῷ φόρτῳ δυσάγωγά ἐστι καὶ εὔκολα πρὸς ναυάγιον· οὕτω καὶ τὰ σώματα, ὅσα πολλῇ (6) καὶ ἀφιλεῖ τῇ τρυφῇ εἰς πολυσαρκίαν καταπεφόρτισται διὰ φιληδονίαν (7), τῷ βυθῷ τῆς ἀπωλείας ἐπινηχόμενα φέρεται. Τί τὴν κατάραν τοῦ Κάϊν ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπᾶσαι, μεθύων, τρέμων καὶ περιφερόμενος διὰ παντὸς τοῦ βίου; οὐ γὰρ ἔχον τὸ σῶμα τὸν ἐκ τῆς φύσεως στηριγμὸν, ἀναγκαίως περιδονεῖται καὶ κατασείεται. Μέχρι τίνος ἡ μέθη; Κινδυνεύεις (8) ἀπὸν βόρβορος εἶναι ἀντὶ ἀνθρώπου· οὕτως ὅλως ἀνεμίχθης τῷ οἴνῳ, καὶ συγκατεσάπης αὐτῷ, ἐκ τῆς καθημερινῆς κραιπάλης οἴνου ἀπόζων, καὶ τούτῳ διεφθαρμένου, ὥσπερ τῶν ἀγγείων τὰ ἀχρηστότατα. Εἰ *μέθυσοι βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι*, B σὺ δὲ μεθύων ἔρχῃ ἐπὶ τὴν νηστείαν, τί σοι τὸ ὄφελος; εἰ γὰρ ἀποκλείει σε τῆς βασιλείας ἡ μέθη, ποῦ σοι λοιπὸν χρήσιμον τὸ νηστεύειν; Οὐχ ὁρᾷς καὶ τῶν ἵππων τοὺς ἀγωνιστὰς, πῶς οἱ ἐμπειρότατοι πωδάμναι, τῆς ἀγωνίας προσδοκωμένης, διὰ τῆς ἐνδείας πρὸς εὐτρεπίζουσι; σὺ δὲ ἐξεπίτηδες σεαυτὸν καταπιέζεις (9) τῷ κόρῳ. Βαρουμένη γὰρ ἡ γαστὴρ, οὐχ ὅπως πρὸς δρόμον, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς ὕπνον ἐπιτηδεία· διότι καταθλιβομένη τῷ ἄχθει, οὐδὲ ἡρεμεῖν συγχωρεῖται, ἀλλὰ ἀναγκάζεται πολλὰς ποιεῖσθαι τὰς περιστροφὰς ἐφ' ἑκάτερα. Μὴ τοίνυν μυσταγωγείτω σε ἐπὶ νηστείαν ἡ μέθη. Οὐκ ἔστι διὰ μέθης εἴσοδος εἰς νηστείαν, οὐδὲ διὰ πλεονεξίας εἰς δικαιοσύνην, οὐδὲ δι' ἀκολασίας εἰς σωφροσύνην (10), οὐδὲ, συλλήδδην εἰπεῖν, διὰ τῆς κακίας εἰς ἀρετήν. Μέθη εἰς C ἀκολασίαν ἄγει, ἐπὶ νηστείαν ἡ αὐτάρκεια. Ὁ ἀθλῶν προγυμνάζεται, ὁ νηστεύων προεγκρατεύεται. Μὴ ὡς ἀμυνόμενος τὰς ἡμέρας, μὴ ὡς κατασοφιζόμενος τὸν νομοθέτην, τῶν πέντε ἡμερῶν τὴν κραιπάλην προαποτίθεσο. Καὶ γὰρ ἀνόνητα πονεῖς, τὸ μὲν σῶμα συντρίβων, μὴ παραμυθούμενος δὲ τὴν ἔνδειαν. Μέθη Κύριον οὐχ ὑποδέχεται, Πνεῦμα ἅγιον ἀποδιώκει. Καπνὸς μὲν γὰρ φυγαδεύει μελίσσας, χαρίσματα δὲ πνευματικὰ ἀποδιώκει κραιπάλη. Ἵνα δὲ μὴ τοῦτο πάθοιμεν, φύγωμεν τὸ τὴν ἀχάριστον θεραπεύειν γαστέρα, ὅπως τῶν αἰωνίων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς D αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

564 *DE IRA ET ODIO.*
SERMO XVII.

ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ ΚΑΙ ΕΧΘΡΑΣ.
ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

1. (5) Maxima in Christianum accusatio est,

1. Μέγιστον κατηγόρημα Χριστιανοῦ, πρόχειρον

[46] I Cor. VI, 10.

(1) Ex hom. *in ebriosos*, 127.
(2) Ex hom. II *De jejunio*, 13.
(3) Ex hom. I *De jejunio*, 9.
(4) Ex hom. I *De jejunio*, 10.
(5) Ex comment. *in Isa.*, 19.
(6) Ὅσα πολλῇ. Sic idem codex, melius quam editi ὅσῳ πολλῇ. Non reperitur in contextu totus hic locus ab his verbis ὥσπερ γὰρ usque ad φέρεται.
(7) *Διὰ φιληδονίαν.* Regius codex διὰ φιληδονίας.
(8) *Κινδυνεύεις.* Sic idem codex et contextus. Editi κινδυνεύει.
(9) *Καταπιέζεις.* Regius codex καταπιαίνεις.
(10) *Εἰς σωφροσύνην.* Nescio unde editi habuerint, εἰς προσευχήν, quod emendavimus ope Regii codicis et contextus.

Digitized by Google

εἶναι πρὸς ἄμυναν, καὶ παντὶ τρόπῳ ἐπινοεῖν κατὰ τῶν λελυπηκότων τὴν τῶν ὁμοίων ἀντίδοσιν. Πῶς γὰρ διδάξει ἕτερον, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόναι, ὁ πάντα ποιῶν εἰς τὸ ἀμύνασθαι καὶ ἀντιλυπῆσαι τὸν βλάψαντα; μὴ μιμούμενος τὴν πραότητα τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· *Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακὰ, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός.* Διὸ δεῖ τὸ μανικὸν καὶ ἔμπληκτον κίνημα τῆς ψυχῆς καταστέλλειν τῇ μνήμῃ τῶν μακαρίων τούτου ὑποδειγμάτων· πῶς πράως ἠνείχετο (1) τῆς παρανίας τοῦ Σεμεεί. Οὐ γὰρ ἐδίδου καιρὸν τῇ ὀργῇ κινηθῆναι, πρὸς τὸν Θεὸν μεταφέρων τὴν ἔννοιαν. Ὅτι *Κύριος*, φησὶν, *εἶπε τῷ Σεμεεὶ καταράσασθαι τὸν Δαβίδ.* Διόπερ ἀκούων, ἀνὴρ αἱμάτων καὶ ἀνὴρ παράνομος, οὐκ ἐκείνῳ ἐχαλέπηνεν, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν, ὡς κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῷ τῆς ὕβρεως ἀπαντώσης (2). Πᾶς γὰρ ἔλεγχος ἐναργῶς καθαπτόμενος τοῦ ἐλεγχομένου, ἰσχυρῶς αὐτὸν βασανίζει, παριστὰς τὸ αἶσχος τοῦ ἁμαρτήματος· ὥστε μεγάλα εὐεργετεῖν τὸν ἀναισθητοῦντα τῶν ἰδίων πταισμάτων, εἰς συναίσθησιν ἄγων καὶ μεταμέλειαν ἀληθινήν. Ποῖον γὰρ τραῦμα σωματικὸν οὕτω δριμεῖαν ἐμποιεῖ τὴν ὀδύνην, ὁποίαν βάσανον ἐμποιεῖ τῇ ψυχῇ λόγος καταπληκτικὸς, καθικνούμενος τοῦ συνειδότος τῶν ἐνεχομένων τῇ αἰσχύνῃ τῶν κακῶς πεπραγμένων·

ciatum animæ parit sermo objurgatorius, cum gestarum premuntur, conscientiam perstringit?

2. Οὐχ οὕτω σώματος χαρακτὴρ ἰδιός τινος ἐνομίσθη, ὡς τῆς φιλοθέου ψυχῆς τὸ εἰρηνικόν τε καὶ ἥμερον. Πρέποι δ' ἂν τῷ τοιούτῳ, τοὺς ἄλλους ἑλκειν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ παρέχειν πᾶσι τοῖς ἐγγίζουσιν, ὥσπερ μύρου τινὸς εὐωδίας, τῆς τοῦ τρόπου χρηστότητος ἀναπίμπλασθαι, αὐτὸν τοῖς ἄλλοις καθηγεῖσθαι ἐπὶ τὰ βέλτιστα, ἀλλ' οὐχὶ ἀκολουθεῖν ἑτέροις, ἐφ' ἃ μὴ δεῖ (3)· καὶ τὸ μὲν φιλόνεικον ἑτέροις παραχωρεῖν· μᾶλλον δὲ κἀκείνων ἐξελεῖν τῆς ψυχῆς, εἴπερ οἷόν τε· αὐτὸν δὲ δι' ἀνεξικακίας λύειν τὰ λυπηρά. Τὸ μὲν γὰρ ἀμύνεσθαι, παντός ἐστι τοῦ ὀργιζομένου· τὸ δὲ καὶ αὐτῆς τῆς ὀργῆς ὑψηλότερον εἶναι (4), τοῦτο ἑνός που μόνου, καὶ εἴ τις αὐτῷ τὴν ἀρετὴν παραπλήσιος. Οἷον γὰρ θέαμα! πῶς σεμνὸν καὶ θαυμαστὸν καὶ μικροῦ τὴν φύσιν ἐκβαῖνον τὴν ἀνθρωπίνην, ἄνθρωπον πολλὰ λοιδορηθέντα, καί που καὶ πληγὴν δεξάμενον ἐπὶ κόρρης, καὶ ἄλλα μυρία παθόντα τῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ (5) πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀτιμίαν φερόντων, μὴ ὑπερζέσαι θυμῷ, μηδὲ διαναστῆναι πρὸς ἄμυναν, ἀλλὰ πράως καὶ ἀοργήτως προσεύξασθαι ὑπὲρ τοῦ ὑβριστοῦ, ὥστε καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς φθάσασιν αὐτῷ ἁμαρτίαν συγχωρηθῆναι, καὶ πρὸς τὸ ἐξῆς τῆς πρεπούσης παρὰ

expeditum esse et paratum ad vindictam, atque omnibus modis esse intentum, ut iis qui ipsi molestiam exhibuere, par pari referat. Quomodo enim alium edocebit ut nemini malum pro malo rependat, dum ipse nihil non molitur, ut vindictam sumat, ac sua vice lædentem afficiat molestia? haud imitans Davidis mansuetudinem, qui ait: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis* [47]. (6) Quapropter oportet compescere insanum ac vecordem animi motum, beatorum illius exemplorum memoria: quomodo ille petulantiam Semei mansuete pertulerit. Non enim tempus dabat commotioni iræ: siquidem cogitationem suam transferebat in Deum. Ait nimirum: *Dominus dixit Semei, ut malediceret Davidi* [48]. Quapropter cum vocaretur vir sanguinum, et vir iniquus, haudquaquam ei succensuit; sed se ipse humiliabat, quasi jure ac merito maledictis contumeliisque lacessitus. (7) Omnis enim reprehensio palam eum qui reprehenditur perstringens, ipsum vehementer torquet, cum peccati detegat turpitudinem; ita ut eum qui nullo delictorum suorum sensu tangebatur, non mediocri afficiat beneficio; quippe ad eorum conscientiam et ad veram pœnitentiam ipsum deducat. Quale enim corporis vulnus creat acrem dolorem ejusmodi, cujusmodi cruciatum animæ parit sermo objurgatorius, cum eorum qui turpitudine et opprobrio rerum male gestarum premuntur, conscientiam perstringit?

2. (8) Neque enim corporeus character ita proprius cujusquam deputatus est, ut animi Deum amantis pax et mansuetudo. Tali igitur conveniat, alios ad se trahere, ac omnibus ad se accedentibus præstare, ut veluti cujusdam unguenti fragrantia, morum suorum lenitate impleantur, ducem se aliis præbens ad optima, minime autem alium ad illicita sequens: (9) ac contentionis quidem studium aliis relinquat, imo ex illorum etiam animis extrahat, si fieri potest: ipse autem patientia molestias superet. Nam ulcisci se, cujusvis irati est; sed ipsa etiam ira superiorem esse, hoc hujus est solius, et si quis illi virtute consimilis. (10) Quale enim spectaculum! quam præclara res est et admiratione digna, quæque propemodum naturam superat, si homo qui multis impetitus est conviciis, aut forte etiam in maxilla plagam accepit, et innumera alia perpessus est, et dictis et factis ad extremam ignominiam tendentia, minime tamen præter modum ira effervescat, neque excitetur ad vindictam, sed mansuete et absque iracundia precetur pro conviciatore, ut et præteritum ei peccatum condonetur, ac in posterum convenienti Dei cura dignus habeatur!

[47] Psal. VII, 5. [48] II Reg. XVI, 10.

(1) *Ἠνείχετο.* Sic Regius codex et contextûs. Editi, συνείχετο.
(2) *Ἀπαντώσης.* Codex Regius, ὑπαντώσης.
(3) *Ἐφ' ἃ μὴ δεῖ.* Idem codex, ἐφ' ᾧ μὴ δεῖ.
(4) *Εἶναι.* Hanc vocem addidimus ex Regio codice ac ipso contextu.
(5) *Τῶν λόγῳ καὶ ἔργῳ.* Pro his vocibus legebatur in editis ac in ipso contextu, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ. Vitium sanavimus ope Regii codicis.
(6) Ex hom. *adversus iratos*, 87.
(7) Ex comment. *in Isa.*, 431.
(8) Ex epist. LIX, 155.
(9) Ibid., 154.
(10) Ex comment. *in Isa.*, 419.

Digitized by Google

Nunc vero nos inter cætera peccata et illud maxime peccamus, **565** persequimur nempe retributionem : neque pari mensura vices rependimus : sed ultra modum nos ipsos ulciscimur, nec indignamur solum, si quapiam contumelia fuerimus vexati ; sed si honore non afficimur, eos quoque qui nobis minus honoris tribuerint, quam quo nos ipsos dignos esse existimamus, pro inimicis habemus.

3. (1) Contumelia te affecit iratus quispiam? siste silentio malum, neque iram illius velut quoddam fluentum in animum tuum suscipiens, ventos imiteris, qui, quod illatum est, id reflatu repellunt. Maledixit ille? tu benedicas. Percussit? tu sustine. Despicit, teque facit nihili? tu tecum cogita ortum te esse ex terra, ac rursus in terram reversurum. Obscurum te dixit, ingloriumque et nihili hominem, qui infimo loco natus sit? tu te-ipsum terram ac cinerem dicito. Illustrior non es patre nostro Abraham, qui se ipse ita appellavit. Indoctum et pauperem te dixit? tu te dicas vermem, teque ex stercore habere originem, Davidis verba usurpans. His etiam præclarum Moysis facinus adjice. Ille ab Aaron et Maria maledictis lacessitus, non Deum adversus eos interpellavit, sed pro eis oravit. (2) Tu igitur, si te pauperem appellaverit, si verum loquatur, perfer veritatem : sin mentitur, quid ad te quod dixit? Neque efferaris ob eas quæ verum excedunt laudes ; neque ob contumelias, quæ te non attingunt, exaspereris. An non vides quomodo sagittæ duriora, et quæ renituntur, soleant penetrare, in mollibus vero et quæ cedant, impetum suum frangere? Quid autem te perturbat pauperis cognomen? In mentem veniat tuæ naturæ, quod nudus ingressus es in mundum, nudusque es egressurus. Quid autem nudo pauperius est? Nihil grave audivisti. Quis unquam ob paupertatem abductus est in carcerem? Pauperem esse non probrosum est, sed paupertatem generose non ferre. Ecquid stultius est ira? Sin tranquillus et sine ira permanseris, incutis pudorem conviciatori, cum prudentiam re ipsa ostenderis atque modestiam. (3) Ut enim qui verberat sensu carentem, sibi ipse irrogat pœnam (nam nec hostem ulciscitur, nec iram sedat) : ita quisquis hominem, qui injuriis non movetur, probris ac maledictis lacessit, is cupiditatem suam solari ac mollire non potest. (4) Quod si par pari referas, et ex æquo insurgas adversus conviciatorem, quam tandem prætendes excusationem? Quod te prior ad iram provocavit? Sed hoc qua venia dignum? Neque enim scortator qui culpam in meretricem transfert, tanquam quæ ad peccatum impulerit, remissius condemnatur. Nonne malum contumelia? Cave imiteris. Nam incepisse alium non sufficit ad excusationem. Imo

(1) Ex hom., *adversus iratos*, 85.
(2) Ibid., 87.
(3) Ibid., 86.
(4) Ibid.
(5) ***Μιμῇ***. Regius codex, μιμήσῃ.

A Θεοῦ ἐπιμελείας ἀξιωθῆναι! Νῦν δὲ ἡμεῖς μετὰ τῶν ἄλλων κακῶν κἀν τούτῳ μάλιστα ἁμαρτάνομεν, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐδὲ ἴσῳ τῷ μέτρῳ ἀντιδιδόντες, ἀλλὰ μεθ' ὑπερβολῆς ἀμυνόμενοι, οὐκ ἐν ὑβρισθῶμεν μόνον, ἀλλ' ἐὰν μὴ καὶ τιμηθῶμεν παροξυνόμενοι· καὶ τοὺς ἔλαττον ἡμᾶς τιμῶντας, ὧν ἀξίους αὐτοὺς ὑπειλήφαμεν, ὡς ἐχθροὺς λογιζόμενοι.

3. Ὕβρισέ σε ὀργισθεὶς ὁ δεῖνα ; στῆσον τῇ σιωπῇ τὸ κακὸν, καὶ μὴ ὥσπερ ῥεῦμα τὴν ἐκείνου ὀργὴν εἰς τὴν ἰδίαν καρδίαν ὑποδεξάμενος, τοὺς ἀνέμους μιμῇ (ξ), διὰ τῆς ἀντιπνοίας ἀντιδιδόντας τὸ ἐνεχθέν. Ἐκεῖνος ἐλοιδόρησε ; σὺ εὐλόγησον. Ἐτύπτησεν ἐκεῖνος ; σὺ ὑπόμεινον. Διαπτύει, καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖταί σε ; σὺ ἔννοιαν λάβε σεαυτοῦ, ὅτι ἐκ γῆς ὑπέστης, B καὶ εἰς γῆν πάλιν ἀναλυθήσῃ. Ἀφανῆ σε εἶπε, καὶ ἄδοξον, καὶ μηδένα μηδαμόθεν ; σὺ καὶ γῆν εἰπὲ καὶ σποδὸν σεαυτόν. Οὐκ εἶ σεμνότερος τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὃς ταῦτα ἑαυτὸν ἀπεκάλει. Ἀμαθῆ καὶ πτωχόν ; σὺ δὲ σκώληκα σεαυτὸν εἰπὲ, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἔχειν τὴν γέννησιν, τὰ τοῦ Δαβὶδ λέγων ῥήματα. Τούτοις πρόσθες καὶ τὸ τοῦ Μωϋσέως κλόν. Ἐκεῖνος ὑπὸ Ἀαρὼν καὶ Μαρίας λοιδορηθεὶς, οὐ κατ' αὐτῶν ἐνέτυχε τῷ Θεῷ, ἀλλὰ προσηύχετο ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ σὺ τοίνυν, ἐὰν πένητά σε προπέτῃ, εἰ μὲν ἀληθῆ λέγει, κατάδεξαι τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ ψεύδεται, τί πρὸς σὲ τὸ λεγόμενον ; Μήτε πρὸς ἐπαίνους χαυνωθῇς, τοὺς ὑπὲρ τὴν ἀλήθειαν· μήτε πρὸς ὕβρεις ἀγριάνῃς, τὰς οὐχ ἁπτομένας σου. Οὐχ ὁρᾷς τὰ τοξεύματα, πῶς τῶν μὲν στερρῶν καὶ ἀντιτύπων πέφυκε διαπίπτειν, ἐν δὲ τοῖς ἁπαλοῖς καὶ ὑπείκουσι τὴν ὁρμὴν ὑπεκλύειν ; Τί δέ σε ταράσσει ἡ προσηγορία τοῦ πένητος ; Μνήσθητι τῆς φύσεως σεαυτοῦ· ὅτι γυμνὸς εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθες, γυμνὸς (6) καὶ ἀπελεύσῃ. Τί δὲ γυμνοῦ πενιχρότερον ; Οὐδὲν ἤκουσας δεινόν. Τίς ποτε ἀπήχθη διὰ πενίαν εἰς δεσμωτήριον ; Οὐ τὸ πένεσθαι ἐπονείδιστον, ἀλλὰ τὸ μὴ φέρειν εὐγενῶς τὴν πενίαν. Τί ὀργῆς ἀφρονέστερον ; Ἐὰν μείνῃς ἀόργητος, ἦσχυνας τὸν ὑβρίσαντα, ἔργῳ τὴν σωφροσύνην ἐπιδειξάμενος. Ὃς γὰρ ὁ τύπτων τὸν μὴ ἀλγοῦντα, ἑαυτὸν τιμωρεῖται (οὔτε γὰρ τὸν ἐχθρὸν ἠμύνατο, καὶ τὸν θυμὸν οὐκ ἀνέπαυσεν [7])· οὕτως ὁ τὸν ἀλοιδόρητον ὀνειδίζων, παραμυθίαν εὑρεῖν τοῦ πάθους οὐ δύναται. Ἀμυνόμενος δὲ, καὶ εἰς ἴσον ἀντικαθιστάμενος τῷ λοιδόρῳ, τί καὶ ἀπολογήσῃ ; Ὅτι παρώξυνε κατάρξας ; Καὶ ποίας τοῦτο συγγνώμης ἄξιον ; Οὐδὲ γὰρ ὁ πόρνος ἐπὶ τὴν ἑταίραν τὴν αἰτίαν μετατιθεὶς, ὡς πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διερεθίσασαν, ἧττον τῆς καταχρίσεως ἀξιοῦται. Πονηρὸν ἡ ὕβρις ; φεῦγε τὴν μίμησιν. Οὐ γὰρ δὴ τὸ ἕτερον κατάρξαι, ἱκανὸν εἰς παραίτησιν. Δικαιότερον μὲν οὖν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, καὶ ἐπιτεῖναι τὴν ἀγανάκτησιν· διότι ὁ μὲν οὐκ εἶχε τὸ σωφρονίζον ὑπόδειγμα· σὺ δὲ βλέπων ἀσχημονοῦντα

(6) ***Γυμνός***. dem codex, πάντως ὅτι καὶ γυμνός.
(7) ***Ἀνέπαυσεν***. Codex Regius, κατέπαυσεν. Paulo post idem, ἴσον ἀντικαθιστάμενος, non εἰς ἴσον.

Digitized by Google

τὸν ὀργιζόμενον, οὐκ ἐφυλάξω αὐτοῦ τὴν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ἀγανακτεῖς καὶ χαλεπαίνεις, καὶ ἀνταγωνίζῃ (1)· καὶ γίνεταί σου τὸ πάθος ἀπολογία τοῦ προλαβόντος. Εἰ μὲν πονηρὸν (2) ὁ θυμὸς, τί οὐκ ἐξέκλινας τὸ κακόν; Εἰ δὲ συγγνώμης ἄξιον, τί χαλεπαίνεις τῷ θυμουμένῳ; ἔοικε γάρ πως συνεξομοιοῦσθαι τῷ ματαιολογοῦντι ὁ ἀντιλέγων. Διόπερ, οἶμαι, ὁ σοφὸς παρεγγυᾷ Σολομὼν, *μὴ ἀποκρίνασθαι τῷ ἄφρονι κατὰ τὴν ἐκείνου ἀφροσύνην*. Ὥσπερ γὰρ ὁ βασιλικὴν εἰκόνα καθυβρίσας, ὡς εἰς αὐτὸν ἐξαμαρτήσας τὸν βασιλέα κρίνεται· οὕτω δηλονότι ὑπόδικός ἐστι τῇ ἁμαρτίᾳ ὁ τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένον καθυβρίζων.

A vero æquius est, ut mihi persuadeo, intendi etiam adversum te querelam, quod ille exemplum quo emendaretur, nequaquam habuerit. Tu tamen videns iratum indecore se gerentem, non illius vitasti similitudinem, sed indignaris, acerbius objurgas, obluctaris; ideoque tua ipsius perturbatio aggredientis exordientisque defensio fit et excusatio. Etenim si malum ira est, cur malum non **566** declinasti? Sin autem quidpiam est venia dignum, cur infensus es irascenti? (4) Nam qui vaniloquo contradicit, is quodammodo illi assimilis effici videtur. Propterea sapientem arbitror Salomonem edixisse, *ne quis stulto secundum ipsius insipientiam respondeat* [49]. Quemadmodum enim qui imperatoris effigiem dedecore affecit, non aliter punitur, quam si in ipsum imperatorem peccasset: sic etiam peccato obnoxius is est, qui ei quem ad sui imaginem Deus creavit, injuriam intulerit.

4. Ἀνδρὶ θυμώδει μὴ συναυλίζου, φησί. Κακὸν γὰρ πρᾶγμα κυνὶ συνδεδέσθαι, καὶ διηνεκοῦς ὑλακῆς ἀπολαύειν. Φεῦγε τοίνυν τὰς μετ' αὐτοῦ διατριβάς· ἀνάγκη γάρ σε μαθεῖν τι τῶν ἐκείνου ὁδῶν. Εἶπέ τι ὑβριστικὸν, ἐκίνησε καὶ τὸν ἐν σοὶ θυμόν. Ὥσπερ κυνὸς ὑλακὴ προκαλεῖται ἑτέρου κυνὸς θόρυβον, καὶ τὸν ἐν σοὶ θυμὸν τέως κοιμώμενον καὶ ἡσυχάζοντα ἡ ἐκείνου φωνὴ διήγειρε, καὶ γεγόνατε ἀλλήλοις ἀνθυλακτοῦντες· εἶτα ἀντικαταστάντες ἀλλήλοις, ὥσπερ σφενδόνας ἀφίετε τῶν ῥημάτων τὰς ἀσχημοσύνας. Εἶπέ τι ὑβριστικὸν ἐκεῖνος, ἀντέδωκας σὺ μείζονι ὑπερβολῇ, τὸν προλαβόντα μιμούμενος. Λαβὼν ἐκεῖνος τὴν ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ὑβριστικοῦ (3) ἀντίδοσιν, οὐκ ἔστη τῆς ὁρμῆς, ἀλλ' ἐστράφη, καὶ ἐκορύφωσε τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν· μείζων ἠβουλήθη γενέσθαι ἐκ τοῦ εἰπεῖν τι χαλεπώτερον. Σὺ δεξάμενος πάλιν, ὑπερυψώθης, καὶ γέγονε κακῶν φιλονεικία. Ὁ δὲ ἐν κακῶν ἁμίλλαις νικῶν, οὗτος ἀθλιώτερός ἐστιν. Ἐπειδὰν γὰρ ἅπαξ παρωσάμενον τοὺς λογισμοὺς τὸ τοῦ θυμοῦ πάθος, καὶ τὴν δυναστείαν τῆς ψυχῆς παραλάβῃ, ἀποθηριοῖ παντελῶς τὸν ἄνθρωπον, καὶ οὐδὲ ἄνθρωπον εἶναι συγχωρεῖ· ὅπερ γὰρ τοῖς λοβόλοις ἐστὶν ἰὸς, τοῦτο τοῖς παροξυνθεῖσιν ὁ θυμός. Λυσσῶσιν ὥσπερ οἱ κύνες, ἅπτουσιν ὥσπερ οἱ σκορπίοι, δάκνουσιν ὥσπερ οἱ ὄφεις. Ἀγνοοῦσι μὲν γὰρ αὐτοὺς πρῶτον οἱ ὀργιζόμενοι, ἔπειτα καὶ πάντας ὁμοίως τοὺς ἐπιτηδείους. Διὰ θυμὸν καὶ ξίφος ἀκονᾶται, καὶ θάνατος ἀνθρώπου ἐκ χειρὸς ἀνθρωπείας τολμᾶται. Διὰ τοῦτον ἀδελφοὶ μὲν ἀλλήλους ἠγνόησαν· γονεῖς δὲ καὶ τέκνα τῆς φύσεως ἐπελάθοντο· καὶ ὥσπερ αἱ χαράδραι πρὸς τὰ κοῖλα συῤῥέουσαι τὸ προστυχὸν παρασύρουσιν· οὕτω καὶ αἱ τῶν ὀργιζομένων ὁρμαὶ βίαιοι καὶ ἀκάθεκτοι διὰ πάντων ὁμοίως χωροῦσιν. Οἱονεὶ γὰρ οἴστρῳ τῇ μνήμῃ τῶν λελυπηκότων περικεντούμενοι, σφαδάζοντος αὐτοῦ τοῦ θυμοῦ καὶ πηδῶντος, οὐ πρότερον ἀπο-

4. (5) *Ne habites una*, inquit, *cum viro iracundo* [50]. Mala enim res cum cane colligari, ac perpetuum latratum ferre. Fuge igitur congressum ejus atque consuetudinem, alioqui necesse tibi est aliquid viarum ipsius addiscere. Dixit rem contumeliosam, commovit et animum tuum. Quemadmodum canis latratus provocat canis alterius tumultum: ita quoque animum tuum prius sopitum ac quiescentem vox ejus ad iram concitavit, et alter alterum adlatrastis; et ita demum alter alteri adversantes, ignominiosa verba velut fundas intorquetis. Dixit ille aliquid injuriosum: tu longe injuriosius respondisti, auspicantem atque aggredientem imitatus. Ille contumeliosi verbi receptis vicibus, commoveri non destitit: sed conversus peccatum suum adauxit. Superior evadere voluit verborum acerbitate. Tu rursus, his auditis, supra modum attolleris, sicque malorum fit contentio. Qui autem in malorum certamine vincit, is magis miser est. (6) Ubi enim rationem semel exturbaverit iracundiæ vitium, atque dominium animæ usurpaverit, hominem prorsus convertit in belluam, et ne hominem quidem esse sinit. Quod enim venenatis venenum est, hoc idem ira est exasperatis. Fiunt rabidi canum in morem, insiliunt ut scorpii, mordent ut serpentes. Nam irati primum ignorant sese, deinde omnes similiter familiares atque necesssarios. Per iram ensis acuitur atque patratur homicidium humana manu. Per hanc fratres alii alios ignoravere: parentes quoque et liberi naturæ obliti sunt; et quemadmodum torrentes ad loca cava confluentes, quidquid obvium est transversum trahunt; ita violenti ac impotentes irascentium impetus cunctos similiter invadunt. Nam eorum quæ molesta ipsis fuerunt, recordatione quasi œstro exstimulati, effervescente in eis ira atque subsi-

[49] Prov. xxvi, 4. [50] Prov. xxii, 24.

(1) Ἀνταγωνίζῃ. Contextus, ἀντοργίζῃ.
(2) Πονηρόν. Sic contextus et idem codex. Editi πονηρός.
(3) Ὑβριστικοῦ. Sic contextus et idem codex. Editi, ὑβριστοῦ.
(4) Uterque codex indicat comment. *in Isa.*
(5) Ex hom. in Lacizis, 590.
(6) Ex hom. *adversus iratos*, 83.

Digitized by Google

liente, non prius cessant quam damnum aliquod inferant irritanti. Nam cum ira rebus irritantibus accensa est, ut ingenti lignorum congerie flamma, tum demum neque verbis explicabilia, neque factu tolerabilia spectacula videre licet : manus attolli adversus tribules, pedes temere insultantes, denique quidquid in conspectum venit, id furori ac insaniæ pro armis esse. Quod si ex adverso æquale malum renitens repererint, aliam videlicet iram et parem insaniam ; ita demum inter se conserti, mutuo faciunt ac perpetiuntur quæ æquum est perpeti eos, qui sub ejusmodi dæmone militant. (1) Mutuæ siquidem illæ offensiones, animique irritationes abjecti, primum quidem exiguæ sunt et curatu perfaciles ; temporis vero progressu **567** per contentionem auctæ, immedicabiles prorsus evadere consueverunt. (2) Quandiu enim quæ ex dissidio oboriuntur calumniæ, locum habuerint, tandiu suspiciones in pejus augeri necesse est.

5. (3) Si igitur videris iratum dentes acuentem, cogita hominem ejusmodi similem esse apro, ut qui iracundiam internam dentium affrictu indicet. (4) Nam in malis pugnis miserior est qui vicit, quippe quia cum majori peccato abit. Contra serpentem illum duntaxat iracundiæ tuæ vim exsere. (5) Quid enim Phineen justificavit ? nonne justa ira adversus scortatores? qui alioqui perquam mitis ac mansuetus, posteaquam Zambri cum scorto Madianitide palam et sine verecundia coeuntem vidisset, adeo ut ne contegerent quidem turpitudinis suæ infame spectacularum, hoc non perferens, ira opportune usus est, utroque hasta transfixo [51]. Rursus zelotes ille Elias quadringentos quinquaginta viros *confusionis* sacerdotes, et quadringentos viros sacerdotes lucorum, mensam Jezabel comedentes, consultissima ac sapienti ira in totius Israelis commodum interfecit [52]. Sic ira plerumque actionum bonarum est ministra. (6) Libentius sane viderit quis amicum irascentem, quam alium colentem. Itaque hos imitari studeamus, neque contra nos, sed adversus diabolum tantum, iracundiam armemus, si cœleste regnum assequi velimus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas, cum æterno ejus Patre, ac sanctissimo vivificanteque Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen

A λήγουσι, πρὶν ἢ κακόν τι δοῦναι τῷ παροξύναντι. Ὅταν γὰρ ὥσπερ φλὸξ ὕλης ἀφθονίᾳ τοῖς παροξύνουσιν ὁ θυμὸς ἐξαφθῇ, τότε δὴ, τότε, τὰ οὔτε λόγῳ ῥητὰ, οὔτε ἔργῳ φορητὰ, ἐπιδεῖν (8) ἔστι θεάματα· χεῖρας μὲν διηρμένας κατὰ τῶν ὁμοφύλων, πόδας δὲ ἀφειδῶς ἐναλλομένους, πᾶν δὲ τὸ φανὲν ὅπλον τῇ μανίᾳ γενόμενον. Ἐὰν δὲ καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ ἴσον κακὸν ἀντιστρατευόμενον (9) εὕρωσιν, ὀργὴν ἄλλην καὶ μανίαν ὁμότιμον· οὕτω δὴ συμπεσόντες ἔδρασαν ἀλλήλοις καὶ ἔπαθον, ὅσα εἰκὸς τοὺς ὑπὸ τοιούτῳ δαίμονι στρατηγουμένους παθεῖν. Αἱ γὰρ πρὸς ἀλλήλους λύπαι, καὶ μικροψυχίαι, παρὰ μὲν τὴν πρώτην μικραί εἰσι καὶ εὐθεράπευτοι· προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, ὑπὸ φιλονεικίας αὐξόμεναι, εἰς ἀνίατον παντελῶς ἐκπίπτειν πεφύκασιν.

B Ἕως γὰρ ἐκ τῆς διαστάσεως αἱ διαβολαὶ χώραν ἔχωσιν (10), ἀνάγκη ἀεὶ τὰς ὑποψίας ἐπὶ τὸ χεῖρον αὔξεσθαι.

5. Ἂν τοίνυν ἴδῃς τὸν θυμούμενον τοὺς ὀδόντας παραθήγοντα, ἐνθυμήθητι ὅτι σοὶ ἔοικεν ὁ τοιοῦτος, τὸν ἔνδοθεν θυμὸν διὰ τῆς τῶν ὀδόντων παρατρίψεως ὑπεκφαίνων. Ἐν γὰρ ἀμίλλαις πονηραῖς ἀθλιώτερος ὁ νικήσας, διότι ἀπέρχεται τὸ πλέον ἔχων τῆς ἁμαρτίας. Ὁ θυμὸς ἔστω σοι κατὰ μόνου τοῦ ὄφεως. Τί γὰρ τὸν Φινεὲς ἐδικαίωσεν ; οὐχ ἡ δικαία ὀργὴ κατὰ τῶν πορνευσάντων ; ὃς τὰ πολλὰ ἐπιεικὴς ὢν καὶ πραῢς, ἐπειδὴ εἶδε τὴν πορνείαν τοῦ Ζαμβρῆ καὶ τῆς Μαδιανίτιδος ἀναφανδὸν καὶ ἀπηρυθριασμένως γινομένην, οὐ συγκαλυπτόντων αὐτῶν τὴν C ἀσχήμονα θέαν τῆς αἰσχύνης, οὐκ ἀνασχόμενος, εἰς δέον ἐχρήσατο τῷ θυμῷ, δι' ἀμφοῖν ἐλάσας τὸν σειρομάστην. Ἠλίας δὲ ὁ ζηλωτὴς, πεντήκοντα καὶ τετρακοσίους ἄνδρας ἱερεῖς *τῆς αἰσχύνης*, καὶ τετρακοσίους ἄνδρας ἱερεῖς τῶν ἄλσεων, ἐσθίοντας τράπεζαν Ἰεζάβελ, λελογισμένῳ θυμῷ καὶ σώφρονι εἰς ὄφελος παντὸς τοῦ Ἰσραὴλ ἐθανάτωσεν. Οὕτω γίνεται πολλάκις ὁ θυμὸς ἀγαθῶν πράξεων ὑπηρέτης. Ἥδιον γοῦν ἄν τις ἴδοι ὀργιζόμενον τὸν ἀγαπώμενον, ἢ θεραπεύοντα ἕτερον. Τούτους καὶ ἡμεῖς ζηλῶσαι σπουδάσωμεν, καὶ μὴ καθ' ἡμῶν, ἀλλὰ κατὰ τοῦ διαβόλου (11) τὸν θυμὸν ὁπλίζωμεν μόνον, εἴ γε τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐπιτυχεῖν βουλοίμεθα, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ D καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE INVIDIA ET MALEVOLENTIA.

SERMO XVIII.

1. (7) Multum nobis sollicitudinis injicit præsen-

ΠΕΡΙ ΦΘΟΝΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΚΑΝΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'

1. Πολλὴν ἡμῖν ἐμποιεῖ τὴν ἀνίαν τοῦ κατασχόντος

[51] Num. xxv, 8. [52] III Reg. xviii, 22, 40.

(1) Ex epist. ccxix, 332.
(2) Ex epist. lix, 154.
(3) Ex hom. in Lazaris, 589.
(4) Ex hom. *adversus iratos*, 85.
(5) Ibid., 89.
(6) Ex epist. xxi, 98.
(7) Ex epist. ccxxvi, 346.

(8) *Ἐπιδεῖν*. Codex Regius, κατιδεῖν.
(9) *Ἀντιστρατευόμενον*. Idem codex, ἀντιπραγματευόμενον.
(10) *Ἔχωσιν*. Idem codex ἔχουσιν.
(11) *Διαβόλου*. Codex Regius addit, μόνου, ac postea omittit μόνον. Non reperta hæc verba, τούτους καὶ ἡμεῖς, et quæ sequuntur.

Digitized by Google

καιροῦ τούτου ἡ χαλεπότης, ἐν ᾧ πᾶσαι μὲν Ἐκκλησίαι ἐσαλεύθησαν, πᾶσαι δὲ ψυχαὶ σινιάζονται. Ἠνοιξαν γὰρ πάντες ἀφειδῶς τὰ στόματα κατὰ τῶν ὁμοδούλων. Λαλεῖται τὸ ψεῦδος ἀφόβως, ἡ ἀλήθεια συγκεκάλυπται· καὶ οἱ μὲν κατηγορούμενοι κατακρίνονται ἀκρίτως, οἱ δὲ κατηγοροῦντες πιστεύονται ἀνεξετάστως. Καὶ πολὺς ἤδη ὁ χρόνος παρῴχηκεν, ἐν ᾧ τυπτόμενοι ὑπὸ τῶν διαβολῶν, φέρομεν τὰς τῆς κατηγορίας μάστιγας, ἀρκούμενοι ὅτι ἔχομεν Κύριον τὸν τῶν κρυπτῶν γνώστην μάρτυρα τῆς συκοφαντίας. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἤδη τὴν σιωπὴν ἡμῶν εἰς βεβαίωσιν τῶν διαβολῶν παρεδέξαντο, καὶ οὐ διὰ μακροθυμίαν ἐνόμισαν ἡμᾶς σιωπᾶν, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ ἔχειν διᾶραι στόμα πρὸς τὴν ἀλήθειαν· τούτου ἕνεκεν παρακαλῶ τὴν ἐν Χριστῷ ἀγάπην ὑμῶν, ὥστε τὰς ἐξ ἑνὸς μέρους γινομένας διαβολὰς μὴ πάντως παραδέχεσθαι ὡς ἀληθεῖς· διότι, καθὼς γέγραπται, *Οὐδένα κρίνει ὁ νόμος, ἐὰν μὴ πρῶτον ἀκούσῃ, καὶ γνῷ τί ποιεῖ*. Πρὸς δὲ τὰ προβαλλόμενα ἐγκλήματα ἀπαιτεῖτε ἡμᾶς τὰς εὐθύνας. Καὶ εἰ μὲν εὕρητε παρ' ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ δῶτε χώραν τῷ ψεύδει· ἐὰν δὲ ἀτονούντων ἡμῶν πρὸς τὴν ἀπολογίαν αἴσθησθε, τότε πιστεύσατε τοῖς κατηγόροις ἡμῶν ὡς ἀληθεύουσι. Τὰ γὰρ στόματα αὐτῶν ἐπισχεθῆναι διὰ τῶν ἡμετέρων λόγων ἀμήχανον. Μᾶλλον μὲν οὖν εἰκὸς καὶ ἐρεθίζεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀπολογίαις ἡμῶν, καὶ μείζονα καὶ χαλεπώτερα καθ' ἡμῶν κατασκευάζειν, καὶ στηλιτεύειν, καὶ κατηγορεῖν. Καίτοι εὐγνώμονι κριτῇ ἀρκεῖ αὐτὰ τὰ πράγματα πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας φανέρωσιν, καὶ, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν, ἔξεστιν ὑμῖν διαβλέψαι πρὸς τὰ γινόμενα. Αἰτοῦμαι (1) δὲ πρὸ πάντων ὑμᾶς, τούς τε νῦν ἀκουσομένους, καὶ τοὺς εἰς ὕστερον ἐντευξομένους, μὴ τῷ πλήθει διακρίνειν ἐθέλειν τῆς ἀληθείας τὸ ψεῦδος, τῇ πλείονι μοίρᾳ τὸ κρεῖττον συνάψαντας· μήτε μὴν ἀξιώμασι προσέχοντας, ἀμαυροῦσθαι τὴν διάνοιαν, ἢ τῇ τάξει τῶν προλαβόντων τὸ πλέον νέμοντας, ἀποφράττειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ὑστέροις. Δεῖ γὰρ τὸν ἀκροατὴν τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν φυλάσσειν τῷ μὴ παρόντι, τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ποιοῦντα. Καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι, διαβαλλομένου τινὸς τῶν συνήθων, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀνεῖναι τῷ διαβάλλοντι, τὴν δὲ ἑτέραν ἐπιμελῶς ἐπιφράξασθαι (2) τῇ χειρὶ, ἐνδεικνύμενον, ὅτι δέοι τὸν ὀρθῶς κρίνειν μέλλοντα, μὴ ὅλον εὐθὺς τοῖς προλαβοῦσιν ἀπάγεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῆς ἀκροάσεως ἀκέραιον διασώζειν πρὸς ἀπολογίαν τῷ μὴ παρόντι

tis temporis difficultas, in quo Ecclesiæ omnes commotæ sunt, et omnes animæ cribrantur. Aperuerunt enim omnes immodice ora sua adversus conservos. Prædicatur libere mendacium, veritas absconditur. Et accusati quidem condemnantur sine judicio, accusatoribus vero creditur sine examine. (3) Jam enim longum tempus est, ex quo verberatus calumniis, flagella accusationis perfero; contentus quod Dominum, qui arcana novit, calumniæ testem habeam. Sed quia multi jam silentium nostrum ad calumniarum confirmationem acceperunt, nec nos patientia existimant adductos silere, sed quod contra veritatem hiscere non possimus: idcirco obsecro vestram in Christo dilectionem, ut concinnatas ab una parte calumnias non omnino admittatis ut veras: quandoquidem, ut scriptum est, *Neminem lex judicat, nisi prius audiat, et cognoscat quid fecerit* [83]. (4) Objectorum nobis criminum rationem a nobis postulate. Ac veritatem quidem si apud nos inveneritis, ne detis locum mendacio: sin autem nos **568** ad defensionem infirmos senseritis, tunc credite accusatoribus nostris, ut vera dicentibus. (5) Nam ora illorum comprimi sermonibus nostris non possunt, imo verisimile est, illos etiam defensionibus nostris irritari, et majora ac graviora in nos machinari, conviciari et incusare. (6) Quanquam æquo quidem judici res ipsæ sufficiunt ad declarandam veritatem: atque etiamsi nos taceamus, licet vobis respicere ad ea quæ fiunt. (7) Ante omnia autem rogamus vos, qui et nunc audituri estis, et postmodum lecturi, ut ne velitis ex multitudine verum a falso discernere, parti majori tributa palma; neque mente caecutire, dignitatum habita ratione; neque aures obturare posterioribus, priorum agmini concessa victoria. (8) Oportet enim ut auditor alteram aurem servet absenti, idemque faciat quod Alexander. Nam et illum ferunt, cum quidam ex familiaribus calumnia appeteretur, aurium quidem alteram accusatori præbuisse, alteram vero diligenter manu occlusisse; demonstrantem oportere ut qui recte judicaturus est, non totus statim a præoccupantibus abducatur, sed dimidium auditus integrum ad defensionem servet absenti.

2. Καὶ γὰρ πεφύκασί πως ταῖς μεγάλαις δυναστείαις αἱ ἀνελεύθεροι αὗται παραφύεσθαι θεραπεῖαι· οἱ, διὰ τὸ ἀπορεῖν οἰκείου ἀγαθοῦ δι' οὗ γνωρισθῶσιν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἑαυτοὺς συνιστῶσι. Καὶ ὥσπερ οἱ γῦπες πρὸς τὰ δυσώδη φέρονται, πολ-

2. (9) Solent enim quodammodo magnis potestatibus illiberales ejusmodi cultus adhærere: quibus cum desit bonum proprium unde cognoscantur, sese ex alienis malis commendant. (10) Et quemadmodum vultures prata multa multaque loca

[83] Joan. VII, 51.

(1) *Αἰτοῦμαι*. Totus hic locus usque ad τοῖς ὑστέροις non S. Basilii, sed Eunomii.
(2) *Ἐπιφράξασθαι* Regius codex, ἐμφράξασθαι.
(3) Ex epist. CCXXVI, 346.
(4) Ibid., 349.
(5) Ibid.
(6) Ibid., 346.
(7) Ex lib. I *adversus Eunom.*, 210.
(8) Ex epist. XCIV, 188.
(9) Ex epist. CCLXXII, 418.
(10) Ex hom. *De invidia*, 95.

Digitized by Google

amœna et odorata prætervolantes, feruntur ad graveolentia, et quemadmodum muscæ quod sanum est prætereuntes, ad ulcera properant : ita invidi vitæ splendorem et recte factorum magnitudinem ne aspiciunt quidem, sed in marcida et putrida irruunt. Est igitur operæ pretium ut qui recte sapiunt, idem quod Alexander factitent : (1) qui cum epistolam contra medicum ut insidiatorem accepisset, atque hoc ipso tempore medicamentum ad bibendum sumeret, tantum abfuit ut fidem adhiberet calumnianti, ut simul legeret epistolam, et potionem biberet. (2) Et qui in proximum calumnias effundunt, eorum quæ dicunt argumenta non proferentes, comperientur sibi ipsi nomen pravum asciscere ex illegitimo verborum usu. Calumniantem enim quomodo vocare convenit, nisi ei cognomen, quod ex ipsa re profitetur, imponendo? Neque igitur is qui nobis conviciatur, diabolus sit, sed frater sit, admonens in charitate, et ad emendationem arguens; neque vos conviciorum auditores sitis, sed argumentorum judices : neque ii, quibus maledicitur, incurati relinquantur, suo illis non indicato delicto. (3) Nam et convicti peccatum suum agnoscent : et vobis, postquam convicti fuerint, venia erit apud Dominum, quod vos ex peccatorum communione subtraxeritis : et qui convicerint, mercedem habebunt, ut qui occultam **569** malitiam patefecerint. Sed si antequam convincantur, eos condemnetis; ipsi quidem nihil lædentur, nisi quod rei omnium nobis pretiosissimæ, charitatis vobiscum intercedentis, jacturam facient; vos vero et hoc idem pati, si eos non habeatis, et cum Evangelio videbimini pugnare dicenti : *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit et cognoverit quid faciat*[84]? (4) Nolite, fratres reverendissimi, nolite hoc ferre, (5) hanc nostram obtestationem ne eludatis, (6) ne ad nos perveniat formidanda prophetia Domini nostri, qui dixit : *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum*[85].

3. (7) Nam sicut rubigo lues est frumenti propria, sic invidia amicitiæ est morbus. Et quemadmodum ex bono consequens est, ut invidia careat, sic invidia diabolum sequitur. (8) Et sicut rubigo ferrum, sic invidia infectam ipsa animam absumit. Imo vero quemadmodum viperas tradunt

[84] Joan. VII, 51. [85] Matth. XXIV, 12.

(1) Ex epist. CCLXXII, 419.
(2) Ex epist. CCIII, 301.
(3) Ibid., 300.
(4) Ibid., 301.
(5) Ibid., 302.
(6) Ibid., 301.
(7) Ex hom. *De invidia*, 94.
(8) Ibid., 91.
(9) Ἀδελφός. Sic contextus et uterque codex. Editi ἀδελφόν. Paulo ante legendum videtur, τοῦ πλησίον καταχέοντες.

A λοὺς μὲν λειμῶνας, πολλοὺς δὲ ἡδεῖς καὶ εὐώδεις τόπους ὑπερπτάμενοι· καὶ αἱ μυῖαι τὸ μὲν ὑγιαῖνον παρατρέχουσι, πρὸς δὲ τὸ ἕλκος ἐπείγονται· οὕτω καὶ οἱ βάσκανοι, τὰς μὲν τοῦ βίου λαμπρότητας καὶ τὰ μεγέθη τῶν κατορθουμένων οὐδὲ προσβλέπουσι, τοῖς δὲ σαθροῖς ἐπιτίθενται. Τοὺς οὖν ὀρθὰ φρονοῦντας τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ποιεῖν προσήκει· ὃς ἐπιστολὴν κατὰ τοῦ ἰατροῦ δεξάμενος ὡς ἐπιβουλεύοντος, ἐπειδὴ ἔτυχεν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ φάρμακον λαβὼν ὥστε πιεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε πιστεῦσαι τῷ διαβάλλοντι, ὡς ὁμοῦ τε τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκε, καὶ τὸ φάρμακον ἔπινεν. Οἱ τοίνυν τῷ πλησίον καταχέοντες λοιδορίας, τὸν δὲ τῶν λεγομένων ἔλεγχον μὴ ἐπάγοντες, φανήσονται πάντως πονηρὸν ἑαυτοῖς προσηγορίαν ἐπενεγκόντες ἐκ τῆς ἀτόπου B τῶν λόγων χρήσεως. Τὸν γὰρ διαβάλλοντα πῶς ἄλλως προσῆκεν ὀνομάζειν, ἢ οὐχὶ ἦν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιτηδεύει προσηγορίαν ἑαυτῷ τιθεμένους; Μήτε οὖν ὁ λοιδορῶν διάβολος ἔστω, ἀλλ' ἀδελφὸς (9), ἐν ἀγάπῃ νουθετῶν, καὶ ἐπὶ διορθώσει ἐπάγων τὸν ἔλεγχον· μήτε ὑμεῖς λοιδοριῶν γένησθε ἀκροαταί, ἀλλ' ἐλέγχων δοκιμασταί· μήτε οἱ λοιδορούμενοι ἀνιάτρευτοι καταλειφθῶσι, μὴ φανερουμένης τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. Ἐλεγχθέντες μὲν γάρ, καὶ αὐτοὶ τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν ἐπιγνώσονται· καὶ ὑμεῖς μετὰ τοὺς ἐλέγχους συγγνώμην ἕξετε παρὰ τῷ Κυρίῳ (10), ἐκ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν κοινωνίας ἑαυτοὺς ὑποστέλλοντες· καὶ οἱ ἐλέγξαντες μισθὸν ἕξουσιν, ὡς τὴν κεκρυμμένην κακίαν δημοσιεύσαντες. Ἐὰν δὲ πρὸ τῶν ἐλέγχων καταδικάζητε, αὐτοὶ μὲν C οὐδὲν ἔσονται ἠδικημένοι, ἐκτὸς τοῦ ζημιωθῆναι τὸ πάντων ἡμῖν τιμιώτατον κτῆμα, τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην· ὑμεῖς δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ (11) πείσεσθαι (12), αὐτοὺς οὐκ ἔχοντες, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ δόξετε μάχεσθαι τῷ εἰπόντι· *Μὴ ὁ νόμος ὑμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ παρ' αὐτοῦ πρῶτον καὶ γνῷ τί ποιεῖ;* Μὴ ταῦτα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, μὴ ἀνάσχησθε τούτων, μηδὲ παραλογίσασθε ἡμῶν τὴν παράκλησιν ταύτην, ἵνα μὴ φθάσῃ εἰς ἡμᾶς ἡ φοβερὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητεία, εἰπόντος· *Ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.*

3. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἐρυσίβη ἴδιόν ἐστι τοῦ σίτου νόσημα· οὕτως ὁ φθόνος φιλίας ἐστὶν ἀῤῥώστημα. D Καὶ ὥσπερ ἕπεται τῷ ἀγαθῷ τὸ μὴ φθονεῖν, οὕτως ἀκολουθεῖ τῷ διαβόλῳ ἡ βασκανία. Καὶ ὥσπερ ὁ σίδηρον, οὕτως ὁ φθόνος τὴν ἐχουσαν αὐτὸν ψυχὴν (13) ἐξαναλίσκει. Μᾶλλον δὲ, ὥσπερ τὰς ἐχίδνας φασὶ τὴν

(10) *Παρὰ τῷ Κυρίῳ.* Sic Regius codex et contextus. Editi, παρὰ τοῦ Κυρίου.
(11) *Τοῦτο αὐτό.* Ope ejusdem codicis et contextus emendatæ lectiones vulgatæ, τούτῳ αὐτῷ, et paulo post κρίνῃ τὸν ἄνθρωπον, et ἡμῖν τὴν παράκλησιν.
(12) *Πείσεσθαι.* Legendum videtur esse πείσεσθε. EDIT.
(13) Ψυχήν. Hanc vocem ex contextu addidimus. Legitur in Regio codice τὸν ἔχοντα αὐτόν.

Digitized by Google

clarat sermo propheticus. Non enim simpliciter ait : *Non ero princeps :* sed cum adjectione, *Non ero princeps populi hujus.* Atque causam subjunxit. Quia *Linguæ eorum cum iniquitate, his quæ Domini sunt, non obtemperant.* (1) Ac Moses ad splendidissimum vitæ genus et ad tanti populi præfecturam accitus, abnuit et deprecatur : *Quis sum ut pergam ad Pharaonem regem Ægypti, et educam populum ex terra Ægypti* [70] ? Et rursus : *Precor, Domine, non sum idoneus ante hesternum, neque ante tertium diem, neque ex quo cœpisti loqui ad famulum tuum* [71]. Et iterum : *Supplico, Domine, elige alium qui possit, quem mittes* [72]. Dominus autem ad illum : *Abi, et dux esto populi hujus, et mittam angelum meum ante te* [73]. (2) Quid igitur Moses : *Obsecro, Domine, nisi tu ipse proficiscaris ante nos, ne nos hinc educas* [74] ? (3) Isaias autem licet nihil hujusmodi audisset, sed esset solam mittendæ legationis necessitatem edoctus, se ipse libens obtulit, ac injecit sese in media pericula. (4) Quæ igitur horum virorum sententia? Mosis hæc erat cogitatio, populum illum peccatis obnoxium esse atque indigere eo, qui remittat peccata, id quod angeli præstare non possunt. Angeli enim mulctant quidem delinquentes, ac ulciscuntur, delicta vero non queunt condonare. Veniat igitur verus legislator, potens ille Servator, qui solus potestatem habet remittendorum **578** peccatorum. (5) Isaiæ vero, quod præ charitatis exsuperantia atque ardore, nihil eorum quæ sibi a populo timere poterat, reputaret. Horum utriusque facta imitemur, ut futura quoque bona consequi possimus, in Christo Jesu Domino nostro, quocum Patri simul et sancto Spiritui, gloria, honor, potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A αὐτῶν μετὰ ἀνομίας τὰ πρὸς Κύριον ἀπειθοῦσιν. Εἶτα Μωϋσῆς μὲν ἐπὶ περιφάνειαν βίου καὶ λαοῦ προστασίαν τοσούτου καλούμενος, παραιτεῖται· Τίς εἰμι, ὅτι πορεύσομαι πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου, καὶ ἐξάξω τὸν λαὸν ἐκ τῆς Αἰγύπτου; καὶ πάλιν· Δέομαι, Κύριε, οὐχ ἱκανός εἰμι ἀφ' τῆς χθὲς, οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, οὐδὲ ἀφ' οὗ ἤρξω λέγειν τῷ θεράποντί σου· καὶ πάλιν· Δέομαι, Κύριε, προχείρισαι ἄλλον δυνάμενον, ὃν ἀποστελεῖς. Ὁ δὲ Κύριος (7) πρὸς αὐτόν· Πορεύου καὶ ὁδήγει τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τὸν ἄγγελόν μου ἐξαποστελῶ ἔμπροσθέν σου. Τί οὖν ὁ Μωϋσῆς· Δέομαι, Κύριε, εἰ μὴ αὐτὸς σὺ προπορεύῃ ἡμῶν, μὴ ἀναγάγῃς ἡμᾶς ἐντεῦθεν; Ἡσαΐας δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἀκούσας, ἀλλὰ μόνην τὴν χρείαν διδαχθεὶς

B τῆς ἀποστολῆς, ἑκὼν ἑαυτὸν ἐπέδωκε, καὶ μέσοις ἐνέβη τοῖς δεινοῖς. Τίς οὖν ἡ διάνοια τῶν ἀνδρῶν; Τοῦ μὲν Μωϋσέως, ὅτι ἁμαρτωλὸς ὁ λαὸς, καὶ χρῄζει τοῦ ἀφιέντος ἁμαρτίας, ὅπερ ἀγγέλοις ἀδύνατον. Τιμωροὶ μὲν γὰρ τῶν ἁμαρτανομένων ἄγγελοι, συγχωρητικοὶ δὲ τῶν πλημμελουμένων, οὐκ ἐπ· ἐλθέτω οὖν ὁ ἀληθινὸς νομοθέτης, ὁ δυνατὸς Σωτὴρ, ὁ μόνος ἔχων ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας· τοῦ δὲ Ἡσαΐου, ὅτι τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀγάπης, οὐδὲν τῶν μελλόντων ἐπάγεσθαι αὐτῷ παρὰ τοῦ λαοῦ ἐλογίσατο. Τούτων ἑκατέρου τὸν τρόπον ζηλώσωμεν, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ δόξα, τιμὴ, κράτος, σὺν ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE PROSPERA ET ADVERSA FORTUNA, ET DE PRUDENTIA.

SERMO XXI.

1. (6) Res secundæ, et quarum studio plerique tenentur, stabilitatem ac diuturnitatem non habent, neque res adversæ ac tristes constanter perseverant : sed agitationi cuidam motuique et inopinatis mutationibus obnoxia sunt omnia. Neque enim corporis valetudo, neque juventutis flos, neque domus felicitas, neque reliqua vitæ prosperitas, diu durat : sed si in hac vitæ serenitate versaris, tamen rerum procellam ac tempestatem aliquando exspecta. Veniet enim morbus, veniet et paupertas, vento non semper a puppi surgente. Sed et virum in omnibus spectabilem ac æmulandum invadunt inexspectata plerumque dedecora, atque improvisi casus quasi quidam turbines omnem felicitatem interturbant. Imo etiam assidua mala sunt tibi fluctuum loco, quorum alii aliis succedunt. Videbis vero aliquando et hæc præterlapsa, vitamque in

C

ΠΕΡΙ ΕΥΤΥΧΙΑΣ ΚΑΙ ΔΥΣΤΥΧΙΑΣ ΚΑΙ ΦΡΟΝΗΣΕΩΣ.

ΛΟΓΟΣ ΚΑ'.

1. Οὔτε τὰ δεξιὰ καὶ περισπούδαστα τοῖς πολλοῖς τὸ ἐστὼς καὶ μόνιμον ἔχει, οὔτε τὰ περιστατικὰ τῶν πραγμάτων καὶ κατηφῆ παγίως ἤδραστε, ἀλλὰ πάντα σάλῳ τινὶ καὶ κλόνῳ καὶ μεταβολαῖς ἀδιαστάτοις ὑπόκειται. Οὔτε γὰρ ὑγεία σώματος, οὔτε νεότητος ἄνθος, οὔτε εὐθηνία οἴκου, οὐχ ἡ λοιπὴ συμμετρία (8) τοῦ βίου ἐπὶ πολὺ διαμένει· ἀλλ' ἐν τῇ εὐοδίᾳ ὧν τοῦ βίου, ἐκδέχου ποτὲ καὶ χειμῶνα πραγμάτων. Ἥξει γὰρ νόσος, ἥξει πενία, οὐκ ἀεὶ κατὰ πρύμναν· ἱσταμένου τοῦ πνεύματος. Ἀλλὰ καὶ τὸν περίβλεπτον ἐν πᾶσι καὶ ζηλωτὸν ἀδόκητοι πολλάκις ἀδοξίαι καταλαμβάνουσι· καὶ πᾶσαν εὐημερίαν τοῦ

D βίου, οἷον σπιλάδες τινὲς, περιστάσεις ἀδοκήτως συνετάραξαν. Καὶ ἡ συνέχεια τῶν κακῶν ὥσπερ κύματά σοί ἐστιν, ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἐπεγειρόμενα. Ὅτε δέ ποτε καὶ ταῦτα παραδραμόντα, καὶ πρὸς ἱλαρότητα καὶ λευκὴν ὄντως γαλήνην τὸν βίον μεταβαλλό-

[70] Exod. III, 11. [71] Exod. IV, 10. [72] Ibid. [73] Exod. XXXII, 34. [74] Exod. XXXIII, 15.

(1) Ex comment. *in Isa.*, 514.
(2) Ibid., 517.
(3) Ibid., 514.
(4) Ibid., 517.
(5) Uterque codex indicat comment. *in Isa.*
(6) Ex hom. *in princip. Prov.*, 111.
(7) Ὁ δὲ Κύριος. Regius codex, ὁ δὲ Θεός.
(8) Συμμετρία. Contextus habet, εὐημερία.

Digitized by Google

μενον. Ὥσπερ γὰρ θάλασσαν ἀμήχανον τὴν αὐτὴν ἐπὶ πολὺ διαρκέσαι (τὴν γὰρ νῦν λείαν καὶ σταθηρὰν, μικρὸν ὕστερον ὄψει βίαις ἀνέμων τραχυνομένην· καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀγριαίνουσαν καὶ βρασσομένην τῷ κλύδωνι, βαθεῖα γαλήνη ταχὺ κατεστόρεσεν), οὕτω καὶ τὰ τοῦ βίου πράγματα ῥᾳδίως λαμβάνει τὰς περιστροφὰς ἐφ' ἑκάτερα. Διὰ τοῦτο κυβερνήτου χρεία, ἵνα καὶ ἐν γαλήνῃ τοῦ βίου, πάντων αὐτῷ κατὰ νοῦν (1) προϊόντων, τὰς μεταβολὰς ἐκδέχηται, καὶ μὴ ὡς ἀθανάτοις τοῖς παροῦσιν ἐπαναπαύηται· καὶ ἐν τῇ σκυθρωποτέρᾳ καταστάσει μὴ ἀπελπίζῃ τῶν ἀγαθῶν (2), ὡς ἂν μὴ τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθεὶς ὑποβρύχιος φέρηται. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ νοήμων κυβερνήτης, ὁ ἑστοχασμένως (3) τῆς ὑποκειμένης φύσεως μεταχειριζόμενος τὰ συμπίπτοντα, καὶ ὅμοιος ἀεὶ αὐτὸς ἑαυτῷ διαμένων, μήτε ἐπαιρόμενος ἐν ταῖς εὐθυμίαις, μήτε καταπίπτων ἐν ταῖς συμφοραῖς. Καίτοι κυβερνήτῃ μὲν οὐκ ἐφεῖται γαλήνην ποιεῖν ὅτε βούλεται, ἡμῖν δὲ ἀκύμονα ἑαυτοῖς καθιστᾷν τὸν βίον καὶ πάνυ ῥᾴδιον, ἐὰν τοὺς ἔνδοθεν ἐκ τῶν παθῶν ἐπανισταμένους θορύβους κατασιγάσωμεν, καὶ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ὑψηλοτέραν τὴν γνώμην καταστησώμεθα. Ἐπεὶ οἵγε σφοδρῶς ταῖς τοῦ βίου μερίμναις κατειλημμένοι, οἷον ὄρνιθες πολύσαρκοι, εἰκῇ τὸ πτερὸν ἔχοντες, κάτω που σύρονται μετὰ τῶν βοσκημάτων.

2. Πολλοὶ δὲ πολλάκις πολλὰ συναθροίσαντες ἐκ νεότητος, περὶ τὰ μέσα τοῦ βίου γενόμενοι, ἐπαναστάντων αὐτοῖς πειρασμῶν ἐκ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, οὐκ ἤνεγκαν τοῦ χειμῶνος τὸ βάρος, διὰ τὸ τὴν κυβέρνησιν αὐτοῖς μὴ παρεῖναι, ἀλλὰ πάντων ἐκείνων τὴν ζημίαν ὑπέμειναν. Καὶ οἱ μὲν, *Περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν*· ἄλλοι δὲ, σωφροσύνην ἣν συνήγαγον ἐκ νεότητος, ὥσπερ καταιγίδος τινὸς τῆς πονηρᾶς ἡδονῆς ἐπιδραμούσης, ἀπώλεσαν. Ἐλεεινότατον θέαμα, μετὰ νηστείαν, μετὰ σκληραγωγίαν, μετὰ προσευχὴν ἐκτενῆ, μετὰ δάκρυον δαψιλὲς, μετὰ ἐγκράτειαν εἴκοσί που ἐτῶν ἢ τριάκοντα, δι' ἀπροσεξίαν ψυχῆς καὶ ἀμέλειαν, γυμνὸν ἁπάντων ἀποδειχθῆναι· καὶ παραπλήσιον γενέσθαι τὸν τῇ ἐργασίᾳ τῶν ἐντολῶν εὐθηνούμενον, ἐμπόρῳ τινὶ μεγαλοπλούτῳ, ὃς τῷ πλήθει τῶν ἀγωγίμων ἐπαγαλλόμενος, ἐξουρίας αὐτῷ τῆς νηὸς φερομένης, τὰ φοβερὰ πελάγη διαδραμὼν, πρὸς αὐτοῖς τοῖς λιμέσι διαρραγέντος τοῦ πλοίου, πάντων ἀθρόον ἔρημος ἀπεδείχθη. Τοὺς τοιούτους ὁ *Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ*. Ἔλεος γάρ ἐστι πάθος ἐπὶ τοὺς παρ' ἀξίαν τεταπεινωμένους, παρὰ τῶν συμπαθῶς διατιθεμένων γινόμενον. Ἐλεοῦμεν τὸν ἐκ μεγάλου πλούτου πρὸς τὴν ἐσχάτην πενίαν καταπεσόντα, τὸν ἐκ τῆς ἄκρας εὐεξίας τοῦ σώματος εἰς τὴν ἐσχάτην ἀσθένειαν καταβληθέντα, τὸν ἐπὶ κάλλει καὶ ὥρᾳ σώματος ἀναλλόμενον καὶ ὑπὸ τῶν αἰσχί-

A hilaritatem et in vere jucundam tranquillitatem transmutatam. Quemadmodum enim fieri non potest, ut mare diu idem permaneat (quod enim nunc tranquillum ac stabile vides, paulo post conspicies ventorum vi exasperatum; quod vero efferatum est et æstu effervescens, mox tranquillitas alta sedat), sic etiam res mundanæ in utramque partem facile convertuntur. Eam ob causam gubernatore opus est, ut et in vitæ tranquillitate, omnibus ex animi sententia procedentibus, mutationes præstoletur, nec in præsentibus tanquam semper permansuris conquiescat; neque in molestissimo etiam rerum statu meliora desperet, ne abundantiori mœstitia absorptus submergatur. (4) Nam ille demum intelligens est gubernator, qui subjectæ naturæ habita B ratione, ea quæ accidunt, tractat, quique sibi ipse similis semper permanens, neque rebus lætis effertur, neque in ærumnis animo concidit. Nam nauclero quidem non licet tranquillitatem facere cum voluerit, sed nobis tranquillam nobis ipsis vitam constituere, etiam omnino facile, si tumultus intus ex vitiis insurgentes compescamus, et his quæ extrinsecus accidunt, altiorem animum stabiliamus. Nam qui vitæ curis admodum detenti **579** sunt, veluti carnosæ aves frustra alis instructæ una cum pecoribus humi serpunt.

2. (5) Plerique vero multis a juventute collectis, ubi ad mediam fere ætatem progressi sunt, nequitiæ spiritibus adversus eos tentationes excitantibus, tempestatis onus, utpote gubernatione destituti, C non sustinuerunt: sed omnium illarum rerum jacturam fecere. Ac alii quidem *Circa fidem naufragaverunt* [78], alii, prava voluptate in modum procellæ cujusdam ingruente, comparatam ab juventa castitatem amiserunt. Miserabile spectaculum, post jejunium, post durum vitæ genus, post prolixas preces, post lacrymas large profusas, post continentiam annorum viginti, aut forte triginta etiam, per animi inconsiderantiam ac incuriam, nudum et spoliatum omnibus inveniri; ac similem fieri eum, qui præceptorum quæstu opulentus est, prædiviti cuipiam mercatori, qui, ob copiam mercium lætus, secundo vento delata nave, horrenda maria emensus, diffracto ad ipsos portus navigio, derepente omnibus nudatur. Hujuscemodi enim hominum *Deus noster miseretur*. (6) Misericordia siquidem affectio est erga eos qui præter meritum depressi sunt, ab iis qui miseratione moventur proficiscens. Miseramur eum, qui ex magnis divitiis in extremam incidit paupertatem; eum, qui ex optima corporis habitudine ad summam redactus est debilitatem: eum, qui ob pulchritudinem ac

[78] I Tim. I, 19.

(1) *Κατὰ νοῦν*. Legitur in contextu, κατὰ ῥοῦν. Sic etiam habet codex Reg. 1910.

(2) *Τῶν ἀγαθῶν*. Contextus, ἑαυτόν, *nec de se desperet*.

(3) *Ἑστοχασμένως*. Sic habet contextus. Editi, ἐστοχασμένος.

(4) Ex epist. CCXCIII, 431.

(5) Ex hom. *in princip. Prov.*, 112.

(6) Ex hom. *in psal.* CXIV, 201.

Digitized by Google

elegantiam corporis prægestiebat, sed a fœdissimis ac turpissimis morbis corruptus est. Quoniam igitur et nos in paradiso degentes, eramus aliquando clari ac spectabiles, et tamen ob ejectionem inglorii et abjecti evasimus, Deus nostri miseretur, dum quales nos ex quali sus facti simus, videt. Quapropter et Adamum hac misericordiæ voce revocabat, dicens : *Adam, ubi es* [76]? Non enim edoceri quærebat omnium gnarus, sed intelligere ipsum volebat, qualis ex quali factus esset. *Ubi es?* quasi dicat : In quam ruinam ex tanta sublimitate incidisti?

στων παθῶν διαφθαρέντα. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἦμέν ποτε ἔνδοξοι ἐπὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς, ἐγενόμεθα δὲ ἄδοξοι καὶ ταπεινοὶ διὰ τὴν ἔκπτωσιν, ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐλεεῖ, ὁρῶν ἡμᾶς οἷοι ἀνθ' οἵων γεγόναμεν. Διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἀδὰμ ἀνεκαλεῖτο τῇ τοῦ ἐλέου φωνῇ, λέγων· *Ἀδάμ, ποῦ εἶ;* Οὐ γὰρ διδαχθῆναι ἐζήτει ὁ πάντα εἰδὼς, ἀλλὰ νοῆσαι αὐτὸν ἐβούλετο οἷος ἀνθ' οἵου γέγονε. *Ποῦ εἶ;* ἀντὶ τοῦ, Εἰς ποῖον πτῶμα κατελήλυθας ἀπὸ τηλικούτου ὕψους;

3. (1) Oportet itaque rationem, quæ tanquam judex supremum in nobis locum sortita est, singula dijudicare et expendere, utrum recipienda sint necne, atque etiam assensionibus, et animæ motibus non sine diligenti judicio aditum concedere. Hoc enim est quod ait Paulus : *Si enim nos ipsos judicaremus, non utique judicaremur* [77]. Ne igitur curiosius futura indages, sed præsentibus utiliter utere. Quid enim prodest cognitionem præcipere? Si certe bonum erit quod futurum est, eveniet, licet non prænoveris : sin molestum, quid juvat mœrore in antecessum consumi? (2) Duplex est prudentiæ nomen : una enim suum ipsius commodum tuetur, sic tamen, ut simul struat proximo insidias, qualis est serpentis prudentia, caput suum custodientis. Hæc videtur astuta quædam esse morum malignitas, quæ cito quod sibi utile est comminiscitur, ac simpliciores deprædatur : quali prudentia fuit villicus iniquitatis. Vera autem prudentia, agendorum et non agendorum cognitio est et secretio : quam qui sequitur, nunquam secedet a virtutis operibus, nunquam exitioso vitii jaculo transfigetur.

ϑ. Χρὴ οὖν ὥσπερ δικαστὴν τὸν λόγον τὴν ἀνωτάτω χώραν παρ' ἡμῖν λαχόντα, ἕκαστα κρίνειν καὶ ἐξετάζειν, τά τε δεκτέα καὶ μὴ (6), καὶ ταῖς συγκαταθέσεσι τῶν πραγμάτων, καὶ ταῖς ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς, μετὰ ἀκριβοῦς ἐπικρίσεως ἐπιτρέπειν. Τοῦτο γάρ ἐστιν ὅ φησιν ὁ Παῦλος· *Εἰ γὰρ ἑαυτοὺς ἐκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα.* Μὴ τοίνυν πολυπραγμόνει τὸ μέλλον, ἀλλὰ τὰ παρόντα πρὸς τὸ χρήσιμον διατίθεσο. Τί γὰρ ὄφελος ἐκ τοῦ προλαβεῖν τὴν γνῶσιν; Εἰ μὲν ἀγαθὸν ἔσται τὸ ἐσόμενον, ἥξει, κἂν μὴ προγνῷς· εἰ δὲ λυπηρὸν, τί σοι τὸ κέρδος προδαπανᾶσθαι τῇ λύπῃ; Διπλοῦν ἐστι τὸ τῆς φρονήσεως ὄνομα. Ἡ μὲν γάρ ἐστι φυλακὴ τοῦ οἰκείου συμφέροντος μετὰ τῆς πλησίον ἐπιβουλῆς, οἷα ἡ τοῦ ὄφεως τὴν κεφαλὴν συντηροῦντος· ἥδε τις ἔοικεν εἶναι κακεντρέχεια τρόπων, ὀξέως τὸ ἴδιον λυσιτελὲς ἐξευρίσκουσα, καὶ συναρπάζουσα τοὺς ἀκεραιστέρους, ὁποία ἡ τοῦ οἰκονόμου τῆς ἀδικίας. Ἡ δὲ ἀληθὴς φρόνησις, διάγνωσίς ἐστι τῶν ποιητέων καὶ οὐ ποιητέων· ᾗ ὁ κατακολουθῶν οὐδέποτε μὲν τῶν τῆς ἀρετῆς ἐκστήσεται ἔργων, οὐδέποτε δὲ τῷ ὀλέθρῳ τῆς κακίας περιπαρήσεται.

580 4. (3) Quandoquidem unusquisque nostrum non potest per se invenire quid factum oporteat, propterea beneficus erga nos Deus consiliarios dat, non dominos. (4) Regis enim est imperare subditis, consiliarii autem utilia suadere volentibus. (5) Itaque nostrum unusquisque se arbitretur, non ut principem semetipsum, sed ut consiliarium a Domino datum populo, existimet. Talis erat consiliarius Novi Testamenti Paulus, cum ait : *Consilium vero do, ut misericordiam consecutus a Domino* [78]. Magnum vero beneficium est, prudentis ac benevoli consiliarii præsentia, qui quod deest prudentiæ consulentibus supplet. Quanta autem sit consilii utilitas demonstrat in primis Moyses, vir omni Ægyptiorum sapientia instructus, qui ut amicus amico, ita cum Deo colloquebatur. Is a socero

4. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ αὐτάρκης ἕκαστος ἀφ' ἑαυτοῦ εὑρίσκειν τὸ δέον· διὰ τοῦτο, εὐεργετῶν ἡμᾶς ὁ Θεὸς, συμβούλους, ἀλλ' οὐχὶ ἐξουσιαστὰς δίδωσι. Βασιλέως μὲν γὰρ ἴδιον, ἐπιτάσσειν τοῖς ἀρχομένοις· συμβούλου δὲ, πείθειν ὑπὲρ τῶν συμφερόντων τοὺς βουλομένους (7). Ὥστε καὶ ἡμῶν ἕκαστος, μὴ ὡς ἄρχοντα ἑαυτὸν, ἀλλ' ὡς σύμβουλον παρὰ Κυρίου δεδομένον τῷ λαῷ, λογιζέσθω. Οὕτως ἦν καὶ ὁ Παῦλος σύμβουλος τῆς Καινῆς Διαθήκης, λέγων· *Γνώμην δὲ δίδωμι, ὡς ἠλεημένος παρὰ Κυρίου.* Μεγάλη δὲ εὐεργεσία, συμβούλου φρονίμου καὶ εὐνοϊκῶς ἔχοντος παρουσία, ἀναπληροῦντος τὸ τῆς συνέσεως ἐλλεῖπον τῶν βουλευομένων (8). Ὅσον δὲ τὸ ἀπὸ συμβουλῆς ὄφελος, δείκνυσι μάλιστα Μωϋσῆς, ὁ πάσῃ Αἰγυπτίων σοφίᾳ παιδευθεὶς, ὁ τῷ Θεῷ διαλεγόμενος, ὡς ἂν εἴ τις λαλήσει (9) φίλος φίλῳ. Οὗτος ἔλαβε γνώμην παρὰ

[76] Gen. III, 9. [77] I Cor. XI, 31. [78] I Cor. VII, 15.

(1) Ex comment. *in Isa.*, 411.
(2) Ex hom. *in princip. Prov.*, 102.
(3) Ex comment. *in Isa.*, 422.
(4) Ibid., 421.
(5) Ibid., 442.
(6) *Τά τε δεκτέα καὶ μή.* Legitur in contextu, τά τε λεκτέα καὶ τὰ πρακτέα, *quæ dicenda sunt et agenda.*

(7) *Τοὺς βουλομένους.* Contextus, βουλευομένους, *utilia suadere consulentibus.*
(8) *Βουλευομένων.* Hanc scripturam e contextu sumpsimus : non enim vitio carebat vulgata, βουλομένων.
(9) *Λαλήσει.* Forte, λαλήσοι, vel, melius, λαλήσαι. EDIT.

Digitized by Google

τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ Ἰωθὼρ, ὥστε καταστῆσαι χιλιάρχους, καὶ ἑκατοντάρχους, καὶ δεκάρχους, ἐπὶ τὸ κρίνειν τὸν λαόν. Καὶ Δαβὶδ δὲ συμβούλῳ ἐχρήσατο τῷ Χουσὶ, δι' οὗ διεσκέδασε στρατηγικὴν γνώμην τοῦ Ἀχιτόφελ. Καὶ ὅλως, ἱερόν τι πρᾶγμα ἡ συμβουλὴ, γνώμης ἕνωσις, ἀγάπης καρπὸς, ταπεινοφροσύνης ἀπόδειξις. Ἀλαζονεία γὰρ δεινὴ, τὸ μηδενὸς οἴεσθαι χρῄζειν, ἀλλ' ἑαυτῷ προσέχειν ὡς μόνῳ τὰ κράτιστα συμβουλεύσασθαι δυναμένῳ. Ἡμεῖς δὲ ὀκνοῦμεν ἑαυτοὺς ἐπιδοῦναι τοῖς τὰ δέοντα εἰσηγουμένοις, καὶ αἰσχυνόμεθα τοὺς συνετωτέρους ἡμῶν κατὰ τὸν βίον ὁμολογεῖν. Ὁ δὲ τὸν σύμβουλον ἀναμένων, καὶ τοῖς ἰδίοις λογισμοῖς καιρὸν δίδωσιν, ἐν χρόνῳ πλείονι μετὰ βασάνου καὶ προσοχῆς ἀνιχνεῦσαι τὸ δέον. Πολὺ τοιγαροῦν τὸ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμον ἐκ τῆς συμβουλῆς τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ ἕνα μηδένα ἑαυτῷ ἐξαρκεῖν πρὸς ταῦτα (1), ἀλλὰ δεῖσθαι κοινωνῶν πλέον κατὰ τῶν συμφερόντων ἐκλογὴν, ἢ κατὰ τὰς ἐνεργείας τὰς σωματικάς. Ὥστε ἀσυμβούλευτος ἄνθρωπος, πλοῖόν ἐστιν ἀκυβέρνητον, ὡς ἔτυχε ταῖς φοραῖς τῶν πνευμάτων ἐνδεδομένον. Εἰ τοίνυν ἐν ταῖς περὶ τῶν τυχόντων σκέψεσι συμβούλους παραλαμβάνομεν, ὅταν ὑπὲρ ψυχῆς καὶ τῶν διαφερόντων αὐτῇ βουλευώμεθα, πῶς οὐχὶ καὶ τοὺς θαυμαστοὺς ἐπιζητητέον ἡμῖν; Ὁ δὲ, παρούσης συμβουλῆς ἀγαθῆς, τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ πορευόμενος τῆς ματαίας, ὁμοιός ἐστι τῷ Ῥοβοὰμ, ὃς ἀτιμάσας τὴν σώζουσαν γνώμην τῶν πρεσβυτέρων, ἠκολούθει τοῖς νεωτέροις τοῖς συνεκτραφεῖσιν αὐτῷ, δι' οὓς καὶ τῶν δέκα φυλῶν τῆς βασιλείας ἐξέπεσεν.

5. Οὕτως αἱ κατὰ τῶν δικαίων βουλαὶ ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν βουλευομένων, ὥσπερ ἀπὸ στερρῶν καὶ ἀντιτύπων σωμάτων τὰ προσπεσόντα βέλη πρὸς τοὺς ἀφιέντας ἐπάνεισι. *Φυλάσσει* γὰρ *Κύριος πάντας τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν, καὶ πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἐξολοθρεύσει*· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A suo Jethro consilium accepit, ut tribunos præficeret, centuriones, et decuriones, qui judicarent populum. David quoque consultore usus Chusi est, per quem militare Achitophel consilium dissipavit. Atque, ut breviter dicam, divina prorsus res est consilium, voluntatum consensio est, charitatis fructus, humilitatis argumentum. Intoleranda enim arrogantia est, arbitrari nullius se indigere, sed sui solius sententiæ stare, ac si solus optima consulere valeat. Nos vero his qui recta consulunt, nos ipsi dedere pigramur : pudetque nobis in vivendi ratione prudentiores agnoscere. Qui autem consiliarium exspectat, suis etiam ille cogitationibus opportunitatem præbet, ut cum examine ac attentione diutius investigent quid deceat. (2) Valde B igitur necessarium ac utile hominum vitæ consilium, quod nemo sibi ad ista solus sufficiat, sed adjutoribus magis indigeat ad rerum utilium delectum, quam ad ea quæ corpore perficiuntur. Quare qui consiliario caret, navis est gubernatore destituta, temere ventorum motibus permissa. Quod si in rerum leviorum deliberationibus consiliarios adhibemus ; cum deliberamus de anima et de rebus ei utilibus, nonne admirabiles nobis quærendi sunt consiliarii? Qui autem, cum adest bonum consilium, vanæ cordis sui voluntati obsequitur, is similis est Roboam, qui, spreto seniorum salutari consilio, juniores secum educatos secutus est, per quos imperium in decem tribus amisit [79].

C

5. Sic instructa adversus justos consilia in auctorum capita redundant, ut immissæ in solida et obnitentia corpora sagittæ ad eos redeunt, a quibus sunt immissæ. *Custodit* enim *Dominus omnes diligentes se, et omnes peccatores disperdet* [80] : quoniam illi debetur omnis gloria, honor et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΠΡΟΝΟΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΚΒ'.

1. Τὸ τῆς ἐν τῷ προστάγματι διανοίας τοῦ Δημιουργοῦ πολύχουν τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσαι καὶ αἱ τῶν δημιουργηθέντων διαφοραὶ καὶ κοινότητες. Οἷς πᾶσι δι' ἀκριβείας ἐπεξελθεῖν, ἴσον ἐστὶ καὶ κύματα πελάγους ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ ταῖς κοτύλαις πειρᾶσθαι τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης ἀπομετρεῖν. Πῶς γὰρ ἄν τις δι' ἀκριβείας ἐπέλθοι τὰ ἐν τοῖς βίοις τῶν ὀρνίθων ἰδιώματα ; Πῶς μὲν οἱ πελαργοὶ οὕτω κατὰ τὸν ἕνα καιρὸν οἰκοδομοῦσι τοῖς τῇδε χωρίοις· οὕτω δὲ ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πάντες ἀπαίρουσιν, ὅπερ οὐδὲ πόῤῥω ἐστὶ συνέσεως λογικῆς. Πῶς δὲ δορυφοροῦσιν αὐτοὺς αἱ κορῶναι, καὶ παραπέμπουσιν, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ συμμαχίαν τινὰ παρεχόμεναι πρὸς ὄρνιθας πολε-

581 *DE PROVIDENTIA.*

SERMO XXII.

1. (3) Tanta est Creatoris in jubendo intelligentiæ fecunditas, quantæ rerum creatarum dissimilitudines et convenientiæ. Quæ omnia accurate D recensere, perinde est ac si quis fluctus pelagi enumerare, aut manus vola aquam maris admetiri conetur. (4) Quis enim possit cunctas proprietates ad volucrum vitam pertinentes accurate recensere? (5) Quomodo ciconiæ quidem omnes uno et eodem tempore his in locis ædificent, et sub uno signo omnes discedant : quod quidem a rationis intelligentia non longe abest. Quomodo autem stipent ipsas cornices, easque, ut mihi quidem videtur, deducant, et sociale quoddam illis auxilium

[79] III Reg. XII, 8 sqq. [80] Psal. CXLIV, 20

(1) *Πρὸς ταῦτα.* Contextus, πρὸς πάντα.
(2) Ex comment. *in Isa.*, 452.
(3) Ex hom. VII *in Hexaem.*, 63.
(4) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 74.
(5) Ibid., 75.

Digitized by Google

præstent adversus hostiles aves. Cujus rei argumentum est, primum quidem quod eo tempore nulla prorsus cornix appareat : deinde quod cum vulneribus redeuntes, manifesta belli socialiter pugnati indicia referant. Quis apud ipsas præscripsit hospitalitatis jura? quis ipsis desertæ militiæ accusationem minatus est, adeo ut nulla a comitatu sese subtrahat? (1) Grues autem vicissim exercent excubias. Et quidem aliæ dormiunt : aliæ vero circumeuntes, omnem ipsis securitatem per somnum exhibent. Deinde tempore vigiliarum peracto, hæc quidem clangore edito ad somnum convertitur : illa vero succedens, quam accepit securitatem, sua vice reddit. Hunc etiam in volatu ordinem servant. Alia enim alias itineris dux est; sed ubi per aliquod tempus statutum volatui præfuit, retro se recipiens, viæ ducatum insequenti tradit. (2) Vos autem qui non creditis futuram in resurrectione mutationem, revocata in mentem bombycis mutatione, manifestam resurrectionis notionem accipite. (3) Vos etiam qui mysterium nostrum ridetis, quasi impossibile et extra naturam sit, ut virgo pariat, virginitate illi integra permanente; cogitate Deum, cui hoc placuit, innumera ex natura argumenta ad rerum mirabilium fidem in antecessum proposuisse. Nam vulturibus absque ulla conjunctione parere dedit, licet maxime longævis, quippe quibus vita ad centum usque annos plerumque protendatur : atque ita in rebus omnibus, nobis perspicua miraculorum suorum monumenta reliquit.

2. (4) Est vero ipsis quoque piscibus suus sapiens quidam ac bene dispositus ordo, quorum unumquodque genus novit distinctam sibi a natura vitæ rationem : et in definitis sibi maris partibus perinde atque in civitatibus, aut vicis quibusdam, aut antiquis patriis immoratur. Jam vero et pisces quidam peregrinare soliti, velut ex communi curia in externas regiones proficiscentes, sub uno signo omnes discedunt. Cum enim præscriptum fetandi tempus institerit, alii ab aliis emigrantes sinibus, communi naturæ lege concitati, ad mare aquilonium festinant. **582** Et quidem ipso ascensus tempore pisces coactos per Propontidem in Euxinum Pontum influentes, uti torrentem quemdam videre possis. Ecquis movet? quodnam est regis imperium? qualia edicta in foro exposita præfinitum tempus indicant? quinam hospitum advenarumque ductores? Vides divinam ordinationem cuncta complentem, atque per minutissima pervadentem. Piscis divinæ legi non adversatur, nos vero salutaribus præceptis non obsequimur. Cave pisces asperneris, quod omnino insipientes sint, et rationis expertes : sed time, ne etiam his inferior sis

(1) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 74.
(2) Ibid., 78.
(3) Ibid., 76.
(4) Ex hom. VII *Hexaem.*, 66.
(5) *Καταλάζοι*. Forte, καταλάδη. Edit.

μίους. Σημεῖον δὲ, πρῶτον μὲν τὸ μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον κορώνην παντάπασιν· ἔπειθ' ὅτι μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι, ἐναργῆ τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τῆς ἐπιμαχίας τὰ σημεῖα κομίζουσι. Τίς παρ' αὐταῖς τοὺς τῆς φιλοξενίας διώρισε νόμους; τίς αὐταῖς ἠπείλησε λειποστρατίου γραφήν, ὡς μηδεμίαν ἀπολείπεσθαι τῆς προπομπῆς; Αἱ γέρανοι δὲ τὰς ἐν τῇ νυκτὶ προφυλακὰς ἐκ περιτροπῆς ὑποδέχονται. Καὶ αἱ μὲν καθεύδουσιν, αἱ δὲ κύκλῳ περιοῦσαι, πᾶσαν αὐταῖς ἐν τῷ ὕπνῳ παρέχονται τὴν ἀσφάλειαν. Εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς φυλακῆς πληρουμένου, ἡ μὲν βοήσασα, πρὸς ὕπνον ἐτράπετο, ἡ δὲ τὴν διαδοχὴν ὑποδεξαμένη, ἧς ἔτυχεν ἀσφαλείας μετέδωκεν ἐν τῷ μέρει. Ταύτην καὶ ἐν τῇ πτήσει τὴν εὐταξίαν φυλάττουσιν. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλη τὴν ὁδηγίαν ἐκδέχεται, καὶ τακτόν τινα χρόνον προαγηγησαμένη τῆς πτήσεως, εἰς τὸ κατόπιν περιελθοῦσα, τῇ μεθ' ἑαυτὴν τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὁδοῦ παραδίδωσιν. Οἱ δέ γε ἀπιστοῦντες περὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνάστασιν ἀλλοιώσεως, μεμνημένοι τῆς κατὰ τοὺς σῆρας μεταβολῆς, ἐναργῆ λαμβάνετε τῆς ἀναστάσεως ἔννοιαν. Καὶ οἱ γελῶντες τὸ μυστήριον ἡμῶν, ὡς ἀδυνάτου ὄντος καὶ ἔξω τῆς φύσεως παρθένον τεκεῖν, τῆς παρθενίας αὐτῇ φυλαττομένης ἀχράντου· ἐνθυμήθητε, ὅτι ὁ ἐν τούτῳ εὐδοκήσας Θεὸς, μυρίας ἐκ τῆς φύσεως ἀφορμὰς πρὸς τὴν πίστιν τῶν παραδόξων προλαβὼν κατεβάλετο. Τούς τε γὰρ γῦπας ἀσυνδυάστως τίκτειν ἐποίησε, καὶ ταῦτα μακροβιωτάτους ὄντας, οἷς τε μέχρις ἑκατὸν ἐτῶν ὡς τὰ πολλὰ ἡ ζωὴ παρατείνεται· καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν τῶν οἰκείων θαυμάτων ἐναργῆ τὰ ὑπομνήματα καταλέλοιπεν.

2. Ἔστι δέ τις καὶ παρὰ τοῖς ἰχθύσι σοφὴ καὶ εὔτακτος διακόσμησις, καὶ ἕκαστον γένος αὐτῶν οἶδε τὴν ἀφωρισμένην αὐτοῖς παρὰ τῆς φύσεως δίαιταν· καὶ ὥσπερ πόλεσιν, ἢ κώμαις τισὶν, ἢ πατρίσιν ἀρχαίαις, τοῖς ἀποτεταγμένοις αὐτοῖς τῆς θαλάσσης μέρεσιν ἐναυλίζεται. Ἤδη δέ τινες καὶ ἀποδημητικοὶ τῶν ἰχθύων, ὥσπερ ἀπὸ κοινοῦ βουλευτηρίου πρὸς τὴν ὑπερορίαν στελλόμενοι, ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πάντες ἀπαίρουσιν. Ἐπειδὰν γὰρ ὁ τεταγμένος καιρὸς τῆς κυήσεως καταλάδοι (5), ἄλλοι ἀπ' ἄλλων κώλων μεταναστάντες, τῷ κοινῷ τῆς φύσεως νόμῳ διεγερθέντες, ἐπὶ τὴν βορείαν (6) ἐπείγονται θάλασσαν. Καὶ ἴδοις ἂν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀνόδου ὥσπερ τι ῥεῦμα τοὺς ἰχθύας ἡνωμένους, καὶ διὰ τῆς Προποντίδος ἐπὶ τὸν Εὔξεινον ῥέοντας. Τίς ὁ κινῶν; ποῖον πρόσταγμα βασιλέως; ποῖα διαγράμματα κατ' ἀγορὰν ἠπλωμένα τὴν προθεσμίαν δηλοῖ; Οἱ ξεναγωγοῦντες (7) τίνες; Ὁρᾷς τὴν θείαν διάταξιν πάντα πληροῦσαν, καὶ διὰ τῶν μικροτάτων διήκουσαν. Ἰχθὺς οὐκ ἀντιλέγει νόμῳ Θεοῦ, καὶ ἄνθρωποι σωτηρίων διαταγμάτων οὐκ ἀνεχόμεθα. Μὴ καταφρόνει τῶν ἰχθύων, ἐπειδὴ ἄφρονα (8) παντελῶς καὶ ἄλογα· ἀλλὰ φοβοῦ μὴ καὶ τούτων ἀλογώτερος ᾖς, τῇ διαταγῇ

(6) *Borelar*. Sic scripsimus pro βορείην, quod legebatur in editis. Ib.
(7) *Ξεναγωγοῦντες*. Contextus, ξεναγοῦντες.
(8) *Ἄφρονα*. Contextus, ἄφωνα, *muta*

Digitized by Google

τοῦ κτίσαντος ἀνθιστάμενος. Οὐδὲν παρ' αὐτοῖς ἐξ ἡμισείας ὥπλισται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς βοῦς παρ' ἡμῖν καὶ πρόβατον· οὐδὲ γὰρ μηρυκίζει τι παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸν σκαρὸν μόνον ἱστοροῦσί τινες. Πάντα δὲ ὀξυτάταις ἀκμαῖς ὀδόντων καταπεπύκνωται, ἵνα μὴ τῇ χρονίᾳ μασσήσει ἡ τροφὴ διαῤῥέῃ· ἔμελλε γὰρ, εἰ μὴ ὀξέως κατατεμνομένη τῇ γαστρὶ παρεπέμπετο, ἐν τῇ λεπτοποιήσει διαφορεῖσθαι παρὰ τοῦ ὕδατος. Ἄκουε τοίνυν αὐτῶν μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων δι' ὧν ποιοῦσιν, ὅτι Εἰς διαμονὴν τοῦ γένους τὴν μακρὰν ταύτην ἀποδημίαν στελλόμεθα. Οὐκ ἔχουσιν ἴδιον λόγον, ἔχουσι δὲ τὸν τῆς φύσεως νόμον ἰσχυρῶς ἐνιδρυμένον, καὶ τὸ πρακτέον ἐπιδεικνύντα. Βαδίσωμεν, φασὶν, ἐπὶ τὸ βόρειον πέλαγος. Γλυκύτερον γὰρ τῆς λοιπῆς θαλάσσης τὸ ὕδωρ ἐκεῖνο, διότι ἐπ' ὀλίγον αὐτῇ προσδιατρίβων ὁ ἥλιος, οὐκ ἐξάγει αὐτῆς ὅλον διὰ τῆς ἀκτῖνος τὸ πότιμον. Χαίρει δὲ τοῖς γλυκέσι καὶ τὰ θαλάσσια. Ὅθεν καὶ ἐπὶ ποταμοὺς ἀνανήχεται πολλάκις, καὶ πόῤῥω θαλάσσης φέρεται. Ἐκ τούτου προτιμότερος αὐτοῖς ὁ Πόντος τῶν λοιπῶν ἐστι κόλπων, ὡς ἐπιτήδειος ἐναποκυῆσαι καὶ θρέψαι τὰ ἔγγονα. Ἐπειδὰν δὲ τὸ σπουδαζόμενον ἀρκούντως ἐκπληρωθῇ, πάλιν πανδημεὶ πάντες ὑποστρέφουσιν οἴκαδε. Καὶ τίς ὁ λόγος, ἀκούσωμεν παρὰ τῶν σιωπώντων. Ἐπιπόλαιος, φασὶν, ἡ βορεία θάλασσα, καὶ ὑπτία προκειμένη τῶν ἀνέμων ταῖς βίαις, ὀλίγας ἀκτὰς καὶ ὑποδρομὰς ἔχουσα. Διὸ καὶ ἐκ πυθμένος οἱ ἄνεμοι ῥᾳδίως αὐτὴν ἀναστρέφουσιν, ὡς καὶ τὴν βυθίαν ψάμμον τοῖς κύμασιν ἀναμίγνυσθαι. Ἀλλὰ καὶ ψυχρὰ χειμῶνος ὥρᾳ, ὑπὸ πολλῶν καὶ μεγάλων ποταμῶν πληρουμένη. Διὰ τοῦτο, ἐφ' ὅσον μέτριον ἀπολαύσαντες αὐτῆς ἐν τῷ θέρει, πάλιν χειμῶνος ἐπὶ τὴν ἐν τῷ βυθῷ ἁλέαν καὶ τὰ προσήλια τῶν χωρίων ἐπείγονται, καὶ φυγόντες τὸ δυσήνεμον τῶν ἀρκτώων, τοῖς ἐπ' ἔλαττον τινασσομένοις κόλποις ἐγκαθορμίζονται. Εἶδον ταῦτα ἐγὼ, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσι τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἐθαύμασα. Εἰ τὰ ἄλογα ἐπινοητικὰ τῆς ἰδίας αὐτῶν σωτηρίας, καὶ οἶδε τὸ αἱρετὸν αὐτῷ καὶ τὸ φευκτὸν ὁ ἰχθύς· τί ἐροῦμεν ἡμεῖς οἱ λόγῳ τετιμημένοι, καὶ νόμῳ πεπαιδευμένοι, ἐπαγγελίαις προτραπέντες, ἐν πνεύματι σοφισθέντες, εἶτα τῶν ἰχθύων ἀλογώτερον τὰ καθ' ἑαυτοὺς διατιθέμενοι; εἴπερ οἱ μὲν ἴσασι τοῦ μέλλοντός τινα ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ἡμεῖς δὲ ἐκ τῆς πρὸς τὸ μέλλον ἀνελπιστίας δι' ἡδονῆς βοσκημάτων τὴν ζωὴν ἀναλίσκομεν. οὐδαμμόδο providere norunt : nos autem spe futuri absumimus.

3. Ἂν δὲ ἐπέλθωμεν τῷ λόγῳ, πόση τοῖς ἀλόγοις ζώοις ἐνυπάρχει ἀδίδακτος καὶ φυσικὴ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμέλεια, οὐχὶ πρὸς τὴν ἡμῶν αὐτῶν φυλακὴν, καὶ τῆς τῶν ψυχῶν σωτηρίας πρόνοιαν κινηθησόμεθα, ἢ ἐπιπλέον κατακριθησόμεθα (1), ὅταν εὑρεθῶμεν καὶ τῆς μιμήσεως τῶν ἀλόγων ἀπολειπόμενοι; Ἄρκτος πολλάκις βαθυτάταις κατατρωθεῖσα πληγαῖς, ἑαυτὴν ἰατρεύει πάσαις μηχαναῖς, τῷ φλόμῳ τούτῳ ξηρὰν τὴν φύσιν ἔχοντι

(1) Ἢ ἐπιπλέον κατακριθησόμεθα. Hæc addita ex contextu.
(2) Ex hom. VII *in Hexaem.*, 67.

A ratione, ordinationi conditoris obsistens. (2) Nullum piscium genus dimidia ex parte instructum est dentibus, ut bos et ovis apud nos : neque enim ipsorum quisquam ruminat, nisi scarus solus secundum quorumdam narrationem. At vero omnes pisces acutissima condensatorum dentium acie communiuntur, ne esca dum diutius manditur, diffluat : nisi enim celeriter dissecta in ventrem detruderetur, extenuata per aquam dissiparetur. (3) Audi igitur eos, per ea quæ faciunt tantum non emittentes hanc vocem : Nos ad perpetuam generis conservationem longinquam hanc peregrinationem suscipimus. Non ipsis inest propria ratio : sed naturæ legem habent sibi fortiter insidentem, et quod agendum est suggerentem. Eamus, inquiunt, ad B aquilonare pelagus. Dulcior est enim illa aqua quam reliquum mare, propterea quod sol brevi tempore in eo commorans non ex eo per suos radios educit quidquid potui aptum est. Gaudent et marina aquis dulcibus. Unde et ad flumina sæpe enatant, proculque a mari discedunt. Hac de causa cæteris sinibus ab ipsis præfertur Pontus, velut ad fetus edendos atque enutriendos idoneus. Postquam vero id quod in votis erat, expletum abunde fuit, rursus omnes catervatim ad propria revertuntur. Et quæ sit redeundi ratio, a mutis audiamus. Aquilonare æquor, inquiunt, profundum non est, cumque supinum sit, violentis ventis exponitur, ac littora pauca et paucos recessus habet. Quapropter etiam ab imo solo ipsum facile concutiunt venti, C adeo ut arena quæ in fundo subsidebat, fluctibus permisceatur. Quin et frigidum est hiemis tempore, quippe quod a multis magnisque fluviis repleatur. Propterea ipso in æstate moderate potiti, rursus hieme ad teporem in profundo conservatum, et ad aprica loca properant, atque septentrionales ventos graves et infestos fugientes, in sinus minus exagitatos velut in portus sese recipiunt. Vidi hæc ego, et Dei in omnibus sapientiam admiratus sum. Bruta si prospiciunt sibi, ac propriam suam salutem servant, si novit piscis quid sibi eligendum sit aut fugiendum : quid nos sumus dicturi, qui ratione cohonestati, lege eruditi, pollicitationibus invitati, et spiritu edocti, adhuc tamen res nostras ineptius D quam pisces ipsi disponimus? illi enim futura quoabjecta in belluinis voluptatibus vitam nostram

3. (4) Quod si sermone percurramus, quanta hisce brutis animalibus ad conservandam suam vitam insit diligentia, quam edocta non sunt, **583** sed quam natura habent; nonne ad nos ipsos custodiendos, et ad salutem animarum curandam impellemur, aut gravius condemnabimur, cum deprehensi fuerimus etiam ab imitatione pecorum abesse? Ursa sæpenumero profundissimis plagis sauciata, sibi ipsa medetur omni arte, dum verbasco natu-

(3) Ibid., 68.
(4) Ex hom. IX *in Hexaem.*, 82.

Digitized by Google

ram siccam habente vulnera obturat. Vulpem quoque sibi ipsi pini lacrymis medicantem videre possis. Testudo vero viperæ carnibus exsatiata, noxam sibi a venenata bestia impendentem per adversam origani naturam evitat. Quin et serpens fœniculo pastus oculorum læsioni remedium adhibet. Boves etiam diu hiemis tempore inclusi, jam tandem redeunte vere, naturali sensu mutationem percipientes e stabulis ad exitus spectant, et omnes ceu uno signo dato faciem convertunt. Oves vero, accedente hieme, pastum avide vorant, quasi pro futura penuria victum sibi pararent. (1) Quid vero per hæc nobis hominibus indicatur? Inesse nimirum quemdam futuri sensum pecoribus; ut nos præsenti vitæ non simus addicti, sed ad futurum sæculum omne studium conferamus. (2) Unde inter innumeras oves agnus e stabulis exsiliens, matris suæ vocem novit, et ad ipsam festinat, et proprios lactis fontes inquirit? imo si in egenas matris mammas inciderit, tamen est illis contentus, plena et gravia ubera prætergressus. Unde itidem mater inter agnos quam plurimos proprium agnoscit? Vox una, idem color, similis omnium odor, quantum odoratui nostro objicitur. Sed tamen quidam inest in ipsis sensus, nostra comprehensione acutior, quo cuique quod suum est dignoscere licet. Nondum sunt dentes catulo, et tamen adversus eos qui molestiam sibi afferunt, sese per os tuetur. Nondum cornua sunt vitulo, tamen novit ubi sibi arma enascentur. Propterea quod Deus ipsorum opifex rationis defectum majore sentiendi facultate compensavit.

4. (3) Nec quisquam incuset Conditorem, quod animalia venenata produxit exitiosa ac vitæ nostræ adversantia. Aut pari ratione possit quis vituperare pædagogum, qui puerorum levitatem inconstantiamque in ordinem redigit, quique plagis ac flagellis eorum lasciviam ac protervitatem castigat. Domino confidis? Per fidem potestatem habes ambulandi super serpentes ac scorpios. (4) Annon vides viperam Paulo sarmenta colligenti adhærentem, nullumque ei detrimentum inferentem, quod ille sanctus inventus est fide plenus? Quod si fide cares, non magis timeas bestiam, quam tuam ipsius incredulitatem, qua teipsum omni corruptioni obnoxium effecisti. Nam quæcunque patimur mala, divina hæc ordinatione patimur. Neque enim nos perversis potestatibus cruciandos omnino permittit, sed ipse punitionum modum definit, habita eorum, quibus vult mederi, virium ratione. Quidquid etiam boni divina vi nobis **584** obvenit, gratiæ universa perficientis operationem esse dicimus. Omnibus enim rebus providet Deus,

(1) Ex hom. IX *in Hexaem.*, 83.
(2) Ibid., 84.
(3) Ibid., 86.
(4) Ibid.
(5) *Οἵδε μέν.* Contextus, τὴν χροιὰν αὐτὴν, τὴν φωνήν. *Novit et colorem ipsum et vocem.*
(6) *Φθαρτικά.* Contextus, καὶ φθαρτικά.
(7) *Οὕτω δ' ἄν.* Forte, οὕτω γ' ἄν. Edit.
(8) *Ἐναψαμένη ἡ ἔχις.* Contextus, ἐνάψας ὁ ἔχις.

A τὰς; ὠτειλὰς παραβύουσα. Ἴδοις ἂν καὶ ἀλώπεκα τῷ δακρύῳ τῆς πίτυος ἑαυτὴν ἰωμένην. Χελώνη δὲ σαρκῶν ἐχίδνης ἐμφορηθεῖσα, διὰ τῆς τοῦ ὀριγάνου ἀντιπαθείας φεύγει τὴν βλάβην τοῦ ἰοβόλου. Καὶ ὄφις, τὴν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς βλάβην ἐξιᾶται, βοσκηθεὶς μαράθρῳ. Καὶ βόες μὲν κατακεκλεισμένοι χρονίως ἐν ὥρᾳ χειμερινῇ, ἤδη ποτὲ τοῦ ἔαρος προϊόντος, τῇ φυσικῇ αἰσθήσει τὴν μεταβολὴν ἐκδεχόμενοι, ἐκ τῶν βουστασίων πρὸς τὰς ἐξόδους ὁρῶσι, πάντες ὑφ' ἑνὶ συνθήματι μεταβαλόντες τὸ σχῆμα. Πρόβατα δὲ, χειμῶνος προσιόντος, λάβρως τὴν τροφὴν ἐπεμβάλλεται, ὥσπερ ἐπισιτιζόμενα πρὸς τὴν μέλλουσαν ἔνδειαν. Τί δὲ διὰ τούτων ἡμῖν ἐνδείκνυται τοῖς ἀνθρώποις; τὸ καὶ παρὰ τοῖς ἀλόγοις τινὰ εἶναι τοῦ μέλλοντος αἴσθησιν, ὥστε καὶ ἡμᾶς μὴ τῇ παρ-
B οὐσῃ ζωῇ προστετηκέναι, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὴν πᾶσαν ἔχειν σπουδήν. Πόθεν ἐν μυρίοις προβάτοις, ἀρνειὸς τῶν σηκῶν ἐξαλλόμενος, οἶδε μὲν (5) τὴν φωνὴν τῆς μητρὸς, καὶ πρὸς αὐτὴν ἐπείγεται, ἐπιζητεῖ δὲ τὰς οἰκείας πηγὰς τοῦ γάλακτος; κἂν πενιχραῖς ταῖς μητρῴαις περιτύχῃ θηλαῖς, ἐκείναις ἀρκεῖται, παραδραμὼν οὗθατα βαρυνόμενα. Καὶ ἡ μήτηρ ἐν μυρίοις ἀρνάσιν ἐπιγινώσκει τὸ ἴδιον; Φωνὴ μία, χρόα ἡ αὐτὴ, ὀσμὴ παρὰ πάντων ὁμοία, ὅσον τῇ ἡμετέρᾳ ὀσφρήσει παρίσταται. Ἀλλ' ὅμως ἐστί τις αὐτοῖς αἴσθησις, τῆς ἡμετέρας καταλήψεως ὀξυτέρα, καθ' ἣν ἑκάστῳ πάρεστιν ἡ τοῦ οἰκείου διάγνωσις. Οὕπω οἱ ὀδόντες τῷ σκύλακι, καὶ ὅμως διὰ τοῦ στόματος ἀμύνεται τὸν λυπήσαντα.
C Οὕπω τὰ κέρατα τῷ μόσχῳ, καὶ οἶδε ποῦ τὰ ὅπλα αὐτῷ ἐκφυήσεται. Διότι ὁ δημιουργήσας αὐτὰ θεὸς, τὴν τοῦ λόγου ἔλλειψιν διὰ τῆς τῶν αἰσθητηρίων περιουσίας παρεμυθήσατο.

4. Καὶ μηδεὶς ἐγκαλείτω τῷ Ποιητῇ, ὅτι καὶ ἰοβόλα ζῶα φθαρτικὰ (6) καὶ πολέμια τῇ ζωῇ ἡμῶν ἐπεισήγαγεν. Ἡ οὕτω δ' ἄν (7) τις καὶ παιδαγωγῷ ἐγκαλοίη, εἰς τάξιν ἄγοντι τὴν εὐκολίαν τῆς νεότητος, καὶ πληγαῖς καὶ μάστιξι τὸ ἀκόλαστον σωφρονίζοντι. Πέποιθας ἐπὶ Κύριον; ἔχεις τὴν διὰ πίστεως ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι φρυγανιζομένῳ τῷ Παύλῳ ἐναψαμένη ἡ ἔχις (8) οὐδεμίαν προσετρίψατο βλάβην, διὰ τὸ πλήρη πίστεως εὑρεθῆναι τὸν ἅγιον; Εἰ δὲ ἄπιστος εἶ, φοβοῦ μὴ μᾶλλον τὸ θηρίον, ἢ τὴν σεαυτοῦ ἀπιστίαν,
D δι' ἧς πάσῃ φθορᾷ σεαυτὸν εὐάλωτον κατεσκεύασας. Καὶ γὰρ πάντα ὅσα πάσχομεν σκυθρωπὰ, ἐκ τῆς θείας διαταγῆς ὑπομένομεν. Οὐκ ἐᾷ γὰρ ἡμᾶς ἐκδότους ταῖς πονηραῖς κολαστικαῖς δυνάμεσιν, ἀλλ' αὐτὸς τὰ μέτρα ὁρίζει τῶν κολάσεων, στοχαζόμενος τῆς δυνάμεως τῶν θεραπευομένων. Καὶ πᾶν ὅπερ εἰς ἡμᾶς ἐκ θείας δυνάμεως ἀγαθὸν φθάσει, τῆς πάντα ἐνεργούσης χάριτος ἐνέργειαν εἶναί φαμεν. Οὐδὲν γὰρ ἀπρονόητον, οὐδὲ ἠμελημένον παρὰ τῷ θεῷ· πάντα σκοπεύει ὁ ἀκοίμητος ὀφθαλμός· πᾶσι πάρ-

Digitized by Google

εστι, σκορπίζων ἑκάστῳ τὴν σωτηρίαν. Πολλάκις γοῦν καὶ ἐν τοῖς μικροτάτοις ἡ σοφία αὐτοῦ καὶ ἡ πρόνοια διαφαίνεται. Ὁ γὰρ οὐρανὸν διαπλώσας, καὶ τὰ ἄπλετα μεγέθη τῶν πελάγων ἀναχέας, οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ λεπτότατον κέντρον τῆς μελίσσης κοιλάνας ὥσπερ αὐλὸν, ὥστε τὸν ἰὸν δι' αὐτοῦ ἐκχεῖσθαι. Εὔκαιρον οὖν εἰπεῖν μετὰ τοῦ προφήτου· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.* Αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ μεγαλοπρέπεια, τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A omniumque curam gerit : omnia vigil semper oculos speculatur : omnibus adest, salutem unicuique spargens. Sæpenumero igitur in tenuissimis etiam ejus relucet sapientia atque providentia. Qui enim cœlum expandit, atque ingentes marium abyssos effudit, is ipse est qui tenuissimum apiculæ stimulum fistulæ instar excavavit, ita ut per eum venenum emittat. Nos igitur dicere cum propheta opportunum atque consentaneum est : *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti* [81]. Illi convenit gloria, et honor, et magnificentia, Patri, et Filio, et Spiritui sancto, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΨΥΧΗΣ.

ΛΟΓΟΣ ΚΓ'.

B

1. Τὸ τὴν πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαί τινα, ὅπως ὡς κάλλιστα αὐτῷ σῶμα (1) ἔχοι, οὐ διαγινώσκοντός ἐστιν ἑαυτὸν, οὐδὲ συνιέντος τοῦ σοφοῦ παραγγέλματος· ὅτι οὐ τὸ ὁρώμενόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλά τινος δεῖ περιττοτέρας σοφίας, δι' ἧς ἕκαστος ἡμῶν ὅ τί ποτέ ἐστιν ἑαυτὸν ἐπιγνώσεται. Τοῦτο δὲ μὴ καθηραμένοις τὸν νοῦν ἀδυνατώτερον, ἢ λημῶντι πρὸς τὸν ἥλιον ἀναβλέψαι. Οὔτε γὰρ ἐν κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ προκαταλεάναντα τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας· οὔτε ψυχῇ θεῖα διδάγματα παραθέσθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προλήψεις αὐτῆς ἐξελόντα. Εἰ γὰρ ἐπιλείπει τῇ ψυχῇ λογισμὸς ἀγαθὸς, δηλονότι ἐπιλείπει αὐτῇ φωτισμός· οὐ παρὰ τὸ ἐπιλείπειν τὸ φωτίζον, ἀλλὰ παρὰ τὸ νυστάζειν τὸ φωτισθῆναι C ὀφεῖλον. Οὔτε γὰρ σώματι ζῇν μὴ ἀναπνέοντι δυνατὸν, οὔτε ψυχῇ συνεστάναι μὴ γνωριζούσῃ τὸν κτίσαντα· Θεοῦ γὰρ ἄγνοια, θάνατός ἐστι ψυχῆς. Οὐ δὴ οὖν τῷ σώματι δουλευτέον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη· ἀλλὰ τῇ ψυχῇ τὰ βέλτιστα ποριστέον, ὥσπερ ἐκ δεσμωτηρίου, της πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίας αὐτὴν διὰ φιλοσοφίας λύοντας, ἅμα δὲ καὶ τὸ σῶμα τῶν παθῶν κρεῖττον ἀπεργαζομένους. Οἱ γὰρ τοῦ μὲν σώματος, ὡς ἂν κάλλιστα ἔχοι, φροντίζοντες, τὴν δὲ χρησομένην αὐτῷ ψυχὴν ὡς οὐδενὸς ἄξίαν περιορῶντες, οὐδὲν διαφέρουσι τῶν περὶ μὲν τὰ ὄργανα σπουδαζόντων, τῆς δὲ δι' αὐτῶν ἐνεργούσης τέχνης καταμελούντων. Μήτε οὖν τοῖς σοῖς, μήτε τοῖς περὶ σὲ, ἀλλὰ σεαυτῷ μόνῳ πρόσεχε. Ἄλλο γάρ ἐσμεν ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ D ἄλλο τὰ ἡμέτερα, καὶ ἄλλο τὰ περὶ ἡμᾶς. Ἡμεῖς μὲν γάρ ἐσμεν ἡ ψυχὴ καὶ ὁ νοῦς, καθ' ὃν κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος γεγενήμεθα· ἡμέτερα δὲ, τὸ σῶμα, καὶ αἱ δι' αὐτοῦ αἰσθήσεις· περὶ ἡμᾶς δὲ, χρήματα, τέχναι, καὶ ἡ λοιπὴ τοῦ βίου κατασκευή. Μὴ οὖν τῇ σαρκὶ πρόσεχε, μηδὲ τὸ ταύτης ἀγαθὸν ἐκ παντος τρόπου δίωκε· ἀλλὰ τὴν ψυχὴν κατακόσμει, καὶ ταύτης ἐπιμελοῦ, ὥστε πάντα τὸν ἐκ τῆς πονη-

DE ANIMA.

SERMO XXIII.

1. (2) Omne studium huc conferre ut corpus quam optime se habeat, non hominis est semet cognoscentis, neque intelligentis sapientem illam admonitionem, qua docemur, quod sub aspectum cadit, id hominem non esse, sed requiri sapientiam quamdam præstantiorem, qua quisque nostrum seipsum qualis tandem sit agnoscat. Hoc autem difficilius est mentem non puram habentibus, quam lippienti solem aspicere. (3) Nam nec in cera scribere potest, qui jam insitas litteras non deleverit : nec animo divina dogmata mandare, qui anticipatas e consuetudine opiniones ex eo non sustulerit. Nam si desit animæ bona cogitatio, C deest ei videlicet illuminatio ; non quod deficiat id quod illuminat, sed quia dormitat id quod debet illuminari. (4) Neque enim corpus quod non respirat, vivere, neque anima quæ Conditorem non cognoscit, consistere potest. Dei enim ignoratio, animæ mors est. (5) Non igitur corpori inserviendum, nisi quantum maxime necessarium ; sed ea quæ potiora sunt, animæ comparanda sunt, ita ut ipsam ex ea quam cum corporis affectionibus habet communione, tanquam ex carcere per philosophiam eximamus, simulque etiam corpus vitiis atque libidinibus reddamus inexpugnabile. (6) Etenim qui corporis, ut se optime habeat, curam gerunt, animam autem illo usuram parvipendunt, nihil differunt ab iis qui circa instrumenta operam consumunt, artem vero per hæc operantem negligunt. (7) Neque igitur tuis, neque his quæ circum te sunt, sed tibi ipsi soli attende. Aliud enim sumus nos ipsi, aliud nostra, aliud quæ circa nos sunt. Nos quidem anima sumus et mens, secundum quam ad imaginem Conditoris sumus facti ; nostra vero, corpus, et qui per ipsum sunt, sensus : circum nos autem pecuniæ, artes, et reli-

[81] Psal. CIII, 24.

(1) *Σῶμα.* Legendum videtur, τὸ σῶμα. EDIT.
(2) Ex serm. *De legendis libris gent.* 181.
(3) Ex epist. II, 72.
(4) Ex hom. *ad sanctum baptisma*, 115.
(5) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 181.
(6) Ibid., 182.
(7) Ex hom. in illud, *Attende tibi ipsi*, 18.

Digitized by Google

qua vitæ supellex. Quare ne carni attende, nec ullo modo prosequare illius bona : sed animam exorna et excole, ejusque adeo sis sollicitus, ut supervenientes illi ab improbitate sordes omnes preeibus ac oratione repurges.

2. (1) Nam nec speculum sordidum imagines specierum excipere potest, nec anima sæculi curis **585** occupata, et tenebris, quæ ex carnis affectibus offunduntur, obscurata, Spiritus sancti illustrationes suscipere potest. Animæ enim bonum, natura pulchrum et honestum existimari debet. Animæ autem thesaurus est corporis indigentia : hoc enim divite, illa pauper est. (2) Et quemadmodum in staterarum momentis unam lancem si degravabis, necesse est omnino ut oppositam reddas leviorem : ita etiam in corpore et animo, dum unum redundat, alterum necessario imminuitur. Fruente enim corpore habitudine bona, atque obesitate aggravato, consequens est ut mens ad peculiares sibi actiones infirma sit ac debilis. Contra, animo se bene habente, et bonorum meditatione ad propriam magnitudinem evecto, sequitur bonam corporis habitudinem contabescere, et elanguere.

3. (3) Atque ut nulla disciplina nos edocet morbum odisse, sed ex nobismetipsis ea quæ molestiam creant, aversamur : ita et animæ inest quædam mali fuga citra doctrinam. Malum autem est omnis animæ morbus : virtus vero rationem obtinet sanitatis. Quidam enim sanitatem recte definierunt, esse actionum naturalium bonam habitudinem. Quod idem si quis quoque de bono animæ habitu dixerit, a decoro non aberrabit. (4) Nemo siquidem filium suum in foveam lapsurum aspernatur, aut si ceciderit, in ipsa eum ruina deserit : quanto vero gravius est, animam in profundum vitiorum delapsam, interitui permittere? Oportet itaque animum, affectibus quidem imperare, Deo vero servire. Neque enim illi et peccatum et Deus dominari potest, sed improbitatem superare, omniumque rerum Domino subjici necesse est. (5) Quemadmodum vero arboris propria virtus est, tempestivo fructu scatere, sed tamen ipsa etiam folia circum ramos exagitata aliquid ornamenti conciliant : ita et animæ quoque primarius fructus est veritas ipsa, sed tamen haud ingratus est externæ sapientiæ amictus, tanquam si folia quædam fructui et umbraculum et aspectum non inamœnum præbeant. Etenim nullus pictor adeo perfecte corporis effigiem, ut arcanos animi sensus oratio exprimit. Ejus igitur curam, quoad fieri poterit, geramus, ut bona futura assequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui una cum Patre, simul et sancto Spiritu, sit gloria, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(1) Unus codex indicat epist.
(2) Ex hom. in illud, *Attende tibi ipsi*, 19.
(3) Ex hom. IX *in Hexaem.*, 83.

A ρίας ἐπιγινόμενον αὐτῇ ῥύπον διὰ τῆς προσευχῆς ἀποκαθαίρεσθαι.

2. Οὔτε γὰρ κατόπτρῳ ῥυπῶντι δυνατὸν τῶν εἰδώλων δέξασθαι τὰς ἐμφάσεις, οὔτε ψυχὴν ταῖς βιωτικαῖς περιειλημμένην μερίμναις, καὶ τοῖς ἐκ τῶ φρονήματος τῆς σαρκὸς ἐπισκοτουμένην πάθεσι, δυνατὸν ὑποδέξασθαι τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰς ἐλλάμψεις. Φύσει μὲν οὖν εἶναι καλὸν ἡγεῖσθαι χρὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἀγαθόν. Ψυχῆς δὲ θησαύρισμα, σώματος ἔνδεια· τούτου γὰρ πλουτοῦντος, ἐκείνη πένεται. Καὶ ὥσπερ ἐν ταῖς ῥοπαῖς τῶν ζυγῶν ἐὰν μίαν καταβαρύνῃς πλάστιγγα, κουφοτέραν πάντως τὴν B ἀντικειμένην ποιήσεις· οὕτω καὶ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς, ὁ τοῦ ἑτέρου πλεονασμὸς ἀναγκαίαν ποιεῖται τὴν ἐλάττωσιν τοῦ ἑτέρου. Σώματος μὲν γὰρ εὐπαθοῦντος, καὶ πολυσαρκίᾳ βαρυνομένου, ἀνάγκη ἀδρανῆ καὶ ἄτονον εἶναι πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας τὸν νοῦν· ψυχῆς δὲ εὐεκτούσης, καὶ διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν μελέτης πρὸς τὸ οἰκεῖον μέγεθος ὑψωμένης, ἐπόμενόν ἐστι τὴν τοῦ σώματος ἕξιν καταμαραίνεσθαι.

3. Καὶ ὥσπερ οὐδεὶς ἡμᾶς λόγος διδάσκει τὴν νόσον μισεῖν, ἀλλ' αὐτόματον ἔχομεν τὴν πρὸς τὰ λυποῦντα διαβολήν· οὕτω καὶ ψυχῇ ἐστί τις ἀδίδακτος ἔκκλισις τοῦ κακοῦ. Κακὸν δὲ, πᾶν ἀῤῥώστημα ψυχῆς· ἡ δὲ ἀρετὴ λόγον ὑγιείας ἐπέχει. Καλῶς γὰρ ὡρίσαντό τινες, ὑγίειαν εἶναι τὴν εὐστάθειαν τῶν C κατὰ φύσιν ἐνεργειῶν. Ὃ καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ ψυχὴν εὐεξίας εἰπών τις οὐχ ἁμαρτήσει τοῦ πρέποντος. Οὐδεὶς γὰρ περιορᾷ τὸ ἑαυτοῦ τέκνον μέλλον καταπίπτειν εἰς βόθυνον, ἢ ἐμπεσὸν ἐναφίησι τῷ πτώματι· πόσον δὲ δεινότερον, ψυχὴν εἰς βάθος κακῶν ἐμπεσοῦσαν ἐναφεῖναι τῇ ἀπωλείᾳ; Δεῖ τοιγαροῦν τὴν ψυχὴν ἄρχειν μὲν τῶν παθῶν, δουλεύειν δὲ τῷ Θεῷ. Ἀμήχανον γὰρ αὐτὴν καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας βασιλεύεσθαι, καὶ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ δεῖ κακίας μὲν ἐπικρατεῖν, τῷ Δεσπότῃ δὲ τῶν ὅλων ὑποτάχθαι. Καθάπερ δὲ φυτοῦ οἰκεία μὲν ἀρετὴ τῷ καρπῷ βρύειν ὡραίῳ, φέρει δέ τινα κόσμον καὶ φύλλα τοῖς κλάδοις περισειόμενα· οὕτω δὴ καὶ ψυχῆς προηγούμενος μὲν καρπὸς ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἄχαρί γε μὴν οὐδὲ τὴν θύραθεν σοφίαν περιβεβλῆσθαι, οἷόν τινα D φύλλα σκέπην τέ τινα τῷ καρπῷ καὶ ὄψιν οὐκ ἄωρον παρεχόμενα. Καὶ γὰρ οὐδεὶς γραφεὺς χαρακτῆρα σώματος οὕτως ἀκριβῶς ἐκλαβεῖν δύναται, ὡς λόγος ἐξεικονίσαι τῆς ψυχῆς τὰ ἀπόῤῥητα. Αὐτῆς τοίνυν ἐπιμελώμεθα, ὅση δύναμις, ἵνα καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(4) Unus codex indicat hom. *in psal*
(5) Ex serm. *De legendis libris gent.*, 173.

Digitized by Google

ΠΕΡΙ ΤΙΜΗΣ ΓΟΝΕΩΝ, ΚΑΙ ΓΗΡΩΣ, ΚΑΙ ΝΕΟΤΗΤΟΣ.

ΛΟΓΟΣ ΚΔ'.

1. Τὸ, *Ἐξεγέρθητι, Κύριε ὁ Θεός μου, ἐν προστάγματι ᾧ ἐνετείλω*, δύναται μὲν καὶ ἐπὶ τὸ μυστήριον τῆς ἀναστάσεως ἀναφέρεσθαι, παρακαλοῦντος τοῦ Προφήτου ἐξεγερθῆναι τὸν κριτὴν εἰς ἐκδίκησιν παντὸς ἁμαρτήματος, καὶ τὰς προδιατεταγμένας ἡμῖν ἐντολὰς τελεσθῆναι· δύναται δὲ καὶ ἐπὶ τὴν τότε κατάστασιν τῶν Πραγμάτων λαμβάνεσθαι, παρακαλοῦντος τοῦ προφήτου ἐξεγερθῆναι τὸν κριτὴν εἰς ἐκδίκησιν τοῦ προστάγματος οὗ ἐνετείλατο. Πρόσταγμα δὲ ἦν, *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα*, παρὰ Θεοῦ δεδομένον, ὅπερ παρέβη ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Διὸ παρακαλεῖ, εἰς αὐτοῦ τε ἐκείνου ἐπανόρθωσιν καὶ σωφρονισμὸν τῶν πολλῶν μὴ μακροθυμεῖν τὸν Θεόν· ἀλλ' ἀναστῆναι ἐν ὀργῇ, καὶ διαναστάντα ἐκδικῆσαι τὴν ἰδίαν ἐντολήν. Οὐ γὰρ ἐμὲ, φησὶν, ἐκδικήσεις, ἀλλὰ τὸ πρόσταγμα τὸ σὸν καταφρονηθὲν, ὃ αὐτὸς ἐνετείλω. Δῆλον γὰρ, ὅτι ἑνὸς ἀδίκου σωφρονισθέντος, πολλοὶ ἐπιστρέψουσι. Καίτοιγε ἡ περὶ τοὺς γηράσαντας τῶν πελαργῶν πρόνοια ἐξαρκεῖ καὶ μόνη τοὺς παῖδας ἡμῶν, εἰ προσέχειν βούλονται, φιλοπάτορας καταστῆσαι. Πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐλλείπων κατὰ τὴν φρόνησιν, ὡς μὴ αἰσχύνης ἄξιον κρίνειν τῶν ἀλογωτάτων ὀρνίθων ὑστερίζειν κατ' ἀρετήν. Ἐκεῖνοι γὰρ, τὸν πατέρα ὑπὸ τοῦ γήρως πτεροῤῥυήσαντα περιστάντες ἐν κύκλῳ, τοῖς οἰκείοις πτεροῖς περιθάλπουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ πτήσει παρέχοντες βοήθειαν, ἠρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἑκατέρωθεν. Καὶ οὕτω τοῦτο παρὰ πᾶσι διαβεβόηται, ὥστε ἤδη τινὲς τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν *ἀντιπελάργωσιν* ὀνομάζουσι.

2. Σὺ τοίνυν εἰ βούλει περὶ τῶν μελλόντων πεπεῖσθαι, ποίει τὰ δοκοῦντα κατὰ τὸν νόμον, καὶ ἀνάμενε τῶν ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν. *Τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.* Εὐγνώμονες γὰρ παῖδες, μεγάλα ποιοῦσι τῶν πατέρων τὰ ἐγκώμια. *Τὰ τέκνα, ἀγαπᾶτε τοὺς πατέρας· οἱ γονεῖς, μὴ παροργίζετε τὰ τέκνα*, ὁ θεῖος Ἀπόστολος παραινεῖ. Εἰ γὰρ λέαινα στέργει τὰ ἐξ αὐτῆς, καὶ λύκος ὑπὲρ σκυλάκων μάχεται· τί εἴπῃ ἄνθρωπος καὶ τῆς ἐντολῆς παρακούων καὶ τὴν φύσιν παραχαράσσων, ὅταν ἡ παῖς ἀτιμάζων γῆρας πατρὸς, ἢ πατὴρ διὰ δευτέρων γάμων τῶν *προτέρων* παίδων ἐπιλανθάνηται; Ἀδικώτατος περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων ἐκτροφὴν ὁ ἀετός. Δύο γὰρ ἐξάγων νεοσσοὺς, τὸν ἕτερον ἄγων εἰς γῆν καταῤῥήγνυσι, ταῖς πληγαῖς τῶν πτερῶν ἀπωθούμενος· τὸν δὲ ἕτερον μόνον ἀναλαβὼν, οἰκειοῦται, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπίπονον ἀποποιούμενος ὃν ἐγέννησεν. Ἀλλ' οὐκ ἐᾷ

DE HONORE PARENTIBUS EXHIBENDO, AC DE SENECTUTE ATQUE JUVENTUTE.

SERMO XXIV.

1. (1) Illud, *Exsurge, Domine Deus meus, in præcepto quod mandasti*[83], potest quidem et ad resurrectionis mysterium referri: adeo ut Propheta judicem exhortetur, ut exsurgat, ad cujuscunque peccati ultionem, et ut mandata, quæ nobis ante præscripsit, ad exitum perducantur. Potest etiam et de statu rerum, ut tunc erat, accipi, orante Propheta, ut judex **586** ad vindictam præcepti quod mandavit, exsurgat. Præceptum autem erat a Deo datum: *Honora patrem tuum et matrem*[84], quod ipsum ejus filius fuerat transgressus. Ideo Deum adhortatur, ut non cunctanter et illum ipsum corrigat, et multos refrenet: sed exsurgat in ira, et exsurgens, proprium vindicet mandatum. Non enim, inquit, me ulcisceris, sed præceptum tuum neglectum, quod ipse mandasti. Constat enim fore ut, castigato improbo uno, multi convertantur. (2) Porro cura, quam ciconiæ senecta confectis exhibent, potest vel sola liberos nostros, si attendere velint, ad parentum amorem excitare. Nemo enim homo est, qui ita prorsus mente destituatur, ut non turpe judicet, ab avibus perquam brutis virtute superari. Illæ siquidem genitorem præ senio pennarum defluviis laborantem circumstantes, suismet pennis calefaciunt, suppeditantque abunde alimentum: quin subsidium ei, quoad fieri potest, in ipso volatu præstant, utrinque alis suis leniter sublevantes. Atque hoc ita apud omnes decantatum est, ut jam quidam beneficiorum remunerationem *antipelargosim* appellent.

2. (3) Si vis igitur de rebus futuris certus esse, ea quæ lege jubentur exsequere, bonorumque possessionem exspectato. *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit, et eris longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi*[85]. (4) Grati enim et pii liberi magnas parentibus laudes conciliant. (5) *Vos, filii, diligite parentes: vos, parentes, nolite ad iracundiam provocare filios*, divinus monet Apostolus[86]. Nam si leæna amat fetus suos, et lupus pro suis catulis pugnat: quidnam dixerit homo qui et præcepto non obtemperat, et ipsam adulterat naturam, cum aut filius inhonestat patris senectutem, aut pater propter secundas nuptias priorum filiorum obliviscitur? (6) Aquila in eduranda prole iniquissima est. Etenim ubi pullos duos exclusit, horum alterum dejicit in terram, ac pennarum verberibus protrudit: alterum autem duntaxat assumptum pro suo habet, atque quem genuit, propter victus comparandi difficultatem

[83] Psal. VII, 8. [84] Exod. XX, 12. [85] ibid. [86] Ephes. VI, 4.

(1) Ex hom. *in psal.* VII, 100.
(2) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 75.
(3) Ex comment. *in Isa.*, 544.
(4) Unus codex indicat epist.
(5) Ex hom. XI *in Hexaem.*, 83.
(6) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 76.

Digitized by Google

abdicat. Sed, ut aiunt, perire hunc non sinit ossifraga : ipsum enim susceptum una cum propriis suis pullis educat. Tales sunt parentes illi, qui paupertatis prætextu infantes exponunt, aut etiam in patrimonio distribuendo iniquissimi sunt erga liberos. Quemadmodum enim illis, ut essent, ex æquo tribuere : ita æquum est, ut eis vitæ agendæ facultatem pari æqualique ratione suppeditent. Cave imiteris earum avium, quibus ungues adunci sunt, crudelitatem : quæ ubi viderint suos fetus jamjam volatui maturos, alis eos verberantes ac expellentes, ex nido ejiciunt, ac deinceps nullam eorum curam suscipiunt. Amoris vero cornicis erga suos pullos æmulum te præsta, quæ ipsos jam volantes comitatur, alimoniamque subministrans, illos diutissime enutrit.

A τοῦτον διαφθαρῆναι ἡ φήνη· ὑπολαβοῦσα γὰρ αὐτὸν, τοῖς οἰκείοις αὐτῆς νεοσσοῖς συνεκτρέφει. Τοιοῦτοι τῶν γονέων οἱ ἐπὶ προφάσει πενίας ἐκτιθέμενοι τὰ νήπια, ἢ καὶ ἐν τῇ διανομῇ τοῦ κλήρου ἀνισότατοι πρὸς τὰ ἔκγονα. Δίκαιον γὰρ, ὥσπερ ἐξ ἴσου μεταδεδώκασι τοῦ εἶναι, οὕτω καὶ τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς ἴσως αὐτοῖς καὶ ὁμοτίμως παρέχειν. Μὴ μιμήσῃ τῶν γαμψωνύχων τὸ ἀπηνές· οἳ, ἐπειδὰν ἴδωσι τοὺς ἑαυτῶν νεοττοὺς κατατολμῶντας λοιπὸν τῆς πτήσεως, ἐκβάλλουσι τῆς καλιᾶς, τύπτοντες τοῖς πτεροῖς καὶ ὠθοῦντες, καὶ οὐδεμίαν ἐπιμέλειαν ποιοῦνται πρὸς τὸ λοιπόν. Ζήλωσαι τῆς κορώνης τὸ φιλότεκνον· ἣ καὶ πετομένων ἤδη παρέπεται, σιτίζουσα αὐτοὺς καὶ ἐκτρέφουσα μέχρι πλείστου.

B

3. Is enim qui mente infans et imprudens est, ab eo nihil differt, qui ætate est infans : *Canities autem est prudentia in hominibus*[86]. (1) Nam revera plus confert ad senioris commendationem senectus mentis, quam crinium albor. **587** Etenim si quis ad exemplum sapientis Danielis corpore quidem juvenis sit, mente vero canus, is potiori jure pluris æstimandus est, quam qui corporis canitiem cum animo impuro circumferunt. Nam ad Danielem, cum adhuc puer esset, et ætate sensibili junior, sed spiritali prudentiæ canitie cohonestatus, gratia transiit presbyterii. Sic nonnunquam accidit, senioribus vitam negligenter desidioseque ducentibus, juniores, eo quod propter canescentem in ipsorum animis virtutem seniores sint, præstantiores inveniri. Gravissima autem pœna est ab insipiente juventute gubernari civitatem. (2) Est enim adolescentia levitati obnoxia et ad flagitia prona : cupiditates effrenatæ, belluinæ iræ, petulantia, contumelia, superbia et arrogantia, vitia sunt una cum juventute enutrita. Excitatur invidia adversus virtute præstantissimum, suspiciones habentur adversus domesticos. Innumerabilium malorum turma juventutem comitatur, quorum omnium consortes esse subditos necesse est. Quippe principum vitia calamitates sunt subditorum. (3) Hinc illa ante postremam Jerosolymorum expugnationem fluxere mala, cum inter se pugnantes, seditione et cæde civitatem implevere, neque a suis hostibus ipsos undique obsidentibus ad concordiam quæ necessaria erat, cives sunt adducti : sed extrema sibi metuentes, civitate tantum non capta, dejectis muris, hostibus ingredientibus, in se invicem dominii ac primatus obtinendorum studio invaserunt. Atque hæc ideo patiebantur, quod ablatus esset ab eis propheta, conjector, senior, et admirabilis consiliarius : contra, supra ipsos constituti essent adolescentes principes, eis-

3. Διαφέρει γὰρ τοῦ νηπίου καθ' ἡλικίαν οὐδὲν ὁ ἐν ταῖς φρεσὶ νηπιάζων· *Πολιὰ δέ ἐστι γήρανσις ἐν ἀνθρώποις*. Πλεῖον γὰρ τῷ ὄντι εἰς πρεσβυτέρου σύστασιν, τῆς ἐν θριξὶ λευκότητος, τὸ ἐν φρονήσει πρεσβυτερικόν. Ἐὰν γάρ τις ᾖ, κατὰ τὸν σοφὸν Δανιὴλ, νέος μὲν τὸ σῶμα, πολιὸς δὲ τὴν φρόνησιν, δικαιότερος προτιμᾶσθαι τῶν τὰς σωματικὰς πολιὰς ἐν ἀκολάστῳ προαιρέσει προφερόντων. Καὶ γὰρ παιδάριον ὄντα τὸν Δανιὴλ, καὶ νεώτερον κατὰ τὴν αἰσθητὴν ἡλικίαν, τὴν δὲ νοητὴν πολιὰν ἐπὶ τῇ φρονήσεως ἄγοντα, μετῆλθε τοῦ πρεσβυτερίου τὸ χάρισμα. Οὕτως ἐνδέχεταί ποτε, πρεσβυτέρων ῥᾳθύμως καὶ ἠμελημένως βιούντων προτιμοτέρους εὑρίσκεσθαι νέους, ὡς πρεσβυτέρους ὄντας διὰ τὴν πολιῶσαν αὐτῶν τῆς ψυχῆς ἀρετήν. Ἔστι δὲ καὶ χαλεπωτάτη τιμωρία, τὸ ὑπὸ νεανίσκων ἀφρόνων ἄγεσθαι πόλιν. Κοῦφον γὰρ ἡ νεότης, καὶ εὐκίνητον πρὸς τὰ φαῦλα· ἐπιθυμίαι δυσκάθεκτοι, ὀργαὶ θηριώδεις, προπέτειαι καὶ ὕβρεις, ὑπερηφάνειαι καὶ φυσιώσεις, σύντροφα τῇ νεότητι πάθη· φθόνοι πρὸς τὸ ὑπερέχον, ὑποψίαι πρὸς τὸ οἰκεῖον, μυρίων κακῶν ἑσμὸς συνέζευκται τῇ νεότητι. Ὧν πάντων ἀνάγκη ἀπολαύειν τοὺς ἀρχομένους· διότι τὰ τῶν ἀρχόντων κακὰ συμφοραὶ τοῖς ἀρχομένοις γίνονται. Ἐντεῦθεν τὰ πρὸ τῆς ἁλώσεως Ἱεροσολύμων τῆς τελευταίας ταύτης συνέβη κακὰ, ὅτε συμπεσόντες ἀλλήλοις, στάσεως καὶ φόνου τὴν πόλιν ἐνέπλησαν, οὐδὲ ὑπὸ τῶν περιεστοιχισμένων αὐτοῖς πολεμίων εἰς τὴν ἀναγκαίαν ὁμόνοιαν οἱ πολῖται συνελαυνόμενοι, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐσχάτων ἀγωνιῶντες, τῆς πόλεως ἤδη λαμβανομένης, τῶν τειχῶν καταῤῥιπτουμένων, τῶν πολεμίων εἰσχεομένων, ὑπὸ φιλαρχίας καὶ φιλοπρωτείας ἀλλήλους (4) ἀντεπῆσαν. Καὶ ταῦτα ἔπασχον, διὰ τὸ ἀρθῆναι ἀπ' αὐτῶν προφήτην, καὶ στοχαστὴν, καὶ πρεσβύτερον, καὶ θαυμαστὸν σύμβουλον· ἐπιστῆναι δὲ αὐτοῖς ἄρχοντας νεανίσκους, καὶ ἐμπαίκτας αὐτῶν κυριεῦσαι. Ἵν' οὖν μὴ καὶ ἡμῖν τὰ αὐτὰ ἐκείνοις συμβαίη, τὸ μὲν ἀλλήλοις ἀντεπιέναι φύγωμεν· τὴν δὲ ὁμόνοιαν

[86] Sap. IV, 8.

(1) Ex comment. *in Isa.*, 451.
(2) Ibid., 453.
(3) Ibid., 455.

(4) Ἀλλήλους. Forte, ἀλλήλοις, ut paulo infra. EDIT.

Digitized by Google

καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους τιμὴν καὶ εἰρήνην διώξωμεν, ὅπως μετὰ τοῦ ἀσφαλῶς βιῶσαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A que dominarentur derisores. Ut igitur nobis eadem quæ ipsis non accidant, demus operam, ne nos invicem opprimamus; mutuumque inter nos honorem pacemque prosequamur, ut et vita integerrime ac sine periculo traducta, futura bona consequamur, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria, et potestas, in sæcula sæculorum. Amen.

INDEX

Locorum Basilii ex quibus hi XXIV sermones compositi fuere.

(Paginæ sunt edit. Garner. typis grandioribus expressæ.)

Ex Homil. II *in Hexaemeron*, pag. 476; III, 478; V, 476, 477, 511, 534; VI, 476, 551, 557; VII, 493, 501, 570, 581, 581, 582; VIII, 525, 531, 574, 581, 586, 586; IX, 485, 488, 576, 582, 583, 585, 586.
Ex homil. *in psal.* I, p. 472, 472, 477, 493, 510, 532; VII, 550, 554, 585; XIV, 490, 494, 495, 496; XXVIII, 525, 551; XXIX, 559; XXXII, 488, 519; XXXIII, 497, 505, 520, 544, 544, 544, 550, 551, 554; XLV, 509; XLVIII, 513, 554; LIX, 549; LXI; 470, 473, 474, 496, 505, 552, 554, 575; CXIV, 523, 579.
Ex libro I *adversus Eunomium*, p. 556, 557, 568, 571.
Ex homil. *in psal.* XIV, p. 474, 489, 507, 533; XXXVII, 509, 511; CXV, 533, 536.
Ex comment. *in Isa.*, p. 471, 472, 472, 473, 474, 478, 484, 503, 503, 509, 510, 510, 511, 520, 521, 523, 524, 525, 550, 553, 554, 561, 564, 564, 564, 572, 573, 574, 574, 575, 576, 577, 579, 580, 586, 586.
Ex homil. I *De jejunio*, p. 527, 528, 530, 530, 530, 559, 561, 563, 563; II, 526, 527, 539, 563.
Ex homil. in illud, *Attende tibi ipsi*, p. 477, 510, 520, 533, 585.
Ex homil. *De gratiarum actione*, p. 536, 542, 543, 544, 584.
Ex homil. *in mart. Julittam*, p. 477, 498, 523, 524, 532, 536, 538, 540, 545, 549.
Ex homil. in illud Lucæ, *Destruam*, p. 486, 487, 488, 492, 492, 499, 500, 500, 501.
Ex homil. *in divites*, p. 486, 488, 492, 493, 498, 499, 500, 501, 501, 502, 503, 503, 504, 511, 535.
Ex homil. *in famem et siccitatem*, p. 486, 487, 510, 521, 522, 544, 548, 554.
Ex homil. *Quod Deus non est auctor malorum*, p. 536.
588 Ex homil. *adversus iratos*, p. 480, 564, 565, 566, 567.
Ex homil. *De invidia*, p. 486, 493, 568, 569, 570, 570.
Ex homil. *in principium Proverb.*, p. 471, 475, 506, 578, 579, 579.
Ex homil. *in sanctum baptisma*, p. 515, 516, 517, 518, 519, 572, 584.
Ex homil. *in ebriosos*, p. 469, 477, 560, 561, 561, 562, 563, 571, 573.
Ex homil. in illud, *In principio erat Verbum*, p. 477.
Ex homil. *in Barlaam mart.*, p. 483.
Ex homil. *in Gordium mart.*, p. 572.
Ex homil. *in quadraginta martyres*, p. 548.
Ex homil. *De humilitate*, p. 576, 576.
Ex homil. *Quod rebus mundanis adhærendum non sit*, p. 470, 489, 491, 505, 521, 531, 533, 534, 535, 559.
Ex serm. *De legendis libris gentilium*, p. 471, 473, 475, 478, 478, 482, 493, 497, 499, 506, 549, 551, 560, 571, 572, 573, 584, 585.
Ex homil. *in Mamantem mart.* p. 475, 475.
Ex *Proœmio de judicio Dei*, p. 506, 507, 508, 509
Ex serm. I ascet., p. 473, 575.
Ex serm. II ascet., p. 474, 485, 497, 553.
Ex Proœmio *in Regulas fusius tractatas*, p. 469.
Ex *Regulis fusius tractatis*, p. 473, 473, 478, 479, 480, 481, 481, 483, 483, 511, 512, 522, 522, 551, 558.
Ex *Regulis brevius tractatis*, p. 480.
Ex homil. dicta *in Lacizis*, p. 489, 499, 502, 502, 503, 566, 567, 569, 570, 570.
Ex serm. *De eleemosyna et judicio*, t. III, col. 1707 et seqq.
Ex homil. *adversus calumniatores S. Trinitatis* p. 545.
Ex homil. III *De jejunio*, p. 530.
Ex epistolis, I, p. 525; II, 473, 479, 480, 524, 524, 530, 531, 547, 558, 575; V, 536, 537; VI, 538, 545; XVI, 556; XX, 484; XXI, 567; XXIX, 542; XLIV, 552, 553; XLV, 514; LIII, 474; LV, 572; LIX, 513, 564, 567, 577; XCIV, 568; XCVII, 484; CI, 539, 548; CXII, 554, 555; CXXXIV, 480; CXXXIX, 542; CXL, 541; CL, 489; CLIV, 475; CLVI, 521; CLXXIV, 523, 550; CLXXXVIII, can. 2, et CCXVIII, can. 84, 520; CCIII. 482, 484, 485, 568, 569; CCIV, 571; CCX, 577; CCXVII, 481; CCXIX, 566; CCXXVI, 567; CCXXXVI, 497, 530; CCXLIV, 474; CCXLVI, 541; CCXLVII, 541, CCL, 484; CCLX, 474; CCLXIX. 539, 540; CCLXXII, 568, 568; CCLXXXVIII, 481; CCXCIII, 474, 578; CCC, 537; CCCII, 539, 542.
Ex lib. *De Virg.*, p. 572.

Digitized by Google

D. MARANI

ADDENDA ET EMENDANDA.

(Paginæ sunt editionis Bened.)

In libro *De Spiritu sancto*, cap. 27, p. 54, ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς Εὐχαριστίας, etc., *cum conficitur panis Eucharistiæ*, etc. Quidquid hunc in locum dixi, eo dixi consilio, ut catholicam doctrinam defenderem, ac demonstrarem interpretationem illam Erasmi, *cum ostenditur panis Eucharistiæ*, nihil prodesse Protestantibus. Sed tamen fatendum est clariorem esse interpretationem Ducæi, et ad cavillationes vitandas tutiorem. Quare illius annotatio, quam supra apposuimus, dignissima est quæ legatur.

Cap. 29, p. 62, ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, *tanquam aliquod amuletum*. Placuerat mihi hæc scriptura primi codicis Regii propter eas rationes quas in annotatione exposui. Sed tamen legendum videtur, ut in quatuor codicibus mss., ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον, *tanquam aliud aliquod valedictionis donum*. Sic enim apud Gregorium Nazianzenum or. 14, p. 223, *Christus hinc discedens pacem reliquit nobis*, ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον.

Epist. 2, p. 70, τὴν τοῦ τόπου κατασκευήν, *loci structuram*, id est formam ac situm.

Epist. 3, p. 76, εἰ τῷ σῷ δραστηρίῳ συντεταγμένοι εἴημεν, ad verbum, *si cum strenuo tuo præsidio conjuncti simus*. Vide epist. 223, pag. 336, not.

Epist. 8, p. 89, καὶ εἰ καὶ δεξιὰ τοῦ Πατρὸς ὀνομάζεται, *quod si etiam nominatur Patris dextera*, id est, Si dexteræ Patris vocabulum usurpatur in Scripturis, hujusque dexteræ digitus est Spiritus sanctus. Quare parenthesis claudenda post has voces, ἔθραυσεν ἐχθρούς, ac totus hic locus sic reddi ac scribi debet : *Quod si etiam de Patris dextra fit mentio* (« *dextera enim Domini fecit virtutem, et dextera tua percussit inimicos* »), *Dei autem digitus Spiritus sanctus est, secundum illud*, « *Si ego in digito Dei ejicio dæmonia :* » *id quod in alio Evangelio scriptum est*, « *Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia ;* » *Spiritus sanctus ejusdem naturæ ac Pater et Filius.*

Ibidem, οὐ γὰρ νῦν δυνατὸν πλατύτερον ἐξετάσαι τὸν περὶ αὐτῆς λόγον. Verte : *Non enim nunc latius exquirere possumus quæ ad eam* (Trinitatem) *pertinent.*

Epist. 22, p. 100, μετὰ λόγου καὶ πληροφορίας, *cum ratione et animi persuasione*. Vertere malim, *cum ratione et æquanimitate*, id est, animo libenter submisso. Sic etiam infra n. 3 : *Quod si quando accusatio videatur alicui a ratione aliena, privatim coarguentem interrogare debet ac persuadere aut persuaderi*, καὶ ἢ πληροφορεῖν ἢ πληροφορεῖσθαι. Satius videtur sic reddere has ultimas voces, *ac vel satisfacere vel acquiescere*. Et pag. 101 : *Det autem Dominus ut quæ diximus cum omni animi persuasione*, μετὰ πάσης πληροφορίας, *suscipientes*, etc. Hic etiam malim, *cum omni æquanimitate*. Sæpissime apud Basilium occurrit illa vox πληροφορία, ac interdum quidem significat firmam animi persuasionem, ut in *Regula morali* 8, p. 240, et in *Reg. brev.* 172, ubi agitur de animi persuasione ac fide ad Eucharistiam percipiendam necessaria. At interdum idem valet ac æquanimitas, sive animus libenter acquiescens iis quæ jubentur aut docentur, ut in locis supra allatis, et in *Regulis longioribus*, interrog. 10, pag. 355, ubi declarat Basilius, *ei, qui ab illustriore quodam vitæ genere juxta Domini nostri Jesu Christi exemplum ad humilitatem festinat, aliqua quæ apud externos probrosa esse videantur, præscribenda esse, ac observandum utrum cum omni æquanimitate*, μετὰ πάσης πληροφορίας, *operarium sese Deo non prave pudentem exhibeat.* Hinc etiam πληροφορεῖν καρδίαν idem valet ac animo obsequi, in homilia *in divites* p. 59, ubi Basilius sic eos alloquitur qui liberos suos prætexebant, ut eleemosynæ præceptum eluderent : Τοὺς γὰρ παῖδας προβάλλεσθε, τὴν δὲ καρδίαν πληροφορεῖτε. *Liberos enim prætenditis : at vestro animo satisfacitis.*

Ep. 30, p. 110 : *Interim Neocæsarea et Ancyræ visæ sunt habere successores eorum qui obierunt, et huc usque conquiescunt.* Videtur mihi Basilius sic loquendo nihil boni ab his duobus episcopis exspectasse. Non enim honorifica est hæc loquendi ratio. Similiter de Nestorio S. Cyrillus : Οὗτος ὅστις δοκεῖ κατέχειν τὴν Ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, *Iste qui videtur Constantinopolitanam obtinere Ecclesiam*, Ep. ad Joan. Antioch. Concil. Eph. p. 375. Non falsas fuisse S. Basilii de utroque illo episcopo suspiciones comprobavit eventus. Ac Neocæsariensis quidem, qualis vir exstiterit, perspici potest ex his quæ diximus in *Vita S. Basilii.* Ancyranus videtur insignis hæreticus fuisse. Galatiam non recenset Basilius inter provincias suæ communionis in ep. 204, n. 7. A Galatis orta sunt quæcunque nefarie anno 375 et 376 sub Vicario Demosthene gesta sunt, ut patet ex epistolis 237 et

Digitized by Google

239; vixque dubium quin magnam partem earum rerum sustinuerit Ancyranus episcopus, ac numerari debeat inter illos Arianos, qui suam communionem Ancyræ in domibus privatis Eustathio concesserunt, ac perhonorifice ab eo e Galatia accersiti, multa mala toti regioni dederunt.

Epist. 55, p. 149 : Ἀγαμία δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ κεχωρίσθαι τῆς μετὰ γυναικὸς διαγωγῆς. *Vita autem cælebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separetur.* Videntur postrema verba sic etiam reddi posse : *ut quis a convictu mulieris separetur.*

Epist. 69, pag. 163 : *Igitur et illius* (Marcelli), *ut par est, fieri mentionem res præsentes postulant, ut qui occasionem quærunt, occasionem non habeant, dum sani ad tuam se sanctitatem adjungunt, et qui circa veram fidem claudicant, manifesti omnibus fiant.* Hujus loci videtur ea esse sententia : Si Marcellus damnetur, nullam occasionem relictum iri his qui occasionem quærunt : quippe cum futurum sit, ut sani omnes, hoc scrupulo evulso, libenter se cum Athanasio conjungant : qui autem claudicant in fide, nudent se et malam mentem aperiant, si post damnatum Marcellum recusent conjunctionem, cujus hactenus recusandæ ansam ex Marcello arripuerant.

Ibidem : Τὰ τῆς καταστάσεως τῶν Ἐκκλησιῶν, verte, *quæ ad constituendam pacem Ecclesiarum pertinent.*

Epist. 76, p. 171 : Ἐπιλέλοιπε δὲ λοιπὸν καὶ ἡ τῶν ἀναγκαίων διάθεσις. *Jam defecit rerum necessariarum administratio.*

Epist. 87, p. 179 : *Sin minus, saltem contra presbyteros, eosque quotquot idem ac nos sentiunt*, id est, saltem contra presbyteros, præsertim si presbyteri illi idem ac nos sentiant.

Epist. 90, p. 182 : Οἶκοι εὐκτήριοι, ἔρημοι τῶν ἐκκλησιαζόντων. Verte, *Desertæ domus orationis, nec quisquam in eis congregatur.* Confirmatur hæc interpretatio ex his verbis epist. 92, p. 185 : *Fugiunt precationis domos populi saniores, ut impietatis scholas, ac in solitudinibus ad Dominum in cælis inhabitantem cum gemitibus et lacrymis manus attollunt.*

In hac epistola 92, p. 184 : *Neque aliud quidquam humanum cogitetis*, id est, formidetis. Id enim sonat illud verbum ὑπολογίσασθαι, ut perspici potest in epist. 97 ad senatum Tyanensem.

Epist. 94, p. 188 : Τοὺς παραπέμποντας, *deductores.* Intelligi possunt jumentorum deductores, sicque intellexit Combefisius.

Epist. 98, p. 191 : Hellenius ille Nazianzi peræquator idem esse videtur, ac is de quo Basilius initio epistolæ 71.

Epist. 98, p. 192 : Hic locus scribendus et interpretandus videtur : Προσεδοκᾶτο δὲ καὶ ἑτέρα συντυχία, τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Εὐσταθίου, ἣ καὶ γενομένη ἡμῖν. *Exspectabatur autem et alius congressus, nempe cum reverendissimo episcopo Eustathio, quem quidem congressum consecuti sumus.* Illud, *exspectabatur*, et quæ præcedunt, *Eramus etiam cum episcopis secundæ Cappadociæ congressuri*, referuntur ad initium epistolæ, *Cum Nicopolim mente animoque ferrer.* Alium dicit hunc congressum, quia jam de congressu cum episcopis locutus est.

Epist. 99, p. 193 : Quod ait hoc loco Basilius se cum Eustathio iterum disseruisse, et Pœmenium presbyterum doctrinæ suæ vehementer adversatum esse ; id ita accipi non debet, quasi Pœmenius Arianam sententiam aperte defendisset. Nam si impietatem præ se tulisset Eustathius, statim illum Basilius missum fecisset. Sed cum ab eo Basilius claram et perspicuam fidei confessionem peteret, Eustathius qui medius esse volebat, ac nec Arianus Catholicis, nec Arianis Catholicus videri, declinare et eludere tentabat quæ a Basilio proponebantur : in quo Pœmenius operam Eustathio navabat et adversabatur Basilio.

Epist. 104, p. 199 : Τοῖς ἀεὶ καταπονουμένοις, *iis qui quovis tempore affliguntur.* Verti posset, *iis qui quovis tempore pauperes sunt.* Hoc enim verbum sic accipitur in epist. 142, et pluribus aliis in locis.

Epist. 117, pag. 209 : *Ejusmodi ministeriis*, id est, gratiarum agendarum officiis.

Epist. 130, p. 222 : Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν ἐλθὼν, καὶ συντυχὼν Γελασίῳ τινὶ, πίστιν αὐτῷ ἐξέθετο, ἣν μόνου ἦν Ἀρείου συγγράψαι, καὶ εἴ τις αὐτοῦ γνήσιος μαθητής, etc. *Postquam vero et in Ciliciam venit, atque Gelasium quemdam conveniens, eidem fidem exposuit, quam conscribere erat Arii solius, et si quis germanus illius discipulus*, etc. Loquitur Basilius sub finem epistolæ 124 de eadem fide, quam Gelasio Eustathium ait tradidisse. Patet hanc fidei confessionem ab ipso Eustathio compositam fuisse. Hanc enim componere Basilius solo Ario dignum judicat, et si quis Arii germanus discipulus, qualis erat Eustathius. Idem probat verbum ἐξέθετο, *exposuit.* Sic enim Basilius de variis formulis, quas Eustathius ad episcopatum evectus ediderat : ὅσας ἐξέθεντο πίστεις ; *quot fidei formulas ediderunt?* Sed quo consilio hanc fidei confessionem petierit Gelasius ; utrum ab Eustathio edoceri voluerit, an ab eo recantari subscriptam petitu Basilii formulam, id videtur incertum.

Epist. 138, p. 230 : Πρεσβείαν τινὰ δι' ἀνδρῶν ἀξιολόγων, *legationem aliquam per viros fide dignos.* Melius, *per viros auctoritate præditos.*

Epistolæ 155, p. 244, titulus sic habet : Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἀλείπτῃ. *Sine inscriptione, causa aliptæ.* Credo librarios hunc titulum idcirco apposuisse huic epistolæ, quia is ad quem scripta est, hortator erat et alipta eorum qui pro Christi nomine persecutionem patiebantur. Simili sensu Basilius S. Ascholium ἀλείπτην S. Sabæ martyris vocat in epist. 164, p. 255.

Epist. 189, p. 276 : *Neque contradicere hominibus mendacio armatis, malo illo jaculo, quod et pe-*

Digitized by Google

ipsam veritatem non raro cuspidem adigit. Videntur hæc illustrari posse ex his verbis epist. 92, num. 2, pag. 185 : *Jam quoque et illud mutui belli telum a quibusdam, defensio videlicet sanæ doctrinæ, excogitatum est : et dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant.*

In eadem epistola, p. 277 : Totus hic locus sic etiam videtur scribi et reddi posse : Ἀλλὰ καινοτομίαν ἡμῖν προφέρουσιν, οὑτωσὶ τὸ ἔγκλημα καθ' ἡμῶν συντιθέντες· τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογούντων (forte ut in uno codice ὁμολογοῦντας), μίαν ἀγαθότητα, καὶ μίαν δύναμιν, καὶ μίαν θεότητα λέγειν ἡμᾶς αἰτιῶνται. *Sed novitatem nobis objiciunt, sic accusationem contra nos instituentes : queruntur quod, cum tres hypostases confiteamur, unam bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem dicamus.*

Et pag. 278 : Τίς οὖν ὁ ἡμέτερος λόγος; Malim reddere : *Quæ est igitur nostra doctrina?*

In eadem epistola, p. 280 : Οὔτε ψύχει τὸ πῦρ, verte, *Nec ignis frigefacit.*

Epist. 190, p. 282 : Ταῖς μικροπολιτείαις, ἤτοι μικροκωμίαις, *Parvis civitatibus, sive parvis pagis.* Satius videtur interpretari, *sive parvis oppidis.*

In eadem epist., p. 283 : *Inde exspectantes rumorem ;* clarius et accuratius, *Venturum illinc exspectantes rumorem.*

Ep. 205, p. 308 : Presbyter ille Meletius, qui hanc pertulit epistolam, idem ministerium exhibuit in perferenda epistola 226.

Ep. 212, p. 318 : Ἔμαθον δὲ ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις, etc. Ambiguum est et in Græca oratione et in interpretatione Latina, utrum Basilius paucis post adventum suum diebus didicerit Hilarium Dazimone abiisse, an paucis post adventum Basilii diebus Hilarius abierit. Magis arridet hic posterior sensus, magisque videtur consentire cum dolore quem significat Basilius, quod Hilarium non viderit, cum videre potuisset. Itaque clarius reddi posset : *Quid passum me esse putas, aut quo animo fuisse, cum Dazimona veni, ac didici facundiam tuam paucis post adventum meum diebus exiisse?*

Epist. 214, p. 321 : Πρὸς πάντας δὲ ἔχειν εὐχόμεθα τὴν ἀγάπην, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς οἰκείους τῆς πίστεως. Verte : *Charitatem cum omnibus habere cupimus, et maxime cum domesticis fidei.* Vide epist. 203, p. 300, not.

Epist. 217, quæ est canonica tertia, can. 80, p. 329, not. Quæ ad explicandam sancti Basilii de trigamis sententiam disseruimus, hoc argumento confirmari possunt, quod Basilius polygamiæ totidem annos pœnitentiæ imponat, quot impositi trigamis fuerant in canone quarto. Probabile autem non videtur eum dissimili facto parem irrogasse pœnam, et severiorem non fuisse in quartas nuptias, quam in tertias; cum præsertim statuat in his rebus servandam esse proportionem, et prout agitur cum digamis, ita cum trigamis agendum esse, canone quarto.

Ep. 237, p. 365 : Ἀσχοληθεὶς περὶ τὸ στρατόπεδον, *Paulisper occupatus circa res militares.* Cum vox illa, στρατόπεδον, in pluribus aliis sancti Basilii locis aulam imperatoris designet, hoc etiam loco eumdem in sensum accipitur a doctissimo Cangio. Sed tamen probabilius est Basilium de exercitu loqui. Nam cum in epistola 215, quæ sub hiemem anni 375 scripta est, Dorotheo nuntiet omnia a Constantinopoli usque ad Cappadociam referta esse hostibus ; dubium non est quin aliquis exercitus adversus illos hostes missus fuerit, isque Demostheni eas occupationes attulerit, quales par erat a præfecti vicario sustineri.

Epist. 244, p. 382 : Μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης, vertendum, *Deinde eam, quæ Nice in Thracia edita est.* Paulo post illud, τὸ ὁμοούσιον καταιτήσαντες, sic reddi debet, *silentio indicto Consubstantiali.* Significat enim illa vox Eustathium in Cyzicena formula, quæ omnium postrema fuit, decrevisse ut Consubstantiale silentio premeretur. Unde Basilius in hac ipsa epistola n. 5, p. 389, declarat *condemnatam ab illis esse fidem Nicænam.*

Epist. 252, p. 388, not. Hanc epistolam Ponti episcopis scriptam fuisse persuasit titulus, *Episcopis Ponticæ diœcesis.* Hoc tamen titulo non magis Ponti, quam aliarum provinciarum, quæ Cæsareæ parebant, episcopi designantur. Plures enim provincias complectebatur Pontica diœcesis, ut probavimus in *Vita sancti Basilii*, cap. 14. Eumdem sensum confirmat titulus codicis Harlæani, ἐπισκόποις τῆς διοικήσεως, *episcopis diœcesis.* Quare verisimile est librarios, cum episcopos, qui aliquandiu consuetudinem veniendi Cæsaream ad diem festum S. Eupsychii intermiserant, hac epistola ad festum illum diem invitari viderent, id de episcopis Cæsareæ subjectis intellexisse, et idcirco hunc titulum apposuisse. Sed tamen cum certo sciamus sanctum Basilium communione et amicitia episcoporum Ponti caruisse, hanc ad eos scriptam esse epistolam, si minus ex titulo, saltem ex dissensione, quam cum S. Basilio habuere, colligere possumus.

Digitized by Google

NOTÆ FRONTONIS DUCÆI

IN LIBRUM DE SPIRITU SANCTO.

(Paginæ sunt editionis Garnerianæ, typis grandioribus expressæ.)

Præfixerat hujus libri interpretationi Des. Erasmus epistolam, suspiciones suas sinistras et temerarias exponens conjecturas, quibus partem hujus operis tanquam ab ejus stylo alienam illi abjudicabat : sed quam iniqua sit et insulsa hominis illius censura, pluribus verbis luculentissime ostendit vir clarissimus Jacobus Billius, S. Michaelis in eremo cœnobiarcha, lib. I, cap. 9, *Sacrarum observationum*, ac leves planeque stuppeas ratiunculas refutat. Primum enim vitio vertit auctori Erasmus, quod interdum ad tragicum cothurnum ejus oratio intumescat, nunc rursus ad vulgarem sermonem subsidat. Quasi vero non omnibus auctoribus hoc familiare sit, ut cum materia hoc poscit, altius stylum attollant, grandiorique genere dicendi utantur. Nam ut idem Basilius inquit in tractatu *De vera fide*, pag. 251 : Ἄλλο εἶδος λόγου ἐλεγκτικοῦ, καὶ ἄλλο εἶδος λόγου παρακλητικοῦ. Ἄλλη ἀπλότης τῶν ἐν εἰρήνῃ τὴν εὐσέβειαν ὁμολογούντων, καὶ ἄλλοι ἱδρῶτες τῶν πρὸς τὰς ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἱσταμένων. Deinde quod subinane quiddam habere videatur auctor, velutque ostentet se didicisse, quæ Aristoteles in *Prædicamentis*, et Porphyrius in libello *De quinque vocibus* tradiderunt, idcirco indignum Basilio censet librum, quasi vero cum totius disputationis cardo in exiguarum præpositionum explicatione verteretur, fideique adversarii externæ disciplinæ præsidiis abuterentur, eruditissimum virum non decuerit, quo gladio illi per ipsius latus Ecclesiam petebant, eodem ipsos trucidare. Nam de phrasis dissimilitudine, quam causatur in eo, quemadmodum et in secunda Homilia *De jejunio*, perspicue fallitur : neque enim ullum ejus discrimen agnosci potest. Opponit deinde idem Billius Euthymii Græci auctoritatem, qui Alexii imperatoris ætate floruit, qui in sua Panoplia sæpe librum illum triginta capitum citat. Addit multo plures multoque antiquiores testes illustrissimus cardinalis Perronius in aureo suo et eximia doctrina referto Examine libri Philippi Mornæi adversus Eucharistiæ sacramentum, nimirum sanctum Hieronymum, in *Catalogo scriptor.*, Theodoretum, dialogo 1, et in *Anathematismorum Cyrilli refutatione*, cap. 5, Damascenum orat. 3 *De imaginibus*, concilium Nicænum II, actione 4, Photium, in *Nomocanone*, Burchardum, in *Decreto*, Zonaram, in *Nomocanonem*, Anastasium Nicænum, quæst. 84, Theodorum Balsamonem, in *Nomocan.*, et Nicephorum, lib. XII, c. 20. Postremo inter Ecclesiæ catholicæ adversarios is, qui solitus est Erasmum adversus aliorum censuras tueri, in hoc ei se non assentiri testatur in suis adversus illustrissimum cardinalem Baronium, *Exercitationibus* XVI, num. 33; et in eadem, numero 43, eos planissime falli asserit, qui eam partem libri suspectam habent, et Basilii esse negant, in qua de dogmatibus silentio premendis agitur et de arcanis minime divulgandis.

Pag. 2, num. 2 : *Quod si stulto.* Hinc subodorari potest lector, quam in Scriptura sacra hospes esset interpres Batavus, cum hæc duo loca minus fideliter verterit. Prior est Proverbior. XVII, 29 : Ἀνοήτῳ ἐρωτήσαντι σοφίαν, *Dementi, vel stulto, interroganti sapientiam, sapientia imputabitur :* posterior Isaiæ III, 1, 2 : Κύριος Σαβαὼθ ἀφελεῖ ὑπὸ Ἰερουσαλὴμ θαυμαστὸν σύμβουλον, καὶ σοφὸν ἀρχιτέκτονα, καὶ συνετὸν ἀκροατήν, *Dominus exercituum auferet de Hierusalem admirabilem consiliarium, et sapientem architectum, et prudentem auditorem.* At Erasmus verterat : *Sapientem ausculatorem, quem propheta admirando consultori comparat.* Non igitur auditorem æquat consiliario, vel cum eo confert, sed in oratione sua simul enumerat inter eos viros eximios, quos ab Hierusalem Deus auferet.

Pag. 9, num. 12 : *Carnem Dei.* Insignem hunc locum dum verteret Erasmus, insignem oscitantiam suam ostendit, seque tenuiter admodum in Patrum lectione versatum esse, ut qui non didicisset olim Theodoretum in *Reprehensione anathematismorum Cyrilli*, qui tam celebres in concilio Ephesino fuerunt, hoc loco abusum esse. Vertit igitur : *Ut ostenderet carnem in Christo divinæ naturæ unitam ex humano liquore concretam fuisse?* Atqui φύραμα hic non liquorem, sed massam vel conspersionem significat, ut Roman. IX, 21 : Ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος, *Ex eadem massa ;* et Rom. XI, 16 : Εἰ δὲ ἀπαρχὴ ἁγία, καὶ τὸ φύραμα : ubi Erasmus ipse vertit, *Quod si primitiæ sanctæ, sancta est conspersio.* At Θεοφόρος σάρξ dicitur Christi corpus, ut antea in psalmum XXXIX, p. 296 : Ὑπόδημα δὲ τῆς θεότητος ἡ θεοφόρος σάρξ, *Divinitatis autem calceamentum est caro Deum ferens ;* et in II cap. Isaiæ, pag. 873 : Ἀπὸ τοῦ σκοπευτηρίου γενομένην, ἀπὸ τῆς σαρκὸς θεοφόρου, *A specula exortam, a carne quæ gestavit Deum.* Carnem Christi θεοφόρον appellat, non hominem Christum, ut falso citavit Theodoretus in Reprehensione anathematismi quinti pag. 558 edit. Romanæ, parte III concilii Ephesini : Τῶν δὲ φύσεων τὴν διαφορὰν γνωρίζομεν, καὶ

Digitized by Google

τὸν θεοφόρον δὲ ἄνθρωπον ὡς πολλοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων εἰρημένον οὐ παραιτούμεθα· ὧν εἷς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λόγῳ τούτῳ χρησάμενος τῷ ὀνόματι, καὶ ἐν τῇ πεντηκοστοῦ ἐννάτου ψαλμοῦ ἑρμηνείᾳ. *Naturarum autem differentiam agnoscimus, et deiferum hominem, sicut a multis sanctis Patribus dictus est, non devitamus : quorum unus magnus ille Basilius in sermone de sancto Spiritu ad Amphilochium hoc usus est nomine, et in Explanatione quinquagesimi noni psalmi.* Atqui non parvum est discrimen inter hominem et carnem. Nam, ut inquit illustrissimus cardinalis Bellarminus, lib. III *De Christo*, cap. 8, homo personam significat, ut etiam Deus ; caro autem non personam, sed naturam, vel potius partem naturæ humanæ significat. Quare homo deifer non recte dicitur de Christo, quasi duæ sint in eo personæ, homo et Deus, sed caro deifera dicitur a Basilio, quia sunt duæ naturæ, caro et deitas. At sanctus Ignatius dicitur Θεοφόρος, quemadmodum et sanctus Cyrillus ait prophetas dici posse Θεοφόρους, quod templum sint Spiritus sancti, et Clemens Alexandrinus, I *Strom.*, p. 318 : Θεῖος ἄρα ὁ γνωστικὸς, καὶ ἤδη ἅγιος, θεοφορῶν καὶ θεοφορούμενος. *Divinus ergo est, qui cognitione præditus, et jam sanctus, qui Deum fert, et fertur a Deo.* Ita malim vertere, quam *Qui Deo afflat, et afflatur.* Et Gregorius Nazianz., or. XXXVII, pag. 609 : Ὡς τις τῶν μικρῷ πρόσθεν θεοφόρων ἐφιλοσόφησεν. *Ut quispiam divino numine afflatus non ita pridem philosophatus est.*

Pag. 21, num. 25 : *Adversariis et inimicis.* Hæc adjecimus Erasmianæ versioni, quod et Regius II et Angl. adderent Basiliensi, Τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας. Paulo post immutavimus illud, *Sicut solent ceris alieni debitores, qui sane cordati sunt.* Nam εὐγνώμονες sunt bonæ fidei debitores, non qui cordati sunt, id est, qui bona fide agnoscunt se debere persolvere. Joan. Chrysostomus, homil. 5 *De pœnitentia*, p. 686 : Πρόσεχε πῶς ὁ χρεώστης εὐγνώμων περὶ τὸν δανείσαντα. *Attende quam sit bonæ fidei debitor feneratori;* et tractatu *De Susanna* pridem a nobis vulgato : Ἤκομεν ὑμῖν εὐγνώμονες ὀφειλέται τοῦ λόγου, οὐχ ὅσον ὀφείλομεν πληροῦντες, ἀλλ' ὅσον ἔχομεν ἀποδιδόντες. *Bonæ fidei vobis debitores sermonis advenimus, non ut quantum debemus exsolvamus : sed ut quantum in nostra situm est potestate, reddamus.* Cæterum, ut ait doctissimus Billius, hæc ironice legi debent : neque enim debitores illi bonæ fidei sunt, qui nisi syngraphis suis urgeantur, debita non agnoscunt. In fine capitis additum est verbum κρατῆσαι post vocem βαπτίσματος, quamobrem ita in versione scribendum, *In baptismate receperunt, retineant.* Ibidem pro τῆς δόξης ἀποπληρώσει in Anglic. legebatur τῆς δοξολογίας ἀποπληρ. At Regius II receptam lectionem retinebat.

Pag. 27, n. 33 : *Nam Dei et hominum mediatorem.* Cornarii versionem hic malim amplecti, sic ad verbum Græca referentem : *Mediatorem enim Dei et hominum per seipsum tum præfigurabat in ministerio legis.* Paulo post scripsimus, *in manu mediatoris*, ut est in Vulgata, ad Galatas III, 19, non ut Erasmus ediderat : *In manu sequestri videlicet Mosi juxta provocationem populi;* sed in ipsa Novi Testamenti versione magis ei placuerat vox intercessoris, quam tamen reprehendit Beza, quod Latinis dicatur intercessor, qui se medium velut injiciens obstet iis, quæ geruntur. Tum addit Castellionem maluisse sequestrem interpretari, quo vocabulo usus est interdum Tertullianus, sed cum de Christo agitur, quod et ipsum nollet sine commoda expositione imitari : at ipsi vocem internuntii cæteris prætulit, non ut innovaret vocabulum theologorum auribus familiare, sed ut Mosem a Christo distingueret. Inepta plane ratio, quasi sapientior velit Apostolo videri, qui cum de Mose et de Christo loquitur, ἀδιαφόρως utitur voce μεσίτου, *Mediatoris;* cur igitur, cum de Mose agitur, μεσίτου, *internuntii*, et cum de Christo, μεσίτου, *Mediatoris*, vocem usurpabit ? Sane quidem Hilarius, Ambrosius, Hieronymus et Augustinus passim non verentur apostolorum loca, in quibus voce μεσίτου utuntur, Mediatoris voce exprimere, sive de Christo fiat mentio, sive de aliis. Et Tertullianus cum sequestrum dixisset de Christo loquens in libro *De resurrectione carnis*, *Sequester Dei et hominum appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi*, visus non est dictionem illam soli Christo reservare, cum sequestri notio tam honorifica non sit, et apud gentiles jureconsultos pro eo sumatur, apud quem plures rem eam, de qua controversia est, deponunt : idem etiam Tertullianus, lib. *De patientia*, cap. 15 : *Adeo satis idoneus patientiæ sequester Deus :* ubi de Redemptore non agitur. Denique πρόσκλησιν habuit Basiliensis editio et ms. H, non πρόκλησιν, ideo delevi *provocationem.* Sub finem capitis hujus immutavimus illam clausulam, Τί οὖν πρὸς τούτοις ἔτι ; *Quid igitur attinet his aliquid addere, in quibus abunde multæ sunt objectionum dissolutiones ?* Nec aliter Cornarius, quasi hoc vellet Basilius, superioribus nihil addi posse, quæ rationem indicent multas hæreticorum objectiones dissolvendi : at in Regio H hæc inchoabant cap. 15, quasi dicat auctor : Quas alias responsiones afferunt hæretici, quibus Catholicorum firmamenta destruant ? Admodum enim abundant solutionibus : tum novas subjicit.

Pag. 54, n. 66 : *Cum conficitur.* Erasmus ediderat, *cum ostenditur panis;* unde occasionem arripuerunt novatores, ut istum locum objicerent, dum contendunt Eucharistiam, dum populo ostenditur, esse panem, et consecrationem verbis Christi non fieri, cum invocatio fiat post Christi verborum pronuntiationem. Sed omnino certum est hic ἀνάδειξιν non significare ostensionem, quæ populo fiat, cum dicantur, dum ea fit, pronuntiari verba μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον ἰσχύν, Quæ

multum momenti habent ad mysterium : at in Ecclesia Græca non ostenditur, neque attollitur adorandum Christi corpus nisi post consecrationem, cum dicitur paulo ante communionem, Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, *Sancta sanctis*. Significat ergo consecrationem et oblationem Eucharistiæ, quasi ἐπὶ ἀναδείξει idem valeat, quod *cum conficitur* vel *consecratur panis Eucharistiæ*. Nam ἀναδεικνύειν sonat idem quod *efficere*, ut pluribus exemplis confirmat Budæus ex Grægorio Nazianzeno citans orat. *in nonam Dominicam*, pag. 699 : Τελευταῖος ὁ ἄνθρωπος ἀνεδείχθη, *Postremus homo creatus est*. Et in Annotationibus in Pandectas idem verbo Latino, *Designo*, tribuit, ut ostendere valeat et patrare, quemadmodum et II ad Tim. IV, 14 : Ἀλέξανδρος ὁ χαλκεὺς πολλά μοι κακὰ ἐνεδείξατο, *Alexander ærarius multa mala mihi ostendit*. Sic et ipsa Basilii Liturgia, dum orat sacerdos, petit a Deo, Ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου, *Ut sanctificet et efficiat hunc quidem panem ipsum pretiosum corpus Domini*. Nam et ita e Syriaco vertit Andreas Mazius in eadem Liturgia Basilii, *Et efficiat panem istum corpus gloriosum Domini*. Et in Liturgia S. Jacobi, Ἵνα ἁγιάσῃ, καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Et in ea Chrysostomi ποίησον τὸν ἄρτον τοῦτον τίμιον σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Postremo apud Clementem, lib. VIII, c. 17, *Constitutionum apost.*, in eadem formula consecrationis, ὅπως ἀποφήνῃ τὸν ἄρτον τοῦτον σῶμα τοῦ Χριστοῦ, *Ut efficiat panem hunc corpus Christi*. In veteri etiam interpretatione apud Burchardum, in *Decreto*, libro *De universa Ecclesia*, cap. 223, hic Basilii locus ita vertitur : *Quæ enim Scriptura salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri ? Quæ multifariam digesta super panem et calicem prolixa orationis et consecrationis verba commendavit ?* Apud Gratianum autem sic legitur : *Verba invocationis, cum panis Eucharistiæ et calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit ?* Hæc et alia ejusmodi colligebamus ad tuendam versionis hujus emendationem in Elencho errorum Philippi Mornæi, cap. 1, lib. V, a nobis vernacula lingua edito ante annos XVIII ; quod idcirco moneo, ne quis forte existimet hæc a nobis fuisse decerpta e novis *Exercitationibus* Isaaci Casauboni, exercitat. 16, num. 33, cui cum talia multa illustrissimus cardinalis Perronius loca Patrum indicasset, cum illi, tum nobis sæpe professus erat, se de sanctissimi Eucharistiæ sacramenti veritate cum Ecclesia Romana sentire, ac fidem dederat se Calvinianis erroribus nuntium proximis feriis Pentecostes remissurum ; sed nimirum aliquando et cœlum et animum mutant, qui trans mare currunt : utinam non cœlos et animas sæpenumero perdant. Hic ego tamen facere non possum, quin mirari me tester ac miserari hominis cæcitatem et inconstantiam, qui cum ad hujus illustrationem loci tam multa Patrum testimonia congessisset, ex quibus constat illos existimasse Christi verba ex evangelistarum libris deprompta pronuntiari debere cum Eucharistia consecratur, Spiritum sanctum invocari, et alias sacræ formulæ voces proferri, quas Liturgiæ Græcæ Latinæque præscribunt : tamen in templum a museo discedens in verba Calvini juraret, ordinem administrationis sacramentorum ab eo traditum observaret, qui omnia illa pro magicis incantationibus habet, nec ullas evangelistarum voces proferri sinit, sed una cum pane et calice promissiones fidelibus offerri, non ulla demurmurari verba præter vivam prædicationem, quæ auditores ædificet, nec aliud præscribit lib. IV *Institut.*, c. 17, num. 39.

Plures Ducæi notas omisimus, quia minus necessariæ videbantur.

Digitized by Google

S. BASILII MAGNI

EPISTOLARUM

ORDO NOVUS CUM ANTEA VULGATO COMPARATUS.

Ordo novus.	*Ordo vetus.*
I	165. Eustathio philosopho.
II	1. Basilius Gregorio.
III	173. Candidiano.
IV	169. Olympio.
V	188. Ad Nectarium consolatoria.
VI	189. Nectarii conjugi consolatoria.
VII	2. Gregorio sodali.
VIII	141. Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio.
IX	41. Maximo philosopho.
X	175. Ad viduam.
XI	239. Sine inscriptione, amicitiæ ergo.
XII	171. Olympio.
XIII	172. Olympio.
XIV	19. Gregorio sodali.
XV	415. Arcadio comiti Privatarum.
XVI	168. Adversus Eunomium hæreticum.
XVII	384. Origeni.
XVIII	211. Macario et Joanni.
XIX	3. Gregorio sodali.
XX	83. Leontio sophistæ.
XXI	373. Leontio sophistæ.
XXII	411. De perfectione vitæ monasticæ.
XXIII	383. Commendatitia ad monachum.
XXIV	54. Athanasio Athanasii episcopi Ancyræ patri.
XXV	53. Athanasio episcopo Ancyræ.
XXVI	362. Cæsario Gregorii fratri.
XXVII	6. Eusebio episc. Samosatorum.
XXVIII	62. Ecclesiæ Neocæsariensi consolatoria.
XXIX	67. Ecclesiæ Ancyræ consolatoria.
XXX	7. Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXI	267. Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXII	84. Sophronio Magistro.
XXXIII	358. Aburgio.
XXXIV	5. Eusebio episcopo Samosatorum.
XXXV	236. Sine inscriptione, pro Leontio.
XXXVI	228. Sine inscriptione, auxilii causa.
XXXVII	248. Sine inscriptione, causa illius qui secum fuerat enutritus.
XXXVIII	43. Gregorio fratri de discrimine essentiæ et hypostasis.
XXXIX	206. *Julianus Basilio.*
XL	207. *Julianus Basilio.*
XLI	208 et 209. Basilius Juliano.
XLII	1. Ad Chilonem discipulum suum.
XLIII	2. Admonitio ad juniores.
XLIV	3. Ad monachum lapsum.
XLV	4. Ad monachum lapsum.
XLVI	5. In virginem lapsam.
XLVII	4. Gregorio sodali.
XLVIII	254. Eusebio episcopo Samosatorum.
XLIX	408. Arcadio episcopo.
L	409. Innocentio episcopo.
LI	86. Bosporio episcopo.
LII	300. Ad canonicas.
LIII	76. Chorepiscopis.
LIV	181. Chorepiscopis.
LV	198. Paregorio presbytero.
LVI	354. Pergamio.
LVII	56. Meletio episcopo Antiochiæ.
LVIII	44. Gregorio fratri.
LIX	46. Gregorio patruo.
LX	45. Gregorio patruo.
LXI	47. Athanasio Alexandriæ episcopo.
LXII	185. Ecclesiæ Parnassi consolatoria.
LXIII	371. Principali Neocæsareæ,
LXIV	350. Hesychio.
LXV	363. Atarbio.
LXVI	48. Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXVII	50. Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXVIII	57. Meletio episcopo Antiochiæ.
LXIX	52. Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXX	220. Sine inscriptione, de synodo.
LXXI	53. Gregorio Basilius.
LXXII	351. Hesychio.
LXXIII	388. Callistheni.
LXXIV	379. Martiniano.
LXXV	361. Aburgio.
LXXVI	331. Sophronio Magistro.
LXXVII	226. Sine inscriptione, de Therasio.
LXXVIII	215. Sine inscriptione, pro Elpidio.
LXXIX	308. Eustathio episcopo Sebastiæ.
LXXX	49. Athanasio Alexandriæ episcopo.
LXXXI	319. Innocentio episcopo.
LXXXII	51. Athanasio episcopo Alexandriæ.
LXXXIII	427. Censitori.
LXXXIV	389. Præsidi.
LXXXV	305. De cavendo jurejurando.
LXXXVI	179. Præposito.
LXXXVII	340. Sine inscriptione, de iisdem rebus.
LXXXVIII	243. Sine inscriptione, causa exactoris pecuniarum.
LXXXIX	273. Meletio episcopo Antiochiæ.
XC	61. Sanctissimis fratribus ac episcopis occidentalibus.
XCI	324. Valeriano Illyricorum episcopo.
XCII	69. Ad Italos et Gallos.
XCIII	289. Ad Cæsariam patriciam de communione.
XCIV	372. Heliæ rectori provinciæ.
XCV	261. Eusebio episcopo Samosatorum.
XCVI	332. Sophronio Magistro.

Digitized by Google

Ordo novus.	*Ordo vetus.*	
XCVII	68.	Senatui Tyanorum.
XCVIII	259.	Eusebio episcopo Samosatorum.
XCIX	187.	Terentio comiti.
C	256.	Eusebio episcopo Samosatorum.
CI	202.	Consolatoria.
CII	183.	Civibus Satalenis.
CIII	296.	Satalensibus.
CIV	279.	Modesto præfecto.
CV	301.	Diaconissis Terentii comitis filiabus.
CVI	407.	Militi.
CVII	287.	Julittæ viduæ.
CVIII	288.	Tutori hæredum Julittæ.
CIX	422.	Helladio comiti.
CX	277.	Modesto præfecto.
CXI	276.	Modesto præfecto.
CXII	164.	Andronico duci.
CXIII	203.	Presbyteris Tarsensibus.
CXIV	204.	Cyriaco Tarsi commoranti.
CXV	87.	Ad Simpliciam hæreticam.
CXVI	174.	Firmino.
CXVII	234.	Sine inscriptione, piæ ac religiosæ excercitationis causa.
CXVIII	318.	Jovino episcopo Perrhes.
CXIX	307.	Eustathio episcopo Sebastiæ.
CXX	58.	Meletio episcopo Antiochiæ.
CXXI	195.	Theodoto episcopo Nicopolitano.
CXXII	313.	Pœmenio episcopo Satalorum.
CXXIII	343.	Urbicio monacho.
CXXIV	328.	Theodoro.
Aurum campano numero ponderatum, 123. Aurum animæ insidiator, et peccati pater, et diaboli minister, 128. Aurum comparatitium, 179. Tempus ei solvendo præstitutum prorogari petit Basilius, vel reliqui solutionem aliquandiu differri, 180.
Avaritia idololatriæ nomine damnatur, 101. Copia ultra necessitatem perducta imaginem exhibet avaritiæ, 101. Avaritia radix omnium malorum, et idololatria vocatur, 148. Avarus omnia in aurum verti cupit, 499. Satiari nunquam potest, 498, 499. Pauperem merito se esse dicit, 498. Avari stultitia horrea majora cogitantis exstruere, 500. Avarus cum seleucide ave et piscibus comparatur, 501. Frustra liberos causatur, 502. Avari in alienis rapiendis quam noxia cupiditas, 502, 503. Sollicitudine distringitur ac metu, 503. Varii illius prætextus ut rapiat aliena, 503. Illius in Christi judicio calamitas, 504. Avari divitis duritia in pauperes, 498 Avarus causa est malorum in quæ pauperem desperatio conjicit, 501.
Aves quibus aduncі ungues, pullos e nido ejiciunt, 586. Aves et pisces eamdem habent originem, 275.

B

Balaam augur per manum vaticinabatur, 279. Adduci non potuit, ut vocem emitteret præter Dei voluntatem, 317.
Baptismus initium vitæ, et dierum omnium primus est dies regenerationis, 22. Prima est institutio, qua liberati a simulacris accedimus ad Deum, 22. Baptismus, vivifica gratia, 23. Potestas renovationis, causam habens ineffabilem et in mysterio reconditam, 23. Per traditionem, quam accipimus in baptismo, filius Dei filii, qui prius hostes eramus, 22. Ex mortali vita ad immortalem natura nostra per vivificam potentiam transfertur, 278. Christi incarnatio, vita, mors et sepultura eo spectant, ut per imitationem Christi adoptionem filiorum recipiamus, 28. In baptismo accipimus immortale indumentum, 431. Removemur ab omni peccato et proximi Deo fimus, 431. Magna esse debet thesauri et regii depositi custodia, 431. Sigillum integrum custodiendum, 431. Baptizatus sanctimoniam in omnibus membris retineat, utpote Christum indutus, 431. Membra digna sint tam sancta veste, 431. Salvi fimus per gratiam quæ confertur in baptismo, 21. Ascendimus ab aquis ex mortuis vivi, 26. Baptisma et fides duo modi parandæ salutis inseparabiles, 25. *Vide* Fides. In baptismo aqua conjuncta Spiritui, quia duo scopi propositi sunt, ut aboleatur corpus peccati et vivatur Spiritu, 29. Aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulcro recipiens : Spiritus vim vivificam immittit, 29. Necesse est Christum imitari non solum in exemplis virtutis, sed etiam ipsius mortis, 28. Id autem consequimur, consepulti cum illo per baptisma, 28. Modus sepulturæ in quo positus, 29. Baptisma unum est, quia una est mors pro mundo et resurrectio, quarum figura est baptisma, 29. Discrimen inter gratiam Spiritus et baptismum, in aqua, 30. In baptismate in Moysen et mare nulla peccatorum remissio et renovatio, 27. Nullum spirituale donum per Moysen, 27. Non induebant hominem novum, non exuebant veterem, 27. Baptismi figura Israelitarum exitus ex Ægypto, 26. Servata istorum primogenita, ut baptizatorum corpora, 26. Sanguis pecudis figura sanguinis Christi, 26. Primogenita typus veteris hominis in nobis remanentis, ut ostendatur nos in Adam non jam mori, 26. Mare per figuram baptisma separans a Pharaone ut lavacrum a diabolo, 26. Si qua gratia in aqua, non ex ipsius natura, sed ex præsentia Spiritus, 29. Baptisma et fides in Moysen et in nubem, velut in umbram et figuram, 25. At baptisma et fides in Spiritum sanctum æque ac in Patrem et Filium, 25. Baptismi Moysis et nostri tanta differentia, quanta somnii a veritate, 27. Joannes baptizavit in aqua, 30.
Baptismus inutilis, in quo aliqua ex tribus personis omitteretur, 23. Baptismi traditioni aliquid addere aut detrahere, plane est ab æterna vita excidere, 23. Inviolabilis semper manere debet traditio, quæ in baptismo data est, 23. In baptismo Spiritum a Patre et Filio separare, periculosum est baptizanti, et baptizato inutile, 23. Æquale damnum est sine baptismo decedere e vita, et baptismum accipere, cui unum aliquod desit eorum quæ tradita sunt, 21. In baptismi commemoratione Apostolus sæpe omittit nomen Patris et Spiritus sancti, 23. Non idcirco indifferens nominum invocatio, 23. Christi enim appellatio, totius est professio, 23. Baptismus traditioni Domini consentaneus, et baptismo fides, et fidei glorificatio, 57, 188, 216, 263, 388. Luctuosa res acceptam salutem in baptismo per Patrem et Filium et Spiritum sanctum rejicere, et quæ tunc credidimus negare, 21. Professio, quam in baptismo deposuimus, semper servanda, ut tutissimum præsidium, 22. Quisquis hanc non servat omni tempore, alienus est a Dei promissis, 22. Repugnat proprio chirographo, 22. Vox illa omnium pretiosissima, quæ in adoptionis gratia prolata est, 22. Baptismi pacta violare quantum scelus, 22. Baptismatis mysterium tribus demersionibus ac totidem invocationibus perficitur, 29. Trina immersio et emersio figuram trium dierum adimplet, 563. Benedicitur aqua baptismatis et unctio olei, et is qui baptizatur, 55. Renuntiatur diabolo et angelis ejus, 22, 55. Nonnulli in proprio baptizati sanguine, non opus habuere ad salutem symbolis quæ sunt in aqua, 30. Non tamen hæc detrahunt de necessitate baptismi, 30. Baptismus ignis, probatio quæ fiet in judicio, 30. Semel baptizatis adest quodammodo Spiritus sanctus exspectans eorum conversionem, 34. Vituperantur qui baptismum differunt, 515-519.

Digitized by Google

Baptisma illud antiqui suscipiendum putavere quod nihil a fide recedit, 268. Hinc distinguunt, hæreses, schismata, parasynagogas, 268. Hæreticorum quidem baptisma rejiciunt, schismaticorum vero admittunt, 269. Pepuzeni cum sint hæretici, eorum baptisma rejiciendum, 269. Cathari sunt schismatici, 269. Variæ de eorum baptismate exstiterunt sententiæ, 268, 296. Firmilianus et Cyprianus rejecere, 270. Sed tamen quia nonnullis Asiaticis probatum fuit, probat illud Basilius, 270. Amphilochio assentitur, qui consuetudinem locorum sequendam putat, 268. Encratitas rebaptizandos censet Basilius, 270. Nisi hoc generali œconomiæ sit impedimento, 270. Izoinum et Saturninum ex hac secta suscepit in cathedram episcopalem, 270. Eos tamen rebaptizandos putat, quamvis baptizent in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, 296, 297. Sunt enim germen Marcionistarum, 297. Si rebaptizatio vetita in Pisidia, ut apud Romanos, suam tamen consuetudinem retinere vult Basilius, 296, 297. Idem de Saccophoris et Apocactis. 296.

Barachus episcopus, 183.

Barachus a S. Eusebio missus, 253.

Barathrum orbis terrarum, 94. Barathrum naturale, 169.

Barses (S.) episcopus Edessæ, 407. Illius videndi cupidus Basilius, 407, 413. Mittit ei quædam munuscula, ac rogat ut sibi exemplo Isaac benedicat, 414.

Barsumas, 183.

Basilides Paphlago hæreticorum communicatur, 347, 387.

Basilius (S.) ab infantia usque ad senectutem infirma valetudine, 113, 299, 482. Basilii morbos renovat dolor ex malis Ecclesiæ, 234. Natura proclivis ad oblivionem, 150. Negotiorum multitudo innatam infirmitatem adauget, 150. Non tanti se facit, ut non per se ipse, sed per alium adeat insignes viros, 204. Peccatis attribuit suis quæ eveniunt, 313. Accepta opprobria vitæ suæ fatetur convenire, 193. Peccatis suis attribuit infelicem consiliorum exitum, 195, 214, 412. Et Eustathii calumnias, 224. Fatetur se innumeris delictis obnoxium esse, 300. Postulat ut incuratus non relinquatur, sed suum sibi delictum indicetur, 301. Paratus judicandum se exhibere, 300, 302. Ob peccata lacrymas fundere non cessat, 304. Mores suos longa cum improbis consuetudine perversos fuisse ait, 337. Videtur sibi gratia Dei non duci, sed in peccatis vivere, 393. Vilis sibi videtur ac nullius pretii, 190, 392. Oblivione dignus ob vilem et abjectam vitam, 445. Publico non gaudet, 313. Latere omnium maxime studuit, 317. Latitare in vita inter primaria bona existimat, 91. Videtur sibi multo inferior, quam quis suspicari possit, 80. Negat se et sermone et opere et donis Spiritus idoneum esse, ut sibi invicem adversantes flectat, 245. Vindictam eorum quæ passus est Deo committit, 217. Parum movetur his quæ contra se fiunt, plurimum vero iis quæ contra Deum et Ecclesiam, 217. Persuasum habet se aliis indigere, nihilque in solitudine conficere posse, 190. Miratur, cur a suis tantopere diligatur, cum adeo tenuis sit, 80. Basilius parvus et humilis, sed idem semper, nec unquam mutatus, 388. Admoneri paratus ab episcopis Cappadociæ, 154. Scriptorum suorum robore non multum confidit, 98. Videtur sibi doctrinam imbecillitate sua magis lædere quam patrocinio promovere, 80. Amicos rogat, ut si quid in scriptis suis, infirmius sit, redarguere ne pigrentur, 98. Consentit ut scripta sua emendentur, si quis dicat meliora, 86. Moleste fert Urbicium monachum timide ad se scribere, 403. Novit semetipsum, 403. Ac probe scit nihil impedire quominus se major sit Urbicius, si magis timeat Deum, 403. Basilii amica et contubernalis paupertas, 76, 267. Aurum non possidet, 124. Paupertatem laudare non desinit, 76. Pauperum numero se adjungit, 495. Prædia non possidet, sed pauper est Dei dono, 114. Hospites excipit, ut paupertas sinebat, 76. Asperum illius vivendi genus, 124. Basilius presbyter a tributis immunis, 115. Basilio optima adjutrix ad contemplationem requies, 91. Præ infirmitate plantarum in morem eodem in loco detinetur, 91. In secessus primordiis dolet quod seipsum nondum reliquerit, 71. Officii sui esse ducit, monachorum curam gerere, 425. In profectu monachorum unice acquiescit, 345. Sperat se habiturum fiduciam ob eorum salutem, 346. Basilii dolor, ubi audiit Firminum, qui vitam asceticam profitebatur, arma ac militiam sequi, 208, 209. Vitam cœnobiticam præfert anachoreticæ, 433, 520. Perfici et crescere cupit virtutem, quam in teneris discipulorum animis insevit, 432. Multa novit et adeuntibus potest impertire, 241. Sanctus Basilius veram charitatem in Cappadocia desiderat, 182, 229. Pro pace vitam libenter profundat, 182, 229. Pacem veram requirit, quam Dominus reliquit, 219. Charitatem et communionem libenter fovet cum remotis episcopis, 181, 182, 243, 254, 260, 284, 392. In tristitia degit quod Ponti episcoporum sibi charitas desit, 299. Servum se Christi esse non posse putat, nisi pacem cum omnibus, quantum in se est habeat, 300. Paulinum ejusque amicos, ut fratres et domesticos fidei agnoscit, 321. De Paulino nonnulla audivit, 394. Sed fidem non adhibuit, quia non stabat accusatus coram accusatore, 394. Neminem accusat, charitatem cum omnibus habere cupit, 321. Sed Meletium nunquam deserere possit, 321. Pacis conciliator esse semper optavit, 393. Re infecta moreret, sed nemini succenset, 393. Scit enim pacis bonum jamdudum esse sublatum, 393. Nemini concedit qui pacem magis diligat, 245. Totus in eo est, ut pacem conciliet, nec sua culpa noxii quidquam populo Dei eveniat, 217. Nulla a Basilio major minorve dissidii causa, 377. In Basilio nulla habitat invidia, 86. Privatas habet cum nemine contentiones, 246. Nec in quemquam accusationibus præoccupatus est, 246. Molesta illi fratrum disjunctio, 382. Sed in his ferendis exercitatus est ab Eustathio, 382. Sollicitus de pace Ecclesiarum, 413. Basilio multi in patria amici et cognati, 114. Multi importune litteras commendatitias efflagitant, 114. In parentis loco constitutus sibi videtur ob presbyteri dignitatem, 114. Optat ut sibi liceat apud suos gloriari ob impetratam reis veniam, 203. Paratum est periculum eorum qui persecutionem patiuntur, 390. Interponit se ut negotia inter cives componantur, 422. Negotiorum inexpertus est, 112. Basilium pudet eos, qui ad se confugiunt, juvare non posse, 166. Civitatem universam hortatus est ad reliquum auri comparatitii ex symbola solvendum, 180. Basilium detinent occupationes, quominus sæpe amicis scribat, 97. Libenter cedit, ac in amicitia vinci idem valere existimat ac vincere, 158. Amicum existimat sapientem virum, etiamsi nunquam viderit, 156. Basilio amatoria evenerat quædam affectio in animas amicorum, 214. Cum multis insignibus viris eum conjungit accepta ex auditu cognitio, 176. Nullo eorum, qui amicitiæ laude spectati sunt ignobilior, 419. Nunquam in amicitia peccasse deprehensus, 419. Præterea mandatum habet charitatis a Deo, 419. Sua vocat, quæ amicorum sunt, 176, 419. Amicitiam cum aliis virtutibus did cit, 176. Velut in trutina, jucundis molesta opponens, melioribus inclinat, 382. Multos dilexit a prima ætate usque ad senium, 418. Facilis ad credendum, iterum deceptus diffidit, 152. Obtrectationes sine examine non admittit, 102. Imitatur Alexandrum qui calumniam patienti alteram auream reservabat, 105. Propria experientia cognovit quanta sit ad calumniam proclivitas, 340. Maxima crimina esse docet oblivionem amicorum et contemptum ex potestate ortum. 150. Ingenue judicat de scriptis amicorum, 227. Imminente exsilio dolet quod ab amicis non invisatur, 213. Vitam miseram et fugiendam putat ab amicorum consuetudine separatam, 214. Precibus remunerat eos a quibus beneficii accipit, 114. Basilium pudet non puræ amicitiæ, sed utilitatis causa scribere videri. 176. Culpam semel dimissam non vult commemorare, 496, 218. Acceptas ab amicis injurias in tempus rejicit, 104. Nihil eum rerum humanarum percellit, 103. Nihil ei novum, 412. Nullius ei hominis immutatio inexspectata, 103. Contumelias silentio premit, 207. Precatur calumnias Eustathii discipulis a Domino non imputari, 210. Non quæ ab hæreticis, sed quæ ab unanimis accidunt, mœrorem afferunt, 412. Ne hæc ipsa quidem inexspectata eo quod sæpe accidant, 412. Cura illum non enarrabilis Ecclesiarum detinet, 413. In afflictionibus opem ei celerem præstat Dominus, 319. Ejus dolor ob exsilia episcoporum, 287. Ex malis Ecclesiæ, 113. S. Basilius a teneris Gregorii doctrina imbutus ab avia Macrina, 306. Dum peregrinatur, ubique fidei defensores sequitur, 306. Nunquam ullus sermo fidei contrarius in ejus cor intravit, 306. Si quos Arii discipulos in communionem suscepit, peloquentes suscepit, 306. Basilii fides nunquam mutata, 338. Accepta a teneris principia creverunt, ut semen; nunquam mutata, 338. Acceptam a decessoribus suis traditionem, ut paternam hæreditatem servabat, 60. Similis secundum essentiam probat, si addatur *citra ullam differentiam*, 91. Secus vero non probat, 91. Consubstantiale profitetur ut minus fraudi obnoxium, 91. Arianos pariter et Anomæos anathematizat, 349. Ingemiscit quod contra duos pugnare cogatur, 315. Hinc Anomæus, illinc Sabellius, 315. Basilii fidei nullum probrum inuri potest, 310. Plures in unaquaque Ecclesia veritatis testes, 310. Frustra in eum somnia figuntur, 310. Scire cupit quinam in quaque Ecclesia sani sint, ut sciat quibus scribendum sit et in quibus acquiescendum, 405. Ab Evippii communione discessit, 219. Suam Eustathio communionem non vult dare, nisi is aperte communionem cum hæreticis caveret, 219. Fermenti heterodoxorum particeps esse non vult, 385. Nunquam cum Eusebio et Meletio communicasset, si illos in fide claudicantes vidisset, 415. Precatur, ut inter septem mille viros numeretur, qui genua non Baal non incurvavere, 248. Vitam et incolumitatem nequaquam anteponendam veritati, 44. Basilio nihil antiquius veritate

Digitized by Google

c propria securitate, 583. Terram optat sibi dehiscere, ıendacii et fraudis probriis aspersus, 152. Non facile uémquam mentiri suspicatur, 150. Millies mori mallet, uam judicem corrumpere, 228. Non potest cum simula- ione ad aram Dei accedere, 219. Tacere non potest in ernicie animarum, 312, 315. Accusatur quod noxas con- cribat, 104. Quod Spiritum Patri præferat, 588. De Spi- itu illius doctrina accusatur ab Eustathio, 348. Basilii cripta pro Filii et Spiritus sancti divinitate, 104. Metuit ıe quis hæreticus scripta sua sub Basilii nomine ediderit, 04. Optat ut hæretici mansuescant · sed si efferati pror- us sunt, non ei molestum est pro fide affligi, 64. Statuit xtra ecclesiastica esse tela, ut imparatus adversus ea uæ struuntur ab adversariis, 228. Basilius veluti scopulus n mari prominens hæreticos fluctus excipit, 300. Anomœi ellum inferunt, 319. Insidiantur Pneumatomachi, 319. llius anima quæritur, 246. Sed non ideirco de studio Ecclesiis debito remittet, 216. Basilium adoriuntur Pneumatomachi quod gloriam dicat Patri et Filio cum Spiritu sancto, 3. In eum conglomerati insurgunt, 64. Cum eo inimici ut lupus cum agno contendunt, 277. Tres leos affingunt, 277. Mox Sabellianismi nomine accusant, 277. Basilius silere voluerat, 66. Sed eum retraxit charitas, c excitavit Amphilochii igneus charitatis fervor, 67. Spe- at opus suum non proditurum in vulgus, 67. In Basilium uriis incensi Pneumatomachi, 21. Sed latere non patitur Basilius fidem ab illis impugnari, dum sibi bellum inferunt, 21. Statuit de veritatis defensione nihil remittere, 21. Non leterret hostium nubes, 67. Fixa spe in præsidio Spiritus, eritatem cum omni fiducia annuntiavit, 67. Pneumato- nachorum contumelias indigne non fert, 10. Nisi doleret ıb eorum exitium, gratias illis haberet ob conciliatam ibi beatitudinem, 10. Pneumatomachis novator appella- ur, ac omnibus conviciis appetitur, 10, 63. Basilio hæc nolesta sunt; sed etiam si ignis ardeat et enses acuantur; ıon ideirco deseret traditionem, 63. Quandiu respirabit, tatuit nihil omittere ad ædificationem Ecclesiarum, 302. Basilium Ariani ad synodum vocare statuerunt, eumque ut communicatorem habere, aut ejicere, 366. Viribus uis altius esse existimabat fidei Nicænæ aliquid ad- ere ad comprimendos Apollinaristas, 393. Basilium ion pudet in minimis rebus theologicis operam insu- nere, 3. Præclarum existimat, vel minimam earum ignitatis partem assequi, 3. In mininis verbis certamen idet maximum et spe præmii non detrectat laborem, 5. Basilii summus dolor, ubi audit præter mala ab Arianis orta, aliam prodire de Incarnatione novitatem, 01. Docuit rerum infelix status nihil ægre ferre, 163. Sanctus Basilius non contentionis aut gloriæ studio eribit, sed ad fratrum utilitatem, 86. Videretur sibi ericulum proditionis incurrere, si non de Deo consu- entibus responderet, 80. De rebus divinis interrogatus audet et gratulatur interroganti, 247. Oratione suavi lucitur, ut apes tinnitibus, 448. Basilio non est otium le- endi scripta recentiora, 378. Ne in Scriptura quidem sa- is laboris impendere potest ob corporis infirmitatem, 78. Basilium contractæ sordes ex vulgari sermonis usu leterrent, quominus sophistas alloquatur, 97. Negat se licendi facultate præditum esse, 393. Nam vana quidem eliquit, sed nondum idoneum habet usum veritatis do- matum, 393. Non tutum existimat res magni momenti ıteris committere, 172. Multa in litteris scribere non udet, quæ bajulo relinquit narranda, 151. Videtur sibi d omnia segniter se habere, 226. Tantum abest ut scri- ere possit, quantum fere ut valeat, vel ferietur, 227. Basilii dolor quod quidam episcopi sibi subditi ordinare retio dicantur, 147. Minatur illis depositionem nisi desi- ant, 147. Basilii summa religio in electione chorepisco- orum, 428, 429. Antiquam in recipiendis pagorum mi- istris disciplinam renovat, 148, 149. De interrogatis Am- hilochii nunquam sollicite cogitaverat, 268. Rem dili- enter attendit, et si quid a senioribus didicisset, recor- latus est, 268. Per septem jejuniorum hebdomadas nocte t die sine intermissione Evangelium nuntiat, 477. Virgi- em famosis libellis læsam hortatur, ut se non ulciscatur, 27. Lites auctori injuriæ inferentem non vituperat, 428. leum judicibus eripere non fuit, 428. Statutum habet ıocentes magistratibus non tradere, nec traditos eripere, 28. Servos qui ad se confugerant, e supplicio eripere onatur, 167, 168. Jura sacerdotum defendit adversus nagistratus, 423, 426. Petit ut decenti modo advocetur b episcopis, 152, 155, 191. Non agnoscit episcopum ab hæreticis ad eversionem fidei ordinatum, 570. Declarat e non recepturum pace reddita eos quos ille ordinaverit, 70. Glycerium diaconum, qui cum virginibus fugerat, pe veniæ revocare conatur, 258, 259, 260. *Vide* indicem apitum *Vitæ sancti Basilii*, quem hic repetere superva- aneum.

Basilius Eustathii discipulus, 210.

Bassus, 183.

Batnæ, 224.

Beatitudo in Dei visione posita. Visio non est absque Spiritu, 33. Cœlum suscipit eos qui in Christo infantes moriuntur, 78. Qui moribus sunt doli expertibus, eamdem ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequuntur, 78. Beatitudo extrema est etiam Christus secundum Verbi considerationem, 85. Tunc enim mens nostra erigitur ad beatam sublimitatem, cum Verbi unitatem et monadem contemplatur, 86. Sed secundum Incarnationem Christus non est extremum bonum desiderabile, 85. Quorum nunc umbras videmus tanquam in speculo eorum archetypa vi- debimus, 89. Beati non dicendi qui vivunt, 472. Beatos Basilius appellat mortuos, 160, 174, 245, 321, 339, 345, 394, 406.

Bellum. In bello fortiter gesta a sanctis viris, per Spi- ritum sanctum gesta sunt, 33. Cædes in bello factæ olim pro cædibus non habebantur, 275. Suadendum putat Ba- silius ut per tres annos a sola communione abstineant, 275.

Benedictio est sanctificationis communicatio, 294.

Beneficio majori afficitur is qui dedit, quam qui acce- perunt, 265.

Berisi pagus quidam, 179.

Berœa, 267. Berœensis Ecclesia scribit Basilio per Acacium presbyterum, 355. Ibi cleri accurata agendi ra- tio, populi concordia, magistratuum magnanimi mores, 353. Hujus Ecclesiæ labor in persecutione toto orbe cele- bratus, 334. Multas Ecclesias erexit suo exemplo, 334. Berœense monasterium statim post Pascha incendunt hæretici, 390. Igni tradunt labores monachorum, 590.

Bianor presbyter Antiochenus, 290. Juraverat coram infideli viro territus se sacerdotio non amplius perfuncturum, 290, 291. Iconium venit, 291. Censet Basilius eum in clerum suscipi posse, sic tamen ut pœnitentiam agat ob temerarium jusjurandum, 291.

Blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis, 59, 269, *Vide* Spiritus sanctus.

Boethus, 183.

Bona primaria et maxima, dilectio Dei et proximi, 90. Bona non sunt natura divitiæ, gloria et sanitas, 364, 497. Quatenus bonos non reddunt possessores 364. At contra- riis magis eligenda sunt præposita, 364. Bonum æternum, una res expetenda, 421. Boni initium recessus a malo, 472. Boni quidquid facimus, nobis ipsi colligimus, 244. Duplici pœna dignus qui malum facit boni prætextu, 474 Boni communio, 326, 330.

Bosporius episcopus, 143, 144. Monet Basilium de ca- lumniis ipsi inflictis, 143. De Basilio dedocet canonicas et Basilium de canonicis, 144. Eadem in illo ac in Basilio fides et sententia, 145. Basilii communicatoribus adjun- gitur, 234.

Boves redeunte vere ad exitus spectant, 583. Bos illa- crymatur amisso socio, 583.

Bretannius, 208.

Briso vir bello clarus, 439. Subito ereptus vita in ipso ætatis flore, 438, 439. Illius jacturam totum fere impe- rium sensit, 438, 439. Hunc imperator desideravit, milites planxere, viri in maximis dignitatibus ut proprium fi- lium luxere, 438, 439. Illius uxorem consolatur Basilius, 438, 439.

Bruta animantia inter se consociantur : homines bellum cum necessariis et domesticis gerunt, 67. Futuris provi- dent, homines non item, 582. Bruta animantia naturalem amorem fetibus suis exhibent, 103. Bovem amisso socio illacrymantem vidit Basilius, 538. In animantibus elucet Dei providentia, 581, 582, 583. Cur nonnulla venenata, 583.

C

Cædis voluntariæ et involuntariæ discrimina, 272, 273. Cædes involuntaria undecim annorum spatio abunde pu- nita, 275. Moysis præcepta observanda in dignoscenda cæde involuntaria, 275.

Cæsarea de eruditis viris et omnibus bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur, 171. Non deerant cœtus eruditorum virorum et in foro colloquia, 169. At his omnibus eam spoliavit divisio Cappadociæ, 169. Intro- ducta Scytharum et Massagetarum insolitia, 169. Una vox eorum qui exigunt et a quibus exigitur, 169. Occlusa gymnasia, noctes non illustratæ, 169. Senatorum alii fu- giunt, alii Podandum abducti, tertia pars relicta ingemi- scit, 170, 171. Ipse civilis cœtus animo concidens per agros divagatur. 171. Cæsarienses magistratus plerique in agris, 180. Cæsarea metropolis, 94. Cæsariensis Eccle- sia sana est, ejusque percelebris pietas, 141. In Cæsa- riensi Ecclesia semper viguit fides Nicæna, 233. Cæsareæ

Digitized by Google

metropoli insidiati sunt Ariani, eamque zizaniis hæreticis complere voluerunt, 140. Iterum metuuntur illorum insidiæ mortuo Eusebio episcopo, 140. Multi insidiantur lupi, 252. Cæsariensis Ecclesia, scopulus in mari prominens, 300. Circa illam franguntur hæretici fluctus, nec ea quæ retro sunt, allunt, 300. Cæsariensi episcopo Armenia subjecta, 193. Cæsariensis episcopus Armeniæ episcopos ordinare solet, 212, 213. Cæsariensi Ecclesiæ traditæ sunt a sanctis regulæ, 219. Cæsariensis Ecclesiæ more prohibentur nuptiæ cum sorore uxoris mortuæ, 249. In Cæsariensi Ecclesia asservabantur litteræ Dionysii Romani, 165. Cæsariensis clerus ingens numero, 289. Clerici sedentarias artes exercent, non vero mercaturam, 290. Hinc non libenter peregre eunt, 290. Cæsareæ omnes clerici una vicarii voce curiæ traditi, 365. Cæsariensis episcopi auditu morte statim episcopi in urbem conveniunt, 254. In Cæsariensi Ecclesia non humanis verbis; sed oraculis Spiritus sancti placatur Deus, 311. Ejusdem Ecclesiæ mos psallendi et vigilandi, 311. Cæsareæ dies festus in honorem sancti Eupsychii, 263. Cæsareæ quotannis celebratur a tota vicinia festum sanctorum Eupsychii et Damæ et eorum chori, 263, 388. Cæsariensis Ecclesia Eusebii Samosatensis videndi et audiendi cupida, 142. Cæsariensi Ecclesiæ omnium bonorum antiquissimum videre Eusebium et audire, 236. Eam Basilius magna spe suspendit, promissa narrans Eusebii, 236. Cæsariensis populus, cum multos expertus sit, nullius vocem magis desiderat, quam Amphilochii, 263. Cæsariensis Ecclesia et Neocæsariensis olim inter se unum erant, 307. Frequentissime populus miscebatur, et e clero alii ad alios veniebant, 307. Pastores alter altero duce et magistro utebantur, 307. Prope Cæsaream insigne Ptochotrophium, 249. Cæsareæ mœnia vetustate collapsa, 300.

Cæsaria patritia, 186.

Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, 105 Basilii monita æquo animo solebat accipere, 103. Mirabiliter a Deo ereptus e periculo, 103. Moriens dixit: *Mea omnia vo'o esse pauperum*, 111. Mortui bona a servis compilata, 111.

Caini peccatum et pœna, 396, 397, 398. Cain immerito occisus putatur a Lamech, 399.

Calamitates cur eveniunt, 509.

Calcearium pretio vili sit, sed tamen aptum ad usum explendum, 74.

Calidis mortui non juvantur, 229.

Callisthenes, 166. De ejus lenitate et animi moderatione consentiebant omnium testimonia, 168. Is læsus a servis Eustochii, militem immisit, 168. Cum ad Basilium servi confugissent, scripsit eorum causa Basilius, 167. Callisthenes Basilium totius rei arbitrum ac dominum fecit, 167. Sed tamen cum jussisset servos eo abduci, ubi tumultum excitaverant; Basilius rogat, ut sibi vindicta permittatur, et miles revocetur, 167, 168.

Calumniator sibi ex ipso opere diaboli nomen accersit, 501. Nemo diabolus sit, sed accusator; imo nec accusator, sed frater in charitate arguens, 301. Ex calumnia maxime diabolus dignoscitur, 303. Nomen illi factum est peccatum, 303. Calumniator tres simul personas lædit, 304. Non videtur metuere judicium Dei, 143, 144. Res terribilis calumnia abduci sine argumentis, 104. Calumniæ vulnerant eos, qui aurem integram absenti non servant, 377. A calumniis aures custodire perfacile est, 349. Eorum qui calumnias in mentientium capita rejiciunt, magna merces in cœlis, 386. Noxiam opinionem ex hominum calumnia susceptam deponit Basilius, statim atque rem cognovit, 144. Calumniæ perferendæ ut ultio Domino permittenda, 143. Quæ a calumniatoribus proficiscuntur, nugæ interdum existimandæ, 165. Calumniæ silentio non prætermittendæ, 309, 571. Non ut nos ipsi ulciscamur, 309, 571. Sed ne deceptos lædi patiamur, 309. Calumnias effugere difficillimum, 102. Nullam ansam dare hominum est prudentum et piorum, 102. Qui calumniis appetuntur, non idcirco indigni sacerdotio, 417. Domini hostes magis confirmant eorum gradus quos impugnant, 418. Calumniæ quandiu ob dissensionem locum habent, necesse est suspiciones semper augeri, 134. Calumniam abominabatur Gregorius Magnus, 312.

Calypsus insula, 93.

Camelis præpositus, 247.

Campano numero aurum ponderatum, 124.

Campus in quem secessit Esdras, 129.

Cancri astutia in capienda ostrea, 570.

Candidianus annonam militarem administrabat in Cappadocia, 75. Is Basilio non pro sua dignitate scribebat, inter negotia litterarum studiis deditus erat, 75.

Canis. A cane rabido qui morsus est, videt canem in phiala, 357.

Canon. Cum canones Patrum negliguntur, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabuntur, 148. Canones Patrum pene obliteratos renovat Basilius, 148. Canonibus subjicere, idem ac penitus excommunicare, 426. Canones vulgati a Basilio, 417.

Canonica, 260, 646. Canonicæ, 144. Canonicæ non possunt matrimonium inire, 272. Suprum est earum conjectio, 272.

Canonicæ litteræ, 343.

Cantilenæ spirituales, 136. Molles fugiendæ, 571.

Cappadocia Scythiæ semina tribuit religionis, 233, 278. In Cappadocia frigus vitium gemmas succidit, 474. Cappadoces hiemem ita exhorrescunt, ut ex ædibus prospicere nolint, 141. Cappadocum animi timiditas et corporum torpor, 141. Pauci viarum periti, 290. Griten nivemque redolent, 439. Semper occinunt [illegible], 439. Cappadocum lingua vernacula, 63. Glorificant Deum cum sancto Spiritu, 63. Sic ex patrio more loquuntur, 63. Episcopi schisma conflant adversus Basilium, 142. Omnia doloris plena ob episcoporum in Basilium injuriam, 151. Inde læduntur Ecclesiæ, ac civitates et populi, 154. Cappadociæ divisio non minus noxia, quam si quis equum aut bovem in duas partes dividat, 169. Cappadociam, veluti Pentheum, Mænades quidam discerpunt, 168. Cappadocia solo æquata ob divisionem, 176, 198. Modestus præfectus humanum se præbet, 172. Perpauci qui civiles dignitates assequi possint, 209. Cappadocum paupertas, 179, 227. Cappadociæ præsides: anno 371 Therasius, 172. Anno 372 Elias, 187. Eodem Maximus, 192. Antipater anno 373, 228 Cappadocia per somnium ditata, cito spoliata præstantissimo præside Elia, 190 Cappadociæ secundæ episcopi Basilium prorsus negligunt, 192. Cum his Basilius congressurus, 192 Cappadocia casui proxima, ad quam sustentandam Basilius invitat Eusebium, 192. Cappadociæ episcopi Basilium non adjuvant, 254. Monere eos et per litteras et coram non desinit, 254. Præsentem reverentur, ubi discesserit ad ingenium redeunt, 254. In Cappadocia veram charitatem desiderat Basilius, 229. Cappadox quidam Libyæ dux a sancto Athanasio excommunicatur, 153. Cappadociæ episcoporum nomine scribit Basilius ad Ponti episcopos, 302. Prædicit Basilius persecutionem aliquando in Cappadociam perventuram, 158 In Cappadociam serpit persecutio iis quæ circa illam sunt jam eversis, 335. Antea fumus tantum e vicinis ecclesiis lacrymas movebat, 335. Cappadociam et vicinas regiones persecutionis vastat incendium, 384.

Capralis incolas, ut omnino afflictos et pauperes commendat Basilius, 442.

Carmelus, 129.

Carnis cura gerenda, sed ita ut non insolescat, 539.

Carrhi, 390.

Castitatis amator a Josepho actiones temperantiæ plenas ediscit, 73 Castitatis gloriatio, 134.

Catalogus ministrorum in pagis, 148, 149.

Cathari vocantur Novatiani, 268, 270.

Causæ multiplex divisio apud philosophos, 5. Causa omnium rerum causæ Deus Pater, 117.

Ceades Laconicus, 169.

Censitor, 424. Nec potentiam formidare debet, nec paupertatem contemnere, 435. Ad censitoris munus gerendum hortatur Basilius amicum, 435. Censitorem rogat ut tributis monachos eximat, 425. Censitor Galatiæ, invitus ad hoc munus adductus, 443, 444. Censuum recordatio diu servatur, 444. Censitoris munus aptum ad morum probitatem demonstrandam, 444. Idoneum exhibendo humanitati, 176. Ex censibus magna hominibus lucra et detrimenta, 443.

Cephallenii, 237.

Ceræ, Ponti munuscula, 430. In cera scribere, 72.

Cerebellorum involucra temulenta, 317.

Chalcedone, 340.

Chalcidensis Ecclesia persecutionem constanter sustinet, 333. Omnes unus sunt in Domino, 335. Hinc adversariis facti superiores, 335

Chamanene, 176.

Chanaan servit fratribus, quia indocilis erat ad virtutem, imprudentem habens patrem, 45.

Charitas primus fructus Spiritus, 158, 260 Nota et character Christianorum, 150, 153, 243, 299, 305. Pretiosissima omnium rerum, 300. Qui charitatem habet, Deum habet, 483. Donum est Spiritus sancti, 223. Dei dilectio quomodo comparanda et servanda, 483. Primaria ac maxima bona, dilectio Dei et proximi, 90. Deus ob beneficia diligendus, 483. Sine charitate manca est cujusvis præcepti observatio, 308. Charitas legis complementum, 303, 349, 483. Sine charitate perfici non possunt singula quæ enumerantur a Paulo, 303. Sed hyperbolæ figura utitur, 303. Charitatem Paulus omnibus bonis præfert, 305. Antiqua dilectionis forma in Ecclesiis, 284. Charitatis antiquæ leges, 163. Nihil jucundius quam homines ma

Digitized by Google

guo intervallo sejunctos videre charitatis vinculo in unam membrorum harmoniam in corpore Christi colligari, 163. Non locorum vicinitas, sed animorum conjunctio necessitudinem facit, 371. Charitas remotissima quæque conjungit, 301. Licet iis qui longe distant vicinis esse spiritu, 288. Non locorum intervalla disjungere debent, sed Spiritus communio in unius corporis concentum conjungere, 181. Uniuscujusque fratrum auxilio magis indigemus, quam manus altera alterius ope, 191. Ex ipsa corporis constitutione docet Dominus societatem esse necessariam, 191, 484, 485. Dispensationem Dominus suscepit, ut per sanguinem sive terrestria, sive cœlestia pacificaret, 191, 484, 485. Bonus thesaurus repositus iis, qui omnibus egentibus operam suam præbent, 205. Charitatem amicis mutuo dat Basilius, eamque cum fenore recipere vult, 210. Charitatis debitores sumus, 419. Qui charitate carent, supra humanam mensuram afferuntur, et inaudita facinora committunt, 223. Cavendum ne sol occidat in fratris iracundia, 101. Proditionis periculum est, si non libenter de Deo dentur responsa his qui Dominum diligunt, 80. In charitate gaudendum ob fratris recte facta, dolendum ob vitia, 100. Charitas nunquam excidit, nam dejici non potest, qui se per charitatem proximo submittit, 158. Oportet unumquemque ei, qui adversum se aliquid habet, mederi, 100. Charitatis indicium scribere et per fratres invisere, 392. Nemo ex minimis contemnendus, 154. Nec species adhibenda nec membri motus qui tristitiam afferat fratri, aut contemptum indicet, 100. Patiente uno membro patiuntur omnia, 371. Charitatis summa fames in Oriente, 182. Orientales proprium bonum existimant concordiam Occidentalium, 181, 372. Omnes ex æquo diligendi, 484, 485. Nefas in monasterio alium præ alio diligere, 485. Etiamsi frater aut filius aut filia, 485. Basilius non indignatur solum ob acceptam injuriam, sed etiam futuræ securitati consulit, 76.

Charonia, 169.

Chilo, 125.

Chorea circa Deum angelica, 136.

Chorepiscopi nomen episcopis Basilio subditis datur, 147. Choropiscopos omnes convocat Basilius ad festum S. Eupsychii, 235. Chorepiscopus plures pagos regit, 235. Ptochotrophium in horum pagorum aliquo gubernatur a chorepiscopo, 235. Chorepiscopos Basilius revocat ad antiquam ministrorum eligendorum formam, 148. Chorepiscopi quomodo eligendi, 428, 429. Basilius caupo sibi esse videretur, non dispensator, si in illis eligendis gratiæ aut timori aut precibus cederet, 428. Unusquisque dicto testimonio debet a contentione abstinere, 429.

Chosroes episcopus, 183.

Christianus non ex vestimenti forma, sed ex animi habitu dignoscitur, 200. Christianis propositum est ut Deo similes efficiantur, 2. Christiani nomen non prodest iis qui Christum ignominia afficiunt, 296. Non Christiani nomen nos salvos facit, sed propositum et vera dilectio, 592. Christiani sumus per fidem, 21. Christianorum nota et character charitas, 150. Christianæ victoriæ lex, ut qui minus habere non recusat, coronetur, 284. Christiani ad Orientem versi precantur, 51. Christiani proposito convenit simplex ac minime elaboratum scribendi genus, 226. Christiana libertas non emancipata est exilibus profanorum observationibus, 5. Christiani illud *ex quo*, non, ut philosophi, materiæ proprium attribuunt, sed sæpe ad principem causam referunt, 5. Christianus idem sonat ac monachus, 99.

Christus variis nominibus vocatur pro varia considerandi ratione, 14, 86. Christi appellatio, totius est professio, 23. Christus ipsa justitia et a materia secretus, 87. Christi divinam naturam exprimit nomen Filii quod est super omne nomen, 14. Item cum dicitur verus Filius, unigenitus Deus, virtus Dei et sapientia et Verbum, 14. Christum, qui est vera sapientia, nihil latet, 84. Omnia enim fecit, nec ipsi homines ignorant quæ fecerunt, 84. Quod hic est per imitationem imago, hoc illic natura filius, 38. Omnia quæcunque voluit in cœlo et in terra, 87. Si Christus creatura non est, Patri consubstantialis est, 87. Christi nomen, quod est super omne nomen, hoc ipsum est quod Filius Dei dicitur, 315. Blasphemia episcopi Neocæsariensis dicentis nomen Unigeniti traditum non esse, sed adversarii, 315. Christus in generatione septuagesima septima ab Adam, 399. Fabri filius, 84. Dispensationem suscepit, ut per sanguinem suum, sive terrestria sive cœlestia pacificaret, 191. Caro Deifera ex Adami massa, 402. Quæ circa Christi in carne adventum dispensata sunt, per Spiritum sanctum facta sunt, 33. Christi carni adfuit Spiritus sanctus, factus unctio et inseparabiliter conjunctus, 53. Individe adfuit in omni actione, miracula edenti, tentato, resurgenti, 53. Christus ab Apostolo nunc quidem consideratur ut a Patre gratiam in nos transfundens, nunc autem ut nos per seipsum concilians Patri, 14. Qui sensu lumen et judex et resurrectio, 16. Quo sensu pastor, rex, ostium, via, etc., 14. Quo sensu sponsus et medicus, 15. Christus rex et sacerdos, 362. Non sedit in throno corporeo, 363. Sed thronus Davidis, in quo sedit, regnum est eversioni nulli obnoxium, 363. Omnia ad humani generis medelam spectantia percurrerat, 401. Deinde suum nobis adventum largitus est, 401. Si Christi caro cœlestis, nihil opus fuit sancta Virgine, 402. Si Christi adventus in carne non fuit, redempti non sumus, 402. Naturales affectus suscepit, vitiosos non item, 405. Christo exprobrant hæretici, quod ipsorum causa factus est mortuus, ut eos a morte liberaret, 84. Perabsurdum est de Christo exiliter sentire ob ejus in nos beneficia, 15. Magis admiranda ejus potentia et humanitas, quod se ad nos dimittere potuerit, 15. Illius potentiam magis commendat incarnatio et mors quam totius mundi creatio, 15. Illius incarnatio non est servile ministerium, sed voluntaria sollicitudo erga figmentum suum, 15. Per Christi præsepe, cum essemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 84. Christus Patre minor quia incarnatus, 84. Christi regnum esse ferunt omnem materialem cognitionem : Dei vero et Patris immaterialem, 85. Christus est extrema beatitudo secundum Verbi considerationem, 85. Sed secundum crassiorem doctrinam et incarnationem non est extremum bonum desiderabile, 85. Hinc ignorare dicitur diem et horam, 85. Eodem sensu dicit : *Pater major me est, et non est meum dare*, etc., 86. Hinc etiam dicitur regnum tradere Deo et Patri, 86. Est enim primitiæ non finis secundum rudiorem doctrinam, 86. Non ignoravit diem et horam, 360, 361. Futurorum cognitionem ad Patrem refert, 361. In omnibus primam causam hominibus demonstrat, 361. Si quis tamen ignorantiam illam referat ad eum qui omnia per dispensationem suscepit, non impius erit, 361. Admirationem eorum quæ gerit, refert ad Patrem, ut nos perducat ad Patrem, 17. Horæ et diei ignorationem præ se fert ob nostram infirmitatem, 84, 85. In Actis apostolorum excipit semetipsum ex numero eorum qui diem et horam ignorant, 85. Multa disserit ex humana parte, 361. Velut cum ait : *Da mihi bibere*, 361. Is enim qui petebat, non erat caro inanimata, sed divinitas carne animata utens, 361. Quod ait Christus nihil se posse facere a semetipso, id probat eum esse consubstantialem Patri, 87. Nulla enim creatura rationalis quæ non possit facere aliquid a semetipsa. 87. Res adversas quæ nobis accidunt, suas proprias facit ob suam nobiscum societatem, 87. Christus non secundum essentiam creatura, sed secundum dispensationem factus via, 86. Christus petra figurate, 26. Christi sanguinis figura sanguis pecudis, 26. Christi figura Adam, 26. Christi patientis figura serpens super vexillo positus, 26. Christi precationem oportet ad finem perduci ac impleri, 86. Christus verus ac magnus episcopus, qui totum orbem miraculis suis implevit, 143. Reddidit gratiam, quam ex Dei afflatu acceptam amiseramus, 34. Multiplicem beneficentiam ob divitias bonitatis egentibus præstat, 14. Varia auxilia unicuique creaturæ dimetitur, pro varietate eorum qui juvantur, 16. Per Christum omne animarum auxilium est, 15. Christi potentiæ vivificæ figura aqua manans e petra, 26. Christus omnia facit, contactu virtutis ac voluntate bonitatis operans, 16. Ad Deum nos adduxit, nosque Deo asseruit, 13. Bona est via, exorbitationis errorisque nescia ad Patrem perducens, 16. Per Christum et in Christo gratia efficitur, 13. Christi tota dispensatio, revocatio est a lapsu, et reditus ad familiaritatem Dei, 28. Christus quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat, 16. Magnus animarum medicus, et omnium peccatis servientium promptus liberator, 139. Quavis arce firmius propugnaculum fidelibus, 15. In ruinam et resurrectionem, non quod causas cadendi aliis præbeat, aliis resurgendi, 400. Pro Christo patri dulce et mori lucrum, 96.

Cibus. In cibo et potu voluptas non quærenda, 99. Ventris satietate decipi non oportet, 101.

Ciconia docet parentes fovere, 586. Ciconiæ eodem tempore omnes ædificant, et sub uno signo omnes discedunt, 581. Cornices ipsas stipant, 581.

Cilicia. In Cilicia multi Ariani, 161.

Cilicio corpus lancinatum, 155.

Cingulum tunicam ita astringat, ut nec ilia exsuperet, nec nimis laxum sit, 74.

Circumscriptum est non solum quidquid loco continetur, sed etiam quidquid scientia comprehendi potest, 282.

Civis. Ut civis status integer retineatur, liberi homines nihil intentatum relinquunt, 238.

Civitas. In civitatibus magnis noctes illustrari solitæ, 169. Civitas in solitudinem mutata, 170.

Cleanthes aquam mercede hauriebat e puteo, unde et ipse victitabat, et magistris æra solvebat, 76.

Digitized by Google

Clemens Romanus, 61. Ejus testimonium de Trinitate, 61.
Clementia et magnanimitas quomodo conjungendæ, 73. Satis est supplicii viris potentibus, cum iis qui læsere metum incutiunt, 204. Sic et in ulciscendo et in servando magnanimitatem ostendunt, 294. Quidquid ultra adjiciunt, iram explent, 205.
Clerus urbis et paræciæ, 370. Clerus tanquam caput in summitate positum subjectis membris providet, 335. In clerum multi militiæ metu semetipsos conjiciunt, 148. Clerum Neocæsariensem hortatur Basilius, ne populum Dei ab episcopo in errorem induci patiatur, 310 Clerus mortuo episcopo scribit ad episcopos provinciæ, 141. Clericorum alii in gradu, 325. Alii permanent in ministerio, quod manuum impositione non datur, 325. Clerici episcopo ministrantes, 110. In pagis ministri omni diligentia probari solebant, 148. Presbyteri et diaconi eos examinabant, et ad chorepiscopum referebant, qui testibus auditis et admonito episcopo eos recipiebat, 148. Cœperunt chorepiscopi totam rem sibi attribuere, postea presbyteris reliquerunt, 148. Basilius hunc abusum abrogat, laicum fore declarat, si quis sine suo judicio recipiatur, 149. Inter laicos rejicit eos qui a presbyteris post primam indictionem recepti eorumque denuo examen fieri jubet, 149. Ministrorum catalogum in singulis pagis ad se mitti jubet Basilius, 149. Ac ipsos etiam chorepiscopos eumdem catalogum habere, ne quis seipsum, cum voluerit, inscribat, 149. Antequam ministri sive subdiaconi reciperentur in pagis, sedulo inquirebatur, an juventutem suam ita frenarent, ut sanctimoniam exercere possent, 148. Basilius canonem Nicænum exsequitur : vetat ne cum viris habitent mulieres, 149. Presbytero septuagenario edicit, ut mulierem ejiciat ex ædibus, secus depositionem minatur, atque ipsam excommunicationem, si citra emendationem sacerdotium sibi vindicet, 149, 150. Etiamsi nihil libidinose fiat, offendiculum fratri ponendum non est, 149. Tanto magis huic legi parendum, quanto quis liberior est a libidine, 149. Clerici Cæsarienses exercent sedentarias artes, 290. Non facile reperit Basilius, qui suas litteras perferat, 290. Presbyter in Ecclesia Cæsariensi labore manuum vivens, 174. Glycerius ad manuum opera habilis, ordinatur a Basilio diaconus, ut presbytero ministret et opus ecclesiæ curet, 258. Clericis concessa immunitas præcatores multos imperatoris familiæ conciliat, ac ipsis rebus publicis prodest, 199. Clericos vetus census immunes reliquerat, 198. Censitores, ut nullo accepto mandato a præfecto, eos recensuere, 199. Petit Basilius a præfecto ut antiqua consuetudo servetur, 199. Sic tamen ut remissio in personas clericorum non conferatur, sed judicio episcopi dispensanda committatur, 199. Clerici Cæsarienses, et qui Sebastiæ communicabant cum Basilio addicuntur curiæ, 565.
Clinias, 549.
Cœlum divinitatis velum extendit Deus ne pereamus, 555. Cœlorum regnum nihil aliud quam eorum quæ sunt contemplatio, 89.
Cogitatione prima cohibendus ad malum impetus, 503. Cogitatio Dei semper animo observari debet, 523. Nemo malum cogitabit aut perficiet, si Deum ubique præsentem adesse credat, 524.
Cognitio multis modis intelligitur, 357. Cognitio multiplicis generis, 359, 360. Cognoscere seipsum difficile, 576. Cognitio omnis materialis Christi regnum esse dicitur : Dei autem et Patris, cognitio immaterialis et contemplatio divinitatis, 85. Cognitionis intervalla a sole intelligibili facta, 86.
Colloquium cum unanimis solatium est omnis mœroris, 266.
Colonia in Armenia a viis publicis dissita, 286, 351. Coloniensis Ecclesia mœret discessu Euphronii episcopi sui, 350, 351. Quidam minantur se abituros ad publica subsellia, 351. Et res commissuros inimicis Ecclesiæ, 351. Magistratus Colonienses de rebus ecclesiasticis ut de proprio negotio solliciti, 351.
Colonia locus ubi constitutus cum Eustathio congressus, 218. Hujus loci dominus Basilius, 377. Ibi conventus episcoporum designatus, ut pax cum Eustathio fieret, 377.
Colores cærulei ac virides recreant oculos, 113.
Columbæ quanam arte capiuntur. 92.
Comanici fines, 309.
Comes Ponticæ, 426. Consentit Basilius ut Commentariensis ad eum referat de quodam negotio, 426. Comes rei privatæ, 440. Comes thesaurorum, 111, 112.
Commendans amicum Basilius postulat, ut, si nihil peccavit, veritatis beneficio salvus sit : si quid peccavit, id sua supplicantis causa remittatur, 203.
Commentariensis, 425. Contendit forum in ecclesia comprehensorum receptionem ad se pertinere, 425. Negat Basilius, 425.
Communibus rebus cadentibus, privatæ simul pereunt, 227.
Eustathius Sebasthenus, 183. Discipulus Arii et magister Aetii, 224, 340, 378, 405. Hermogeni offert confessionem fidei, 381, 406. Ad Eusebium se confert, 381, 406. Inde pulsus in patria iterum se purgat, 406. Episcopatum forte adeptus statim Ancyræ anathematizat consubstantiale, 406. Inde Seleuciam, 406. Constantinopoli assentitur hæreticis, 406. Deponitur, quia prius Melitinæ depositus fuerat, 408. Depositus a quingentis episcopis, 380, 386. Non acquiescit, quia eos Spiritus sancti participes esse negabat, 380. Eos contendit episcopos non esse, sed hæreticos, 346, 387. Litteras adversus Eudoxium ad omnes fraternitates mittit, 346. Horrendæ illius in Euippium prædicationes, 387. Presbyteros et diaconos in Ecclesiis Amaseæ et zelorum ordinavit, 347. Ex Dardania rediens, altaria Basilidis evertit in Gangrenorum regione, 347, 387. Suas ipse mensas posuit, 347, 387. Elpidium segregavit ob ejus communionem cum Amasiensi episcopo, 387 Cum tomo ab Eudoxii factione composito subscripsisset, concionem habuit fraudem deplorans, 379. Hoc remedium inventum, ut Romam se conferret, 380, 406. Quænam ei proposita a Liberio, nescitur, 406. Nisi quod epistolam attulit quæ eum restituebat, 348, 379, 406. Qua oblata susceptus a synodo Tyanensi, 348, 379, 406. Videbatur mendacium aversari, et debilium infirmitates portare, 224. Mendacium, ut horribile quiddam, in minimis rebus aversari videbatur, 194. Veritatis amicus esse, 359. Pro quolibet anima laborans, maxime vero pro Basilio, 172. Mittit Eleusinium, qui Basilium pro fide certantem adjuvet, 173. Videbatur majus quidpiam esse quam ferat humana natura. 319. Maxima quæque ei crediderat Basilius, 319. Videbatur invigilasse sibi usque ad senectutem, 79. Cum de fide cum Basilio consensisset, ferebatur statim affirmasse discipulis, se cum Basilio nulla in re consentire, 194. Negat Basilius hanc suspicionem in eum cadere, 194. Eustathii dissimulationis profundum, qui se omni tempore Basilio insinuaverat, 222. Eustathii duo discipuli Basilius et Sophronius e domo Basilii illiberaliter fugiunt, 211. Contumeliis Basilium vexant, crimina in eum contexunt, 210, 211. Magnum inde scandalum in civitate, 210, 211. Non tamen disrupta omnino amicitia Basilium inter et Eustathium, 338. Eustathio formulam Nicænam Basilius subscribendam proponit, his additis quæ ad Spiritum sanctum pertinent: subscribit Eustathius, 217. Indicitur aliud tempus et locus congrediendi cum episcopis, 377. Non adest Eustathius quamvis promisisset, 377. Epistola ejus nomine affertur scripta perfunctorie, 378. Mittit Theophilus Cilix aliquem ex suis qui convicietur sancto Basilio, 378, 382. Pacem Basilium inter et Eustathium Eusebius componere conatur, 218, 219. Paulo post Eustathius in Ciliciam vadit, 378. Ibi Gelasio cuidam fidem Arianam exponit, 222, 344. Redux communionem Basilio renuntiat, 278. Postea litteras ad Dazimam quemdam vel potius ad omnes homines mittit adversus Basilium, 223, 379. Accusabat Basilium blasphemiæ in Deum, 223, 339. Epistolam Basilii adulteratam proferebat, 343. Huic epistolæ verba Apolinarii hæretica subjecerat, ut Basilius auctor esse videretur, 220, 223, 319, 343. Querebatur quod a se Basilius per dolum elicuisset fidei formulam, 379, 386. Superbiæ accusabat quod non recepisset suos chorepiscopos, 347. Vera dissidii causa, studium placendi Euzoio, 341, 347, 387. Per Arianos restitui in episcopatum volebat Eustathius, 387. Hinc medius videri volebat, 219. Populi metu aperte fidem negare non audebat, 219. Reordinare ferebatur, 222. Eustathii erroris ulcus detegunt presbyteri Sebasteni et ab ejus communione discedunt, 230, 365.

Eustathius facile in contraria vertitur, 344. Illius norma, fidei verbis pro tempore alias aliis uti, 348. Ut medici ad varios morbos se accommodant, 348. Compendii causa omnia facit, 387. Semper ad potentiores transfugit, 346. Compendii causa accusat aut laudat, 347, 387. Omnium inconstantissimus circa fidem, 381. Non in verbis inconstantior quam in factis, 380. Variæ illius fidei formulæ, 381, 382. 388. Calumnias non retractat, 336. Nova opera et facto agmine conatur Basilii vitam affligere, 336. Eum probabile est Basilii defensionibus irritari, 349. Et graviora in eum machinari, 319. Dazimonem perturbat, ac multos a Basilii communione abstrahit, 321. Ludi Eustathii contra Ecclesias, 387. Cyzici fidem Nicænam eandem-

Digitized by Google

nat, 348, 380, 406. Homoousiastas vocat eos qui illam sequuntur, 348, 380, 406. Cum iis est qui consubstantiale anathematizant, 406. Conjungitur cum hæreticis, 346. Ancyræ cum illis communicavit in domibus, 347. Nondum enim publice ab illis receptus, 347. Pneumatomachorum hæresis dux est, 406. Novitatis accusat doctrinam de Spiritu sancto, 348. Quos episcopos esse negaverat, ab his ordinatos suscipit, 380, 385, 387. Eos accersit Sebastiam, 380, 385, 387. Non tamen in eorum communionem restitui potuit, 381. Cum agmine Arianorum venit Nicopolim, ut det illis episcopum, 366, 387.

Eustathius chorepiscopus, 347.

Eustathius Himmeriæ episcopus, 266. Is de exsilio Eusebii valde dolet, 266. Idcirco pluribus negotiis occupatur et circumcursat Christi ovilia, 266.

Eustathius diaconus, 141. Eustathius diaconus in Basilii domo degens, 228.

Eustathius archiater, 241, 276. Is artem corporibus non definit, sed animorum morbos curat, 241, 276. Basilii cordis inflammationem infusis consolationis verbis excussit, 241, 276. Tacere volenti persuadet, ut sycophantas redarguat et veritatem defendat, 276, 277.

Eustathius philosophus ethnicus, quem Basilius in Cappadocia, in Syria et Ægypto frustra quærit, 69.

Eustochius, 166. Ejus servi injuriam fecere Callistheni, 166.

Eutyches (S.), 235.

Euzoius, 347.

Evagari animo non oportet, 99.

Evagrius presbyter, Pompeiani Antiochensis filius, in Occidentem iverat cum beato Eusebio, 230. Rediens nuntiat Basilio illius scripta Romæ non placuisse, 230. Postulat ut scribatur epistola a Romanis ipsi dictata, et legati auctoritate præditi mittantur, 230. Promiserat Basilio se participem fore conventus, qui Meletio addictus erat, 246. Promissum non exsecutus est, 246. Basilium per litteras hortatur, ut pacificationem Ecclesiarum suscipiat, 245. In primis Antiochenæ, 245. Et mittat in Occidentem, 246.

Evangelium regni, 374. Evangelium in omnem pervenit terrarum orbem, 256, 374. Ab Oriente initium cepit, 374. Hinc hostis pericere conatur, ut ab eodem loco defectio incœpta in totum orbem diffundatur, 374. Evangelii præcepta cum temporibus non mutantur, 381. Evangelia non indigent somniis ad fidem faciendam, 317. Evangelio Christi dignam ducere vitam debemus, 99. Evangelium vitæ post resurrectionem ducendæ imago, 29.

Evesus, 422. Evæsena Ecclesia Basilio charissima, 386. Nihil eam læserunt mala tempora, 386. Calumnias Basilio structas in mentientium capita rejecerunt, 386.

Excommunicatio, 481. Membra Ecclesiæ abscindi moleste fert Basilius, etiamsi merito abscindantur, 260. Excommunicatus anathema est omni populo, 150. Excommunicatio per omnem Ecclesiam presbytero citra emendationem sibi sacerdotium arroganti, tum etiam iis qui illum secuti fuerint, 150. Excommunicandi quos separatio a precum communione non emendat, 426. Hominem nefandum a precibus et reliqua cum sacratis communione removet Basilius cum tota familia, 426. Ne alios peccatorum communicatio contaminet, 426. Basilius toti pago nuntiari jubet, ut cum homine excommunicato nullam habeat societatem, 427. Etiam in iis quæ ad vitam spectant, 427. Is semel accusatus fuerat, coram uno aut altero convictus, tertio coram Ecclesia, 426. Quare non acquiescens excommunicatur, 427. Ut sit diaboli pabulum, ex eo quod alii cum eo non commisceantur, 427. Excommunicatum omnes, ut abominandum existimant, ita ut non ignem, non aquam, non tectum cum eo commune habeant, 156. Litteræ, quibus excommunicatur, ubique leguntur, 156. In Ecclesia Cæsariensi omino arcebatur ab Ecclesiæ cœtu qui duas sorores duxerat, nisi a se invicem dirimerentur, 249. Indicandus præposito qui semel et iterum admonitus non emendatur, 100. Si ne sic quidem emendetur, exscindendus et deflendus ut membrum abscissum, 100.

Exempla sanctorum sunt veluti quædam animata et actuosa simulacra, 73. Homines doctrina et dignitate clari operam dare debent, ut ipsorum vita in exemplum proponatur, 103. Exemplis corporalibus Scriptura ad invisibilium ducit intelligentiam, 121. Exempla ex rebus sensibilibus adhibita prosunt ad divinas intelligendas, si quis sine contentionis studio audiat, 119. Docet nos ratio ipsa per creaturas, ut non turbemur in quæstionibus difficilibus, 120. Exemplo magis discitur quam sermone quomodo Christianum vivere oporteat, 241.

Expetendum unum est æternum bonum, 421.

Exsilium legibus inflictum ob famosum libellum, 427.

F

Facetis sermonibus non aucupanda voluptas, 73. Facetorum hominum verba vim animæ frangunt, 72.

Facta. Recte factorum iniqui judices, 67.

Factum esse idem est ac creatum esse, 86.

Fames in Cappadocia multum negotii exhibet Basilio, 106. Eum cogit manere Cæsareæ, 110. A fame Deus Eliam et Danielem et Israelitas mirabiliter servavit, 518.

Fastu inani qui inflantur inciderunt in judicium diaboli, 150.

Fato aut fortuna res humanas regi plures dicitant, 69.

Faustinus episcopus Iconiensis, 230.

Faustus contra canones ordinatus episcopus, 212, 213.

Fax in medio mari splendens grata navigantibus, 195.

Feneratorum pecunia comparatur cum leporibus, 496. Pauperibus quidvis potius perferendum quam fenus, 490. Fenore qui accipit, in quot se mala conjicit, 494, 495, 496. Feneratorum artificia et crudelitas, 494.

Fermentum Arii, 572. Fermenti heterodoxorum particeps esse non vult Basilius, 385. Ariani altaribus Sebastiæ potiti, facti sunt fermentum illius Ecclesiæ, 380.

Festi symbola, Eulogiæ, 355.

Festus Basilii discipulus, 432.

Ficus silvestres et hortenses, 476.

Fides et baptisma duo modi parandæ salutis inseparabiles, 23. Fides perficitur per baptismum, baptismus fundatur per fidem, 24. Fides in disciplinis præit cognitioni, 358. At in religione Christiana præit hæc cognitio, Deum esse, 358. Hanc autem ex creaturis colligimus, 358. Hanc cognitionem sequitur fides et fidem adoratio, 358, 359. Fides ratiocinationi præferenda, ut rationi experientia in rebus visibilibus, 129. Non communicandum cum iis qui medios se esse volunt, 219, 220. Alternans ille animus ab Ecclesia removendus, 220. Sine recta fide et recta vita nemo Deum videbit, 89. Fides est id quod nos salvos facit, 37. Fides et recta vita pedes mentis præparat, 89. His qui fidem negarunt inter tormenta, anni octo pœnitentiæ, 329. Anni decem, si sine magna vi cesserint, 329. Qui Christum negavit per totam vitam flere debet, 328. Fidei defectio, quam minatus est Dominus, 59. Hujus proœmia in blasphemiis Pneumatomachorum, 59. Fides in Oriente primum illuxit, 185. Fidem alias aliam scribere quam contrarium huic sententiæ, *Unus Dominus, una fides*, 348. Fidei formulæ Basilius de Incarnatione aliquid addere non audet, 393. Id viribus suis fatetur esse altius, 593. Fidem recentiorem nec ab aliis scriptam recepit, nec ipse audet scribere, 233. Fidei simplicitate sublata nullus finis sermonum, 393. Nihil curiose præter antiquam fidem inquirendum, 263. Credere oportet ut baptizamur, 24, 29, 57, 216. Basilius hortatur filias Terentii, ut caveant ne fidei depositum prodant, 200. Fides catholica communis hæreditas, 373. Bona patrum hæreditas, 256.

Figura est rerum quæ exspectantur per imitationem declaratio, 26. Figuræ variæ, quæ in Veteri Testamento Novum adumbrarunt, 26. Divina humanis et humilibus rebus præfigurantur, 26. Non ideo tamen divinorum humilis natura, 26. Non debent mysteria exigua videri, quia exilibus figuris præsignata, 27. Voluit Deus rebus facilibus, ceu quibusdam elementis nos informare, 27. Oculos paulatim ad veritatis lumen assuefecit, 27. Figura vitæ post resurrectionem ducendæ, evangelica in hoc mundo vita, 29. Figuræ et prophetiæ per Spiritum sanctum, 33.

Filii nomen est super omne nomen, 14. Filius in Patre et Pater in Filio, quia hic talis est, qualis ille, et in hoc unum sunt, 38.

Firmiliani fidem de sancto Spiritu testantur illius libri, 63. Illius sententia de baptismo, 270.

Firminus, adolescens Basilio charus, 208. Asceticam vitam profitebatur, et regendæ civitati suæ, itidem ut majores ipsius, destinatus erat, 208, 209. Ubi audiit Basilium eum arma sequi, suum ei dolorem significavit, 208. Firminus peccatum fatetur, seque operam dare asseverat, ut cito dimittatur, 209. Cæterum voluntatem virginitatis etiam inter arma custodiendæ firmam et immobilem significat, 209

Firminus, 453 454.

Firmus, 455.

Flentes. *Vide* Pœnitentiæ gradus.

Formica nos docet actuosam vitam, 89. Formicæ industria monet ut nobis in futurum sæculum prospiciamus, 488. Formicæ naturam explicare non possumus, 95.

Fornicatio non est matrimonium, nec matrimonii initium, 294. Fornicatores si separentur, id melius, 294. Si eis placet conjugium, non separentur, sed fornicationis pœnam agnoscant, 294. Fornicationi quatuor anni, 295. Alia fornicatio, cui imponuntur septem anni, 326.

Fortuna aut fato res humanas regi plures dicitant, 69.

Forum. In forum olim prodire Athenis non audebant

Digitized by Google

nfamiæ notis inusti aut manibus non puri, 169. In foro nominum eruditorum colloquia, 169. Foro assuefacti homines nec parci verborum esse solent, nec cauti adversus malas cogitationes, 259. Facile honore vincuntur, 259.

Fraternitates vocantur Ecclesiæ, 546.

Fraudulenti homines comparantur cum Cancro et Pypo, 570.

Fronto, 217. Simulaverat defensionem fidei, 368. Acepto ab Arianis episcopatu factus est exsecratio Armeniæ, 368. Cum speraret episcopatum, adjunxit se inimicis Christi, 370. Ubi populos efferatos videt, rectam fidem simulat, 370. Fronto rabidus homo, 383.

Fundamento amplo illustrior coronis imponenda, 266.

Furi confitenti sua sponte annus unus pœnitentiæ, 527. Convicto anni duo, 527. De furto in ecclesia commisso, 425.

Futura curiose non investiganda, sed præsentibus utendum, 579.

G

Galatia, 444. In Galatia et Ponto multi hæretici, 365, 366.

Galli cum Basilio communicant, 307.

Gangrenorum regio, 347.

Gelasius quidam, cui Eustathius in Cilicia fidem Arianam exponit, 222.

Gemitus dum erumpunt, intimum dolorem dissolvunt, 370, 374.

Genethlius presbyter, 342.

Gentilium ac Judæorum filii ad Dei cultum compelluntur, 134.

Genua quoties flectimus et erigimur, ostendimus nos peccato in terram lapsos esse, et per misericordiam creatoris in cœlum revocari, 56.

Georgius Amphilochii amicus, 283.

Georgius unus ex ducibus Anomœorum, 386. Fidem Constantinopolitanam attulit in Cappadociam 144. Georgio mulier impia ad arbitrium utebatur, 368.

Getasa ager S. Meletii, 194, 195.

Glezi nihil profuit convictus cum Elisæo, 126.

Gloria facile mutabilis, 422. Gloriæ vanæ dæmon, 129. Gloria pluribus Scripturæ locis attribuitur ipsis creaturis, 47. Gloria duplex, alia naturalis, alia externa, 39. Externa rursus duplex, alia servilis, alia quæ præstatur, ut ab æquali, 39. Gloria nihil aliud quam enumeratio mirabilium et beneficiorum Dei, 46. Glorificatio interdum Deo absolvitur cum Filio et cum Spiritu sancto, interdum per Filium in Spiritu sancto, 5. Glorificandi Dei argumentum præclarum enarratio beneficiorum, 14. Glorificatio fidei consentanea esse debet, 216, 248. Glorificatio consentanea baptismati, 183.

Glycerius ex ascetarum numero, 259. Habilis ad opera manuum, et ideo ordinatur diaconus, ut ministret presbytero et opus curet, 258. Virgines cogit et gregis imperium sibi arrogat, 258. Patriarchæ nomen et habitum sumit, 258. Objurgatus fugit cum virginibus, 258. Tripudiant in magna celebritate, 259. Colligit hanc captivitatem Gregorius, 258. Si cum illius litteris redeat Glycerius, veniam poterit consequi, 259. Rogat Gregorium Basilius, ut saltem virgines redeant, 259. Scribit Glycerio, veniam pollicetur cito redeunti, 259. Secus depositionem minatur, 259.

Gratia per Christum et in Christo efficitur, 13. Deus singulis generationibus manifestos facit eos qui ipsius vocatione digni sunt, 386. Ex nobis ipsis ad glorificandum Deum insufficientes sumus, sed sufficientia nostra est in Spiritu sancto, 53. A Spiritu alius alio plus aut minus adjuti gratias persolvimus, 55. Dominus dat patienter decurrere certamen, 266. Infirmitatem nostram deplorare debemus, quod pro beneficiis acceptis gratias verbis referre non possimus, 59 Christus alligavit fortem, ac nos, vasa illius diripuit, fecitque vasa utilia, 15. Hominem renovavit, reddendo gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiseramus, 34. His obluctetur recte ratio, defensorem advocans et adjutorem Christum, 96. Dei est pugna et per Deum corona, 334. Nullum est vitium quod non animæ cultura superare possit in Christo Jesu, 477. Per Filium bona ex Deo ad nos perveniunt, majore celeritate operantem, quam ullus sermo exprimere valeat, 16. Divinæ operationis celeritas, 16. Temporis spatio non eget, sed naturam eorum quæ fiunt, voluntate non coacta obsequentem habet, 16. Cum dicit Apostolus, *superamus per eum*, non humile ministerium indicat, sed auxilium; quod Christus per imperium potentiæ suæ operatur in nobis, 15. Omnia in omnibus efficientis gratiæ opus esse dicimus, quidquid ad nos boni pervenit, 117. Deus non enarrabili sua potentia cor tangens, cogitationibus bonis animum illustrat, 80. Multiplicem beneficentiam Christus ob divitias bonitatis egentibus præstat, 14. Per Christum accessum habuimus ad Patrem, 15. Per Filium ascendimus ad Patrem, 16. Deus in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, 300. Per arenam mare constringit, 300. Renovatio et a vitiis terrenis ad cœlestem vitam transmutatio vocatur in Scripturis resurrectio et creatio, 41. Creatio vocatur in Scripturis commutatio in melius ex pejore, 88. Creatur homo per baptisma, 88. Dissidentes conciliare et ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui et siccis ossibus, ut ad nervos et carnem denuo redeant, largitur, 160. Liberii arbitrii præparatio a Christo, 15. Deus adest nobis vocatus et invocatus, cum mentes ad id quod decet, dirigimus, 432. In hoc Christi admiranda potentia, quod potuit compati infirmitatibus nostris, 15. Totius mundi creatio illius potentiam non perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem cum morte conflictari, 15. Basilius cum dicit se veluti scopulum esse prominentem, id ad se non refert, sed ad Dei gratiam, 300. Orandus Deus ut det perseverantiam, 261. Ut det patienter ferre persecutionem, 64. Gratiam acceptam facile expellunt animæ mobiles, 51. Domino datum est adulterinum a probo ac puro discernere, 186. Christus dat ut ad contemplationem Spiritus idonei sint discipuli, 46. Carnalis homo non potest attollere oculos ad lumen veritatis, nec mundus recipit gratiam Spiritus, 46. Gratiæ retia inevitabilia, 251. Quavis arce Christus firmius propugnaculum fidelibus, 15. A Spiritu sancto liberi e servis efficimur et filii Dei, a morte revocamur ad vitam, 24. Nemo potest Filium adorare nisi in Spiritu sancto, 23. Nemo potest Patrem invocare nisi in spiritu adoptionis, 23. Si quis sit extra Spiritum, nullo modo est adoraturus, 53. Si in illo fueris, nullo modo eum separabis a Patre et Filio, 54. Nullum ad homines donum pervenit absque sancto Spiritu, 47. Bonorum largitio a Spiritu ad dignos pervenit, 157. Ne simplex quidem verbum possit quis pro Christo dicere nisi adjuvetur a Spiritu, 47. Confirmatio, quam dat Spiritus, in quo posita, 50. Sanctificatio non est absque Spiritu, 32. Quomodo a Spiritu vitam operante regeneramur, 28, 29. Impossibile est cernere imaginem Dei, nisi in lumine Spiritus, 54. Non potest quisquam de Filio cogitare, qui non sit prius a Spiritu illustratus, 117. Miseratio Dei nobis suppeditat opem Spiritus ac per ipsum imbecillitatem nostram corroborat, 173. Spiritus libidinum flammam mortificando membra refrigerat, 26. Hujus gratiæ nubes figura fuit, 26. Angelos auxilio S. Spiritus opus habuisse patet ex lapsu malorum, 32.

Gratiæ Deo in omnibus agendæ, 214. Mali servi beneficienti gratias agunt, castiganti morem non gerunt, 214. Gratia etiam in adversis agendæ, 544, 549. Hominis est ingrati in prosperis tantum Deum benedicere, 548. Gratiæ Deo agendæ non verbis tantum, sed et opere, 105. Gratias non solvimus pro præsentibus bonis, idcirco eis privamur, 540.

Gregorii duo, 183.

Gregorius (S.) Neocæsariensis vir summus, 303. Gregorius magnus, 62, 314. Universum populum urbanum et rusticum convertit, 62. Ab eo basis Ecclesiæ Neocæsariensis fundata, 107. Ejus miracula et donum prophetiæ, 107. Ab ipsis veritatis hostibus alter Moses vocari solebat, 107. Ejus traditioni nullum dictum aut ritum mysticum successores adjecere, 63. Ab ejus institutis degenerant Neocæsarienses, 311. Exstincta ab eo hæresis Sabellii, 314. Dixisse ferebatur Patrem et Filium duo esse cogitatione, hypostasi unum, 316. Gregorii dialogus cum Ælio, 316. Ibi multa librariorum errata, 316. Nonnulla non docendi causa dicuntur, sed decertandi, 316. Nonnullæ voces hæreticis faventes, ut creatura et factura, 316.

Gregorius (S.) Theologi pater, mortuo Cæsariensi episcopo, metuit ne Ariani irruant, 140. Acceptis cleri litteris ac populi quoquoversum circumspicit et Eusebium Samosatensem advocat, 141. Sperat se magnam apud Deum fiduciam habiturum, si Basilium impetret, 141.

Gregorius episcopus Basilii patruus, 153. Patris loco ei fuit ab initio, 153. Majorem, quam consanguinitas exigebat, curam ostendit, 153. Proprius animi illius character pax et mansuetudo, 155. Post Basilii electionem, discessit ab ejus communione cum pluribus aliis, 153, 154, 155. Hujus dissidii participes fuere Ecclesiæ, ac totæ civitates et populi, 154. Gregorius Nyssenus in hoc dissidio componendo parum caute versatur, 151, 152. Tandem Basilius prior scribit ad patruum, eumque rogat ut congressum indicet, 153, 154. Non posse enim suspiciones sedari citra congressum, 254. Acceptis patrui litteris rescribit Basilius, ac patruum rogat, ut congressum ac tempus et locum constituat, 154, 155.

Gregorius S. Nazianzenus Christi os et electionis vas et puteus profundus, 81. A Basilio invitatus vivendi ratio-

Digitized by Google

nem scire avet 70. Suam illi solitudinem describit Basilius, 93, 94. Cum Basilio est, ac idem institutum sequitur, 339. Gregorius pauper, 111, 112. Vitam quietam ducere statuit, 111, 112. A negotiis natura et voluntate alienus, 111, 112. Fratris mortui bona, ex ipsius mandato, distribuit pauperibus, 111. Sycophantæ multi exoriuntur, qui pecuniam a se Cæsarium dicunt accepisse, 111. Gregorii epistolas agnoscit Basilius, velut amicorum liberos ex similitudine cum parentibus. 70. Laconicæ solent esse, 97. Scribit Basilio de calumniis ipsi a quodam monacho afflictis, 164, 165. Invitabat Basilium ad congressum aliquem his de rebus, 166. Basilius sperat se has calumnias operum testimonio refutaturum, 166. Ad eas refellendas nec scribere, nec accurrere libet, 166. Gregorium instante persecutione invitat, ut secum laboret, et occurrat bellum inferenti, 165. Gregorius Arianos dissipabit, ubi ipsis notum fecerit, se Basilii cœtus ducem esse, 165. Gregorium Sasimis ordinatum esse mirabatur S. Eusebius, 192. Respondet Basilius oportere ut episcopus sit, ex loco ornamentum non accipiens, sed adjiciens, 192. Gregorius Nazianzenus Eusebio gratulatur exsilium, 256. Dolet quod negotiis et molestiis detentus eum invisere non possit, 251. Glycerium diaconum, et virgines quibuscum fugerat, colligit, 258. Nazianzo repente discedit, 325. Qua de causa nescit Basilius, 325.

Gregorius (S.) Nyssenus, 93. Illius simplicitas, 151, 196. In componenda fratrem inter et patruum gratia minus prudenter versatur, 151, 152. Illius verba operum testimonio confirmari negat Basilius, 155. Hinc illum ejusmodi rerum non satis fide dignum esse ministrum declarat, 152. Illius simplicitatem reprehendit Basilius, ut Christianis non congruentem, 152. Queritur quod non secum sit novam vitam ingresso, 122. Gregorii adventus levat corporis Basilii infirmitates, et alios animi dolores, 151. Invitus ordinatus est, 345. Cum omnium Cappadociæ episcoporum consensu, 345. Renum infirmitati obnoxius, 344. Illius simplicitas nocet Basilio, 196. Synodos cogit Ancyræ, nec ullum Basilio insidiandi modum omittit, 196. Gregorium nonnulli Romam proficisci volunt, 323. Id Basilius non probat, 323. Inexpertus enim Gregorius negotiorum ecclesiasticorum, 325. Præterea alienus ab adulatione, nihil promovebit apud virum aulius sedentem, 323. Gregorio lites intenduntur ab Arianis ob pecuniam sacram, 345. Ob illius etiam ordinationem, 345, 283. Jussu Demosthenis abripitur ob Philocharis calumnias, 344, 365. Obtemperat, sed morbo cogente fugit e manibus militum, 354, 355. Tranquillo est animo, 354. Ejus loco introducitur mancipium paucis obolis venale, 367, 568.

Grues per vices excubias servant, 581.

Gula pluribus mortem intulit, 559. Ab hoc vitio belluinæ libidines oriuntur, 559.

H

Hæreses distinguuntur a schismate et a parasynagogis, 268. Hæresis dicitur ubi de fide in Deum dissensio est, 269. Hæretici vitandi vigilantis alicujus pastoris præsidio, 108. Hæretici Philistinorum pastores, 81. Cavendum ne puteos nostros clanculum obstruant, 81. Hæretici, canes et lupi, 108. Hæreticorum ventorum æstus submersiones et naufragia importans, 107. Animas captivas ducunt, 163. Saxeo corde præditi et incircumcisi, 86. Vasa testacea thesaurum Dei habentia circumvertere conantur, 86. Hæresis abscissa non tantum nocet, quantum qui pelle ovis induti sunt, 405. Hi ut exorti ex catholicis facile illudunt simplicioribus, 405. Cavendum ne hæreticis detur ansa vituperandæ Ecclesiæ, 272. Non ex Scripturis docent animas simplices, sed sapientia extranea veritatem circumveniunt, 81. Ex stulta sapientia armati, 86. Scripturæ testimonia, ceu quædam jacula, in cœlum vibrant, 81. Novitatis accusant voces familiares sanctis, et semper in Ecclesia usitatas, 64. Traditionem rejiciunt, 13. Horrendum est fidem deserere non tormentis ac cruciatibus victum, sed sophismatibus deceptum, 22. Hæreticorum communio vitanda, 404. Indifferentia in his rebus nostram in Christo libertatem tollit, 404. Hæreticorum nullus reordinare ausus est, 222. Hæreticos Eustathius negabat esse episcopos, 346, 347. Everiebat altaria eorum qui cum ipsis communicabat, et suas ipse mensas ponebat, 346, 347. Diaconos et presbyteros in eorum ecclesiis ordinabat, 346, 347. Hæreticorum diffusa potentia, ob peccata, 255. Hæresis Arianæ malum depascitur, 274. Metuendum ne vorato Oriente serpat in Occidentem, 374. Redeuntes ab Ariana hæresi suscipiendos censuit Athanasius, si fidem Nicænam reciperent, 306. Sic etiam censuere Macedoniæ et Achaiæ episcopi omnes, 306. Horum judicium sequi maluit Basilius, quam per se de talibus judicare, 306. Eustathius, Apolinarius et Marcellus recipiendi, si corrigantur: secus vero, abscindendi, 407. Hæretici in exitu recipiendi, 272. Non tamen sine examine, 272. Quæ cum uno aut altero redeunte acta sunt, ea lex sunt et regula erga alios, 270. Hæreticis non debet Ecclesia par pari referre, sed accuratæ canonum observationi servire, 270. Sic hæretici recipiendi, ut non ad eos Ecclesia, sed illi ad Ecclesiam accessisse videantur, 412. Ab hæreticorum baptismo redeuntes ungendi sunt coram fidelibus, 270. *Vide* Baptisma.

Halcyon avis marina, 525.

Harmatius magnus, 420. Ethnicus, sed tamen civitati Cæsariensi charus, 421. Hujus filius obsequio paterno præfert religionem Christianam, 421. Unde Basilius deprecatorem se pro illo præbet apud patrem, 420, 421.

Harpocration episcopus Ægypti exsul, 408.

Hebræorum gens Dei nomen propriis ac peculiaribus notis exarabat, 37.

Heli punitus ob filios non satis acriter castigatos, 507.

Helladius principalis, 423.

Helladius comes, 202. Præfecti domesticus, 201.

Hellenius, 164. Hellenius Nazianzi peræquator, 191.

Hellesponti civitas, 69.

Hera amicus Basilii a puero usque ad senium, 420. Hunc non ex consuetudine, sed ex summa amicitiæ affectione fratrem appellat, 419. Gravibus calumniis vocatum in judicium commendat Himerio et aliis, 419, 420.

Heraclea, 340.

Heraclidas Amphilochii sodalis forum relinquit, 259. Prope Cæsaream venit, in Ptochotrophio moratur, ibique cum Basilio ex more veniente colloquitur, 240. Sed tamen cum Amphilochio constituerat secedere in deserta loca, 259, 241. Quare accusat eum Amphilochius, 240. At ipse Amphilochium ad Basilium allicere conatur, 241.

Hermogenes ex diametro inimicus Arii errori, 381. Nicænam fidem ab initio promulgavit, 381. Fidem scripsit in magna synodo, 174. Beatissimus episcopus, 406.

Herodes filius Antipatri Ascalonitæ, 363.

Hesychius ab initio conjunctus cum Basilio, tum ob communem litterarum amorem, tum ob communem amicum Terentium, 157. Amorem auxit Elpidius summas Hesychii virtutes laudans, 157. Optat eum Basilius aliquando adesse antiquis laribus, 157. Rogat eum ut sibi operam navet in placando Callisthene, 166.

Hiems acerba et longissima, 212, 289. Hiemis fructus sunt sermones, 93.

Hierosolyma sub Vespasiano premebatur externo bello et domestica seditione, 186, 587.

Hilarius, 318. Statim ab ipsis scholis amicus Basilii, 318. Veritatem amat et rebus Ecclesiæ tangitur, 518. Infirmo est corpore, 319.

Hilarius Telmesi episcopus, 331.

Himerius magister, 420. Basilii amicus a puero, 420. Is multa in Basilium beneficia contulit, 420.

Himmeria, 266.

Hippiæ levitas, 226.

Hispani cum Basilio communicant, 307.

Historiæ utilitas, 549.

Hodiernus dies totum vitæ tempus significat, 150.

Homerus, 95. Homericus furor, 458. Homeri carmina, 237. Homeri lotus, 267.

Homicida est qui ob iracundiam securi usus est, 272. Qui mortis ictum dedit, homicida est sive incœpit, sive ultus est, 296. Quæ fetum corrupit, duplex homicidium commisit, 271. De ea quæ fetum neglexit, inquirendum utrum sponte an coacta neglexerit, 325. Homicidii incurrit crimen quæ in via peperit, et fetus curam non suscepit, 295. Laici qui in latrones ex adverso feruntur, arcentur a communione, 326. Clerici deponuntur, 326. Homicidio voluntario viginti anni pœnitentiæ, 326. Decem anni ei quæ fetum de industria corrupit, 271. Homicidio involuntario decem anni, 326.

Homines nubibus similes, 381. Hominis dignitas patet ex pretio quo emptus est, 513. Humanæ res umbris tenuiores et somniis fallaciores, 422. Humanarum rerum brevissimus status, 334. Humanarum rerum instabilitas, 578.

Homoousiastæ vocantur ab Eustathio defensores fidei Nicænæ, 348.

Horam appellat Christus unitatis ac monadis contemplationem, 85.

Hospitalitatis proposito non excidendum est per eduliorum lætitiam, 128. In hospitibus excipiendis, etiam claris et potentibus viris, non debent monachi voluptati et ostentationi indulgere, 558. Hospitibus non permittendum, ut cum fratribus quibuslibet colloquantur, 99. Hospitibus debita a Christianis subsidia, 446.

Humilitas Christiana de seipso, ut par est, sentire, 121.

Digitized by Google

Unde scilicet prodierit, et quo abiturus sit, 421. Nam naturæ consideratio reprimit animi tumorem, 421. Humilitas patiens est, 575. Humilitatis merces magnifica, 284. Non occultandum est si quid ab alio didiceris, 74. Qui id faciunt, similes sunt mulieribus spurios partus subjicientibus, 74. Qui secundas tenet, prior invenitur, 284. Qui minus habere non recusat, coronatur, 284. Ille magnus apud Deum qui se proximo humiliter summittit, 332. Debet unusquisque cæteros sibi anteferre, 100. Per humilitatem si quis se ipse prius abjiciat, is in aliis increpandis asper non erit, 74. Perfectorum est sese non efferre, 304. Securis pari jure ac homines possit insolescere, 576. Humili ac demissæ menti quænam species externa conveniat, 74. Quæ lugentes data opera faciunt, ea in humilibus sua sponte elucent, 74. Cur Moyses legationem deprecatur, Isaias sponte se offert, 577.

Hydroparastatæ, 270.

Hymetius, 418.

Hymni. *Vide* Preces.

Hypatius Basilii consanguineus, 110. Nihil in eo concessum operari iis qui sanationis dona habebant, 111.

Hyperbolæ figura utitur Paulus, 303.

Hyperechius, 450.

Hypostasis nomine significatur id quod proprie dicitur, 116. Proprietatum uniuscujusque concursus est, 120. Existentiæ uniuscujusque signum est, 120. Hypostasis in proprietate perspicitur, essentia communis, 322. Consubstantialis ratio in unitate divinitatis, pietatis cognitio in perfecta cujusque personæ hypostasi, 323. Essentia una in divinitate, hypostasis vero propria et singularis," 364. Hypostasis Patris figura dicitur Filius quia a Patre disjungi non potest, et qui videt Filium videt et Patrem, 120, 121, 122. Hypostasis Filii est quasi forma ac facies, qua Pater cognoscitur, et Patris hypostasis in forma Filii agnoscitur, 122. Essentiæ notio eadem in Patre et Filio et Spiritu sancto, 117. Sed si proprietates cujusque personæ considerentur, requirendum est per quæ cujusque notio ab alia sejungatur, 117. Hypostasis Spiritus in eo declaratur, quod post Filium et cum Filio cognoscitur, et ex Patre subsistit, 117. Filii, in eo quod Spiritum per se ac secum notum facit, ac unigenite ex unigenita luce effulsit, 117. Patris proprietas in eo posita quod Pater est, et solus habet ut nulla subsistat ex causa, 118. Hypostasim ab essentia secernere magni est momenti, 115. Nonnulli dum hypostasim et essentiam non distinguunt, aut unam essentiam et unam hypostasim aut tres hypostases et tres essentias dicunt, 115. Hypostases tres, 215. De hypostasibus quæstio non parvi est momenti, 321, 322. Necesse est tres hypostases confiteri, 594. Ariani fingunt a Catholicis Filium dici consubstantialem secundum hypostasim, 322. His dabitur ansa, si una hypostasis dicatur, 322. Frustra personarum differentia aperte doceatur, 322. Hoc enim ipse fecit Sabellius, 322. Hypostasi carens personarum commentum, ne Sabellius quidem rejecit, 317. Qui idem esse volunt hypostasim et essentiam, Sabellii labem non effugiunt, 364. Is enim personas interdum distinguere conabatur, 364. Hypostasim idem non esse ac essentiam ipsi Occidentales subindicarunt, 322. Hypostases tres vituperare non possunt, qui tres essentias dicunt, 278. Hypostasim Basilius negat idem esse ac essentiam in fide Nicæna, 215. Gregorius Neocæsariensis dixisse ferebatur Patrem et Filium duo esse cogitatione, hypostasi unum, 316.

Hypsinus episcopus Parnassenus pellitur a vicario Demosthene, 365.

I

Iboritarum regio, 455.

Icariæ alæ, 462.

Icelium filia Magnininni, 449.

Iconium civitas Pisidiæ, olim post primam maxima, 230. Nunc præsidet compositæ ex diversis segmentis provinciæ, 250. Faustino mortuo Basilium invitat, ut se invisat, sibique episcopum det, 230.

Idolotyta, 529.

Ignis colitur a Magusæis 595. Ignis æternus non fabula est aut terriculum, 552. Refelluntur qui finem habiturum putat, 551. Variæ damnatorum pœnæ pro variis peccatorum meritis, 552. Igni æterno materiam præparant oblectamenta præsentis vitæ, 101. Ignis parati diabolo duæ sunt facultates, 551. Altera illustrat et claros efficit sanctos, altera malos comburit, 551. Igne æterno horribilior ignominia, 552. Ignis baptismus, 30.

Ignorantiæ peccata non liberantur a pœna, 508. Ignorationis tenebræ, veluti lippitudo aliqua prohibent, quominus Deus videatur, 239.

Ilias malorum, 238.

Illyrii cum Basilio communicant, 307.

Imago si honoretur, honor ad exemplar transit, 38. Quod est ad imaginem Creatoris, in mente est, 355. Imagini regiæ forma vetus per puritatem redditur, 20. In imaginibus etiam obscuris et ab exemplari dissentibus simile concipitur, 91. Imago, cum dicitur de Filio Dei, non differt ab exemplari, si bonitatis ratio habeatur, 121.

Immunitatem necessario tribuit paupertas, 442.

Imperatorem alloqui grave est privatis, 125. Gravius imperatori causam apud Deum dicere, 125

Impudice cum sorore ex patre aut matre pollutus, annis duodecim agit pœnitentiam, 328. Sic et qui nurus accipiunt, 328. Cum sorore coitus per annos viginti punitur, 327. Qui in novercas insaniunt, puniuntur ut ii qui cum sororibus peccant, 529. Masculorum concubitoribus quindecim anni pœnitentiæ, 327. Cum belluis suam impietatem confitenti anni quindecim, 327.

In. *In* quid differat a præpositione *cum*, 57 Non tamen inter se contrariæ, 57. Utraque eodem sensu utitur Apostolus, 58. *In* præpositio grata Pneumatomachis, qui præpositionem *cum* rejiciebant, utraque tamen idem sonat, 49. *In* quot modis accipitur, 51, 52

Incarnatio vocatur dispensatio, 33. Filii dispensatio non est servile ministerium, sed voluntaria sollicitudo secundum voluntatem Patris erga figmentum suum, 15. Illius potentiam magis commendat, quam totius mundi creatio, 15. Deus incomprehensibilis per carnem citra noxam cum morte conflictatus est, 15. Caro Deifera ex humana massa fuit concreta, 9. Dixit Paulus *ex muliere*, non *per mulierem*, ut transitoriæ generationis suspicio vitaretur, 9. Præmunit nos Spiritus sanctus ne alterutram naturam in Christo omittamus, 85. Ne theologiæ intenti negligamus dispensationem, 83. Incarnationis nullus fructus, si non corpus nostrum divinitati conjunctum mortis dominatum superavit, 404. Vita quam vivit Christus, Verbum Dei habens in semetipso, 83. Quo sensu Christus dicitur vivere propter Patrem, 85. Deus non subjectus et peccatum factus, 87. Christus idcirco non subjectus dicitur, quia re luctamur adversus virtutem, 87. Sic nudus et inclusus et persecutioni obnoxius, 87. Una ex infirmitatibus nostris, quod subjecti non simus. Idcirco hanc portat Christus et non subjectus dicitur, 87. Novæ de incarnatione opiniones prodeunt, 401, 402, 404. Refelluntur qui carnem cœlestem Christo affigunt, et affectus humanos divinitati, 401, 402, 404. Nonnullorum error corpus Domini spirituale existimantium, 9. Refutatus ab Apostolo, 9. Quidam Deum in carnem conversum fuisse fingunt, 404. De incarnatione non cessant digladiari, 400. Variæ hæreticorum opiniones, 400.

Incessus nec segnis esse debet, nec vehemens, 74.

Indi Persis vicini, 125.

Indurati. Cum induratis quomodo agendum, 481.

Infantibus satis est ætas, ut inculpati sint, 309.

Inferi. In inferis quanta malorum supplicia, 139. In inferno nulla confessio, quia nullum jam Spiritus sancti auxilium, 34.

Infirmi quomodo curandi, 480.

Ingenitum et genitum Ariani introducunt, 81.

Inimicos ulcisci nefas, 99. A manifesto inimico aliquid pati, non tam molestum est, quam ab amico, 409. Injuriam patienti non leve solatium est, eorum, qui ei insidiati sunt, improbitatis declaratio, 257. Inimici mortuis reconciliantur : novercæ post mortem odisse coeperunt, 251.

Innocentius episcopus an pli et celebris loci, 142, 173, 174. Illius opus apud multos clarum, 174. Is a Basilio petit ut Ecclesiæ suæ curam aliquando post mortem suam gerat, 173. Atque etiam ut sibi e clero Cæsariensi aliquem mittat, quem sibi successorem ordinet, 174. Nisi id faciat, minatur se ei litem coram Domino ob Ecclesiarum injurias illaturum, 174.

Innocentius Italus degens in monte Elæone, 595, 599.

Insulas Deus a continente per mare divisit, 301. Insularum incolas cum incolis continentis per charitatem conjunxit, 301.

Interroganti bona fide libenter respondendum, 2.

Invidia, ut vipera, parientem se dilacerat, 569 Morbus est alienis bonis superveniens, primum malum ægrotantis, 314. Tunc manifesta est, cum acerbitas extrema est, causa inanis profertur, 314. Invidus cum vulture comparatur, 568. Ejus miseria, 569, 570. Invidi intus cruciantur, 314. Malum prodere pudet, 314. Invidi beneficiis non mansuescunt, 570. Invidorum amicitia fugienda, 570. Invidendum non est alterius laudi, nec vitiis cujusquam lætandum, 100.

Ira quot malorum causa, 566. Iratus homo fugiendus, 566. Similis est apro, 567. Justa interdum ira adversus

Digitized by Google

peccatores, 567. Ulciscì se cujusvis irati est, iram vincere paucorum, 154.
Iræneus vicinus apostolorum temporibus, 61. Eius testimonium de Spiritu sancto, 61.
Iridis descriptio, 119, 120. Hoc exemplo illustratur Trinitatis mysterium, 119, 120.
Iris fluvius, 339.
Isaaces episcopus, 183.
Isaaces nomine Eusebii Basilium invisit, quem graviter ægrotantem reperit, 227.
Isaurorum Ecclesiam prudenter curat Amphilochius, 282. Isaurorum episcopus vicinos aliquos ordinat, 282. Isauri petierant, ut suorum aliquis eligeretur episcopus, 325. Postea rem arbitrio Basilii et Amphilochii permittunt, 325. Sed necessitatis erant verba, animus idem, 325. Satisfaciendum illis censet Basilius, 325. Isauri cum Basilio communicant, 307.
Israelitarum exitus ex Ægypto figura baptismi, 26. Per Israelitarum adventum Deus exstinxit in Syria cultum simulacrorum, 408.
Italia tota cum Basilio communicat, 307.
Izoinus Encratitarum sectæ episcopus, quem Basilius redeuntem suscepit in cathedram, 270.

J

Jacob dominus Esau, ut stultus a sapiente regeretur, 43.
Jatrius, 183.
Jechonias. Ex Jechoniæ posteris nullus sedit in throno Davidis, 362, 363.
Jejunium per septenos circulos, 133. Jejuniorum septem hebdomadæ, 477. Jejunii utilitas, 528, 529, 530. Jejunio venter coarctatus, 133. Quadragesimale jejunium observabant Ariani, 390. Sed ad judicia et pugnas jejunabant, 390. Jejunium diviti et pauperi, mulieribus, pueris, senibus, viatoribus convenit, 526, 527. Non dolendum de commutatis cibis, 527. Vani prætextus non jejunantium, 527. Perpauci non jejunant, multi ante jejunium quinque dierum vino indulgent, 563.
Jesus Christus magister pietatis, 96. Per Jesu Christi adjunctionem Paulus Incarnationem et Passionem et Resurrectionem ob oculos ponit, 83. Nam illud, Jesus Christus, tales indicat notiones, 83. Jesus Christus vetuit discipulis ante Passionem, ne se Jesum Christum esse cuiquam dicerent, 83. Volebat enim id ab eis tum demum prædicari, cum in cœlos ascendisset, 83.
Joannes Basilii discipulus, 96
Joannes Baptista, 129, 130. Solitudine relicta ad arguendam iniquitatem accurrit, 135. Licet mortuus adhuc loquitur, 135. Joannes baptizavit in aqua, Dominus in Spiritu, 30.
Joannes episcopus, 183.
Jobi patientia, 543, 545, 546, 547. Job animi fortitudinem et patientiam edocet, 73. Jobi tentationes, 511. Jobi vox admirabilis usurpanda in rebus adversis, 78.
Joseph castitatis exemplum, 573. A Josepho castitatem edocemur, 73. Josephi virtutem non vicit furor impudicæ, 138.
Joseph episcopus, 183.
Jovinus episcopus, 183, 210, 218.
Jovinus comes, 253.
Judas suspendio interire maluit, quam cum dedecore vivere, 370. In hoc melior iis qui in turpibus impudentes sunt, 370. Judæ lapsus magnum documentum, 126.
Judæi in captivitate dissolutum est regnum, 362. Salathiel et Zorobabel post captivitatem præerant modo magis populari, 362. Translato ad sacerdotium imperio, quia tribus regia et sacerdotalis permiscebantur, 362. Quare nemo post Zechoniam sedit in throno Davidis ex regia tribu, 363. Ne ipse quidem Christus sedit in throno corporeo Davidis, 363. Sed thronus in quo sedit, regnum est eversioni nulli obnoxium, 363. Judæorum filii ad Dei cultum compelluntur, 134.
Judex non debet parem paribus peccatis pœnam imponere, 396, 474. Inceptor mali gravius puniri debet, 396, 474. Judex justus non est qui ea quæ vult judicat utilia, 441. Judices, cum morte damnant, removent vela, peritissimos quosque advocant, 340, 341. Multum deliberant, necessitatem deplorant, 340, 341. Judices non interpellandi de iis quæ in Ecclesiis peccantur, 425. Ad judices sæculares non pertinent rerum ecclesiasticarum examina, 344, 345. Judicibus reos ab episcopis tradendos non esse putat Basilius, 428. Neque etiam eripiendos, 428. Qui judicium fert de aliqua re, peritus esse debet illius rei, 505. Judicandus absens nemo, 303, 504. Nemini crimina deerunt si solus contendat, 504. Ipsa sæculi consuetudo docet exspectandam defensionem absentis, 504, 188. Basilius petit, ut moneatur, si sanabilia sunt delicta, 505. Sin autem insanabilia, palam arguatur, episcopi advocentur, spectatissimi e clero cujusque Ecclesiæ congregentur, 505. Episcopi omnes adesse debent, si quis ex eadem provincia ob canones judicetur, 345. Rogat Basilius ut judicetur in patria, nec in exteram regionem pertrahatur, 345. Iniquum judicari ab episcopis, quibuscum nondum de quæstionibus ecclesiasticis convenit, 345. In judiciis victoria non sine detrimento, 441. Judicium unde vi, 76. Judicium a Juliano datum mulieri, cujus filius veneno sublatus, 124. Judicia naturalia non egent documento, 89. Non judicandum ante tempus, 304. Judicia humana fugiens Paulus, vitam suam Dei judicio reservabat, 304.
Judicii diei et horæ ignorationem præ se fert Christus ob nostram infirmitatem, 84, 85. Diem appellat accuratam eorum, quæ de Deo cogitantur, comprehensionem; horam vero unitatis et monadis contemplationem, 85. Diem et horam nescire se dicit, quia non est secundum incarnationem extrema beatitudo et contemplatio per diem et horam designata, 85. Judicium Christi quam inexorabile, 504. Libri aperiuntur omnia acervatim, ut ab omnibus angelis et hominibus exaudiri possint, clare et aperte revelantes, 504. Non summatim res cernentur, sed singula velut in tabella, 617. Animæ ad Christi tribunal raptæ status, 550. Judicii extremi descriptio, 139, 550. In judicio extremo mali dissecabuntur, id est, penitus separabuntur a Spiritu sancto, 34. In judicio extremo malorum ignominia, 139. Nullus erit mediator Dei et hominis, 125. Testes erunt oculi justorum, 208.
Judicii terribilis nunquam intermittenda cogitatio, 251, 253. Judicium Christi ante oculos in omni actione et sermone habendum, 237. Dei athletæ prope finem vitæ a sæculi principe examinantur, 550. Quibus insident maculæ peccati, hi detinentur, 550. Integri et invulnerati in requiem transferuntur, 550.
Jugum divinæ conjunctionis, 135.
Julianus Basilium invitat, ut ad se properet ac publico cursu utatur, 122. Insitam sibi a puero lenitatem attribuit, 123. Omnes qui sub sole degunt, sub suam potestatem redactos ait, 123. Sperat se Persarum et Indorum ac Saracenorum regiones vastaturum, 123. Basilium accusat, quod se Romanorum imperio indignum dicitet, 123. Auri mille libras imperat, quæ nisi Cæsarea transeunti afferantur, vastaturum se urbem minatur, 123. Sancit veneficos nusquam esse, 125. Supra Deum verticem tollit, 124. Sacras litteras cum Basilio didicit, 124. A Juliano veritas prodita, 95. Basilius prædicit brevi futurum, ut is penitus exarescat, 96.
Julianus Basilii amicus, 98. Julianus vir pius ac sibi constans, qui manus usum amiserat, 431.
Julitta vidua, 200. Basilii consanguinea, 202. Tutor illius hæredum promiserat se amplius ad solvendum tempus concessurum, 201. Postea promissi immemor videam urget, 201. Promiserat etiam se sorte persoluta usuras remissurum, 202. Ne hoc quidem promissum servat, 202.
Tristitia nimia causa sit peccati, 344. Tristitia in corde ut vermis in ligno, 342.

Trivium. In trivio constitutus, 133.

Tumor maxime evertit animas Christianorum, 372.

Turtur vidua permanet, 374.

Tyanense concilium, 348.

U

Ultio Domino permittenda, 143. Ultio Christianis vetita, 364. Nihil præclarius quam lenitas in convitiis et plagis, 364. Quomodo convitia ferenda, 365. Mala excusatio quod alius incœperit.

Ulysses, 168. Cephalleniorum dux, 237. Cum plurimum pecuniæ exportasset, nudus reversus est, 237.

Ungendi coram fidelibus qui ab hæreticorum baptismo veniunt, 270.

Unguis. Ab unguibus ordiri ridiculum, 383.

Unitas et monas Verbi, 86. Unitate accidente numerus perit, 86. Unus et solus sæpe idem sonant, 82. Unus et solus de Deo dicuntur, non ut a Filio distinguatur, sed a falsis diis secernatur, 83. Unum numero simplex non est, 88. Oportet hanc Christi precationem impleri : *Ut et ipsi in nobis unum sint*, 86. Unitate excidit dæmon, 88. Deus cum unus sit, si in singulis fuerit, unum efficit, 86.

Urbicius monachus Basilii amicus, 113, 403. Quidam in ejus monasterio feruntur de Incarnatione prave sentire, 404.

Urbium commoratione multos malignus decipit, 81.

Ursa herbasco sibi ipsa medetur, 383.

V

Valens imperator. Sub eo summa inopia et temporum difficultas, 111. Ob tributorum multitudinem domus quædam fugiendæ, 176. Omnia iis a quibus exigebatur, quique accusabantur, redundabant, 98. Multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, 264. Hostibus referta inter Cappadociam et Constantinopolim omnia, 323. Tempus perturbationis plenum, his qui rempublicam gerunt, nihil otii relinquit ad Ecclesias juvandas, 383. Sub Valentis finem bello ardet Thracia, 414. Viæ prædonibus et desertoribus plenæ, 414. Spes tamen tranquillitatis aliqua audito exercitus adventu, 415. Valentem Cæsaream venientem præcedunt hæretici, 161. Basilii sollicitudinem in ædificando ptochotrophio probavit, 188. Basilio dat mandatum ut in Armeniam proficiscatur, ibique episcopos constituat, 193. Basilio insidias inimici struunt, sed manus Domini cum illo, 354. Consilia in Basilium ineuntur Antiochiæ, 212. Exilii minæ ei intentantur, 212, 213. Valens decernit ut Basilius dedatur inimicis, 221. Postea sententiam mutat et rem differt, 221. Animam Basilii quærunt hæretici, 246. Exspectat Basilius dum in aulam accersator per improbitatem hæreticorum obtentu pacis, 320. Valentis persecutio omnium sævissima, 373. Horrenda tempestas Valentis persecutio, 173. Plures evenerunt afflictiones quam ex quo Evangelium nuntiatur, 371. Nulla pars orbis quæ ignoret Orientis mala, 184, 371, 374. Difficilia tempora Ecclesiæ, magnis gubernatoribus indigentia, 174. Ecclesiarum status comparatur cum naufragio, 175. Rerum status adimit dicendi libertatem, 175. Deest libertas Filium consubstantialem Patri prædicandi, 182. Unum crimen est, traditionum custodia, 373. Valentem potentiores aulici nec volebant nec poterant de exulibus admonere, 161. Difficile erat legatos communi et synodico decreto in Occidentem mittere, 162. Periculum erat, ne legati ex Occidente missi in itinere interpellarentur, 161. Quare Basilius censet eis mari utendum esse, 161. Abactis pastoribus introducuntur lupi, 182. Ecclesiæ destitutæ, solitudines refertæ, 182. Populi sub dio hieme et æstate adorant, 235, 371. Magna rerum perturbatio in orbe terrarum, 261. Nihil tam rarum quam fratris congressus et verbum pacificum et spiritualis communio, 260. Difficile inventu ac rarum, Ecclesia integram servans apostolicam doctrinam, 386. Nonnulli ex ipsis clericis proditores, 392. In persecutione dubi at Basilius an non defectionis initia adsint, 251. In hac tristi rerum conditione pauci episcopi charitatem servantes ac rari inventu, 243. Pacis antiquæ ne vestigium quidem superest, 254. Nulla fere pars orbis incendium hæresis effugit, 255. Vehementi tumultu agitantur Ecclesiæ, 412. Ecclesia Orientalis ad continuos assultus hæreticorum deficit, 181. Velut navigium perpetuis fluctibus agitatum, 183. Persecutio cum fluctibus comparatur, quorum alius desinit, alius insurgit, alius horrore nigrescit, 213. Summa semper submersio exspectatur, 183. Quotidie rumores eversarum ecclesiarum, 351. In Oriente nonnulla initio anni 375 novata, 290. Tentatio per totum orbem diffusa, 266. Maximæ urbes Syriæ vexatæ, 266. Nullibi clarior senatus quam Samosatis, 290. Persecutio plerasque Orientis partes vastavit, 335. Totus Oriens perturbatus, 163. Hæresis Ariana dominatur, quia veritatis defensoribus in unaquaque parœcia ejectis, ecclesiæ hæreticis traditæ, 163. Episcopi sine argumentis condemnantur, 373. Nonnulli nec accusatores nec judices viderunt, sed intempesta nocte rapti. 373. Columnæ veritatis in dispersione, 375. Fugæ presbyterorum et diaconorum, 373. Populorum gemitus, 373. Desiere conventus, solemnitates et synaxes, 374. Ecclesiæ omnes commoventur, omnes animæ cribrantur, 346. Accusati condemnantur sine

Digitized by Google

judicio, accusatoribus creditur sine examine, 346. Si quis episcopus absit ab Ecclesia vel brevissimo tempore, populos tradet insidiantibus, 376. Gravis persecutio Antiochiæ, 252. A Valentis persecutione tutior fuit Pontus quam Cappadocia, 300, 301. Horrenda persecutio Alexandriæ ac in reliqua Ægypto, 230. Exsilia, cruciatus, bonorum direptio, 231. Valens e propinquo imminet Samosatis, 256. Sub eo episcopi, velut aves sub aquila, non audent longe e tecto excurrere, 236. Jam decimus tertius erat persecutionis annus, cum ad Occidentales scriberent Orientales, 371 Orientales in medio malorum pelago deprehensi, nec studium nec spem abjiciunt, 371. Auxilium Dei undique circumspiciunt, 371. Hinc ad Occidentales confugiunt, 371. Septem millo viri non incurvavere genua ante Baal, 246. Confessores habebant in Oriente suos communicatores et totum Occidentem, 411. Persecutionem brevi desituram sperat Basilius, si vox reperiatur idonea quæ Deum flectat, 391. Persecutio sanæ doctrinæ contemptui non erit Deo; sed Ecclesiam suam lætificabit, 257. Pacis Ecclesiarum spes affulget, 413. Orientis Ecclesiæ ad Basilium, Petrum et alios respiciunt, 413. In barbarorum incursione multi sacramenta gentilia jurarunt et nefanda gustarunt, 329.

Valentinus auctor apparentiæ opinionis, 402. Formam servi, non ipsum servum dicebat assumptum fuisse, 402. Valentini, 269.

Valerianus episcopus Aquileiæ prior scribit Basilio, 182.

Valerianus, 422.

Valerius, 283.

Valetudo summe bona medicis videtur periculosa, 372.

Vasoda, 274.

Vates consulentibus, aut in domum suam introducentibus anni sex pœnitentiæ, 330. Qui vatibus se tradunt, annis viginti puniuntur, 328.

Vectigal. Quadruplum sub Valente, 98.

Vela in judiciis, 340.

Veneficos nusquam esse sancit Julianus, 125. Veneficio anni viginti pœnitentiæ, ut homicidio, 327.

Venenatum. Ob venenata animalia non incusandus Deus, 583.

Venensis Ecclesia, 258.

Venter pessima fide in conventis, penum incustoditum, 559.

Ventorum hæreticorum æstus naufragia importans, 107.

Verbum non est aeris percussio, sed quod in principio erat, 32. Filius totum Patrem ostendit in semetipso, 200. Verbi unitas et monas, 86. Inenarrabilis divinæ generationis modus, 146. A Filii generatione removendæ corporales perpessionum cogitationes, 146 Non enim a Patre divisa est substantia in Filium, neque fluendo generavit, neque proferens, 146. Concludendum potius quia mortalia sic, immortalem non sic, 146. Filius æquale Patris sigillum, 54. Verbi potentia vivifica, 26. Ad Verbum sese convertunt, invincibili desiderio ad auctorem vitæ respicientia, 7. Omnia condidit et in ordinem digessit, 7. Omnia creavit secundum voluntatem Patris, 7. Deus Verbum omnium conditor, 7. Pugno complectitur terram, 7. Per Verbum perseverant et consistunt omnia, 7 Non utitur auxiliis ad creandum, nec eget particularibus mandatis, 17. Sed paternis bonis plenum, a Patre resplendens, omnia facit ad similitudinem Patris, 17. Dicit Christus: *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor*, non quod careat libero arbitrio, sed declarat propriam voluntatem inseperabiliter Patri adhærere, 17. Per Verbum facta omnia, non servili ministerio, sed quia tanquam conditor paternam implet voluntatem, 17. Mandatum, quod accipit Verbum, non est sermo imperiosus, sed voluntatis communicatio, veluti formæ in speculo imago, a Patre in Filium sine tempore dimanans, 17. Filii sunt quæcunque habet Pater, non tamen paulatim illi accrescentia, 17. Verbum hominibus ipsis inferius faciunt, qui illud dicunt egere speciali mandato, 18. Sequitur ex eorum ratiocinatione Filium semper discere, nec unquam ad perfectionem pervenire. 18. Filius nihil ignorat, 361. Non esset imago Patris, si totam illius scientiam non repræsentaret, 361. Filius pari mensura cognoscit Patrem, qua a Patre cognoscitur, 362. Filius habet a Patre ut cognoscat, 362.

Veritas res omnium pretiosissima, 304. Optimum bonorum, 2. Primarius animæ fructus, 585. Sapientia externa, veluti quoddam ornamentum, 585. Veritas ipsa Deus est, 356. Veritas consueta arma Basilii, 277. Veritas pie expendenda omissis quæstionibus dialecticis, 356. Veritas et mendacium sæpe minutis syllabis *ne* et *non* comprehenduntur, 2. Si quis vel capite annuat in martyrio, totam pietatem implevit, 2. Nihil est parvum in iis quæ ad veritatis cognitionem pertinent, 2. Veritas cum omni fiducia annuntianda, 67. Non timenda hostium nubes, 67. Miserrimum foret, non audere traditionem defendere, cum eam hæretici tam licenter oppugnent, 67. Docuerunt tres pueri, etiamsi nemo suffragetur pietati, privatim officium peragendum, 67. Parvi pendebant multitudinem aspernantium veritatem, sed sibi ipsis sufficiebant, cum tres essent, 67. Pro veritate certandum usque ad mortem, 150. Veritati non debet anteponi vita et incolumitas, 44. Veritas non prodenda, sed sycophantæ redarguendi, 277. Ne plures lædantur mendacii veritatem successibus, 277. Veritas difficilis inventu, et idcirco undique vestiganda, 2. Veritas prodita ab his qui summam potestatem habent, 95. Sed Deus, suscitatis defensoribus, periclit ut nihil detrimenti acciperet. 95. Qui veritatem oppugnant cito exarescent, ut cicuta aut aconitum, 96. Veritatis defensoribus merces a Domino efflorescens ac semper nova, 96. Veritatis doctrina quandiu nobis patrocinabitur, nihil ab hominibus metuendum. 96. Per ipsam veritatem sæpe mendacium cuspidem adigit, 276 Nemini majus malum accidere potest, quam si veritatem amittat, 304. Veritatis cupidum animum difficile est reperire, 2. Plerique non veritatis inquisitores sunt, sed differentiæ personarum æstimatores, 377. Nihil rarius quam animus veritatem amans, 318. Ut in equestri cursu alii his, alii illis factionis ducibus acclamant, 318. Christi mercatores, non Christiani, qui veritati anteponunt quod ipsis in vita utile est, 370. Proditionis periculum est, si non libenter de Deo consulentibus responsa dentur, 80. Precatur Basilius sibi os et sapientiam dari, ut veritatis defensoribus succinere possit, 143.

Vespasianus, 186.

Vespertini luminis gratia precibus excipi solebat, 62.

Vestis. Non ex vestis forma, sed ex animi habitu Christianus dignoscitur, 200 In veste necessarium præcipue sectandum, 74. Nec color floridus exquiri debet, nec operis mollities, 74. Tunica ita crassa sit, ut socia opus non habeat, 74. Vestimenti unus est scopus, ut ad hiemem et ad æstatem idoneum sit operimentum, 74 In veste lautitias sectari nihil differt a muliebri venustatis studio, 74.

Via ad Dominum ducens una est, 240. Quicunque ad ipsum pergunt, idem iter sequuntur, licet corpore disjuncti, 240. Viæ comes angelus, 92.

Viaticum bonum ad futuram vitam, convictus cum hominibus Deum timentibus, 384. Viatica ad præsens et futurum sæculum, 151.

Vicarius Ponti, 239. Vicarius Thraciæ, 365. Vicarius Ponticæ Demosthenes, 365.

Victor dux, cujus nomen apud omnes prædicatur, 242. Basilii epistolas requirit, 242. Illius preces pro Ecclesia antevertit, 242. Cum veritate in viis Dei ambulat, ac cor suum in fidei integritate semper servavit, 242. Victoris in Basilium amorem nullæ imminuunt calumniæ, 243.

Victoria in judiciis non sine detrimento, 441. Victoriæ Christianæ lex, ut qui minus habere non recusat, coronetur, 284. Vinci in amicitia idem valet ac vincere, 158.

Vidua in numerum viduarum relata, hoc est quæ ab Ecclesia alitur, 293. Vidua quæ sui juris est, nubere potest, 296. Vidua, si cum viro habitet, boni communione non dignabitur, 293. Si tamen ante sexaginta annos adscripta, episcopi culpa est, non mulieris, 293. Viduarum res Dominus suas facit, 202.

Vigiliæ, 311. Vigiliæ in Ecclesiis Orientalibus, 374.

Vinum veluti tyrannus arcem ascendit, 562. A vino cavendum his qui rempublicam gerunt, 562. Vino inservire non oportet, 99.

Virginis partum non esse impossibilem probant vultures, 581.

Virgo vocatur quæ sua sponte se obtulit Domino, 292. Ab annis sexdecim aut septemdecim admittenda professio, 292. Professionis violatio inexorabiliter puniendа, 292. Non facile admittendæ, quæ a propinquis offeruntur, non sua sponte incitantur, 292. Virgo sponsa promissis obstricta Christo, 138. Virginum ordo multiplicatur, 291. Virginum chorus sacer, cœtus Domini, ecclesia sanctorum, 136. Virgo negans se vovisse virginitatem arguitur ex professione coram Deo et angelis et hominibus, 136. Frustra virgines illæ dicunt se non promisisse virginitatem, 625. Virgo nubens post vota duo mala commisit: dereliquit verum sponsum et ad corruptorem confugit, 138. Virgo nubens post vota adultera est, 137. Virginis adulterio contumelia sancto Domini thalamo illata, 137. Virginis famæ jactura, totius cleri damnum, 428. Virginis corpus Dei donarium, 138. Virgines quæ pacta sua violant, antea post annum admissæ ad communionem, instar digamorum, 291. Adulteræ judicio subjicit eas Basilius, 292. Et qui virginem duxit, non ante admittendus quam ab ea divellatur, 292. Virginis corruptor etsi volentis, se-

Digitized by Google

vus est contumax in herilem torum irruens, 138. Dei donaria violavit, velut si quis imagini regiæ formas porcorum inscribat, 138. Filium Dei conculcavit, ejusque sponsam adulterio contaminavit, 138. Virgineæ eulogiæ, 136. Virginitatis pignora, 136. Virginibus honores soliti deferri, 136. Virgo Deo consecrata qualiter vivere debeat, 261. Virginem decet vilis vestis, et pulcher ex pudore rubor, et decorus ex abstinentia ac vigiliis pallor, 261. Virgines quæ vocantur mulieres subintroductæ prohibentur, 149. Jubet Basilius ut ejusmodi virgo cum presbytero degens in monasterio collocetur, 150. Quæ virginitatem in hæresi professæ, nupserunt, redeuntes baptizantur, nec ob matrimonium condemnantur, 292. Virginitas divinæ conjunctionis jugum, 135. Virginitatem nuptiis præferentes mulieres, beatæ ob propositum suum sunt, 331.

Virtus sola possessio quæ non possit auferri, 471. Sola est nostra possessio, 470. Virtutis exercitatio pretiosa est habenti possessio, jucundissimum occurrentibus spectaculum, 422. In virtute progrediendum quotidie docet Paulus, 125. Ut hesterna satietas non solatur hodiernam famem, ita nec prodest hesternum præclare factum, si hodie cesses, 126. Qui virtutem colunt, similes sunt sideribus in nebulosa nocte, 475. Non actio una probum virum facit, sed virtus per totam vitam colenda, 474. Virtute præditus non est qui eam colit inanis gloriæ causa, 575. Virtutem palam laudare, privatim voluptatem sequi, nihil differt ab actoribus scenicis, 475. Ad virtutem et vitium bifidum iter, 472. Multitudinis judicio recta ratio præferenda, 475 Etiamsi omnibus contradicendum sit, a recto non discedendum, 475. Virtutes quatuor sub quas aliæ tanquam sub genera distributæ, 72.

Visiones interdum efficit ex crapula evectus vapor, 314, 315. Visionibus non plus tribuendum quam salutaribus documentis, 518. Visis multis interdum referta ob morbum temulenta cerebellorum involucra, 317.

Vita cælebs in eo honestatem habet, ut a convictu mulieris separetur, 149. Si quis verbo professus, ea facit quæ conjugatorum sunt, virginitatem nomine tenus colit, 149. Virginitatis custodia in ipsa militia inexpugnabilis, si voluntas immota maneat, 209.

Vita tota brevissimum spatium, si conferatur cum infinito sæculo, 233. Vitæ hujus brevis fluctus, 337. Vita præsens veluti quoddam iter mansionibus distinctum, 532, 540. Certis de causis voluit Deus alios aliis diutius in vita permanere, 533. In vita velut incolæ esse debemus, hinc migrantes in propriis locis requiescere, 533. Sic se gessit Abraham, 533. In hac vita omnes tanquam in via ad idem diversorium tendimus, 78. Vitæ conditiones tres, 336. Vitæ curis admodum detenti sunt veluti carnosæ aves, frustra alis instructæ, 432. Vitæ ordo minime constat iis quorum sententia facile mutatur. 431. Vita esse non potest quidquid per aliud vivit, 83. Vitæ nostræ prudentes dispensatores esse debemus, 105. Vita humana infortuniis referta. 77. Nec vita accurata prodest sine fide, nec fides sine operibus, 433.

Vitium. Qui vitio virtutis nomen tribuunt, hi ore benedicunt et corde maledicunt, 474. Via ad vitium duceus comparatur cum ea quæ ducit ad virtutem, 472.

Vitus, Carrhorum episcopus, 183, 390.

Vocationis Christianorum scopus est, ut similes Deo efficiantur, 2

Voluptas una est, sed in quinque sensus divisa, 529. Voluptatis nomen unum, sed res diversæ, 126. Voluptas guttur ad tempus titillat, sed postea felle amarior comperitur, 136. Voluptatis temporariæ dæmon, 129.

Votum continentiæ, 134. Pacta cum sponso inita, 136. Inita cum Deo pacta coram multis testibus, 132. Professio coram Deo, angelis et hominibus, 136. Non leve certamen est promittenti, ea quæ ex promissis consequuntur adjicere, 261. Votis ineptis abstinendum, 294. Votum abstinentiæ a carnibus suillis ridiculum, abstinentia non necessaria, 294.

Vox usu metienda, 99. Vocis sonus mediocris præferendus, 74.

Vulnera magna parvis remediis sanare non decet, 125.

Vulpes pini lacrymis sibi medetur, 583.

Vultures absque coitu pariunt, 581.

Z

Zarnuas, 395.

Zeli, 347.

Zenon episcopus, 183.

Zenonis præclare dictum amissis naufragio omnibus rebus, 76.

Zoilus, 286. Vir disertus et Basilium amans, 286.

Zona dura lumbi adstricti, 133.

Zorobabel et Salathiel modo magis populari præerant, 362.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

S. BASILIUS MAGNUS, CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

PRÆFATIO *in qua de pluribus rebus ad doctrinam S. Basilii pertinentibus disseritur.* 9

§ I. — I. S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænæ, *ex alia essentia aut hypostasi.* II. Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt. III. Novitas unius hypostasis. IV. Tres hypostases apud scriptores Nicæna synodo antiquiores. V. Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro et S. Athanasio, spectatur. VI. Occidentalium sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in sæcularibus scholis. 10

§ II. — I. Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio et S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis. II. Non tamen discedit a debita animi moderatione. Quo sensu hanc quæstionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem ineundam negavit. 19

§ III. — I. Vituperatus a nonnullis S. Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit. II. Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret et Ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret. III. Neutrum prorsus vituperandum. IV. Objecta solvuntur. V. Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur. 23

§ IV. — I. Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur. II. Græcorum scriptura magnis incommodis laborat. III. Latinorum lectio apte cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione cohæret. IV. Latinorum causa codicum mss. auctoritate defenditur. 33

§ V. — I. Utrum S. Basilius ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet. II. Utrum mundum temporis momento creatum crediderit. 40

§ VI. — I. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium et Pneumatomachos. II. Valde etiam studiosus exstitit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat. III. Cur adversarios ad Scripturam provocat. IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit. V. Quo sensu auditores probare debere quæ a magistris dicuntur. 42

§ VII. — I. S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in Eucharistia. II. Requirit ut illud : Hoc est corpus meum, non minus certo credamus quam illud : Verbum caro factum est. III. Insignis locus a Sculteto depravatus explicatur. IV. Basilii sententia confirmatur ex precibus liturgiæ. 50

§ VIII. — I. S. Basilii testimonia de peccatorum confessione. II. Invidia et alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta. III. De peccato originali. IV. De Christi gratia. 56

Elenchus veterum librorum ad quos exacta et emendata fuerunt S. Basilii opera. 65

LIBER DE SPIRITU SANCTO. 67

Digitized by Google

CAPUT PRIMUM. — Procemium in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis Theologiæ partibus perscrutationes. 67
CAP. II. — Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio. 74
CAP. III. — E mundana philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem. 75
CAP. IV. — Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi. 78
CAP. V. — Et de Patre dici *per quem*, et de Filio, *ex quo*, et de Spiritu sancto. 78
CAP. VI. — Occurrit iis qui affirmant Filium non esse cum Patre, sed post Patrem; ubi et de gloriæ æqualitate. 87
CAP. VII. — Adversus eos qui dicunt non congruenter de Filio dici *cum quo*, sed *per quem*. 94
CAP. VIII. — Quot modis intelligatur hæc particula, *per quem*, et in quo sensu congruentius dicitur, *cum quo:* ubi etiam exponitur, quomodo mandatum accipit Filius, et quomodo mittitur. 95
CAP. IX. — Propriæ ac distinctæ de Spiritu notiones, doctrinæ Scripturarum congruentes. 107
CAP. X. — Adversus eos qui dicunt non oportere Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum. 110
CAP. XI. — Prævaricatores esse illos, qui negant Spiritum. 114
CAP. XII. — Adversus eos qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini. 115
CAP. XIII. — Quare apud Paulum angeli simul cum Patre et Filio adjunguntur. 118
CAP. XIV. — Objectio, quod et in Mosen nonnulli baptizati sunt, et in illum crediderunt; et hujus solutio, ubi et de figuris. 122
CAP. XV. — Responsio ad id quod subinferunt, nos et in aquam baptizari: ubi et de baptismate. 127
CAP. XVI. — Quod in omni notione Spiritus sanctus inseparabilis est a Patre et Filio, sive in creatione intelligibilium creaturarum, sive in humanarum rerum dispensatione, sive in judicio quod exspectatur. 134
CAP. XVII. — Adversus eos qui dicunt non connumerari Patri ac Filio Spiritum sanctum, sed subnumerari: ubi et de pia connumeratione summarius fidei decursus. 143
CAP. XVIII. — Quomodo in professione trium hypostaseon pium monarchiæ dogma servamus, ubi et eorum, qui dicunt Spiritum subnumerari, refutatio. 147
CAP. XIX. — Adversus eos qui dicunt non esse glorificandum Spiritum. 155
CAP. XX. — Adversus eos, qui dicunt Spiritum nec in servili, nec in herili conditione esse, sed in conditione liberorum. 159
CAP. XXI. — Testimonia ex Scripturis Spiritum appellari Dominum. 163
CAP. XXII. — Confirmatio naturalis communionis Spiritus, eo quod æque ac Pater et Filius incomprehensibilis. 166
CAP. XXIII. — Spiritus glorificationem esse enumerationem eorum quæ illi adsunt. 167
CAP. XXIV. — Redargutio absurditatis eorum qui non glorificant Spiritum, ex collatione eorum quæ in creaturis gloria afficiuntur. 170
CAP. XXV. — Quod Scriptura hac syllaba *in* pro *cum* utatur: ubi etiam probatur et idem pollere quod *cum*. 174
CAP. XXVI. — Quot modis dicitur *in*, totidem modis de Spiritu accipi. 179
CAP. XXVII. — Unde initium habeat syllaba *cum*, et quam vim habeat, ubi et de Ecclesiæ legibus nullo scripto proditis. 186
CAP. XXVIII. — Quod quæ de hominibus dicit Scriptura tanquam una cum Christo regnantibus, ea de Spiritu dici non concedunt adversarii. 195
CAP. XXIX. — Enumeratio virorum in Ecclesia illustrium, qui in scriptis suis usi sunt hac voce *cum*. 199
CAP. XXX. — Expositio præsentis Ecclesiarum status. 210

EPISTOLÆ S. BASILII. 219

CLASSIS PRIMA *continens epistolas ante episcopatum scriptas ab anno* 357 *ad annum* 370, *quibus adduntur nonnullæ dubiæ.*

Epistola prima. — Ad Eustathium philosophum. — Fingit Basilius sese, dum Eustathium frustra quærit in variis regionibus, pene dubitasse annon fato aut fortuna omnia iant, sed illius litteris recreatum mutasse sententiam; hæc, inquam, fingit ut refellat acutius, et Providentiam statuat. 219
Epist. II. — Ad Gregorium. — Gregorio nihil curanti de solitudinis situ Basilii, sed scire aventi, quomodo ibi vivatur, exponit Basilius non quid ipse faciat, sed quid faciendum sit: quanta sint solitudinis ad pietatem adjumenta, quomodo Scripturarum lectioni subjungenda oratio, quid in sermone et in incessu, quid in cibo et potu et vestimento, quid in somno observandum. 223
Epist. III. — Ad Candidianum. — Laudat Basilius Candidiani in honorum perfunctione moderationem animi et et litterarum studium: ejus præsidium implorat adversus violentiam agrestis cujusdam, qui ipsius ædes invaserat et expilaverat. 233
Epist. IV. — Ad Olympium. — Olympio qui dona miserat, perurbane gratias agit Basilius, incusans quod contubernalem suam pauperiem expulerit. 235
Epist. V. — Ad Nectarium. — Consolatur eum unici filii morte afflictum. 237
Epist. VI. — Ad Nectarii conjugem. — Similiter eam consolatur. 241
Epist. VII. — Ad Gregorium sodalem. — Basilius significat futurum se providisse, ut penuriæ verborum accusaretur, nec tamen idcirco consulentibus respondendum non esse. Hortatur Gregorium ut totum se tradat veritatis defensioni, nec se consulat. 244
Epist. VIII. — Apologia de secessu ad Cæsarienses, et de fide pertractatio. 246
Epist. IX. — Ad Maximum philosophum. — Laudat Basilius in Maximo amorem primariorum bonorum, suum de Dionysii Alexandrini scriptis judicium profert, et de simili secundum essentiam. Invitat ut ad se veniat, aut saltem scribat. 267
Epist. X. — Ad viduam. — Basilius Dionysium mittit ad ipsius matrem, ut eam in solitudinem alliciat; velut columba cicur unguento oblita emittitur, ut alias odore attrahat. 271
Epist. XI. — Ad amicum. — Basilius diem festum celebraverat cum filiis unius ex amicis suis, quem per eos salutat, ac hortatur ut si curis Dei dono exsolvatur, secum vitam traducat. 274
Epist. XII. — Ad Olympium. — Hortatur ut sæpius ad se scribat. 274
Epist. XIII. — Ad eumdem. — Amica salutatio. 275
Epist. XIV. — Ad Gregorium sodalem. — Basilius significat Gregorio sibi statutum esse non exspectare illius adventum, sed statim proficisci ad suam Ponti solitudinem: situm hujus loci pluribus describit, ac Tiberinam pro illo lepide contemnit. 275
Epist. XV. — Ad Arcadium privatarum comitem. — Cives metropolis commendat Basilius. 278
Epist. XVI. — Adversus Eunomium hæreticum. 279
Epist. XVII. — Ad Origenem. — Laudat illius scripta et susceptam veritatis defensionem: persecutorum prædicit exitium: Origeni ejusque filiis prospera omnia precatur. 282
Epist. XVIII. — Ad Macarium et Joannem. — Hortatur eos ut spe regni cœlestis quæ sola non fallit, nec potentium minis, nec falsorum amicorum vituperiis a pietate deterreantur. 282
Epist. XIX. — Ad Gregorium sodalem. — Per Petrum Basilius rescribit Gregorio, cujus Laconicas in epistolas jocatur. 283
Epist. XX. — Ad Leontium sophistam. — Amice objurgat eum quod raro scribat, sibi vero excusationem petit. Mittit sua adversus Eunomium opera 283
Epist. XXI. — Ad eumdem. — Accusatus in superiore epistola Leontius, quod non scriberet, videtur in ipsum Basilium crimen convertisse, et Julianum accusasse quod litteras suas non reddidisset. Unde perurbane Basilius et se et Julianum defendit. 286
Epist. XXII. — De perfectione vitæ monasticæ. 287
Epist. XXIII. — Commendatitia ad monachum. 294
Epist. XXIV. — Ad Athanasium, Athanasii episcopi Ancyræ patrem. — Negat se calumniis facile credidisse; hortatur Athanasium, ut nullum illis det locum, ac liberos, ut par est, diligat. 295
Epist. XXV. — Ad Athanasium Ancyræ episcopum. — Amica et charitatis plena expostulatio cum Athanasio Ancyrano, qui Basilium nec per litteras admonitum, nec per communem aliquem amicum, palam et aperte insectabatur et minabatur, ac omnibus Cæsarea venientibus dicebat noxas quasdam ab eo scribi et componi. 298
Epist. XXVI. — Ad Cæsarium Gregorii fratrem. — Eum mirabiliter servatum hortatur, ut gratias re et opere Deo persolvat, ac eamdem semper mentem retineat quam in ipso periculi articulo habuerat. 302
Epist. XXVII. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Basilius ex morbo sanatus hieme impeditur quominus invisat Eusebium. Properaturum se pollicetur, si per anni tempus et per famem liceat. 303
Epist. XXVIII. — Ecclesiæ Neocæsariensi consolato-

Digitized by Google

ria. 303
Epist. XXIX. — Ecclesiæ Ancyræ consolatoria. 310
Epist. XXX. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Præter morbos, hiemem et negotia, aliæ causæ Basilium prohibuere ad Eusebium proficisci. Matrem amisit, unde morbus recruduit. Precibus Eusebii acceptum refert, quod inimicorum insidias effugerit. 314
Epist. XXXI. — Ad eumdem. — Fames nondum sedata Basilium detinet, quominus comitetur Hypatium consanguineum suum. Hunc commendat Eusebio, ut vel fratres religiosissimos accersat qui ei medeantur, vel ipsum ad illos cum litteris mittat. 314
Epist. XXXII. — Sophronio magistro. — Illi Gregorium molestissimis negotiis implicatum commendat. 315
Epist. XXXIII. — Ad Aburgium. — Idem Gregorii negotium Aburgio commendat. 318
Epist. XXXIV. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Luget ecclesiam Tarsensem ab hæreticis occupatam; sed dolorem lenit Eusebii recordatione, a quo nihil prætermissum ad Ecclesiæ utilitatem. Deum precatur, ut eum Ecclesiis conservet, sibique rursus cum illo congredi concedat. 319
Epist. XXXV. — (Sine inscriptione.) — Commendat Leontium tanquam alterum seipsum. 322
Epist. XXXVI. — (Sine inscriptione.) — Rogat ut presbytero, qui cum ipso educatus fuerat eique ad victum labore suo ministrabat, nova peræquatio non noceat. 322
Epist. XXXVII. — Commendatur idem presbyter, eademque de causa. 323
Epist. XXXVIII. — Ad Gregorium fratrem. — De discrimine essentiæ et hypostasis. 326
Epist. XXXIX. — Julianus Basilio. — Illum invitat ut ad se veniat. 339
Epist. XL. — Idem ad eumdem. — Jactat Julianus lenitatem suam, potentiam ac dominatum, spem Saporis sub leges mittendi cum India et Saracenis, originem denique ex Constantio. Basilium impudentiæ accusat, quod talem se spernat. Illi minatur nisi sibi Cæsarea transeunti mille auri libræ præsto sint 342
Epist. XLI. — Basilius Juliano. — Impietatem Juliani liberrime arguit, et ridet auri summam homini herbis viventi imperatam. 343
Epist. XLII. — Ad Chilonem discipulum suum. — De vita solitaria. 347
Epist. XLIII. — Admonitio ad juniores. — De præceptis evangelicis. 359
Epist. XLIV. — Ad monachum lapsum. — De peccati magnitudine et de misericordia Dei. 359
Epist. XLV. — Ad monachum lapsum. — Cum quidam relictis magnis opibus monasticam vitam amplexus esset, ac postea in adulterium incidisset, peccati et scandali magnitudinem exponit et spe misericordiæ divinæ ad certamen revocat. 363
Epist. XLVI. — Ad virginem lapsam. — Illam vehementer arguit, et ad pœnitentiam adducere conatur. 369

CLASSIS SECUNDA *continens epistolas quas S. Basilius episcopus scripsit ab anno* 370 *ad annum* 378.

Epist. XLVII. — Gregorio sodali. — De electione episcopi Cæsariensis. 382
Epist. XLVIII. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Hiemem excusat Basilius cur non scripserit Narrat de Demophilo simulacrum pietatis et rectæ fidei præ se ferente, et de episcoporum adventu et schismatico animo. 383
Epist. XLIX. — Arcadio episcopo. — Basilius gratias agit Arcadio, qui conceptam a se de eo spem significaverat. Promittit ei martyrum reliquias, ad ecclesiam ab ipso constructam, si quas reperire possit. 386
Epist. — L. — Innocentio episcopo. — Gratias agit illi qui prior ad eum scripserat adhortandi causa. 387
Epist. LI. — Bosporio episcopo. — Refellit afflictam sibi calumniam, quod Dianium Cæsariensem anathematizasset. Fatetur se doluisse, quod is formulæ Constantinopoli a Gregorio allatæ subscripsisset; sed tamen ad ejus communionem accessisse, postquam ab illo ægrotante accersitus, nihil eum contra Nicænam fidem sibi proposuisse cognovit. 387
Epist. LII. — Ad canonicas. — Cum rumores iniqui de canonicis ad Basilium, de Basilio ad canonicas perlati fuissent, utrosque dedocuit Bosporius. Multa de consubstantiali disserit. Refellit eos qui Spiritum sanctum Filio aut Patri præponebant. 391
Epist. LIII. — Chorepiscopis. — Demonstrat chorepiscopis, quorum nonnulli pretio manus imponere fereban tur, quanta sit hujus facti turpitudo; ac declarat ab altaribus recessurum, si quis post hanc acceptam epistolam tale quidpiam designaverit. 395
Epist. LIV. — Chorepiscopis. — Renovat antiquas Ecclesiæ leges de clericorum in pagis electione, et pravas novitates, quæ obrepserant, abrogat. 399
Epist. LV. — Paregorio presbytero. — Decretum Basilii adversus mulieres extraneas cum Paregorius minus observaret, hortatur eum ut parendo potius quam excusando sese defendat; secus depositionem minatur. 403
Epist. LVI. — Pergamio. — Querentem quod litteris suis non respondisset, placare conatur, seque non arrogantia, sed sollicitudine qua nunc distringitur, adductum esse declarat, ut Pergamii oblivisceretur. 405
Epist. LVII. — Meletio, episcopo Antiochiæ. — Meletium hortatur ut sæpius scribat, et in magnis molestiis versantem consoletur. 406
Epist. LVIII. — Gregorio fratri. — Carpit simplicitatem fratris, qui falsam nomine avunculi epistolam attulerat, et aliam pariter falsam postea misit. Hortatur fratrem ut sibi difficilem vitam ingresso adsit, seque venturum promittit, si ab episcopis congruenti modo vocetur. 407
Epist. LIX. — Gregorio patruo. — Avunculum obtestatur, ut tandem aliquando simultatem deponat, ex qua totæ civitates et populi læduntur. Facturum se promittit quidquid ei pacis conciliandæ causa visum fuerit esse faciendum. 409
Epist. LX. — Gregorio patruo. — Significat se fratris adventu et litteris avunculi spem pacis afferentibus recreatum fuisse. Probaturum se promittit quidquid avunculo de congressus tempore et loco placuerit. Fratri se diffidere testatur, ob ea quæ prius gesta fuerant. 411
Epist. LXI. — Athanasio, Alexandriæ episcopo. — Declarat ducem Libyæ ex litteris Athanasii sic Ecclesiæ innotuisse, ut nemo cum eo ignem aut aquam aut tectum commune velit habere. 415
Epist. LXII. — Ecclesiæ Parnassi consolatoria de morte episcopi. 418
Epist. LXIII. — Principali Neocæsareæ. — Illum salutat perhonorifice, et ab eo petit ut se numero amicorum ascribat. 419
Epist. LXIV. — Hesychio. — Perhonorifice salutat quem ei olim cognoverat, et ex sermone Elpidii plurimi faciebat. 419
Epist. LXV. — Atarbio. — Prior scribit eique credit quamvis natu major, ac rogat ut et ipse charitatem præferat, et cogitet quanti intersit mutua concordia ad bellum repellendum, quod in orbem circuibat. 422
Epist. LXVI. — Athanasio, episcopo Alexandriæ. — Rogat ut Occidentales ad succurrendum Orienti excitet, et dissidium Antiochenum sedare conetur. 425
Epist. LXVII. — Eidem. — Rogatu Dorothei aperius explicat quod prioribus indicaverat litteris, sic Antiochiæ res componendas, ut Meletius Ecclesiæ corpori præsit, in alios autem œconomia adhibeatur: ita enim et ipsis Occidentalibus placuisse, ut litteræ per beatum Sylvanum allatæ testantur. 425
Epist. LXVIII. — Meletio, episcopo Antiochiæ. — Agit de Dorotheo Romam mittendo. Nuntiat de Evippii adventu, et aliorum Arianorum exspectatione. 427
Epist. LXIX. — Athanasio, episcopo Alexandriæ. — Laudat studium et curam Athanasii, et rogat ut Dorotheum ad primam navigationem dimittat, et legatos ex Occidente advenientes moneat, quomodo pax concilianda sit. 430
Epist. LXX. — (Sine inscriptione.) — De synodo. Orientis mala eximiis coloribus depingit. 434
Epist. LXXI. — Gregorio Basilius. — Dolorem suum Gregorio significat, quod amicissimi sibi homines cuidam calumniatori aures præbeant. Rogat ut secum adversus imminentem hostem certaturus veniat. 435
Epist. LXXII. — Hesychio. — Rogat illum ut sibi in placando Callisthene operam navet. 439
Epist. LXXIII. — Callistheni. — Laudat illum quod Eustochii servis iratus rei arbitrium sibi permiserit. Petenti ut in locum, ubi injuriam fecerant, abducantur, demonstrat multa inde consequi incommoda. Concedit ut Sasima usque sistantur; vel potius rogat ut sibi vindicta permittatur; ac si juravit Callisthenes traditurum se eos ad pœnam secundum leges, contentus sit pœna quam Ecclesiæ leges imponunt, et militem, quem miserat, cito revocet. 439
Epist. LXXIV. — Martiniano. — Malorum patriæ descriptione Martinianum adducere conatur, ut imperatorem adeat, vel saltem scribendo opem ferat in tanta calamitate. 445
Epist. LXXV — Aburgio — Illum monet quid natiæ

Digitized by Google

debeat, eumque illius maiorum pictura permovere conatur, ut auctoritate sua utatur ad opem civibus ferendam. 450

Epist. LXXVI. — Sophronio magistro. — Corporis infirma detentus valetudine, quominus in Naulam proficiscatur, ad illum confugit per litteras in summa patriæ communis calamitate. 450

Epist. LXXVII. — (Sine inscriptione.) — De Therasio. 451

Epist. LXXVIII. — (Sine inscriptione.) — Pro Elpidio. 454

Epist. LXXIX. — Eustathio, episcopo Sebastiæ.— Gratias agit quod ad se certamini expositum scripserit, et Eleusinium optimum commilitonem miserit. Narrat se cum præfecto et cubiculi præposito jam pugnasse. 454

Epist. LXXX. — Athanasio, Alexandriæ episcopo. — Sperat Ecclesias Athanasii precibus et consiliis ex tempestate horrenda servari posse, et hortatur ut nec precari, nec scribere cesset. 455

Epist. LXXXI. — Innocentio episcopo. — Rogatus ab Innocentio ut, eo mortuo, ipsius Ecclesiæ curam suscipiat, tantum onus a se deprecatur, sed illi offert presbyterum ut eum successorem suum designet. 455

Epist. LXXXII. — Athanasio, episcopo Alexandriæ. — Rogat ut communem epistolam scribat pluribus episcopis ejus communionem appetentibus, sed initium ab eo fieri volentibus : aut si suspecti sint episcopi, eam ad se mittat : non prius se illam traditurum, quam responsa ab episcopis acceperit. 458

Epist. LXXXIII. — Censitori. — Illum hortatur ut Cappadociæ calamitates sublevet, eique commendat amici possessionem quæ tributis premebatur. 462

Epist. LXXXIV. — Præsidi. — Illum perhonorifice salutat ejusque factum quoddam reprehendit, et pluribus probat mutandum esse quod inique decretum fuerat. 462

Epist. LXXXV. — (Sine inscriptione.) — De cavendo jurejurando 466

Epist. LXXXVI. — Præposito. — Petit ut per quos direptum Dorothei presbyteri frumentum, per eosdem restituatur. 466

Epist. LXXXVII. — (Sine inscriptione.) De iisdem rebus. 467

Epist. LXXXVIII. — (Sine inscriptione.) — Causa exactoris pecuniarum. 470

Epist. LXXXIX. — Meletio episcopo Antiochiæ. — Litteris solatur desiderium videndi Meletii, eumque per Dorotheum obtestatur ut pro se oret, et si ad Occidentales scribendum sit, litteras dictet. 470

Epist. XC. — Sanctissimis fratribus ac episcopis Occidentalibus. — Declarat quantum lætitiæ perceperit ex litteris Occidentalium, et ex adventu Sabini. Orientalis Ecclesiæ calamitates describit; et quæ canonice in Occidente gesta sunt assentiri se profitetur. 471

Epist. XCI. — Valeriano, Illyricorum episcopo. — Valeriani litteris respondet, eumque per Sabinum salutat et obtestatur ut oret pro miseris Ecclesiæ Orientalis rebus; quibus sanandis necessarium esse docet Occidentis auxilium. 475

Epist. XCII. — Ad Italos et Gallos. — Describuntur Orientalis calamitates, ut his permoti Occidentales episcopi mittant, qui et hæresis progressus coerceant et pacem inter ipsos Catholicos reconcilient. 478

Epist. XCIII. — Ad Cæsariam patriciam. — De frequenti communione, et an persecutionis tempore liceat communionem manu sua accipere, si nec presbyter adsit nec diaconus. 483

Epist. XCIV. — Heliæ rectori provinciæ. — Cum amplissimum ædificium construeret Basilius, inde illius accusandi arrepta causa. Hanc accusationem repellit, et præsidem rogat ut Alexandri factum imitetur. 486

Epist. XCV. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Declarat se ad locum et diem dictum venturum, si ipse etiam veniat Eusebius; secus vero, nequaquam iturum, sed potius profecturum ad ipsum Eusebium. 490

Epist. XCVI. — Sophronio magistro. — Demonstrat Basilius quantum afflicta Cappadocia damnum fecerit, ablato ei præstantissimo præside. Rogat ut illum Sophronius commendet imperatori, et illatas ei criminationes diluat. 491

Epist. XCVII. — Senatui Tyanorum. — Eximium pacis studium declarat in vehementi illa dissensione, quæ ei cum Anthimo ob Cappadociæ divisionem supervenit. 494

Epist. XCVIII. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Rationes exponit cur Nicopolim non iverit. Iturum se dicit in hanc urbem, ut cum Meletio colloquatur; vel etiam cum eodem Samosata venturum. Perstat in suo consilio ut Gregorius sit episcopus. Rogat Eusebium ut ad se veniat. 495

Epist. XCIX. — Terentio Comiti. — Exponit, quomodo desertus a Theodoto, perficere non potuerit quod ex mandato imperatoris et litteris Terentii susceperat, ut episcopos Armeniæ daret. 498

Epist. C. — Eusebio, episcopo Samosatorum. — Gratias agit ob litteras in vicina Armenis regione acceptas. Invitat Eusebium ad diem festum S. Eupsychii, qui erat septimus Septembris; sibi enim illius consilio ad multa opus esse. 503

Epist. CI. — (Sine inscriptione.) — Consolatoria de morte insignis personæ. 506

Epist. CII. — Civibus Satalenis. — Certiores illos facit, se eorum precibus adductum esse, ut eis consanguineum suum episcopum concederet. 507

Epist. CIII. — Ad eosdem. — De eodem. 510

Epist. CIV. — Modesto præfecto. — Rogat illum ut immunitatem aliquam non deneget Ecclesiæ ministris censui subjectis, eamque episcopi arbitrio committat. 510

Epist. CV. — Diaconissis Terentii filiabus. — Laudat earum in Trinitatis confessione constantiam, easque hortatur ut perseverent. 511

Epist. CVI. — Militi. — Respondet epistolæ ab eo acceptæ, et hortatur ad perseverantiam. 514

Epist. CVII. — Julittæ viduæ. — Consolatur illam, quam durus exactor promissi immemor premebat. 515

Epist. CVIII. — Tutori hæredum Julittæ. — Promissa ab illo in memoriam revocat. 515

Epist. CIX. — Helladio comiti. — Rogat illum ut sua apud præfectum gratia viduam tueatur, quæ præter sortem etiam usuras reddere cogebatur, contra pactionum et promissorum fidem. 518

Epist. CX. — Modesto præfecto. — Data a præfecto scribendi licentia utitur, ut ei commendet Tauri incolas, quibus graviora ferri tributa imponebantur. 518

Epist. CXI. — Ad eumdem. — Commendat amicum, qui a præfecto accersitus fuerat ob illatas ei criminationes. 519

Epist. CXII. — Andronico duci. — Hortatur Andronicum ut Domitiano, qui in eum peccaverat, novum non infligat supplicium, et sic humanitatis laudandæ materiam præbeat. 521

Epist. CXIII. — Presbyteris Tarsensibus. — Demonstrat in magna rerum ecclesiasticarum perturbatione liberaliter agendum esse cum infirmioribus, nec amplius quidquam a fratribus exposcendum nisi ut fidem Nicænam recipiant, et Spiritum sanctum fateantur creaturam dici non debere. 526

Epist. CXIV. — Cyriaco, Tarsi commoranti. — Hortatur illum, ut Nicænam fidem nulla prorsus excepta voce recipiat, et fateatur Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec, cum iis qui dicunt, communicandum. 527

Epist. CXV. — Ad Simpliciam hæreticam. — Monet illam parum prodesse sine justitia liberalitatem in pauperes : rogat ut se docere desinat, sed potius cogitet de judicio Dei, ubi nec servi testes aderunt, nec eunuchi. 530

Epist. CXVI. — Firmino. — Hortatur eum ut ad primam vitam revertatur. 531

Epist. CXVII. — (Sine inscriptione.) — Adhortatio ad piam et religiosam exercitationem. 534

Epist. CXVIII. — Jovino, episcopo Perrhes. — Perhonorifice invitat ut sese invisat. 535

Epist. CXIX. — Eustathio, episcopo Sebastiæ. — Obsecrat ut improbis discipulis aurem non præbeat, ac disjuncta magis astringere conetur, quam dissidium augere. 535

Epist. CXX. — Meletio, episcopo Antiochiæ.—Nesciens quomodo scribat ad Occidentales, per Sanctissimum mittit commentarium Meletio. Sperat consilia de se Antiochiæ inita brevi ad exitum ventura. Nuntiat Faustum, qui est cum papa, præter canones ordinatum fuisse loco Cyrilli : rogat Meletium ut id omnibus indicet. 538

Epist. CXXI. — Theodoto, episcopo Nicopolitano. — Hortatur illum ut sanctissimo aures præbeat; eumque facit de Fausti ordinatione certiorem. 539

Epist. CXXII. — Pæmonio, episcopo Satalorum. — De ordinatione Fausti. Rogat illum ut certiorem se faciat, utrum ea res sanari necne possit. 542

Epist. CXXIII. — Urbicio monacho. — Dolorem significat quod ad se tentationem æstu flagrantem non venerit. Hortatur ut veniat aut consolaturus aut deducturus. 543

